Libri che saranno de gli [illegible]

Plinii 30
M Tulii 8
themistii 15
Diodoro 8
Concili 18

79

Libri che danno 5
Sepharior 12
Lessico 18

Dn. IOANNIS

MAGIRI,

PHILOSOPHIAE PROFESSORIS IN ACADEMIA MARPVRGENSI INCLYTI

Corona Virtutum moralium,

VNIVERSAM ARISTOTELIS SVMMI PHILOSOPHI Ethicen, exacte enucleans:


variasq;

ENODATIONES, QVÆSTIONES, OBiectiones, & dilutiones, si qui vnquam, iucundiores & vtiliores ceteris Ethicis commentariis omnibus proponens:

Adiecto vbiq; Aristotelis contextu Græco-Latino.

Nunc primum

EMENDA, LEGENDA, PENDENDA



PROPONITVR

In Collegio Musarum Paltheniano Francofurt.

Anno M. D. CI.

ILLVSTRIBVS AC GENEROSIS DOMINIS, D. FRIDERICO, ET D. ALBERTO-OTTHONI fratribus, Comitibus Solmensibus, Dominis in Muntzenburg & Sonnenvvald, Mœcenatibus meis.

EA pars Philosophiæ, Illustres ac Generosi Comites, Domini gratiosi, quæ est de Moribus: non ab Aristotele, aliisve gentiliũ Philosophis primum inuenta, sed longe antiquissima est: vtpote, quæ originem suam trahat ex Paradiso, ipsaq; primæua hominis creatione: per quam Deus, quicquid vnquam de virtutibus ac vitiis Ethici docere potuerunt, primorũ parentum sordibus impressit atq; insculpsit. Et quamuis infelici lapsu ac defectione hominum protoplastorum, lucidissimum illud virtutum speculum, tenebris plusquam Cimmeriis obnubilatum fuerit: remanserunt tamen in corrupta natura quædam notitiæ, velut igniculi, quarum adminiculo honestum ac turpe ciuile discerni, ipsiq; homines ad officia communis vitæ instituti possent: quanquam notitiæ illæ magna quoq; laborant imbecillitate, nec apud omnes populos æque sunt luculentæ: vt agnoscas aliud nihil, quam rudera & veteris structuræ quædam eripia, superesse. Hinc est, quod Apostolus dicit: Opus legis etiam in cordibus gentium scriptũ exstare: quatenus earum conscientiæ sese vicissim excusant & accusant, dum id, quod recte ac honeste factum fuit, approbant:

Rom. 2. vers. 15.

& rursus, quod perperam factum, improbant. Unde facile intelligitur, longe felicissimum futurum fuisse genus humanũ, si in primaua illa rectitudine perstitisset. Deus enim hominem rectũ creauit. Siquidem omnes tum homines Ethici fuissent: & non quidem θεωρίᾳ tantũ, sed multo magis ipsa πράξει. Tum gens contra gentem non leuasset gladium, nec exercuissent se ad prælia, ut Esaias loquitur. Rursus autem & hoc intelligitur, nisi notitiæ illæ, quas diximus, post lapsum primorum hominum reliquæ mansissent: non beluina tantum, sed longe deterior etiam quam beluarum vita mortalium facta fuisset: & homo hominem non tantum lupum, sed omnino etiam Diabolum habuisset, adeoq; hominem homo viuum deuorasset. Itaq; grata mente agnoscendum & celebrandum est hoc beneficium Dei, in hac naturæ deprauatione reliquum. Nam hi mentis oculi, quibus inter honestum & turpe, virtutem & vitia homo ψυχικὸς quomodocunq; adhuc discernere potest, plus otium ad vitam hanc commode degendam conferunt, quam duo illa magna cœli luminaria, quæ præsunt diei ac nocti. Patet igitur studium hoc Philosophiæ Moralis quam latissime, atq; in eo non solum occupati fuerunt Philosophi paganorum, & sapientes omniũ populorum, sed ipse quoq; Moyses, Prophetæ, Apostoli, & omnes omnium temporum Ecclesiæ Doctores. Quamuis enim socordia sua gentes partim amiserunt, partim corruperunt doctrinam de vero Dei cultu, quam a maioribus suis quasi per manus traditam acceperant: hanc tamen doctrinæ partem ad alteram legis tabulam pertinentem, eximie excoluerunt: ut nullus omnino inter sapientes Ethnicorum exstiterit,

Ecclef. 7. verf. 30.

Esaiæ 2. verf. 4.

Genef. 1. verf. 16.

qui

qui non multa & varia humanæ vitæ salutaria præcepta tradiderit, iisq; auditorum suorum animos imbuerit. Hic aliquos videas doctrinam morum oratione soluta, alios ligata, pertractare: quidam ipsa virtutum præcepta nude proponunt, alii ænigmatibus inuoluunt, quidam viuis historiarū exemplis virtutem commendant, & a vitiis deterrent: alii confictis fabulis & Apologis hoc idem tentarunt. Cum autem totam hanc doctrinam Ethicam ex ipsa natura ac rationis dictamine haurire necesse haberent, fieri non potuit, vt eam castam ac synceram conseruarent. Quoties enim opinionem vulgi totius, quam ipsam naturam ducem, secuti fuerunt, ipsa vitia pro virtutibus habuerunt: vnde alicubi ingeniosa furta, alibi latrocinia, alibi etiam scortationes pro criminibus non fuerunt habita. Non est flagitium, inquit ille, apud Comicum, mihi crede, adolescentulum scortari, neq; potare non est, neq; fores effringere. Fuit enim hæc opinio vulgi, nonnulla propter ætatis feruorem adolescentiæ concedenda esse. Deinde vero, cum hæc doctrina de moribus alio non spectet, quam ad præsentem hanc vitam ita transigendam, vt prosis multis, noceas nemini, & temporalem tantum εὐδαιμονίαν quandam, ceu scopum sibi propositam habeat, ad finem tamen longe diuersum & prorsus alienum translata fuit, nimirum ad æternam felicitatem petendam, quæ insania non tantum Pharisæos Iudæorum, sed ipsos etiam scholasticos Doctores superiorum seculorum vexauit: nec defuerunt etiam inter eximios Doctores Christianos, qui sentirent ex gentilibus aliquos lege Naturæ, quatenus videlicet iuxta rectam rationem honeste vixerunt,

saluatos fuisse: quã hæresin nostro seculo Thammetus & Puccius renouarunt. At Moyses & Prophetæ, Baptista ac Apostoli multo felicius hanc Philosophiæ partem tractarunt. Primo enim illis necesse non fuit, recurrere tantum ad κοινὰς ἐννοίας, quæ supersunt in corrupta natura, sed habuerunt ante se repetitionem legis moralis, a Deo factam populo Israelitico de monte Sinai, summatim comprehensam in Decalogo. Deinde vero plenius & perfectius Ethicen suam tradiderunt, quam vllus vnquam Philosophus Ethnicus facere potuit: quia nõ solum, quomodo mores externi, sed etiam quomodo affectus interni, non tantũ hominis erga hominem, sed etiam hominis erga Deum sint gubernandi, docuerunt. Tertio etiam legitimos fines huius doctrinæ commonstrarunt: cum primis autẽ falsam persuasionem illam ex animis piorum euulserunt, quasi per istam morum disciplinam vel Deus placari, vel æterna felicitas comparari possit. Etsi vero longe rectius ac melius sacræ scripturæ Philosophiam Moralem doceant, quam vllus Plato vel Aristoteles, Cicero vel Seneca vnquam fecerunt, grauissimæ tamen sunt caussæ, quamobrem eorum scripta in Christianorũ scholis etiam legantur. Magnum enim adferunt adiumentum, vt iuuentus recte instituatur ad politicam societatem probatæ vitæ, & officia humanitatis recte intelligat. Et valde iucundum est videre atq; cognoscere, quousq; τὸ γνωστὸν illud ζωῆς, quod Paulus vocat, se extendat. Et cum ex Philosophia morali, tanquam ex suis fontibus tota Iurisprudentia Romana, omnesq; fere leges ciuiles haustæ sint, ad grauissima illa studia parum idonee accedit, qui scatebras hasce non diligenter

Exod. 20.

prius

prius degustauit. Cum primis autem decem libri Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, locum in cathedris ac pulpitis scholarum meruerunt, propter elegantissimam & methodum & dictionem: & quod omni erudita doctrina refertissimi sunt. Lutherus quidem alicubi dicit, totam fere Aristotelis Ethicen esse pessimam gratiæ inimicam: sed quod minime ad excutiendum hunc librum ex manibus studiosorum, sed ad retundendam scholasticorum Doctorum inscitiam pertinet: qui Philosophiam Aristotelis imperite cum doctrina Ecclesiæ confuderunt: atq; ex Aristotele patrocinium naturæ contra gratiam Christi quæsiuerunt. Vtiliter igitur discentium studiis seruiunt, qui ad hosce Ethicorũ libros illustrandos aliquid operæ & olei conferunt: inter quos non postremus fuit Clarissimus Philosophus Dn. Joannes Magirus Medicinæ Doctor, & Philosophiæ Naturalis in Academia Marpurgensi Professor eximius: qui vt in scriptis Aristotelis versatissimus fuit, ita nõ solum exstruxit inde aureum libellum Physicum: sed etiam decem hosce Ethicorum ad Nicomachũ libros doctis ac perspicuis commentariis illustrauit: quibus, etsi immatura morte præuentus, cum magna iactura rei literariæ neq; lineam adhibere, neq; vltimam manum imponere potuit: digni tamen a doctis viris iudicati fuerunt, qui ab interitu vindicarentur, atq; in vsum studiosorum euulgarentur. Posthumum igitur hunc fœtum, nondum satis a parente efformatum & expolitum, typis meis tanquam παλιγγενεσίᾳ quadam refinxi, atq; vt eo magis abblandiretur, geniumq; haberet, & maiore cum fructu inter manus studiosorum versaretur, ipsum Aristotelem & Græce &

Latine loquentem, intertexui. Cum autem etiam atq; etiam mecum cogitarem, cui donarem lepidum hunc nouum libellum, facile inter primos occurrerunt mihi G. G. V. V. quod eas scirem non solum in θεωρητικαῖς Philosophorum diligentissime versatas, atq; optimis disciplinis rectissime institutas: sed etiam hac doctrina morum ita excultas esse, vt quod Aristoteles praeceptis, hoc G. G. V. V. praestent exemplo. Et certe post studia verae pietatis vix aliud vllum est aeque dignum iis, qui ad gubernationem Reipub. nati sunt, quam quod his Aristotelis libris traditur, atq; commentationibus hisce dilucide explicatur. Oro autem G. G. V. V. vt cartaceum hoc δῶρον non minus gratum habeant, quam olim Alexandro Magno Philosophicae lucubrationes Aristotelis gratae fuerunt: quod si fiat, vt omnino spero, & mihi animus ad iuuandam Rempub. literariam, & studiosae iuuentuti ad exercenda & excolenda haec studia ingens calcar addetur. Deum ter Opt. Max. precor, vt G. G. V. V. cum generosa matre, totaq; familia benigne sospitet, atque ad salutare Ecclesiae & Reipub. incrementum, quam diutissime saluas & incolumes conseruet, Amen. Francofurti ad Moenum Calend. April. Anno 1601.

G. G. V. V.

ad omnia obsequia paratiss.

Zacharias Palth. nius
I. V. D.

IOAN-

IOAN. MAGIRI PHILOSOPHIÆ PROFESSORIS IN ACADEMIA Marpurgensi

Commentationes

IN X. LIBROS ETHICORVM ARISTOTELIS AD NICOMACHUM.

PROLEGOMENA.

DOCTRINA de moribus a Græcis, teste Aristotele *lib. 2. cap. 1.* ἀπὸ τοῦ ἔθους, id est, *ab assuefactione*, & ἀπὸ τῶν ἠθῶν, id est, *a moribus*, ἠθικὴ est nominata. Est autem Ethica scientia siue præceptio de moribus & actionibus recte honesteq; instituendis, vt quoad fieri possit, homo in hac vita bene beateque viuat. Vbi notandum est, per beatam vitam aut beatitudinem hoc loco intelligi, non illam veram & perfectam beatitudinem futuræ vitæ, cuius consequendæ præcepta non ex hac, aut aliis philosophorum scriptis petenda sunt: siquidem philosophi de ea, vt nihil sciuerunt, ita etiam nihil percipere potuerunt: sed eam tantum petendam esse ex fontibus sacrarum literarum. Itaque hoc loco intelligitur beatitudo tantum quædam politica, siue ciuilis, quæ est huius vitæ: & ad ciuilem societatem inter homines conseruandam pertinet. Est autem duplex hæc doctrina, quæ Ethica nominatur: vna nominatur *Diuina*: altera vero *Humana*. Diuina Ethica nihil aliud est, quam doctrina Legis & Euangelii, docẽs, Deum esse summum bonum, & Dei notitiam esse veram hominis beatitudinem, & ad eum omnes actiones ho-

Definitio Ethices.

Diuisio.

Diuina.

minum esse referendas: quemadmodum Saluator noster ait Iohannis 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum.* αὕτη δ' ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Hæc autem doctrina & cognitio non est verani [illegible] insita neque ratione humana & ingenii humani viribus comparari potest, sed a solo Deo est petenda. *Nemo enim* (vt Saluator noster inquit) *nouit patrem, nisi filius, & cui filius reuelauerit.* Continetur autem ea in sacris literis.

Humana. Humana Ethica est notitia præceptorum de honestis actionibus, quas ratio humana intelligit hominis naturæ conuenire, & ad ciuilem societatem conseruandam esse necessariam. Quam doctrinam Apostolus Paulus in epistola ad Roman. vocat, *Opus legis scriptum in cordibus hominum.* Item vocat eam, φρόνημα σαρκὸς, *prudentiam carnis*: dicitur etiam *lex naturæ.* Item, *ius naturale*, item *lex non scripta*, ἄγραφος, & *lumen mentis nobiscum natum.* Etsi enim primi nostri parentes propter peccatum omnem veram de Deo cognitionem amiserunt & reliquarum rerum quoq; notitia in illis fuit obscurata, tamen manserunt illis etiam quædam reliquiæ cognitionis rerum externarum & ciuilium, vt adhuc potuerint in rebus illis externis & ciuilibus bonum a malo honestum a turpi discernere. Etsi autem hæc doctrina, quæ ab Aristotele & aliis Philosophis scriptis est tradita, longe inferior sit, quam ea, quæ in sacris literis continetur: tamen etiam suas habet vtilitates propter quas est cognoscenda.

Vtilitas I. erga seipsum. Primum enim & vtilis est homini, quoad seipsum, vt deinde cognoscat, quid naturæ suæ in moribus actionibus totaque vita sit conueniens, & ita discat seipsum noscere quemadmodum Cicero 1. lib de legibus inquit: *Hæc vna nos id, quod difficillimum est, docuit, vt nosmetipsos nosceremus, ex qua notitia homo videbit honestatem & virtutem suæ naturæ, & præstantiæ maxime conuenire. Deprehendet etiam quantum ipsi adhuc desit ad suam dignitatem & præstantiam tuendam: atque inde magis accendetur ad amorem & studium virtutis, magisq; abhorrebit a turpitudine vitiorū cū intelligit vitia esse eius contra dignitatem.*

II. Erga alios. Deinde vtilis etiā hęc doctrina homini quoad alios, cum quibus viuit & conuersatur:

tradictur

traditur enim hic quodnam sit officium viri boni, quo pacto debeat cum aliis iuste, amice & pacifice viuere & quemadmodum mutuis officiis vinculum humanæ societatis in ciuili vita sit conseruandum: vt enim virtus conseruat, ita vitia dissoluunt ciuilem societatem. Tertio habet etiam hæc doctrina speciales quasdam vtilitates in aliis scientiis & veritatibus, præcipue vero in Iurisprudentia Continet enim fontes totius iuris, & omnium legum, quarum veritas & certitudo ad hanc doctrinam refertur, & ex ea petitur Vnde & Cicero lib. I. de legibus inquit: *Iuris disciplinam non a prætoris edicto, neque a duodecim tabulis, sed penitus ex ipsa philosophia hauriendam esse eamq; ab hominis natura repetendam, & qui aliter ciuile ius tradunt, eos non tam iustitiæ quam litigandi tradere vias, quoniam lex sit summa ratio insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt: & prohibet contraria.* Prodest etiam hæc doctrina plurimum ipsis Theologis, si cum bono iudicio adhibeatur, maxime in secundę tabulæ explicatione Decalogi, & in multis aliis quæstionibus, ita tamen vt non tanquam regina, sed tanquam pedissequa sit sacræ Theologiæ. Subiectum huius doctrinę est ipse homo informandus, quod ad mores & actiones attinet, quæ partim a ratione, partim a voluntate hominum proficiscuntur Finis autem huius doctrinæ est, vt antea dictum fuit, ciuilis seu huius vitæ beatitudo. Quæ quoniam non solum in cogitatione virtutis, sed maxime in actione consistit: ideo doctrina hæc dicitur πρακτικὴ, quia ad πρᾶξιν, id est, ad vsum & actionem est referenda. Neq; enim satis est scire quid sit virtus, & quæ virtutum sint actiones: sed oportet etiam secundum virtutem actiones & vitam instituere, si velimus viri boni haberi. Nam scientia virtutis non facit virum bonum: sed actio secundum virtutem. Vnde etiam Cicero lib. I. Off. dicit, *Omnis laus virtutis in actione consistit.* Quia etiam hæc doctrina de moribus vna est ex principalibus philosophiæ partibus, siquidem excepta sacra Theologia nulla ars aut scientia homini magis necessaria, & ad communes vitæ vsus accommodatior atque vtilior, quam morum doctrina: ideo etiam hic quæri solet, ad quam partem philosophiæ hæc doctrina sit referenda: Quo autem

III. In scientiis.

I. In iurisprudentia

II. In Theologia.

Subiectum.

Finis.

Quæstio.

melius hæc quæstio intelligatur generatim quædam de philosophiæ vocabulo, definitione & diuisione sunt notanda. Et primum, quod ad vocabulum philosophiæ & philosophorum attinet, sciendum est, olim eos, qui aliqua doctrina & cognitione rerum excellebant, dictos & habitos fuisse σοφὺς. id est, sapientes, eorumq; scientiam, σοφίαν, sapientiam fuisse nominatam, atque has appellationes vsque ad Pythagoræ tempora demanasse: vnde etiam nomen illud consecuti sunt docti illi viri qui vulgo *septem sapientes* nominantur, quales fuerunt Bias, Thales Milesius, Pythæus, Solon Atheniensis, Cleobolus, Periander Corinthius, & Chilo Lacedæmonius. Pythagoras autem existimauit, nomen sapientis esse nimis splendidum & magnificum, propterea, quod absoluta & perfecta omnium rerum cognitio, quæ proprie sapiẽtia dici meretur, non posset in hominem cadere: ideo statuit, solum Deum esse σοφὸν, id est, *sapientem*: homines autem potius φιλοσόφυς, id est, *sapientiæ studiosos & amatores*, esse nominandos. Vnde & interrogatus a Leonte rege Phliasiorum, *quanam arte confideret maxime*? respondit, *se artem quidem nullam scire, sed se philosophum esse*, id est, sapientiæ amatorem, de qua historia legatur Cicer. *lib. 5. Tuscul. quæst.* Quod vero ad definitionem philosophiæ attinet, variæ eius exstant, cum apud Græcos, tum apud Latinos definitiones: vsitatissima vero est ea, quæ habetur apud Ciceronem lib. 2. Off. vbi sapientiam, id est, philosophiam sic definit: *Sapientia est rerum diuinarum, humanarum, caussarumq́, quibus hæ continentur scientia.* In hanc vero sententiam & lib. 1. de Oratore describit & definit philosophum, cum inquit: *Philosophus est is, qui studet omnium rerum diuinarum atq́ humanarum naturas, caussasq́ cognoscere, & omnem bene viuendi rationem tenere & persequi.* Aristoteles lib. 10. Metaphys. philosophiam sic definit, φιλοσοφία ἐστὶν ἐπιστήμη τοῦ ὄντος ᾗ ὢν καθ' ὅλου καὶ οὐ κατὰ μέρος. *Philosophia est scientia eius, quod est quatenus est in genere vniuerso, non autem in parte.* Qua definitione ostenditur, philosophiam nõ versari solum circa vnius alicuius considerationem quemadmodum reliquæ artes & scientiæ, quæ habent certa quædam obiecta, circa quæ versantur, sed philosophiam considerare,

Philosophia vnde dicta.

7. σοφοί.

φιλόσοφοι.

Philosophia.

Philosophus.

πάντα

πάντα τὰ ὄντα, id est, *omnia quæ sunt in vniuersitate*, quæ Aristoteles in duo genera diuidit, quod nimirum alia sunt θεῖα *diuina*, καὶ ἀΐδια, id est, *sempiterna*: alia tantum ἀνθρώπινα, i. *humana*, καὶ φθαρτὰ, i. *caduca*, omnia nimirum ea, quæ generationi & corruptioni sunt obnoxia. In his philosophiæ definitionibus obiter etiam adiunguntur præcipuæ eius caussæ. Nam caussa formalis est ἡ ἐπιστήμη scientia vel cognitio rerum, i. habitus quidam mentis, quo res cognoscimus & percipimus. Caussa efficiens primaria & principalis est Deus ipse, qui iustam rerum notitiam mentibus hominum indidit, quæ in prima quidem creatione fuit perfectissima. Habuit enim primus homo plenam & perfectam non solum omnium rerum, sed ipsius etiam Dei cognitionem: postea vero per lapsum primorum parentum, hæc cognitio, quoad Dei quidem notitiam attinet, plane est amissa. In ceteris autem externis rebus admodum obscurata, adeo vt tãtum quædam scintillæ videantur adhuc in mentibus hominum esse relictæ, quas oportet diligenti studio, labore & industria rursum ex cineribus & tenebris ignorantiæ eruere & excitare, quæ est secundaria caussa efficiens ipsius philosophiæ. De hac caussa efficiente etiam Cicero lib. 1. Tuscul. quæstion. ait, *Philosophiam esse donum & inuentum Deorum*: & Lucretius, quamuis alioquin Epicureus fuerit; tamen philosophiam Deo acceptam refert: nam in lib. 5. sic scribit ad Memnium,

Philosophia caussa formalis.

Efficiens.

> *Nam* (inquit) *si ceu ipsa petit maiestas cognita rerum*
> *Dicendum est Deus ille fuit, Deus inclyte Memni*
> *Qui princeps vitæ rationem inuenit eam, quæ*
> *Nunc appellatur sapientia, quiq; per artem*
> *Fluctibus e tantis, vitam tantisq; tenebris*
> *In tam tranquillo & tam clara luce locauit.*

Caussa materialis circa quã philosophia versatur sunt omnia ὄντα, id est, res omnes, tam diuinæ, quam humanæ, quæ in cogitationem & actionem hominis cadere possunt. Caussa finalis primaria est, vt consideratione & cogitatione earum rerum quæ in philosophia traduntur, agnoscamus & celebremus fontem omnis sapientiæ. Deum ipsum, qui, vt etiam Plato ait, gratã de se famam in artibus sparsit, & quãdo hanc cognitionem Dei non-

Materialis.

Finalis.

dum perfectam esse intelligamus, decurramus ad cœlestem de Deo doctrinam, quæ in sacris literis traditur, & quam filius Dei dominus & saluator noster Iesus Christus reuelauit: et sane quod ex his secundis caussis, quas philosophia mõstrat, animus noster aliquo modo etiam ad primum & summam caussam perducitur, testatur quoque ipse apostolus Paulus in epist. ad Rom. cap. 1. ubi inquit. *Gentes ex creatione quidem Deum cognouisse: sed tamen non ut Deum glorificasse.* Secundaria caussa philosophiæ finalis est, ut de rebus sentire recte & iudicare, easdem etiam idonea ratione ad alios perferre, mores denique actiones & totam vitam nostram honeste & recte instituere possimus, ut ciuili hominum societate, quantum fieri potest bene beateq; viuamus: de quo fine etiam Cicero lib. 2. de finibus scribit, *Omnis summa philosophiæ ad beate viuendum refertur.* Sunt duæ præcipue diuisiones philosophiæ: vna Peripateticorum & Græcorum interpretum Aristotelis, altera Stoicorum & Ciceronis.

DE PRIMA DIVIsione.

Diuisio. Contemplatiua. Practica.

Peripatetici duas in partes diuidunt philosophiam: quarum dicitur vna θεωρητικὴ, id est, contemplatiua, quæ versatur circa rerum cognitionem: altera vero πρακτικὴ, activa, quæ tota refertur ad actionem. Illius finis est ἡ ἀλήθεια veritas scilicet, in cuius cognitione & contemplatione conquiescit. huius vero finis est, τὸ ἀγαθὸν, bonum, ἐν τῇ πράξει, seu τὸ πρακτὸν ἀγαθὸν, bonum, quod agendo acquiritur. Hæc diuisio sumta est ex loco caussarum finalium: nam duo sunt præcipui fines, ad quos homo factus est: cognitio veritatis, & eius actio quod est honestum: de qua re Cicero lib. 2. de finibus ita scribit: *quemadmodum ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis: sic homo ad duas res, ad intelligentiam & agendum est natus.* Sic enim in lib. 4. Acad. quæst. scribit: *Duo hæc maxima sunt in philosophia, iudicium veri & finis bonorum: Neque enim potest dici sapiens, qui aut cognoscendi initium ignorat aut extremum expetendi & agendi.*

Subdiuisio con-

Θεωρητικὴ diuiditur autem rursus in duas partes: quarum vna dicitur μεταφυσικὴ, alio nomine θεολογικὴ. quæ

conti-

considerat res ab omni materia abstractas, quæ vocantur ἁπλῶς ὄντα, item ἄϋλα, immateriata, & νοητά, quia sola mente intelligũtur. Altera dicitur φυσικὴ, quæ considerat res corporeas, cum materia coniunctas, & vocantur τὰ ἐν ὑποστάσεσι ὄντα, entia, quę sunt cũ materia, item in materia existentia, & αἰσθητά, sensibilia. Tertia nominatur μαθηματικὴ, quæ considerat res, quæ sunt mediæ naturæ, id est, partim in materia sensibus subiectæ: partim a materia separatæ. & nominantur τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα, quæ a materia possunt separari. Sub hac tertia parte continentur quatuor artes, quæ mathematicæ nominantur: nempe Arithmetica, quæ versatur circa numeros: Geometria, quæ metitur magnitudines: Musica, quę discernit sonos & harmoniam vocum: Astronomia, quæ considerat corpora cœlestia.

Practica philosophiæ etiam diuiditur in tres species: quarum vna dicitur ἠθικὴ, quæ singulorum hominum mores informat, & conatur efficere virum bonum. Altera dicitur πολιτικὴ, quæ tradit rationem administrandæ reip. & conatur efficere ciuem bonum. Tertia nominatur οἰκονομικὴ, quæ, quo pacto domus & res familiaris sit administranda instituit, & conatur bonum efficere patremfamilias. Ad hanc quoque practicam philosophiam pertinet hæc doctrina de moribus, quæ etiam propterea practica dicitur, quia eius præcepta ad vsum & actiones sunt referenda. Non ideo hæc doctrina tantum discenda est, vt sciamus, quid sit virtus: sed vt secundum virtutem agamus & viuamus.

ALTERA DIVISIO.

Cicero libr. 1. de Orat. secutus Stoicorum sententiam philosophiam diuidit in tres partes: in Physicam, Ethicam & Logicam. Sic enim scribit, *Philosophia in tres partes est distributa: in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores.* Eodem modo in Academicis quæst. ad Varronem sic scribit: *Fuit accepta a Platone philosophiæ ratio triplex, vna de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis: tertia de disserendo, & quod verum, quid falsum, quid rectum in ratione aut prauum: quid consentiens, quid repugnans, indicando.* Tripartita hæc

Marginal notes: *templatiua.* *Metaphysica.* *Physica.* *Mathematica.* *Arithmetica.* *Geometria.* *Musica.* *Astronomia.* *Subdiuisio practica.* *Ethica.* *Politica.* *Oeconomica.* *II Diuisio Ciceronis.*

Stoicorum seu Ciceronis diuisio, non pugnat cum præcedenti diuisione, tamen hoc est discriminis, quod Stoici etiam Logicam constituerunt partem philosophiæ quam Peripatetici, non partem, sed instrumentum philosophiæ esse voluerunt, per quod verum a falso, bonum a malo discernitur, & sensa animi ratione explicantur.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. I.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙ- κομαχείων Βιβλίον α΄.

TItulus seu inscriptio horum librorũ de duobus nos præcipue admonet. Primum de auctore, deinde de materia, quæ in his libris traditur & explicatur. Auctor est Aristoteles, quem Cicero lib. 5 de finibus bonorũ, post Platonem principem philosophorum nominat: & auctorem sectæ peripateticorum, qui dicti fuerunt παρὰ τοῦ περιπατεῖν, quia solitus fuit Aristoteles in sua Schola, quæ Lyceum nominabatur, in ambulando disputare. Vixit autem antè natum Christum annos circiter 330. Præceptores habuit Socratem, quem audiuit per 3. annos, & Platonem per 20. annos. Pater eius fuit Nicomachus ex Hippocratis familia oriundus, medicus regis Philippi, qui fuit pater Alexandri, cuius postea Aristoteles factus est priuatus præceptor per annos 10. habuit quoq; alios discipulos, quorum aliqui euaserunt in summos philosophos, vt Theophrastus, qui plurimos in philosophia libros scripsit, quorum adhuc aliqui exstant: item Callisthenes, Menedemus, & multi alii. Natus fuit in obscuro oppido Thraciæ, cui nomen fuit Stagira, vnde & ipse Aristoteles Stagirites fuit dictus. Mortuus tãdem in Chalcide ciuitate Eubœæ anno ætatis 63. Cuius vitam prolixius describit Diogénes Laertius.

Aristoteles quis fuerit.

Materia vero horum librorum indicatur vocabulo ἠθικῶν, de moribus & actionibus hominum recte informandis & instituendis, quid nimirum in illis sit honestum & turpe: quid naturæ conueniens aut repugnans, vnde

Materia horum librorum.

vnde etiam hæc doctrina ἠθική, id est, moralis nominatur. Vbi quoque hoc vocabulum notandum est τὸ ἠθικῆς, dupliciter accipi: primum generaliter pro tota philosophia practica, veluti supra in altera diuisione Philosophiæ sumitur, in qua dicitur, quod philosophia alia sit Physica, alia vero Ethica, alia Logica: vel specialiter sumitur pro ea solum doctrina, quæ est de priuatorum hominum moribus informandis, & in hac significatione hoc loco sumitur, & separatur a reliquis duabus speciebus practicæ philosophiæ, nempe a scientia politica & œconomica quemadmodum supra dictum fuit. Quod vero inscribūtur etiam Ethica Nicomachia, hæc particula adiecta est ab interpretibus primū, vt hi libri distinguerētur a reliquis duobus voluminibus, quæ de eadem materia ab Aristotele dicuntur esse scripta, quorū vnum continet 8. libros, qui inscribuntur Eudemia, qui putantur Aristotelis esse ad amicum quendam Eudemium. Altera continet duos libros, qui vocantur Magna moralia, & veluti epitome sunt & compendium istorum decem librorum, & videantur potius parua, quam magna denominãda esse. Altera caussa huius inscriptionis, quoniam hi libri ab Aristotele inscripti sunt ad filium suum Nicomachum, quem erudire voluit & instituere in moribus & actionibus, totaq; vita recte instituenda. Sicut Cicero etiam, postquam a laboribus reip. otium fuisset consecutus, etiam ad filium suum de eadem materia scripsit libros, nempe de Officiis. Etsi vero Cicero libro 5. de Finibus videatur affirmare, hos libros non ab Aristotele, sed eius filio Nicomacho esse scriptos: tamen multis rationibus videtur diuersum posse ostendi. Primum tota methodus & tractatio: deinde ipsa phrasis & genus orationis manifeste ostendunt hosce libros ab Aristotele esse conscriptos, si diligenter examinentur & conferantur cum methodo & phrasi, quam in aliis suis libris obseruauit. Deinde omnes Græci interpretes hoc opus Græcum Aristoteli attribuunt. Tertium, quod maximum est testimonium, ipse Aristoteles horū librorum a se scriptorum, & in quibusdam etiam aliis suis libris mentionem facit. *vt in 2. lib. Politic. cap. 1. 7. Polit. cap* 13. 5. *lib. Metamorph. cap.* 1. in quibus locis lectorem reuocat ad

Ethica dupliciter accipitur.

Cur inscribātur Nicomachia

Aristotelem esse horum librorum auctorem

hos libros. Imo *in 6 lib. Ethic cap.* 3. mentionem facit analyticorum posteriorum, in quibus scribit, se de scientiæ prænotione egisse. Postremo etiam argumentum esse potest quod Aristoteles *in 6. cap lib* 1. Socratem & Platonem suos amicos vocat, quod certe filius eius de his non potuisset affirmare. Quod vero ad methodum attinet qua Aristoteles in hac doctrina vsus est, sciendum est hos libros inscriptos esse methodo ἀναλυτικῇ: nam incipit a fine tanquam a toto, id est, a beatitudine, eamque proponit per definitionem, & deinde omnia, quæ ad eius naturam intelligendam pertinent, definiendo & diuidendo explicat, & tandem ipso in toto rursum, id est, in beatitudine doctrinam hanc claudit, ita vt ipsa ἐργασία tractatio sit quodammodo circularis & perinde perfecta. Tota autem doctrina quæ in his decem libris traditur, ad quatuor præcipue κεφάλαια, potest referri: quemadmodum ipse Aristoteles ostendit in lib 10. cap. 6. Primum caput est de beatitudine quæ est tanquam finis huius doctrinæ: alterum est de virtute tanquam caussa efficiente beatitudinis: tertium est de amicitia, quæ virtuti est cognata: quartum de voluptate quæ est indiuidua comes beatitudinis. De beatitudine agit *in lib.* 1. & *in* 10 de virtute in secundo libro, vsque ad medium septimi lib. de amicitia *in lib.* 8 de voluptate partim in fine septimi libri, partim in principio decimi.

Methodus.

ΚΕΦΑΛ. α'. — CAP. I.

A Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ. B Διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν, οὗ πάντ' ἐφίεται. C Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς ἔργα τινά. ὧν δ' εἰσὶ τέλη τινὰ παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν

Ars omnis, & omnis doctrina, itemque actio, & propositum, bonum aliquod expetere videtur. Itaque probe bonum definierunt id quod expetunt omnia. Finium autem discrimen aliquod apparet. Partim enim operationes, partim præter eas opera quædam sunt. Ac quorum præter actiones, alij præterea fines sunt, in iis sunt opera operationibus meliora

meliora. Et quoniam actiones & artes ac scientiæ multæ sunt, complures etiam fines exsistunt. nam & medicinæ valetudo finis est: artis ad fabricandarum nauium, nauis: militaris disciplinæ, victoria: rei familiaris, diuitiæ: quæque artes eius generis vni alicui facultati subiectæ sunt, (veluti equestri ea quæ frenos conficit, cæteræque omnes equorum instrumenta tractantes: ut hæc ipsa & omnia officia bellica, rei militari: itemque alia aliis:) in iis omnibus fines architectonicarum magis expetendi sunt, quam omnium sub eas subiectarum: quippe cum horum caussa etiam illi expetantur. Nihil autem interest, utrum operationes ipsæ sint actionum fines, an præter eas aliud quippiam, ut in scientiis, quas commemorauimus.

τὰ ἔργα τῶν πράξεων ... ἐπιστημῶν, πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη. ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον, στρατηγικῆς δὲ νίκη, οἰκονομικῆς δὲ πλοῦτος. ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιητικὴ καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἱππικῶν ὀργάνων εἰσίν. αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικήν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας.) ἐν ἁπάσαις τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ' αὐτά. τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται. διαφέρει δ' οὐδὲν τὰς ἐνεργείας αὐτὰς εἶναι τὰ τέλη τῶν πράξεων, ἢ παρὰ ταύτας ἄλλο τι, καθάπερ ἐπὶ τῶν λεχθεισῶν ἐπιστημῶν.

A Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος)

IN hoc primo libro Aristoteles agit de fine doctrinæ moralis, quę dicitur εὐδαιμονία beatitudo. Intelligitur autem beatitudo politica seu ciuilis, quæ est huius vitæ, nã de reuera beatitudine, quæ est futuræ & æternæ vitæ, philosophorum scripta nihil habent, quin & ipsis quicquam de futura vita cognitum nõ fuit. itaq; ea non ex philosophorum scriptis, sed ex sacris literis est petenda. Possunt autem huius libri tres constitui partes, quarum prima est τὸ προοίμιον. exordium, sicut ipse Aristoteles in fine tertii capitis indicat, cum dicit, se hæc proœmii vice scripsisse: continetur autem προοίμιον tribus prioribus capitibus: in quibus quæritur, an sit aliquis finis rerũ & actionum. Deinde an sit tantum vnus, an vero plures quæ sint eorum differentiæ. Tertio quam obrem, & a quo, & a quibus lectoribus vel auditoribus iste finis sit explican-

Summa lib. I.

Exordiũ.

dæ. Altera pars libri est ipsa ἔκθεσις καὶ ἐργασία, id est, *explicatio & tractatio*, ipsius finis quæ continuatur vsque ad postremum postea caput. Primum enim agit de nomine huius finis in 4 cap. Deinde in 5 & 6. cap. explicat varias philosophorum opiniones de vltimo hominis fine. Tertio in 7. & 8. tradit eius definitionẽ, eãq; explicat. Quarto in 9. c. de eius caussa efficiente. Quinto in 10. 11. & 12. c. explicat quasdã circũstãtias & quæstiones, quæ circa hunc finem solent cõsiderari. Postrema pars est ἐπίλογος dictorum & μετάβασις ad insequentem tractationem de virtutibus. Huius autem primi capitis duæ sunt præcipuæ quæstiones de fine. Prima quæstio εἰ ἔστι, *an sit res*, aut aliquis finis rerum & actionum humanarũ. Altera quæstio est de numero & differentia finiũ. Quod ad primam quæstionem attinet, quod sit aliquis finis in humanis rebus ad quem actiones sunt referendæ, Aristoteles statim ab initio huius capitis probat tali argumento: *Quæcunque bonum aliquod expetunt, ea ad finem aliquem respiciunt. Sed res humanæ aliquod bonum expetunt. Igitur res humanæ ad finem aliquem respiciunt. Et per consequens necessario est illum finem esse.* Si enim non esset, non posset expeti. Etenim quemadmodum in sequẽti dicitur, si non esset talis aliquis finis, tum appetitus eius esset vanus & irritus, & per consequens appetitus frustra esset homini a natura datus, quod est παράδοξον, *absurdũ*. Pugnat enim cum hac sentẽtia: *Deum & naturam nihil facere frustra.* Maior propositio, in qua dicitur, quod ea, quæ bonum aliquod expetunt, etiam respiciunt aliquem finem ex eo manifesta est sententia nostra boni & finis: nam bonum habet rationem finis, quatenus terminat seu finit, id est, cessare facit appetitum, quãdo bonũ illud est cõsecutus. Eodem modo omnis finis habet rationem boni, si modo sit verus & rectus finis. Nã excitat sui appetitionẽ, quemadmodum & ipsum bonum. itaq; bonum & finis sunt inter se ἀντιστροφα, i. *quæ possunt inter se conuerti.* Nam, *Quicquid bonum, habet rationem finis, & omnis finis habet rationem boni.* Minor, in qua dicitur, quod omnia humana bonum aliquod expetant, probatur duabus rationibus. Prima sumitur ab enumeratione omnium eorũ, in quibus res humanæ videntur versari & consistere, quę quãdo bonum

Quæstiones cap. lib. 1.

Quæst. 2. cap. 1.

bonum expetūt. Igitur dicitur recte, quod omnia humana bonum appetunt iuxta regulam Dialecticorum, qua dicitur: *Ex enumeratione omnium partium: constitui recte posse totum.* Enumerat aūt Aristot. 4. partes, in quibus res humanæ videntur versari, nempe *artem, methodū, actionem, electionē*q; quę ad duo summa capita possunt redigi ad cognitionē & effectionē rerum. Ad cognitionē pertinent duo, prima nempe ἡ τέχνη. quæ tradit rē ipsam, quæ est cognoscenda, deinde μέθοδος, quę tradit viam & modum aliquid cognoscēdi. Ad effectionē reliqua duo pertinent, *electio* προαίρεσις, seu voluntas coniuncta cū consilio certo agendi, & ipsa πρᾶξις, i. *actio*, per quā rem eam, quam expetimus conamur efficere & agendo consequi. Hæc autem quatuor bonum aliquod expetere, manifestū est, si singula velimus inspicere. Nā ars respicit vtilem finem in vita humana, quemadmodum patet ex eius definitione. Nam quarum artium nō est vtilis finis in vita: hæ non sunt dignæ artis vocabulo, ideoq; nominantur a Græcis κενοτεχνίαι & ματαιοτεχνίαι, vt artes funambulorum. Methodus etiam bonum sibi aliquod habet propositum. Ostendit enim τάξιν *ordinem* & viā aliquid recte & vtiliter docēdi & discendi. προαίρεσις siue *electio*, etiam vtilitatem respicit, & bonū aliquod expetit, quia voluntas coniuncta est cum recta ratione. Vtilitatis autem obiectum, vt infra *in lib. 3.* ostenditur, est ipsum bonum, siue verum sit, siue apparens φαινόμενον. Nemo enim vult malum, quatenus est malū, sed quatenus putat esse bonum. Sic etiam iudicandum est de actionibus, quæ certo consilio & ratione suscipiūtur. Hæ enim omnes aliquod bonum sibi habent propositum, siue sint priuatæ, siue sint communes, quarum aliquæ sunt ecclesiasticæ, quæ referuntur ad cultum Dei: aliæ politicæ, quæ referuntur ad publicum ciuitatis bonum: aliæ œconomicæ, quæ referuntur ad familiæ & rei domesticæ vtilitatem.

Partes rerum human.

Ars.

Methodus.

Actio.

Electio.

Vtilitatis obiectum.

Diuisio actionū.

Ecclesiastica.

Politica.

Oeconomica.

B Διὸ καλῶς ἀ.) Altera probatio minoris sumitur a definitione boni. Nā veteres Philosophi *bonū* definierūt *id* esse *quod omnia appetit*: & hac boni definitione sic argumētatur. *Si omnia appetūt aliquod bonum. Igitur etiam humana appetūt aliquod bonū. Sed antecedens est verū, ex defintione boni. Igitur & consequens.* Hoc loco notandū est primum

Definitio boni.

definitionem boni, quæ hoc loco ab Aristotele ex veterum sententia affertur, factam esse a proximo, id est, ab appetitu sui quem in animis hominum excitat. Hæc enim est vis & natura boni, vt excitet sui appetitionẽ. Vnde etiam quidam existimant, græcum vocabulum ἀγαθὸν nomen accepisse ἀπὸ τοῦ ἄγειν, *a ducendo*, quia ducit & allicit nos ad sui expetitionem. Vel dictum esse ἀπὸ τοῦ ἄγαν θέειν, *vehementer currere*, quia vehementer ad illud currimus. Eandem ob caussam interdum Græci *bonum* vocant καλὸν, a verbo καλέω, id est, *voco*, quia nos ad se vocat & allicit. Deinde etiam notandum est hunc boni appetitum a natura omnibus rebus tam animatis quam inanimatis esse insitum. Primum, quia ipsum bonum est φυλακτικὸν, id est, *sui ipsius conseruans*, quemadmodum τὸ κακὸν est φθαρτικὸν, id est, *seipsum corrumpens ac destruens*. Omnes autem res sui ipsius conseruationem, & propterea expetunt bonũ. Deinde ipse appetitus quasi indicium est omnes res a bonitate sua prima & perfectione decidisse. Nã per lapsum & inobedientiam primorum parentum omnes creaturæ simul in ruinam pertractæ sunt, & vt Apostolus Paulus ait: *Vanitati & seruituti corruptiones sunt subiectæ, expectantes redemptionem filiorum Dei, vt ipsa quoque liberentur ab ipsa seruitute.* Tertio notandum est, Aristotelem hanc de moribus doctrinam ideo auspicari a fine, quia est doctrina practica quæ consistit in actione: in omni autem actione suscipienda primo loco, finis est considerandus, & ad illum finem tota actio est dirigenda. Idcirco ab ipso fine tanquam caussa formali actionum, etiam actiones æstimantur, vtrum sint bonæ aut malæ, vnde vulgo dicitur, quod *finis informat actiones.* Quo in loco admonemur, ne vllam actionem temere suscipiamus nõ prius considerato fine, propter quem volumus eam suscipere. Vnde recte dicitur,

Quicquid agis, prudenter agas & respice finem.

Quarto etiam hoc notandum est, Aristotelem hanc doctrinam incipere a propositione vniuersali, πᾶσα τέχνη, & a definitione boni, quoniam sine definitionibus & vniuersalibus propositionibus nullę possunt constitui artes aut scientiæ. Sunt enim veluti fundamenta omnium reliquorum præceptorum, vnde & Aristoteles in aliis do-

ctrinis

Notatio boni.

ctrinis, quas tradidit, præmittit propositiones vniuersales tanquam fundamenta, veluti in Physicis sic incipit. *Omnis cognitio & scientia a principiorum & caussarum cognitione proficiscitur.* In doctrina de demonstratione sic incipit: *Omnis doctrina & omnis disciplina, quæ ratione constat ex præcedente proficiscitur cognitione.* Sic in Metaphysicis incipit: *Omnes homines naturaliter scire desiderant.* In Politicis præmittit hanc vniuersalem propositionem: *Omnis societas boni alicuius gratia constituitur.*

Fundamenta artium.

C Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν) Hæc est altera pars huius capitis, in qua explicatur quæstio de numero & differentia finium. Postquam enim probatum iam sit, esse aliquem finem rerum & actionem humanarum, recte iam etiam quæritur, an vnus tantum sit finis, an vero plures: & si sint plures, quomodo inter se differant. Coniunguntur autem hæ duæ quæstiones de numero & differentia finium, quia simul considerantur. Nam si vnus solum esset finis, tum nulla esset finium differentia: quia quod vnicum est, a seipso non differt. Rursum, quia est finium differētia aliqua: sequitur non esse vnum tantum finem. Quod vero sint plures fines inter se discrepantes, probatur a multitudine & differentia rerum, artium & actionum, quod non eadem sit natura & vis, & per consequens etiā, non potest earum esse idem finis. Quælibet enim res a Deo ad certum aliquem finem est destinata, ad quem consequendum etiam peculiaris & propria vis ei a Deo est tradita. Eodem modo in artibus & scientiis se res habet: singulæ enim suum proprium habent finem, cuius gratia & discuntur & exercentur. Imo fines artium in ipsarum definitionibus indicantur, vt cum dicimus: *Grammaticam esse artem loquendi & scribendi: Rhetoricam esse artem benedicēdi: Musicam esse artem bene canendi. Physicam esse doctrinam, quæ tradat agnitionem rerum naturalium: Medicinam esse artem medendi.* In his & similibus definitionibus continentur fines singularum artium. Similiter etiam actionum diuersi sunt fines, quod quidem per se manifestum est. Etenim actiones ecclesiasticæ non habent eundem finem sibi propositum, quem habent actiones politicæ, aut bellicæ aut œconomicæ: & quemadmodum harum actionū adhuc infinitæ pro-

Secunda pars capitis.

Quæstio.

Rerum fines.

Differentia.

pe sunt differentiæ: ita etiam varii & diuersi sunt earum fines. Est autem triplex finium differentia, quæ ab Aristotele in hoc textu traditur. Prima sumitur a natura & qualitate finium. Fines enim alii dicuntur ἐνέργειαι, id est, *operationes*: alii dicuntur ἔργα, id est, *opera*: ἐνέργειαι sunt, quando agenti tantum, proposita est ipsa operatio & actio, & vt cupit ex illa operatione opus aliquod efficere, & in eadẽ operatione acquiescere. Exempli gratia: actio philosophi est, ἡ θεωρία, id est, *ipsa contemplatio seu speculatio* rerum diuinarum & caussarum. In hac contemplatione Philosophus acquiescit, & in ea sese oblectat, neq; ex ea opus aliquod efficit, quod possit alteri monstrari. Itaq; illa contemplatio dicitur etiam finis actionis Philosophi. Verum iste finis est tantum ἐνέργεια, *operatio propter se suscepta*. Tales sunt omnes actiones virtutum, quę non propter aliud aliquod opus, sed propter seipsas suscipiuntur. Ἔργα autem dicuntur eiusmodi fines, quando ex actione etiam opus aliquod est effectum, vt quando textor sua actione efficit pannum: sutor sua actione efficit calceum, statuarius statuam. Talia opera dicuntur, quia horum gratia ipsæ actiones fuerunt susceptæ. Altera differentia sumitur a dignitate & præstantia finium per comparationem. Inquit enim Aristoteles, *fines aliós aliis esse præstantiores*. Nam qui consistunt fines in opere aliquo, quod est effectum præstantiores sunt ipsa operatione quam sunt effecta opera. Exempli gratia, Domus est opus architecti propter quam architectus operationem, actionem susceperat. Domus autem pręstantior est ipsa operatione per quã effecta. Ista statua, quæ est opus statuarii præstantior est operatione eius. Sed hoc loco notandum est hanc differentiam tantum veram esse in illis artibus, in quibus vtraque hęc sunt, nempe operatio & opus. In illis enim semper opera præstantiora sunt operationibus, quia opera iam sunt perfecta & absoluta, & vt Physici loquuntur, sunt in suo Esse (in quiete.) Operationes autem sunt imperfectæ, seu vt Physici loquuntur, sunt in fieri & motu Pręterea operationes instituuntur propter opera: atq; ideo opera illis sunt præstantiora. In diuersis autem artibus hæc differentia non est vera. Nam multæ operationes præstãtiores sunt operibus.

Triplex finium differentia.

Ἐνέργεια quid.

Ἔργον quid.

Exempli

Exempli gratia. Philosophi operatio, quæ contemplatur res diuinas, longe est præstantior, quam sint opera opificum. Tertia differentia sumitur ab ordine & gradibus finium. Alii sunt principales, alii autem minus principales. *Principales dicuntur, ad quos alii inferiores fines referuntur: Minus principales dicuntur, qui inseruiunt principalibus finibus.* Exempli gratia: Sanitas in arte medica est principalis finis, cui inseruiunt omnes reliquæ actiones ipsius medici, qui etiam aliquo modo dicuntur esse fines medici. Sed omnes illi spectant ipsum principalem finem, nempe sanitatem. Ita *gloria Dei debet esse principalis finis omnium nostrarum actionum*, quemadmodũ Paulus 1. Corinth. 10. ait. Licet adhuc sint multi alii fines, propter quos actiones nostras suscipimus, debent tamen omnes ad principalem illum finem contendere. Notandum est in hoc loco, quod Aristoteles principalẽ finem, ad quem reliqui fines intermedii referuntur, vocat ἀρχιτεκτονικὸν, vocabulo metaphorico. Quemadmodũ enim architectus omnibus aliis inferioribus fabris, quibus in exstruẽda domo vtitur, imperat: ita etiam omnes alii intermedii fines a principali & vltimo fine quasi gubernantur: & propterea ille vltimus finis dicitur esse præstantissimus, quoniam propter se est expetendus, reliqui enim fines omnes ad illum referũtur. Deinde notandum est: duas differentias finium, quæ postremo loco sunt allatæ, desumtas esse ex duabus artium diuisionibus, quarum prima est, quod artes quædam sint practicæ, quæ in sola actione & operatione acquiescunt, & nullum post se opus relinquunt. Quædam sunt ποιητικαὶ, quæ efficiunt aliquod opus, quod post operationem relinquunt. Altera diuisio est quod artes aliæ dicũtur κύριαι *dominæ*, quæ inferioribus artibus, quas sub se comprehendunt, imperant & præscribunt, quo singula sint referenda: vt ars medica etiam sub se habet artes inferiores, nempe chirurgiam, anatomiam, χειρουργικὴν, φαρμακοποιΐαν, & plures alias, quæ sunt artis medicæ famulæ atq; ministræ. Aliæ autem dicuntur ὑπηρετικαὶ, id est, *ministræ*, quæ superioribus artibus sunt subiectæ. Hanc diuisionem Aristoteles declarat exemplo artis imperatoriæ in bello, quæ nominatur στρατηγικὴ, i. *ars ducendi & regendi exercitum.*

Huic arti multæ aliæ artes inseruiunt, veluti *ars equestris* ἡ ἱππικὴ, & omnes reliquæ artes, quæ cōficiunt instrumenta bellica, quæ omnes ad finem illū, quem ipsa principalis ars sibi propositum habet, suas operationes & opera referunt.

ΚΕΦΑΛ. β'.

Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν, ὃ δι' αὑτὸ βουλόμεθα, τἆλλα δὲ διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα (πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν.) δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἄριστον. ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν; καὶ καθάπερ τοξόται, σκοπὸν ἔχοντες μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος; εἰ δ' οὕτω, πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτὸ τί ποτ' ἐστι, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων. δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. τοιαύτη δὴ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται). τίνας γὰρ εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ποίας ἑκάστους μανθάνειν, καὶ μέχρι τίνος, αὕτη διατάσσει. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας. οἷον στρατηγικὴν, οἰκονομικὴν, ῥητορικήν. χρωμένης δὲ ταύτης ταῖς λοιπαῖς πρακτικαῖς τῶν ἐπιστημῶν, ἔτι δὲ νομοθετούσης τί δεῖ πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τὸ ταύτης τέλος

CAP. II.

Atqui si quod est rerum agēdarum ultimum, quod & propter se expetimus, & propter ipsum cetera: nec omnia propter aliud sequimur (sic n. res progredietur in infinitū, ut inanis vanusq; noster appetitus sit futurus) perspicuum est esse id bonum ac optimū. Cuius cognitio ad vitamne degendam momentum magnum habet? atque tanquam sagittarii, signum intuentes, facilius quod oportet assequemur? Quod si ita est, dāda opera ut adumbremus ipsum, & quid tandem sit, & cuius sit scientiæ vel facultatis. Igitur eius quam præcipuam & maxime architectonicam esse constat, qualis ciuilis scientia videtur esse. Nam & quas in Republica sciētias esse oporteat & quas quisq; discere debeat, & quatenus, ipsa describit. Atque etiam facultates honoratissimas, ut militarem, œconomicam, rhetoricem, huic subiectas cernimus. Quod si hæc reliquas scientias, quarum opus est in agendo, ad usum suum adhibet, præscribitque quid faciendum fugiendumque sit, eius fine reliquarum fines con-

continebuntur: vt id hominis bonum esse videatur. Etenim si est idem bonum vniuscuiusque & ciuitatis: at maius ac perfectius quod ciuitatis est, tum capescendo, tum tuendo videtur. Praeclare enim se res habeat, si vnius solius: at vero si gentis & ciuitatis, pulcrius & diuinius. Atque haec quidem doctrina quae ciuilis est, expetit.

περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων. ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τἀνθρώπινον ἀγαθόν. εἰ γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει, μεῖζόν γε καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν. ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ· κάλλιον δὲ καὶ θειότερον, ἔθνει καὶ πόλεσιν. ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται, πολιτική τις οὖσα.

COMMENTATIONES.

A Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ) Postquam Aristoteles explicasset & probasset, esse aliquem finem rerum & actionum humanarum, eumq; non simplicem sed multiplicem propter rerum & actionum multitudinem & varietatem: iam vlterius progreditur & ostendit etiam, si sint plures fines in rebus & actionibus humanis, tamen inter hos aliquem esse vltimum & summum, cuius cognitio & explicatio vtilis & necessaria sit, in tres quaestiones, quae in hoc cap. explicantur: quarum prima est: *vtrum sit aliquis vltimus finis actionum humanarum.* Altera, *vtrum vltimi finis cognitio homini sit vtilis & necessaria.* Tertia, *vtrum vltimi finis explicatio pertineat ad philosophum moralem?* Et prima quaestio, quod sit vltimus finis aliquis in rebus humanis probatur tali argumento: *Qui finis propter se expetitur, & omnia per illum, ille est vltimus finis: Sed in rebus & actionibus hominum est eiuscemodi aliquis finis, qui per se expetitur, & omnia per illũ Ergo in rebus humanis est vltimus aliquis finis.* Maior propositio manifesta est ex definitione vltimi seu summi finis. *Nam illud est in quauis re vltimum & summum, in quo oportet consistere & vltra quod non possumus progredi.* Huic definitioni similis est autem ea, quae est apud Ciceronem *lib. 1. de finib.* vbi Cicero sic scribit: *Vltimum bonum philosophorum sententia tale esse debet, vt ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam.* Minor probatur ab absurdo consequente. *Nam si non esset vltimus finis, in quo esset consistendum, & ad quem omnia referrentur, tum appetitus humanus procederet in infinitum, nihilq; haberet in quo acquiesceret,*

proinde etiam vanus esset atque irritus, quoniam nunquam assequeretur suum finem. Ex quo etiam alterum absurdum consequeretur: *Quod homini a Deo & natura appetitus frustra esset datus*, quod est contra axioma, id est, *dignitatem philosophorum*, quo dicitur: *Deum & naturam nihil agere frustra.* Notandum vero est hoc in loco Aristotelem hic non simpliciter de vltimo omnium rerum fine quærere, qui est ipse Deus: sed de fine secundario, qui potest humana diligentia & industria comparari. Præterea notandum quoque est, non simpliciter absurdum esse, quando dicimus hominis appetitum vanum & irritum, quoniam pars maior hominum frustratur suo appetitu, dum appetunt ea, quæ non possumus consequi: talis appetitus est vanus & irritus, & merito coercendus, qui suscipitur sine iudicio & ratione, vnde etiam homines sæpe appetunt ea, quæ cum assequuntur magis illis sunt noxia, quam vt ipsis prosint: Itaque cum dicitur absurdum esse hominis appetitum, esse vanum & irritum, intelligendum hoc est de ordinato & licito appetitu, qui certa ratione nititur.

II. Quæstio cap. 2. B Ἆρ᾽ οὖν, καὶ πρὸς τὸν βίον) Altera quæstio huius cap. cuius hæc est propositio: *Vltimi finis cognitio homini vtilis est & necessaria*, probatur ab eius effectu, quia magnum habet momentum ad vitam recte instituendam, πρὸς τὸν βίον. Probatur vel declaratur hæc ratio ab exemplo simili: *Quemadmodum enim sagittario cognitio scopi vel metæ vtilis est & necessaria, si modo velit scopum aut metam attingere. Ita etiam homini in actionibus recte instituendis vtilis est & necessaria cognitio, ad quam ipsæ actiones sunt referendæ. Merito igitur, de ea instituenda est consideratio & inuestigatio*, quisnam ille sit, & cuius scientiæ proprium sit explicare eum.

C Δόξειε δ᾽ ἂν τῆς κυριωτάτης) Hæc est tertiæ quæstionis explicatio, cuius talis est πρότασις propositio: *Vltimi finis actionum humanarum explicatio proprie pertinet ad politicam, i. ciuilem scientiam.* Probatur ex hoc loco adiunctorum: *Quæ scientia est omnium præstantissima, ad eam quoq; pertinet præstantissimi finis explicatio: Sed scientia politica est omnium præstantissima: Ergo ad politicam scientiam*

tiam pertinet etiã præstantissimi finis explicatio. Quia vero Ethica est pars scientiæ politicæ: Igitur recte etiam in Ethica doctrina hic finis explicatur. Maior propositio est manifesta: minor in qua dicitur, quod politica scientia omnium sit præstantissima, probatur quatuor rationibus: prima sumitur a proprio officio eius: *Quæ ars ceteris omnibus imperat & præscribit, quatenus & quomodo & quousq;, i. ad quem finem sint exercẽda. Igitur est præstantissima scientia.* Vnde etiam Plato de ea ait: ciuilem scientiam omnium reginam atque principem esse.

D Ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας) Altera ratio sumitur a natura politicæ scientiæ. *Quæ scientia seu facultas sub se comprehendit honestissimas scientias, ea est præstantissima. Sed scientia politica sub se comprehendit honestissimas scientias. Igitur est præstantissima.* Minor probatur enumeratione partium: nam cõplectitur sub se τὴν στρατηγικὴν, id est, *scientiam militarem*, seu *artem bellicam*. Item τὴν οἰκονομικὴν, *scientiam administrandi rem familiarem, & artem oratoriam*, τὴν ῥητορικήν. Quæ artes ideo dicuntur ἐντιμότατα, id est, *honoratissima*, quia etiam summis viris conueniunt, adeo vt etiam ipsis principibus possint esse ornamento, per quas etiam multi, licet in infimo loco nati essent, ad summos honores euecti fuerunt: vt Cicero de seipso *lib. 4. de finibus*, testatur: & in oratione pro Murena sic scribit: *Duæ sunt artes quæ possunt homines locare in amplissimo loco dignitatis: vna Imperatoris: altera Oratoris boni.* Tertia ratio sumitur ex loco adiunctorum: *Quæ facultas omnium reliquarum artium ministerio, & opera atque operibus vtitur, ea est præstantissima. Sed politica scientia vtitur omnium reliquarum artium ministerio, actionibus & operibus. Igitur est præstantissima.* Minor probatur, quoniam omnes artifices in ciuitate debent suis artibus & suis laboribus inseruire communi vtilitati reipublicæ: vnde etiam merito puniuntur, aut etiam eiiciuntur illi artifices, quorum artes & opera reipublicæ videntur nocere. Quarta ratio sumitur a fine: *Quæ facultas sub se complectitur omnium aliarum artium fines, ea est præstantissima: Sed politica ars sub se complectitur omnium aliarũ artium fines*: quatenus

nimirum præcipit, vt singuli suas ita exerceant, vt publicum quoque bonum ciuitatis inde promoueatur. *Igitur politica scientia est præstantissima.* Hoc loco monet Aristoteles, duplicem esse finem actionum: vnum priuatum, qui pertinet ad vnumquemque, atque hic respicit etiam priuatum & proprium cuiusque boni, vt nimirum quisque ea agat, quæ sibi suisq; sunt vtilia. Alter est communis finis, qui spectat publicum bonum totius alicuius ciuitatis, aut gentis, aut nationis, quod bonũ etiam quisque ciuis bonus pro sua virili, & quantum in ipso est, debet promouere. Vt enim homo sibi non solum natus est; sed aliis etiam, nempe patriæ, parentibus, amicis & ciuibus, ita etiam vtrumque finem debet in vita & actionibus suis spectare, nempe vt se & suos conseruet, & iuuet etiam publicam societatem: atq; hic finis excellẽtior est & plus habet dignitatis, imo priori fini interdum est preferendus, quemadmodum Cicero dicit: *Boni ciuis officium esse postponere communi saluti suam salutem.* Et Aristoteles hoc loco ait illud bonum publicũ esse κάλλιον, *præstantius*, & θειότερον, *diuinius*: magis enim laudandus est qui pluribus, quam qui vni tantum prodest: quemadmodum lumen quod pluribus lucet præstantius est & vtilius, quam quod lucet paucioribus. Vnde Menander dixit: *Bonum virum esse commune quoddam bonum*: siquidem bonus vir quam plurimis cupit prodesse.

ΚΕΦ. γ'.

Λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη. τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργουμένοις. τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. τοιαύτην δέ τινα πλάνην ἔχει καὶ τἀγαθὰ,

CAP. III.

Ac satis habebit oratio, si pro re proposita explanabitur. Non n. in omnib. orationibus subtilitas similiter requirẽda est, vt nec in iis, quæ arte fabricantur. At in reb. honestis ac iustis, in quibus ciuilis scientia versatur, tanta inest discrepantia, tantus error, vt lege solum, non natura constituta videantur. Eiusmodique etiam in bonis error hæret, propterea quod

ea quod multi ex iis detrimenta consequantur Iam enim aliis diuitiæ, aliis fortitudo exitium attulit. Ergo satis erit, eos qui de his rebus & ex his verba faciunt, pingui Minerua, & rudius, quid verum sit demonstrare: & qui de rebus quæ plerunque eueniunt, ex hisque disserunt, tales efficere conclusiones. Eodemque modo accipi probarique debent singula quæ dicuntur. Est enim eruditi, subtilitatem requirere in omni genere eatenus, quoad rei natura patiatur. perinde enim est, mathematicum suadentem probare: ac ab Oratore necessariam rationem requirere. Atqui quæ quisque nouit, ex iis vere iudicat, eorumque æquus est æstimator. Ergo de singulis, qui peritus est, vere iudicabit, omnino vero qui omni in re eruditus est. Quocirca ciuilis scientiæ non est iuuenis idoneus auditor. Est enim expers actionum vitæ. his autem de rebus, & ex iis sermo est iam vero cum libidines animi sequatur, frustra & inutiliter audiet: quandoquidem finis huius non in cognitione, sed in actione consistit. Qui iuuenis sit ætate, anne moribus iuuenilis, nihil interest. non est enim vitium in tempore, sed quod ex animi libidine viuat, & singula persequatur. talibus

διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ' αὐτῶν. ἤδη γάρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον, ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν, ἀγαπητὸν οὖν, περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι· καὶ περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἀποδέχεσθαι χρεὼν ἕκαστον τῶν λεγομένων. πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. παραπλήσιον γὰρ φαίνεται, μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος· ἁπλῶς δὲ, ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος. ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων. οἱ λόγοι δὲ ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων. ἔτι δὲ τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὢν, ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς· ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις. διαφέρει δ' οὐθὲν νέος τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός. οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν, καὶ διώκειν ἕκαστα. τοῖς

A

γὰρ τοιούτοις ἀνόνητος ἡ γνῶσις γίνεται, καθάπερ τοῖς ἀκρατέσι. τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι, πολυωφελὲς ἂν εἴη τὸ περὶ τούτων εἰδέναι. καὶ περὶ μὲν ἀκροατοῦ, καὶ πῶς ἀποδεκτέον, καὶ τί προτιθέμεθα, πεφροιμιάσθω τοσαῦτα.

enim, quemadmodum impotentibus, inutilis est hæc cognitio. At vero qui cum ratione appetunt, aguntque: ii magnum fructum ex istorum cognitione consequentur. Ac de auditore quidem, quoque singula sint acceptãda modo, & quid nobis proponamus, hæc præfata sint.

COMMENTATIONES.

Exordii pars I. Hactenus explicata est prima quæstio huius exordii, quæ fuit de fine humanarum actionum & eius doctrinę: sequitur iam altera pars exordii, in qua agitur de modo & ratione explicandi hunc finem, item de auditore huius doctrinæ, quodnam sit eius officium, si vtiliter hanc doctrinam legere & cognoscere velit. Quod ergo ad primum & metam attinet, monet Aristoteles hanc doctrinam non posse exquisitis argumentis & rationibus, atq; demonstrationibus explicari & demonstrari, quemadmodum scientiæ mathematicæ, sed satis esse, si tantum παχυλῶς, i. *rudiore modo*, & probabili argumentorum genere essent confirmanda. *Materia Ethic.* Sed materia de morib. & actionibus hominum est tantum probabilis. Igitur etiã probabili genere argumentorum est explicanda. Maior propositio traditur apud Aristotelem *lib. 1. poster. Anal. cap 5.* vbi sic ait: ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀνάγκη τὰ ἄκρα καὶ τὰ μέσα εἶναι, *eodem genere argumentorum necesse est & quæstionis partes, & ipsa argumẽta siue probationes esse*, id est, quæstio necessaria etiam necessariis argumentis est confirmanda. Probabilis autem quæstio requirit argumenta probabilia. Aristoteles autem hoc loco maiorem propositionem declarat exemplo operum, quæ ab artificibus efficiũtur, in quibus omnibus non eadem requiritur ἀκρίβεια, i. *exquisita subtilitas & perfectio*; sed tamen talis perfectio, qualem ipsa materia, ex qua opus est effectum, admittit & ferre potest. Exempli gratia: Varii sunt artifices, qui rerum formas & effigies exprimunt & effingũt: veluti sunt sculptores, statuarii, pictores, aurifabri, fabri ærarii, lignarii, lapicidæ, figuli, & similes alii: sed in exsculpendis & effingendis rerum formis & simulacris non possunt o-

omnes æque subtilitatem in sculpendo & effingendo assequi, propter diuersitatem & varietatem materiæ, ex qua simulacra sunt formanda. Etenim ex auro longe perfectior forma effingitur, quã ex ære aut plumbo, aut alio aliquo metallo propter materiæ habilitatem & subtilitatem. Ita statuarius ex marmore elegantiorem effingit statuam, quam ex crasso & duro aliquo lapide. Sic etiam in operibus omnibus plurimum refert, qualisnã sit materia, ex qua opus aliquod est efficiẽdum. Minor propositio declaratur exemplis: nam doctrina moralis versatur circa τὰ καλὰ, δίκαια καὶ ἀγαθὰ, i. *circa ea quæ videntur honesta, iusta & bona*: quarum maxima est varietas & incertitudo propter circumstantiarum varietatem: adeo vt etiam quidam philosophi dixerint: *Nihil esse natura honestum, iustum & bonum*: sed tamen hæc omnia talia esse τῇ δόξᾳ *opinione* hominum, & τῷ νόμῳ *lege & instituto* hominum propter ea, quod quæ aliquibus videntur esse honesta, iusta, bona eadem aliis videntur non esse talia, quæ tamen sententia omnino falsa est. Non enim propter hominum opinionẽ ea, quæ re vera sua natura sunt bona, honesta & iusta: ideo etiam talia esse desinũt, quod aliquibus non talia esse videantur: imo hæc sententia est impia, & aduersatur sacris literis, quibus dicitur, quod nihil sua natura sit bonum & honestum: nam *in 1. c. Gen.* dicitur: quod *omnia quæcunq; Deus crearat, erant valde bona*. Ergo *sua natura erunt bona*. Sic Cicer. *lib. 1. Offic.* ait: *Honestum etiam si a nullo laudetur: tamen sua natura est laudabile*. Et *lib. 1. de legi.* inquit: *Non solum ius & iniuria: sed etiam omnia honesta & turpia a natura diiudicantur.* Et *in eod. lib.* inquit: *Ius non opinione, sed natura constitutũ esse.* Itaq; non ex opinione hominũ de eo est iudicãdum.

A Τὸν αὐτὸν δὲ τρ.) Hæc est altera pars huius cap. in qua agitur de auditore huius doctrinæ: quodnã sit eius officiũ, & quis sit idoneus auditor, cui hæc præcepta vtiliter possint tradi. Consistit autẽ officium auditoris huius doctrinę de moribus in tribus pręcipue: primũ, vt nõ postulet in hac doctrina exquisitas & necessarias demõstrationes & cõclusiones, quales sunt in sciẽtiis mathematicis, sed contẽtus sit & acquiescat probabilib. arg. quæ ex quotidiana vitæ experientia & obseruatione sunt depromta.

Auditoris officium quod.

Ratio huius præcepti sumitur a materia seu qualitate huius doctrinæ, quæ antea etiam in primo libro fuit allata, & est talis *Qualia argumenta vnaquaq; doctrina admittit, talibus etiam contentus esse debet eiusdem doctrina auditor & lector. Sed moralis doctrina tantū habet probabilia argumenta, quemadmodum antea est ostensum: ergo auditor moralis doctrina debet contentus esse probabilibus argumentis.* Maior ab Aristotele probatur a contrario seu absurdo. Nam inquit alia argumenta requirere, quam materia eius doctrinæ patitur, est hominis inepti & imperiti. Veluti si quis in scientiis mathematicis, quæ versantur circa necessaria, vellet contentus esse argumentis probabilibus Aut si quis ab oratore, qui tantum circa contingentia versatur, vellet demonstrationes postulare necessarias & conclusiones, vtrumque esset hominis inepti, qui hac ratione suam imperitiam & stultitiam proderet, & ostenderet, se non esse πεπαιδευμένον, i. *recte eruditum & institutum* circa illas disciplinas. Ex his obseruandum est hoc generale præceptum, tantum certitudinis in vnaquaq; arte & doctrina requirendum esse, quantum natura & materia eius patitur. Alterum officium auditoris doctrinæ moralis est, vt de præceptis, quæ in ea traduntur, recte & dextre possit iudicare. Vt autem recte possit iudicare, opus habet cognitione & intelligentia eorum quę traduntur, quę cognitio comparatur vsu, & experientia rerum, ad quam consequendum opus etiam est longo tempore. Itaque etiam in idoneo auditore huius doctrinæ requiritur iusta ætas. Ex hoc altero officio etiam hoc præceptum obseruandum est: Neminem debere sibi de aliqua re sumere iudicium, nisi probe eam habeat cognitam. Nam cognitio naturaliter debet præcedere iudicium, quod diligenter obseruādum contra temeraria hominum iudicia, qui statim sibi sumunt iudicium de rebus nondum plane cognitis & perspectis. Tertium officium auditoris Ethici est, præcepta hæc transferre ad vsum, id est, secundum illa mores, actiones & vitam suam instituere, vt non existimet satis esse, se ista præcepta audisse & cognouisse: sed etiam cogitet sibi ea transferenda esse ad vsum. Ratio huius sumitur a fine. nam finis doctrinæ de moribus consistit in actione virtutis,

Ratio a fine.

tutis, vt secundum eam agamus & viuamus, quemadmodum Cicero *lib.* I. *Offic.* ait: *Omnis laus virtutis in actione cõsistit.* Et Aristoteles infra *lib.* 2. *cap.* 2. inquit, *Non consideramus quid sit virtus, vt tantum sciamus: sed vt boni inde efficiamur: alioquin enim sola virtutis cognitio nullam habet vtilitatem.* Ex his facile cognoscitur quis sit idoneus auditor doctrinæ moralis, nempe qui de his præceptis recte iudicare potest, eaq; cupit transferre ad vsum, id est, secundum ea viuere. Hinc infert Aristoteles per πέρασμα, quod iuuenes non videantur admodum esse idonei auditores huius doctrinæ. Primum, quia non possunt recte iudicare de his præceptis, quãdoquidem nondum per ætatem consecuti sunt magnum vsum & experientiam rerum agendarum: deinde, vt plurimum rapiuntur affectibus, ita vt non cogitent, quo pacto etiam velint secundum hæc præcepta vitam instituere: atque inde fit, vt plurimi ex illis frustra & inutiliter ista præcepta studeant. Subiicit autem correctionem, ne videatur simpliciter omnes iuuenes & adolescẽtes ab hac doctrina excludere: quasi non sint idonei eius auditores. Duplices ergo facit iuuenes: quorum alii sunt, iuuenes ratione ætatis, & annorum: alii autem sunt iuuenes ratione intellectus & morum. qui etiamsi, quod ad annos attinet, sint senes, tamen intellectu & moribus sunt similes iuuenibus, si indulgent nimium suis affectibus, & instar iuuenum nolunt prauis affectibus resistere. Tales etiamsi sint ætate senes, tamen etiam recte inter iuuenes possunt numerari, quemadmodum vice versa reperiuntur iuuenes, qui ingenio, intellectu, moribus similes sunt senibus, & tales non excluduntur ab hac doctrina. Itaque Aristoteles concludit doctrinam hanc plurimum profuturam iis auditoribus, siue iuuenes, siue senes fuerint, qui secundum rectam rationem suas cupiditates moderari, & actiones, mores, vitamque instituere voluerint.

Auditores idonei qui.

Iuuenes duplices.

Tales poterunt consequi finem huius doctrinæ,
nempe ciuilem beatitudinem, quæ
consistit in actione virtutis.

ΚΕΦ. δ΄.

A Λέγωμεν δὲ ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ὀρέγεται, τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι, καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθόν. B ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται. τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοί, καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι. τὸ δὲ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν ταὐτὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν. περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας τί ἐστιν ἀμφισβητοῦσι. καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν. οἱ μὲν γὰρ, τῶν ἐναργῶν τι καὶ φανερῶν, οἷον ἡδονήν, ἢ πλοῦτον, ἢ τιμήν. ἄλλοι δὲ ἄλλο. πολλάκις δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ἕτερον. νοσήσας μὲν γὰρ, ὑγίειαν· πενόμενος δέ, πλοῦτον· συνειδότες δὲ ἑαυτοῖς ἄγνοιαν, τοὺς μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν. ἔνιοι δὲ ᾤοντο παρὰ τὰ πολλὰ ταῦτα ἀγαθά, ἄλλο τι καθ' αὑτὸ εἶναι, ὃ καὶ τούτοις πᾶσιν αἴτιόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθά. ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας, ματαιότερον ἴσως ἐστίν. ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ C λόγον. μὴ λανθανέτω δὲ ἡμᾶς, ὅτι διαφέρουσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι, καὶ οἱ ἐπὶ τὰς ἀρχάς. εὖ γὰρ καὶ Πλάτων ἠπόρει τοῦτο καὶ ἐζήτει, πότε-

CAP. IV.

NVNC repetito principio, quoniam omnis cognitio, & institutum, bonum quoddam appetit, statuamus quid sit quod a ciuili ratione dicimus expeti, & quod sit rerum agendarum summum bonum. Constitit quidem fere inter plurimos de nomine. Beatitudinem enim & vulgus & politiores vocant. bene etiam viuere & bene agere, idem quod beatum esse existimant. Quæ autem sit beatitudo, inter se dissentiunt. nec vero vulgus & sapientes similiter exprimunt. Alii enim aliquod euidentium & manifestorum, vt voluptatem, aut diuitias, aut gloriam: alii aliud, plerunque etiam idem aliud atque aliud. Cum enim ægrotat, valetudinem ponit: cum pauper est, diuitias: qui autem sibi conscii sunt suæ ignorationis, eos admirantur qui magnum aliquid, & quod eorũ vires superet, dicunt. quidam vero præter hæc cõplura bona, aliud quoddam esse per se, quod caussa sit cur hæc bona sint omnia. Et omnes quidem exquirere sententias, forte superuacaneum sit: satis fuerit eas exquirere potissimum quæ eminẽt, quæq; aliqua ratione niti videantur. Hoc aũt nos ne lateat, interesse inter rationes a principiis ꝓficiscẽtes, & eas quæ ad principia ferunt. Recte n. hoc quoq; quærebat Plato,

vtrum

utrum a principiis, an ad principia prodeundum esset. velut in curriculo, a præmia proponentibus ad calcem, an contra. Incoandum est n. a rebus nobis notis. quarum duo genera sunt: alia n. nobis, omnino alia. Ac a nobis quidem forte cognitis exordiendũ est. Quocirca de honestis & iustis, & vno nomine ciuilibus, quod satis sit auditurus, is sit oportet bene moribus institutus. Principium n. est rem esse, quod si sit satis perspicuũ, quãobrem sit, nihil opus erit. Homo autem huiusmodi aut iam tenet principia, aut facile percipiat. Cui autem horum neutrum inest, audiat Hesiodi carmina:	ρον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς ἐστιν ἡ ὁδός. ὥσπερ ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας, ἢ ἀνάπαλιν. ἀρκτέον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων· ταῦτα δὲ διττῶς· τὰ μὲν γὰρ ἡμῖν, τὰ δὲ ἁπλῶς. ἴσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωρίμων. διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς τὸν περὶ καλῶν καὶ δικαίων, καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς. ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι. ὁ δὲ τοιοῦτος ἢ ἔχει, ἢ λάβοι ἂν ἀρχὰς ῥᾳδίως· ᾧ δὲ μηδέτερον ὑπάρχει τούτων, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου·
Optimus est, sese qui nouit cuncta magistro:	Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ,
Spectans quæ post, quæ semper prodesse valebunt:	Φρασσάμενος τά κ᾽ ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
Ille etiam bonus est, audit qui recta monentem.	Ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
At cui consilium desit, non vultque monendo	Ὃς δέ κε μήτ᾽ αὐτὸς νοέῃ, μήτ᾽ ἄλλου ἀκούων
Auscultare alii, demum vir inutilis est is.	Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήιος ἀνήρ.

D

COMMENTATIONES.

Λέγωμεν δ᾽ ἀναλαβόντες) Incipit hoc loco altera pars horum librorum quæ continet ipsam ἔκθεσιν, id est, *expositionem*, & doctrinam de moribus & actionibus recte informandis & instituendis : ac primum optimo ordine a nomine & definitione beatitudinis initium facit. Nam vt Cicero *libro primo Officiorum*, ait, *Omnis actio, quæ a recta ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur.* In hoc autem capite primum de nomine summi boni, quod in hac doctrina quæritur, agit:

Lib. 1. Pars 2.

Partes 1 c.

Deinde de methodo agit, & via rationeque explicandi hanc doctrinam. Tertio rursum de auditore agit, quibusnam rebus instructus esse debeat, si cum fructu hanc doctrinam audire velit. Quod ad primam partem attinet, ea cõstat quatuor propositionibus. Quarum prima pertinet ad docilitatem, habẽs μετάβασιν, *transitionem*, cum annexa ratione, quoniam inquit, *scientia ciuilis. cuius pars est hac doctrina de moribus, expetit vltimum bonum*, de quo nobis dicendum est: deinceps quod nam sit illud bonum, quod ciuilis scientia expetit, & ad quod omnes actiones humanæ sunt referendæ.

B Ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν) Altera pars est de nomine summi illius boni. *Communes* inquit, *fere homines summum illud bonum nominant* εὐδαιμονίαν. Ratio sumitur ex Etymologia nominis seu vocabuli. Nam εὐδαιμονεῖν idem est, quod εὐζῆν *bene viuere*. & εὐπράττειν. Ita εὐδαιμονία nihil aliud est quam εὐζωΐα, *bona vita*, & εὐπραξία, *bona actio*, vt infra *cap*.8. dicitur. Tertia propositio est de ipsa, in qua summum bonum videtur esse positum, de qua inquit varias & discrepantes esse hominum opiniones. Ratio huius propositionis facta est per distributionem. Nam duo sunt in vniuersum hominum genera: alii enim sunt indocti, rudes, imperiti, qui ab Aristotele nominantur οἱ πολλοὶ *multi*, a Latinis nominantur *vulgus hominum*: alii vero sunt homines liberaliter educati & instituti, & elegantioribus moribus præditi, docti & sapientes, qui hoc loco nominantur χαρίεντες, ἀπὸ τῆς χάριτος, a *gratia*, quasi *homines gratiosi* Hæc vero duo genera non eodem modo iudicant de hac quæstione, qua quæritur, in qua re sit summum hominis bonum. Nam vulgus summum bonum collocant, vel in voluptate, vel in deliciis, vel in robore & forma corporis, & similibus fortunæ bonis. Homines autem χαρίεντες, qui volũt elegantiores videri, summum bonum, ponunt in honore, vt sunt homines politici, qui affectant reip. administrationẽ. Alii ponunt in potentia, vt sunt qui affectant imperium & magistratum in republ. atque tyrannidem expetunt. Alii ponunt in scientia, vt philosophi. Alii, in sola virtute, vt Stoici. Alii in actionibus virtutum, vt peripatetici. Alii in quadam idea essentiali, vt Platonici: alii in aliis rebus summum

Hominũ alii docti, alii rudes.

Docti vnde dicantur.

mum bonum collocant. Vnde constat diuersas esse hominum de summo bono opiniones. Verum non solum diuersorum hominum diuersæ sunt de summo bono opiniones: sed sæpenumero etiam idem homo non semper de summo bono eodem modo iudicat. Nam cum ægrotat, sanitatem pro summo bono habet: cum paupertate premitur, diuitias summum bonum esse existimat: cum in captiuitate est, libertatem tanquam summũ bonum expetit: cum doloribus cruciatur, voluptatem pro summo bono habet. sicuti diuersorum hominum studia faciunt, vt diuersas habeant quoque opiniones de summo bono. Etenim auarus summum bonum esse putat diuitias: mercator lucrum: miles prædam: ambitiosus honores: exsul patriam: imperator belli victoriam: & sic in infinitum variant hominum sententię de summo bono. Quod etiã Cicero *lib 5. de finibus*, & *lib. 4. Acad. quæst.* testatur, vbi scribit: *De nulla quæstione maiorem esse inter summos viros dissensionem, quam de ea, in qua quæritur, quænam res sit summum hominis bonum.* Et Augustinus *lib. 19. de ciuitate Dei*, ita scribit: *Varronem annotasse suo tempore fuisse circiter 288. opiniones philosophorum de summo bono.* Quarta propositio huius loci habet ἀπόδειξιν, *reiectionem*: non necesse esse inquit omnes ipsas opiniones examinare, sed satis est eas exquirere, quæ sint maxime celebres, & videntur aliquid habere probabilitatis. Quod etiam Cicero *lib. 5. Tuscul. quæst.* affirmat, vbi ait: *Duplices esse opiniones, quasdã habere aliquid stabilitatis, quæ sunt examinandæ: quasdam vero adeo esse absurdas & ridiculas, vt sua sponte euanescant, itaque tales non opus habere refutatione: sed potius castigatione & reprehensione*, quemadmodum etiam monet Aristoteles *lib. 1. Topicor. cap* 8. & *lib. 1. Ethic* ad Eudemum.

Summũ bonum in quo.

De summo bono iudicium.

Opiniones de summo bono.

Opinionũ diuersitas.

C μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς) Hæc est altera pars capitis, in qua commonefacit nos de ordine præceptorum, argumentorum, & probationum, qui in hac doctrina docendi tradenda & explicanda est obseruandus: Hunc ordinem Græci nominant ὁδηγίαν. Est autem duplex, vel enim progredimur, ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, *a principiis* ad ea, quæ ex illis concluduntur, id est, a caussis ad effecta, a simplicibus ad composita, ab vniuersalibus ad particularia &

II. pars c. Ordo.

ſingularia, a prioribus ad poſteriora. Atque hic ordo fit per methodum συνθετικὴν, & adfert cognitionem τοῦ διότι In ſcholis nominatur probatio a priore: vel contra a poſterioribus quaſi progredimur ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, *ad principia*, quando ab effectis ad cauſſas, a compoſitis ad ſimplicia, a ſingularib. ad vniuerſalia progredimur: hic ordo fit per methodum ἀναλυτικὴν, adfert ſolam cognitionem τοῦ ὅτι, quia tantum rem eſſe oſtendit, non autem eius cauſſam indicat & vocatur in ſcholis probatio a poſteriori. Prior ordo accommodatus eſt ſentētiis mathematicis ac demonſtrationibus, & initium facit ab iis, quæ natura ſunt notiora & priora. Poſterior autem progreſſio accommoda eſt probabilibus concluſionibus, & ſequitur ordinem noſtri intellectus. Initium enim facit ab iis, quæ nobis, id eſt, ſenſibus noſtris ſunt notiora. Hanc duplicem progreſſionem, & viam docendi & probādi in artibus & diſciplinis eſſe oſtendit, Ariſtoteles exemplo ſimili deſumto a ſtadio ſeu curriculo, id eſt, loco, in quo curſores certāt: In eo enim ſunt duo quaſi termini; vnus, a quo fit initium currendi, quem Latini vocant carceres: alter ad quem curritur, qui dicitur meta. Quemadmodum enim a ſtadio interdum a carceribus decurritur ad metam: interdum contra, a meta curritur ad carceres: ita etiam in artibus & diſciplinis, interdum probationes & argumētationes fiunt ex principiis: interdum vero contra probationes & argumenta reuocantur ad principia. Quæritur ergo qua via & quo ordine docendi & probandi in hac doctrina ſit vtendum. Ad hoc breuiter Ariſtoteles reſpondet: ἀρκτέον, inquit, ἀπὸ τῶν γνωρίμων, *initiū faciēdum eſſe a notioribus.* Notiora autem ſunt duplicia, vel enim ſunt, ἁπλῶς *ſimpliciter*, & ſua natura notiora, vt ſunt vniuerſalia, & cauſſæ rerum & prima principia: vel ſunt notiora, ἡμῖν *nobis*, quæ nimirum ſenſibus noſtris offeruntur, vt ſunt ſingularia, compoſita & effectus. In hac ergo doctrina incipiendum eſt ab iis, quæ nobis ſunt notiora, id eſt, ab actionibus virtutū, & ex illis progrediendum eſt ad ipſos habitus virtutum. Nam actiones cadūt ſub ſenſus, & quibuſuis hominibus facile poſſunt animaduerti & cogitari. Ipſæ autem virtutes, quia ſunt qualitates abſtractæ, nō niſi mente poſſunt percipi,

ideoq;

ideoque minus notiores sunt ipsis actionibus. Ergo est totius huius loci argumentum tale: *Quæ in aliqua arte nobis sunt notiora, per ea debet fieri probatio & institutio: Sed in morali doctrina actiones virtutũ nobis notiores sunt, quia incurrunt in sensus, & sunt rerum singularium: Ergo in doctrina morali probatio & institutio fieri debet ex actionibus virtutum.*

D Διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι) Tertia hæc est huius capitis pars, in qua rursum de auditore quædam admonet, quibus nimirum rebus debeat esse instructus, & qualis esse debeat, si velit cum fructu hanc doctrinam audire & cognoscere. Monet autem auditorem debere ad ista præcepta recte cognoscenda & vtiliter audienda, adferre secum animum, qui sit amans honestatis, & cupiat, quæ recta sunt & honesta facere: turpia vero & mala vitare. Talis autem animus comparatur diligenti educatione & institutione, quæ debet præcedere hanc doctrinam. Ideo inquit Aristoteles: Eum qui vtiliter præcepta de iustis, honestis & ciuilibus actionibus sit auditurus, debere ad bonos mores prius esse assuefactũ. Quod etiam affirmat infra *cap. 3. lib. 2.* Quemadmodum enim ager prius diligenti cultura præparandus est ad semen recipiendum, ita animus hominis disciplina & bona educatione virtutum quasi præparandus est, si vtiliter hæc præcepta debeat audire & cognoscere. Talis autem educatio ad hoc vtilis est, vt possit facile intelligere *τὸ ὅτι*, verum esse id, quod traditur & præcipitur, quæ quidem cognitio in hac doctrina satis est & sufficiens: non enim reperitur hic cognitio τῶ *διότι*, id est, *caussarum*, quemadmodum in scientiis mathematicis, quia ad recte agendum & viuendum satis est scire, quæ honesta & turpia, iusta vel iniusta: eas vero quamobrem vnũquodq; honestum & iustum sit non necesse est inquirere. Confirmat autem Aristoteles hanc suam admonitionem auctoritate Hesiodi: qui tria hominum genera facit. Primum eorũ, qui ipsi per se intelligunt ea, quæ recta & honesta sunt, eaque etiam vltro facere cupiunt: *πανάριστοι*, id est, *optimi.* Alterum est eorum, qui quamuis ex seipsis non possunt videre, quid honestum vel turpe, iustum vel iniustum in vnaquaque re sit: tamen aliis recte monentibus & consulen-

III. pars cap.

Auditor idoneus Ethices quis.

Hominũ genera tria.

quid esse vaticinamur, qu[illegible] que vix possit eripi. Iam vero honorem persequi videntur, ut persuadeant se probos esse: itaque affici honore a prudentibus quærunt, & a quibus noscuntur, & virtutis ergo. Perspicuum est igitur, horum quidem sententia, virtutem esse meliorem, quam forte potius finem vitæ ciuilis quis existimarit: quanquam ea quoque minus perfecta videtur. Nam etiam fieri potest, ut qui virtute sit præditus, dormiat, aut in vita nihil agat: & præterea maximis in malis miseriisque versetur: eum autem qui sic viuat, beatum, nisi propositi defensor, nemo dixerit. Atque de his quidem satis. abunde enim de iis diximus in Encycliis. Tertium genus est, quod in contemplando cernitur, quod deinceps considerabimus. Vita vero quæstuosa, violenta est: & constat diuitias non esse id bonum quod quærimus: quoniam sunt in vtilium numero, & aliorum caussa expetuntur. Quapropter ea potius quæ supradicta sunt, quia propter se amantur, vltima quispiam censuerit. Nec tamen illa videntur, quanquam multa ad hæc rationes allata sunt. Ac hæc quidem omittantur.

ἢ καὶ [illegible] μάντευ-μεθα [illegible]. ἔτι δὲ ἐοίκασι τὴν τιμὴν διώκειν ἵνα πιστεύσωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι· ζητοῦσι γοῦν ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ' οἷς γινώσκονται, καὶ ἐπ' ἀρετῇ. δῆλον οὖν ὅτι κατά γε τούτους ἡ ἀρετὴ κρείττων. τάχα δὲ καὶ μᾶλλον ἄν τις τέλος τοῦ πολιτικοῦ βίου ταύτην ὑπολάβοι. φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα καὶ αὕτη. δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετήν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου· καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα· τὸν δὲ οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων. καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις. ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν. τρίτος δέ ἐστιν ὁ θεωρητικός, ὑπὲρ οὗ τὴν ἐπίσκεψιν ἐν τοῖς ἑπομένοις ποιησόμεθα. ὁ δὲ χρηματιστής, βίαιός τις ἐστι, καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν. χρήσιμον γὰρ, καὶ ἄλλου χάριν, διὸ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα, τέλη τις ἂν ὑπολάβοι. δι' αὑτὰ γὰρ ἀγαπᾶται. φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα· καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται. ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω.

D

E

le terræ pondus: nemini enim vtiles, sed tantum aliorum labores quemadmodum fuci consumunt: vocantur etiam paulo post ἀνδραποδώδεις, i. mancipio similes, & seruili ingenio præditi; quia toti seruiunt suis cupiditatibus: atque hi summum bonum collocant in voluptate. Alterum genus nominatur πολιτικὸν, *ciuile*, & πρακτικὸν, *actuosum*, quod est eorũ hominum qui laudis & gloriæ sunt studiosi, atque vt ea consequantur: ideo cupiunt in vita aliquid agere, quod ad ciuilem societatem conseruandam est vtile: atque ideo patiuntur sibi imponi publica munera & officia in rep. Hi summum bonum collocant in honore. Tertium genus vitæ nominatur θεωρητικὸν, *contemplatiuum*, quod est eorum hominum, qui neglectis rebus & negotiis externis atque ciuilibus, totos se tradunt inquisitioni & cognitioni rerum, quales olim fuerunt philosophi: atque hi summum bonum ponunt in θεωρίᾳ, cõtemplatione & scientia rerum. Quartũ genus vitæ nominatur χρηματιστικὸν, *quæstuosum*, quod est eorum hominũ, qui omnes suas cogitationes, actiones & studia eo dirigunt, vt possint opes atque diuitias accumulare. Atque hi summum bonum in diuitiis posuerunt. Hæc quatuor vitæ genera, quemadmodum finibus, quos sibi propositos habent: ita etiam diuersas de vltimo fine seu summo bono habent opiniones.

II. Politicum.

III. Contemplatiuum vel philosophicum.

IV. Quæstuosum.

B Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς) Incipit hoc loco altera pars capitis, in qua breuiter percurrit & refutat opiniones prædictas, & initiũ facit a voluptate, propterea quod hæc opinio est omnium fere communissima: pars enim maior hominum voluptates sectantur. Notandum autem est, quod hæc refutatio magis est coniuncta cum reprehensione, propterea quod opinio ista de voluptate, quod sit summum bonum hominis, plane est absurda & indigna homine. Docet autem Aristoteles *lib. 1. Topicor.* absurdas opiniones & sententias magis esse castigatione & reprehensione, quam argumentis, & rationibus refutandas. Reprehensio autem huius opinionis continetur in his tribus. Primum, quod eos dicit esse φορτικοὺς, *ineptos, stolidos, importunos & minime ferendos*, qui in voluptate summum bonum hominis ponũt. Deinde quod dicit, eos esse seruiles & mancipia, id est, indignos, qui

I. Voluptates non esse summũ bonum.

inter homines liberali ingenio præditos numerentur. Tertio, quod eos comparat bestiis, quoniam sicuti bestiæ nihil nisi quod sensibus suaue & iucundum est, eligunt. Item etiã hi voluptates omnibus bonis præferunt. Obiter autem indicat caussam, quamobrem plerique voluptatem tanti faciant, vt eam pro summo bono habeant. Dicit enim, homines decipi & falli exemplo magnorum virorum, quos fere totos vident voluptatibus esse deditos, vt sunt reges, principes, magnates, nobiles, diuites, & omnes fere, qui inter ceteros videntur potentia & opibus excellere. Hi enim omnia ad voluptatem comparant, vt possint ea frui. Cuius rei exemplum ponit Sardanapalum vltimum regem Assyriorum, qui totus voluptatibus fuit deditus. Quã propter caussam etiam a suis subditis regno suo fuit pulsus, qui noluerunt amplius eiusmodi regi parere, qui adeo mollis, effœminatus, delicatusque esset. De eo Cicero scribit *lib. 5. Tuscul. quæst.* quod semper in ore habuerit illud Epicuri dictũ, *Ede, bibe, lude*, &c. qui iussit etiam tale Epitaphium sibi scribi:

Voluptates cur plerique sectentur.

Sardanapalus.

Hæc colui, quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit, at illa iacent multa & præclara relicta.

Epitaphium Sardanapali regis Assyriorum.

De quo Epitaphio, teste Aristotele, eodem Cicero solitus fuit dicere: *Non posse aliud Epitaphium bouis sepulcro inscribi.*

C Οἱ δὲ χαρίεντες, &c.) Hæc est altera refutatio, pertinens ad opinionem eorum, qui dixerunt, *Summum bonum hominis positum esse in honore.* Hanc opinionem refutat Aristoteles tribus præcipue argumentis. Primum sumitur a natura summi boni, estque tale: *Summum bonum est οἰκεῖον, proprium eius, cui inest: honor autem non est proprium eius, qui honoratur*: quod Aristoteles probat ex communi dicto, quo dicitur: *quod honor magis sit honorantis quam honorati*: Igitur *honor non potest esse summum hominis bonum.* Alterum etiam sumitur a natura summi boni: *Nam summum bonum tale est, vt non possit alterum ab aliquo auferri: Sed honor facile potest ab altero auferri, quia tantum pendet ex voluntate honorantis*, nihil autem immutabilius & inconstantius est hominum voluntate: Igitur *honor non est summum bonum.* Tertium argumentum

Secunda refutatio. II. Honores nõ esse summum bonum.

I. Argum.

II.

tum: *Summum bonum per se expetitur: Honor non per se expetitur*, Ergo *honor non est summum bonum.* Minor probatur, quia honor expetitur propter opinionem virtutis: nam vt Aristoteles lib. 1. Rhet. ait: *Honor ideo est iucundus & suauis, quia ingenerat hominibus quandam opinionem & magnitudinem*, de seipsis, quasi essent aliqua virtute prædit, propter quam honorantur: quandoquidem *honor*, vt Cicero in Bruto definit, *est virtutis præmium ad aliquem delatum.* Et hoc loco Aristotel. ait, homines ideo expetere honorem, vt sibiipsis illam persuasionem faciant quasi essent boni viri. Ostendit autem Aristoteles tria potissimum in veris honoribus obseruanda esse tanquam proprias notas.

III.

Obseruanda in honoribus.

Prima nota veri honoris est, quando defertur a viris prudentibus, & in aliqua auctoritate constitutis. Tales enim rectissime possunt de alicuius virtute iudicare. Vnde Cicero *lib. 5. Epistolar. Epist. 12.* ait: *Placet mihi Hector ille Nauianus, qui non tantum se laudari lætatur, sed etiam addit a laudato viro: Ea enim est iucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui & ipsi in laude vixerunt.*

I.

Altera nota est, si honor defertur ab iis, quibus sumus noti; nam ignoti non possunt nobis verum perhibere testimonium, quia nesciunt, quibus moribus aut virtutibus simus præditi.

II.

Tertia nota est, si honor tribuitur propter virtutem, eruditionem, pietatem, & alia animi bona. Nam ceteri honores, qui non virtute aliqua nituntur, omnes sunt adulatorii, fundamentum enim honoris est virtus.

III.

D Τύχοι δὲ καὶ ταῦτ᾽) Hactenus tertia refutatio, qua attingit Stoicorum opinionem, qui dixerunt in solo habitu virtutis summum hominis bonum esse, & tũ esse hominem beatum, quando virtute præditus est, etiamsi nõ agat ex virtute. Quam opinionem Cicero etiam prolixe refutat *in lib. 3. de finib.* Aristoteles vero vnico solum argumento eam hoc loco refutat, quod est tale: *Virtutis habitus potest esse in homine dormiente*: item *in homine otioso & in nihil agente*: item, *in calamitoso & infortunato, qui in maximis miseriis est constitutus: At summum bonum in talibus esse non potest: quia summum bonum semper actu beatum & felicem reddit eum cui adest*; Ergo *solus*

Tertia refutatio.

Summum bonũ non solum in habitu, sed actione etiam consistere.

habitus virtutis non potest summum hominis bonum esse, qui non actu semper reddit felicem eũ, cui inest. Neq; enim dormiens dicitur actu beatus, etiamsi habitu virtutis sit præditus, quia inter dormientem beatum & dormientem miserum, vt infra *cap.10.* dicitur, nullum fere est discrimẽ: vt enim beatus dormiens non sentit suam beatitudinem, ita miser dormiens non sentit suam miseriam. Præterea habitus virtutis potest esse in homine misero & calamitoso, qui certe actu beatus dici non potest: vita enim misera & calamitosa pugnãtium vita beata Ex his ergo concludit Aristoteles constare, habitum solum virtutis non reddere beatum, quod etiam pluribus argumentis potest probari: de quibus ait plura contineri in libris & disputationibus circularibus. Vbi notãdum est, quemadmodum Cicero *lib.5. de finibus*, & Gellius *lib.20. cap.4.* admonet, duo fuisse genera scriptorum Aristotelis Quædam vocabantur ἐξωτερικὰ, *populariter scripta*, & quasi extra scholam, aut vulgus emissa, quæ hoc loco nominantur ἐγκύκλια, quod passim in circularibus quotidianis conuenticulis eiusmodi quæstiones tractarentur, quæ etiam hodie in scholis nominantur triuiales quæstiones: quędã aũt eius scripta vocabantur ἀκροαματικὰ, id est, *subtiliter & accurate scripta*, quæ non intelliguntur a quibusuis: sed tantum ab iis, qui ipsummet Aristotelem audiebant, & propterea solis auditoribus eius communicabantur.

Scriptorũ Aristot. duo genera.

E 'O δὲ χρηματιστὴς) Hæc est quarta refutatio, quæ refutat eos, qui summum bonum hominis collocabant in opibus & diuitiis. Constat autem hæc refutatio duobus argumẽtis. Primum est tale: *Summum bonum non est violentum quoddam: Sed diuitiæ sunt bonum quoddam violentum,* Ergo *diuitiæ non sunt summum bonum.* Cur autem diuitiæ dicantur esse violentum bonum, eius videntur esse præcipuæ caussæ duæ: prima est: quia plerunque per fas & nefas cum aliorum iniuria acquiruntur. Vnde etiam dici solet, quod *omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres.* Et Saluator noster in Euangelio diuitias nominat Mammonem iniquitatis: & Iuuenalis *Satyra 14.* inquit, *Qui diues fieri vult, & cito fieri vult, apud eum nulla est reuerentia legum, nullus metus aut pudor.* Et Cicero in Oratio-

Diuitias non esse summum bonum. I. Argumentum.

Oratione pro Quintio, *Nullum tam sanctum esse officium, quod auaritia non soleat violare* Et Virg. 1. *Æneid.* exclamat cum quadam indignatione,

> *Auri* (inquit) *sacra fames quid non mortalia pectora cogis.*

Altera ratio, quia diuitiæ reddunt homines petulantes, superbos, contumeliosos aduersus alios. Existimant enim sibi quiduis licere, & sperant, etiamsi facinora aliqua perpetrauerint, tamen se posse per pecuniam supplicia & pœnas, aut redimere, aut effugere. Tertia ratio, diuitiæ & opes esse dicuntur violentæ, quia plerunque per vim sunt custodiendæ & retinendæ aduersus fures, latrones & insidias, quę ipsis struuntur a pauperibus. Vnde diuites solent suas opes includere arcis ferreis, & munire repagulis ac pessulis, ne quis facile possit eas auferre & furari. Ideo Iuuen. *Satyr.* 14. ait, *Diuitias magna quidem cura acquiri, maiori autem metu seruari.* Et addit, *Misera est magni custodia census* Quarta ratio est: etiam ideo diuitiæ dicuntur violentæ, quia plerunque violenter impediuntur a suo proprio fine: nam proprius finis diuitiarum est, vt illis vtamur, vel quoad nos, vel quoad alios, id est, vt de illis & nobis & aliis benefaciamus. Vnde etiam nominantur χρήματα, ἀπὸ τῆς χρήσεως, *ab vsu*, vt est apud Aristotelem *lib. 1. Politic.* Diuites autem, quia sunt plerunque auari, ideo malunt diuitias possidere, quam illis vti, ideo magis a diuitiis possidentur quam ipsi eas possideant. Vnde recte dicitur, *Auaro tam deest quod habet quam quod non habet*: quia eo, quod habet, non audet vti. Alterum argumentum, quo probatur, quod summum bonum non sit positum in diuitiis est tale: *Summum bonum per se est vtile & expetendum: diuitiæ autem per se non sunt vtiles & expetendæ*: sed tantum propter aliud, item vt sint instrumenta exercendarum virtutum. Ergo *diuitiæ non sunt summum bonum.*

II. III. IV. *Diuitiarum finis.* *Diuites plerunque auari.* *II. Argumentum.*

CAP. VI. — ΚΕΦΑΛ. ζ.

Vniuersum autem fortassis considerare est melius, quoque modo dicatur exquirere.

Τὸ δὲ καθόλου, βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι, καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται,

προσάντους τῆς τοιαύτης ζητήσεως γινομένης, διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη. δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. οἱ δὲ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην, οὐκ ἐποίουν ἰδέας ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἔλεγον· διόπερ οὐδὲ τῶν ἀριθμῶν ἰδέαν κατεσκεύαζον. τὸ δ' ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν τῷ τί ἐστι, καὶ ἐν τῷ ποιῷ, καὶ ἐν τῷ πρός τι. τὸ δὲ καθ' αὑτὸ καὶ ἡ οὐσία πρότερον τῇ φύσει, τοῦ πρός τι· παραφυάδι γὰρ τοῦτ' ἔοικε καὶ συμβεβηκότι τοῦ ὄντος. ὥστ' οὐκ ἂν εἴη κοινή τις ἐπὶ τούτων ἰδέα. ἔτι, ἐπεὶ τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι· (καὶ γὰρ ἐν τῷ τί λέγεται, οἷον ὁ θεός, καὶ ὁ νοῦς· καὶ ἐν τῷ ποιῷ, αἱ ἀρεταί· καὶ ἐν τῷ ποσῷ, τὸ μέτριον· καὶ ἐν τῷ πρός τι, τὸ χρήσιμον· καὶ ἐν χρόνῳ, καιρός· καὶ ἐν τόπῳ, δίαιτα, καὶ ἕτερα τοιαῦτα) δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι καθόλου καὶ ἕν. οὐ γὰρ ἂν ἐλέγετ' ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις, ἀλλ' ἐν μιᾷ μόνῃ. B ἔτι δ', ἐπεὶ τῶν κατὰ μίαν ἰδέαν μία καὶ ἐπιστήμη, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἦν ἂν μία τις ἐπιστήμη. νῦν δ' εἰσὶ πολλαὶ καὶ τῶν ὑπὸ μίαν

Quæ nobis etsi perardua exsistit quæstio, quod nobis amici ideas induxerint, tamen fortasse præstat ac opus est veritatis retinendæ caussa, sua etiam tollere, philosophos præsertim. Etsi enim vtrique cari sunt, pium est pluris æstimare veritatem. Qui hanc sententiam inuexerunt, non faciebant ideas eorum, in quibus prius posteriusque dixissent: itaque ne numeris quidem ideam fabricabantur. At bonum & in substantia dicitur, & in qualitate, & in iis, quæ ad aliquid referuntur: quodque per seipsum est, & substantia, iis est, quæ ad aliquid referuntur, natura prior. Propagini enim hoc simile est, essentiæque accidenti. Non igitur fuerit in iis idea communis. Præterea cum bonum æque pateat, ac id quod est. (dicitur enim in substantia, vt Deus, & mens: & in qualitate, virtutes: & in quantitate, mediocre: & in iis, quæ ad aliquid referuntur, vtile: & in tempore, opportunitas: & in loco, diæta: quæq; talia sunt) perspicuum est commune aliquod vniuersum & vnum esse non posse. Neq; enim in categoriis omnibus, sed in vna solum diceretur. Iam vero, cum eorum, quæ vni ideæ attributa sunt, vna quoque scientia est, esset etiam bonorum omnium scientia vna. Nunc vero plures sunt etiã eorum, quæ sub vnam

cata-

categoriam subiecta sunt: ut occasionis, in bello quidem res militaris: in morbo, medicina. & mediocritatis, in cibo, medicina: in laboribus, gymnastice. Sed quærat aliquis, quid tandem sibi velint, cum ipsum quicque dicunt. siquidem in ipsum hominem, & in hominem una eademque valet hominis definitio. Neque enim qua homo, aliquid interest. Quod si ita est, nec qua bonum sit. nec vero quia æternum est, magis bonum: siquidem nec diuturnum albius est quam quod unum diē durat. Ac mihi probabilius de eo dixisse Pythagorei videntur, qui unum in bonorum serie ponunt. quos & Speusippus imitari videtur. Sed de his quidem alius esto dicendi locus. In iis autem quæ dicta sunt, controuersia suboritur, quod non de omni bono verba fiant: sed dicantur una specie, quæ per se quæruntur & amantur. conficientia vero horum, aut aliquo modo tuentia, aut etiam contrariorum prohibentia, propter ea, alioque modo dicantur. Ergo apparet, bifariam bona dici, alia per se, alia propter illa. Separatis igitur ab vtilibus iis quæ per se sunt, an uni ideæ attribuantur, consi-

κατηγορίαν, οἷον καιροῦ, ἐν πολέμῳ μὲν, στρατηγική· ἐν νόσῳ δὲ, ἰατρική. καὶ τοῦ μετρίου, ἐν τροφῇ μὲν, ἰατρική· ἐν πόνοις δὲ, γυμναστική. ἀπορήσειε δ' ἄν τις τί ποτε καὶ βούλονται λέγειν αὐτοέκαστον. εἴπερ ἔν τε αὐτοανθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου· ᾗ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσιν. εἰ δ' οὕτως, οὐδ' ᾗ ἀγαθόν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ ἀΐδιον εἶναι, μᾶλλον ἀγαθὸν ἔσται, εἴπερ μηδὲ λευκότερον τὸ πολυχρόνιον τοῦ ἐφημέρου. πιθανώτερον δ' ἐοίκασιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν περὶ αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν. οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἐπακολουθῆσαι δοκεῖ. ἀλλὰ περὶ μὲν οὖν τούτων, ἄλλος ἔστω λόγος. τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησίς τις ὑποφαίνεται, διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοὺς λόγους εἰρῆσθαι. λέγεσθαι δὲ καθ' ἓν εἶδος τὰ καθ' αὑτὰ διωκόμενα καὶ ἀγαπώμενα. τὰ δὲ ποιητικὰ τούτων, ἢ φυλακτικά πως, ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικὰ, διὰ ταῦτα λέγεσθαι, καὶ τρόπον ἄλλον. δῆλον οὖν ὅτι διττῶς λέγοιτ' ἂν τἀγαθὰ· καὶ τὰ μὲν καθ' αὑτὰ, θάτερα δὲ διὰ ταῦτα. χωρίσαντες οὖν ἀπὸ τῶν ὠφελίμων τὰ καθ' αὑτὰ, σκεψώμεθα εἰ λέγεται κατὰ μίαν

C

D

ἰδέαν. καθ' αὑτὰ δὲ ποῖα θείη τις ἄν; ἢ ὅσα καὶ μονούμενα διώκεται, οἷον τὸ φρονεῖν, καὶ ὁρᾶν, καὶ ἡδοναί τινες, καὶ τιμαί; (ταῦτα γὰρ, εἰ καὶ δι' ἄλλο τι διώκομεν, ὅμως τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν θείη ἄν τις) ἢ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν, πλὴν τῆς ἰδέας; ὥστε μάταιον ἔσται τὸ εἶδος. εἰ δὲ καὶ ταῦτά ἐστι τῶν καθ' αὑτά, τὸν τἀγαθοῦ λόγον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἐμφαίνεσθαι δεήσει, καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμυθίῳ τὸν τῆς λευκότητος. τιμῆς δὲ, καὶ φρονήσεως, καὶ ἡδονῆς, ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι ταύτῃ ᾗ ἀγαθά. οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθὸν κοινόν τι κατὰ μίαν ἰδέαν. ἀλλὰ πῶς δὴ

E λέγεται; οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις. ἀλλ' ἆρά γε τῷ ἀφ' ἑνὸς εἶναι; ἢ πρὸς ἓν ἅπαντα συντελεῖν; ἢ μᾶλλον κατ' ἀναλογίαν; ὡς γὰρ ἐν σώματι ὄψις, ἐν ψυχῇ

F νοῦς, καὶ ἄλλο δὴ ἐν ἄλλῳ. ἀλλ' ἴσως ταῦτα μὲν ἀφετέον τὸ νῦν. ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν, ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἰδέας. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθὸν, ἢ χωριστὸν τι αὐτὸ καθ' αὑτὸ, δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη πρακτὸν, οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπῳ. νῦν δὲ τοιοῦτόν τι ζητεῖται. τάχα δέ τῳ δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι γνωρίζειν αὐτὸ πρὸς τὰ κτητὰ καὶ πρακτὰ τῶν

deremus. Quæ autẽ per se quis ponat? an quæ sola seiunctæ quæruntur: ut sapere, ut videre, ut sunt nonnullæ voluptates, ut honores? (etsi enim hæc ipsa propter aliquid aliud sequimur, tamen ea per se bona, licet cuiuis ponere) aut nihil aliud præter ideam? Ita superuacanea species futura est. Sin autem hæc quoque sunt per se, necesse erit boni definitionem in iis omnibus eandem declarari, ut in niue, & cerussa, candoris. Atqui honoris, prudentiæ, voluptatis, diuersæ sunt ac differunt definitiones, ea quæ bona sunt. Non est igitur uni ideæ commune bonum aliquod attributum. Sed quomodo dicuntur? Non enim similia videntur homonymis fortuito. An quia ab vno sint? aut ad vnum omnia conferuntur? an potius proportione? Vt enim in corpore aspectus, est mens in animo, aliudque in alio. Sed hæc quidem fortassis nunc omittenda sunt, quia de iis accurate disputare, alius philosophiæ magis proprium fuerit: itemque de idea. Etenim si quod vnum est bonum, quod communiter dicatur, aut seiunctum ipsum per se, constat id, nec agi ab homine posse, nec parari. Nunc vero tale aliquid quæritur. Sed forte cuipiam videatur conducibilior esse eius cognitio ad bona, quæ parari & agi possunt.

sunt. Nã ipsum quasi exemplar habentes, facilius quæ nobis bona sunt, intelligemus, & si intelligemus, ea consequemur. Atque hæc quandam probabilitatem habet oratio, sed scientiis repugnare videtur. Nam bonum quoddam omnes expetentes requirentesq; quod deest, eius cognitionem prætermittunt. Atqui non est consentaneum, omnes artifices tantum ignorare, nec quærere adiumentum. Dubium etiam est, ecquid textor aut faber ad artem suam utilitatis capturus sit, si ipsum bonum intelligat: aut quo modo peritior medicus, dux ve sit futurus, ideam ipsam contemplatus? Videtur enim medicus hoc modo non spectare valetudinem, sed hominis, aut forte potius cuiuspiam, medetur enim singulis. Atque de his quidem hactenus.

ἀγαθῶν. οἷον γὰρ παράδειγμα τοῦτ' ἔχοντες, μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθά. κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν. πιθανότητα μὲν οὖν ἔχει τινὰ ὁ λόγος· ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις διαφωνεῖν. πᾶσαι γὰρ ἀγαθοῦ τινὸς ἐφιέμεναι, καὶ τὸ ἐνδεὲς ἐπιζητοῦσαι, παραλείπουσι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ. καί τοι βοήθημα τηλικοῦτον ἅπαντας τοὺς τεχνίτας ἀγνοεῖν, καὶ μηδὲ ἐπιζητεῖν, οὐκ εὔλογον. ἄπορον δὲ καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην, εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν. ἢ πῶς ἰατρικώτερος ἢ στρατηγικώτερος ἔσται, ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τεθεαμένος. φαίνεται μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ ἰατρὸς, ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου· μᾶλλον δ' ἴσως τὴν τοῦδε. καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

COMMENTATIONES.

In hoc capite refutat Aristoteles opinionem Platonicorum, qui dixerunt hominis summum bonum positum esse in contemplatione Ideæ, id est, formæ essentialis omnium bonorum, a quo omnia reliqua bona suam habent originem, dominationem & bonitatem. Vbi notandum est, Platonicos statuisse, omnium rerum quasdam fuisse ab æterno ideas, id est, formas essentiales, vniuersales, per se alicui existentes, ad quarum exemplar & similitudinem, quasi deinde omnes reliquæ res singulares sint formatæ: ita etiam omnium bonorum singularia, quæ in hoc mundo bona videntur fuisse, quãdam ab æterno ideam & essentialem formam boni, a qua ista

Platonis opinio summum bonum esse in Ideis positum.

tia ratio sumitur a veritatis præstantia, quæ tanta est, vt merito sit præferenda amicitiæ & auctoritati hominum, quicunque tandem illi fuerunt. Proinde etiamsi Socrates & Plato & plurimi alii fuerint mei amici & præceptores, qui hanc de Ideis opinionem tenuerint: tamen debeo illis veritatem præferre. Hæc ratio ... sumta est ex scriptis Platonis, qui eadem toties se excusat, quoties a suo præceptore Socrate dissentit, dum ait: *Amicus Socrates, sed magis amicus est veritas.* Ex hoc loco tale præceptum est notandum: *Veritatem omnibus aliis opinionibus esse preferendam, quoscunque tandem habeant auctores & assertores.* Idem etiam monet Lactantius lib 3. capit. decimotertio. *Non trahamur auctoritate cuiusquam, sed veritati potius accedamus.* Et Prosper in sententiis: *Sic diligendi sunt amici, non diligantur eorum errores.*

Veritas preferenda amicitia & auctoritati ... rum.

A Οἱ δὲ κομίσαντες) Hæc est altera pars capitis, qua incipit refutare opinionem Platonis de vniuersali & communi omnium bonorum Idea, & ostendit quatuor argumentis, non esse talem Ideam. Primum sumitur ex dogmate ipsorum Platonicorum dicebant, numerum non esse communem Ideam quia in numeris est prius & posterius: vnitas enim prior est binario, & binarius prior est ternario, & sic consequenter: hinc ergo sic argumentatur: *Si non est communis Idea eorum, in quibus est prius & posterius.* Nam bona, quæ sunt in substantia, priora sunt iis, quæ sunt in reliquis prædicamentis, quæ omnia sunt accidentia: *Semper autem substantia prior est accidentibus;* quemadmodum truncus arbori prior est, quam sint rami.

I. Argum.

Alterum argumentum: *Quorum est communis Idea, ea sunt in eodem prædicamento:* quia debent habere idem genus: *Sed bona non sunt in eodem prædicamento. Ergo non potest omnium bonorum communis & eadem esse Idea.* Minor probatur: quia bonum æque late patet atque ipsum Ens: Est enim eorum aliquod ex quinque transcendentibus: Ens autem diffusum est per omnia prædicamenta: nam dicimus, *Ipsissimam substantiam esse Ens, Quantitatem esse Ens: Qualitatem, locum, tempus esse Entia.* Eodem etiam modo bonum est in

II.

Minoris probatio.

omnibus prædicamentis, vt in substantia, *Deus, mens, anima, corpus*: in quantitate, *æquale, mediocritas*: in qualitate, *virtus, scientia, sanitas*: in relatione, *vtile*: in actione, *viuere, legere, orare*: & sic de ceteris prædicamentis, in quibus omnibus reperitur aliquid, quod dici potest bonum.

III. Argumentũ. B Ἔτι δὲ ἐπεὶ τῶν κατὰ μίαν) In hoc textu continetur tertium & quartum argumentum: quibus probatur, non esse communem & vniuersalem omnium bonorum Ideam, quę per se exsistat, & a reliquis singularibus bonis sit separata. Est autem tertium argumentum tale: *Quorum eadem & communis est Idea, eorum quoque vna est scientia: Sed non est omnium bonorum eadem Idea*: Igitur *non est vna scientia omnium bonorum.* Maior ex eo manifesta est, quia omnis scientia est ratione formæ & definitionis, sine quibus potest sciri nihil perfecte. Minorem declarat Aristoteles exemplis. Nam quæ sunt sub diuersis prædicamẽtis, eorum est etiam diuersa scientia. Habent enim diuersa genera, differentias diuersas, diuersasque proprietates definitionis, ita quod non eodem modo possunt sciri: neque enim eadem scientia boni, quod est in substantia & eius boni, quod est in qualitate, vel quantitate, vel aliis prædicamentis, imo neq; eorum, quæ sunt sub vno prædicamento, eadem est scientia, quod Aristoteles duobus exemplis declarat. Nam occasio, καιρὸς, etiamsi sit in prædicamento Quando, tamen non eadem eius est scientia in omnibus rebus & actionibus: nam occasionis in belligerando scientia, pertinet ad artem militarem: occasionis in morbo curando scientia pertinet ad artem medicam: occasionis in nauigando scientia pertinet ad artem nauticam: occasionis emendi & vendendi scientia pertinet ad mercaturam: & sic in omnibus aliis actionibus, quædam occasiones sunt seruandæ, quarum cognitio & scientia ad certas artes pertinet. Alterum argumentum est de mediocritate, quæ etiam est bonum, & pertinet ad prædicamentum qualitatis: eius autem scientia non in omnibus actionibus est eadem: nam quæ mediocritas sit seruanda in cibo & potu, id nouit medicus. Quæ mediocritas sit seruanda in exercitiis corporis, id norũt tantum γυμνασιάρχαι, qui præfecti sunt

Scientia omnis ratione formæ & definitionis est.

Scientia eorũ, quæ sub vno prædicamento, eadem non est.

sunt eiusmodi certaminibus & exercitiis.

Quartum argumentum pertinet tantum ad Ideam bonorum, sed communiter ad omnes Ideas Platonicas, quas Aristoteles ostendit reuera nullas esse: sed tantum inane figmentum hoc argumento, *Si Ideæ sunt aliquid separatum & diuersum a suis singularibus, quorum sunt Ideæ* Ergo *diuersam ab iis habebunt definitionem:* nam diuersarum rerum diuersæ sunt definitiones: sed *Idearum non sunt diuersæ definitiones a rebus singularibus: quarum sunt Ideæ:* Ergo *reuera sunt nullæ Ideæ separatæ & per se existentes.* Assumtionem declarat exemplis. Nam inquit, *hominis, & Ideæ hominis eadem est definitio: ita Ideæ bonis, leonis aut asini eadem est definitio, quæ est vniuscuiusq; bonis, leonis, vel asini:* igitur *inter se non sunt diuersa* Quod si quis vero obiiciat, Platonem Ideas statuere sempiternas, res autem singulares esse caducas: itaque Ideas diuersas esse a rebus singularibus. Ad hoc respondet Aristoteles, hanc diuersitatem tantũ esse in accidente, nempe ratione temporis, non autem substantia. Accidentia autem non mutant rerum definitiones, exempli gratia: homines plurimum inter se differunt ratione accidentium: alius non est doctus, alius nobilis, diues, potens, felix, procerus, senex, sanus, alius contra, indoctus, ignobilis, pauper, miser, ægrotus: horum est magna quidem differentia; sed tamen quod ad substantiam attinet, omnium est eadem definitio: nam de omnibus dicitur animal rationale mortale. Præterea temporis diuturnitas aut breuitas, nihil potest addere aut demere definitionibus & naturis rerum, exempli gratia: Infans, qui vnum solum diem vixit, eandem habet hominis definitionem, quam habet Mathusalem, qui inter omnes homines diutissime vixit annos 969. Item albedo, quæ est vnius anni, aut plurium annorum, non aliam habet definitionem, quam ea, quæ est vnius diei. Ergo quod Plato Ideas dixit esse sempiternas, id non facit propterea, vt idearum diuersa sit essentia & natura, quam sit essentia & natura rerum singularium, quæ sunt momentaneæ & caducæ, & quarum dicuntur esse Ideæ.

IV. Arg.

Obiectio.

Responsio.

Tempus definitionibus nihil addit aut minuit.

C Πεϑαιντεροι δ' ἐοίκασιν) Hæc est appendix refutationis, opinionis Platonicorum, in qua obiter etiam Py-

Pythagoræorum de summo bono opinio.

thagoræorum opinionem de summo bono commemorat, & ostendit, Pythagoræos probabilius de summo bono locutos fuisse. Nam posuerũt summum bonum non in aliqua re ficta & imaginata, quemadmodum etiam Platonici fecerunt: sed posuerũt summum bonum in eo, quod maxime est vnum, & proinde etiam perfectum, firmum atq; perpetuũ. Nam eæ res sunt maxime diuturnæ, optimæ & perfectissimæ, quæ sunt vnum quoddã: quoniam vnitate res cõseruantur, pluralitate & multitudine dissipantur atq; intereunt. Exempli gratia: quando anima corpori est vnita, tum homo durat & conseruatur; quando vero hæc vnio dissoluitur, & ex vno fiunt plura, id est, anima separatur a corpore, tum homo interit. Inde Deus reuera dicitur, *Sempiternus, perfectissimus & optimus*, quia maxime est vnus, & in eo pluralitas nullum habet locum. Proinde probabilius Pythagoræi videntur esse locuti, quando dixerunt, summum bonum esse in eo, quod est maxime vnum: atque hanc etiam ob caussam Speusippus, qui fuit Platonis ex sorore nepos, magis hanc opinionem probauit, quam ipsius Platonis.

Vnum, maxime perfectũ

Deus.

Bonorum duo genera: vnum per se, aliud per aliud.

D ὅτις δὲ λεχθεῖσιν) Tertia hæc est huius capitis pars, in qua respondet ad duas obiectiones: primum enim posset aliquis dicere, Aristotelem non recte reprehendere Platonem, quando omnium bonorum vnam & eandem statuerit esse ideam. Nam duo esse genera bonorum: alia dicuntur per se bona: alia autem dicuntur bona per aliud: Platonem autem tantum loqui de bonis per se, & eorum vnam solum Ideam posuisse. Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles per δίλημμα hoc modo: *Si Plato tantum bonorum per se vnam constituit ideam:* Igitur *aut nulla illa idea est bonum per se, aut etiam reliqua bona, quarum ideam esse statuat, sunt per se bona. Sed sola idea bonorum non potest per se esse bonum, quia idea est in numero relatiuorum.* Est enim alicuius rei idea aut forma, quemadmodum dicimus, imago est alicuius rei imago. Itaque *necesse est, vt præter ideam illam etiam alia sint bona per se, quorum est idea*, quia necesse est, habere suum correlatiuum: Si n præter illam ideam bonorum, etiam alia sint bona per se; necesse est, vt eorũ etiam vna sit definitio. Nam, quarum rerum vna est essentialis forma,

ma, earum etiam est vna definitio, quemadmodum etiam secũdum Platonicos definitio nihil aliud est, quam λόγος τῆς οὐσίας καὶ εἶδος τοῦ πράγματος, id est, *substantialis forma ipsius rei.* Sed non potest omnium bonorum per se esse eadem definitio: alia enim est definitio virtutis, alia artis, alia honoris, alia libertatis, alia religionis & pietatis, alia fortitudinis, alia temperantiæ, alia singularium specierum virtutis & artium, quæ tamen omnia sunt bona per se. Igitur falsa est Platonis opinio, quod omnium bonorum per se sit vna idea. Dicuntur autem bona alias per se, & vocantur ἁπλῶς ἀγαθὰ, *simpliciter,* quæ per & propter se expetuntur non propter aliam aliquam caussam vel vtilitatem, quam nobis adferunt. Per aliud autem bona dicuntur, quæ non per se, sed propter vsum aliquem, quem habent, expetuntur, id est, quia nobis sunt vtilia: atque hæc propterea etiam speciali ratione vocantur ὠφέλιμα, id est, bona vtilia, a Cicerone, vt sunt opes & diuitiæ, quæ ipsæ per se nihil habent in seipsis, quod merito sit expetendum & amandum; sed expetuntur tantum propter multiplicem vtilitatem, quam habent in vita humana, qua sublata, nihil possent nobis prodesse; quemadmodum Poeta canit:

Bonorum omnium per se eadem definitio esse nequit.

Bona per se.

Bona per aliud.

Quid mihi diuitiæ prosunt si demeris vsum,
Quamuis largus opum, semper egenus ero.

Sunt autem hæc bona rursus duplicia, vel sunt ποιητικά, id est, caussæ efficientes aliorum bonorum, exempli gratia: Diligens studium est bonum, per quod efficitur & comparatur doctrina: sic styli exercitium est bonũ, quo comparatur eloquentia: alia dicuntur φυλακτικά, id est, per quas conseruantur alia bona, vt temperantia conseruat sanitatẽ, sic parsimonia conseruat patrimonium: alia denique dicuntur κωλυτικὰ τῶν ἐναντίων κακῶν, id est, bona, quæ prohibent contraria mala, vt medicina prohibet morbum.

Bona per aliud rursus sunt duplicia.

E ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται) Hæc est altera obiectio, quã quæritur: *si multa & varia sunt bona per se, quorum non vna & eadem est idea atq; definitio, quo pacto fiat vt in nomine boni conueniant.* Ad hanc obiectionem respondet per distinctionem, Ea, quæ idem nomen habent,

Obiectio II.

Responsio.

sunt duplicia: *Quædam enim non solum nomen, sed eandem etiam habent naturam & definitionem*: atque ista a Dialecticis vocatur συνώνυμα, cuiusmodi sunt omnes species eiusdem generis. Quædam autem tantum habent nomen commune, definitionibus autem differunt, & hæc a Dialecticis vocantur ὁμώνυμα, id est, *æquiuoca*: atq; hæc sunt duplicia: vel enim fortuito & casu quodam idem nomen sunt consecuta, cum duo aut plures homines eodem appellantur nomine: vel idem nomen consecuta sunt, propter certam aliquam rationem, atque hæc sunt quadruplicia. Vel enim propter aliquam similitudinem idem nomen habent: vt *cum hominem callidum nominamus vulpem, aut tyrannum appellamus lupum.* Vel idem habent nomen, quia ab eodem dependent principio, vt *cum hominem nominamus medicum, potionem etiam appellamus medicam, instrumentum medicum, cibum medicum, hæc omnia a medicina habent appellationem.* Ita plures adolescentes dicuntur scholastici, quia scholas frequentant, ideaque habent nomen, quia ad vnum eundemque finem referuntur. Ita salubria dicimus multa & varia, quæ omnia ad sanitatem, vel efficiendam, vel conseruandam referuntur. Vel deniq; idem nomen habent (vt magistratus dicitur gubernator ciuitatis) propter ἀναλογίαν, quam ergo se mutuo habent: nam quemadmodum magistratus sese habet in ciuitate, ita gubernator se habet in naui.

I. II. III. IV.

F ἀλλ' ἴσως ταῦτα μὲν) Hæc est postrema pars capitis, in qua duo continentur: primum ἀποδίωξις, reiectio longioris & accuratioris disputationis de ideis, propterea quod hæc quæstio proprie ad hanc partem philosophiæ non pertinet, sed potius ad μεταφυσικήν, quæ considerat vniuersalia, & ea, quæ mente solum atque animo percipiuntur. Hæc autem doctrina de moribus cōsiderat singularia, quæ agenda & non contemplanda sunt. Deinde continetur in hoc libro ἀνασκευή, refutatio sententiæ Platonis, qui in *6 lib. de Repub.* scribit, *Ideam boni esse μέγιστον μάθημα*, id est, *præcipuam & maximam scientiam, per quam possumus omnia reliqua bona singularia cognoscere & diiudicare, imo notitiam ideæ vtilem & necessariam esse omnibus artificibus in operibus suæ artis recte efficiendis.*

Obiectio.

Ad

Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles, & negat, idearum notitiam adeo necessariam esse artificibus, proinde etiam in hac doctrina non esse necessariam. Quod artificibus non adeo sit necessaria, probat ab eorum exemplo & facto: *Singuli artifices ea, quae ad ipsorum artem necessaria sunt, diligenter inuestigant: Sed artifices idearum inuestigationem negligunt.* Igitur *idearum notitia artificibus ad ipsorum artem non est adeo necessaria.* Altera ratio sumitur ab effectu: *Si notitia idearum artificibus esset necessaria:* Igitur *efficeret eos quoque meliores quo ad artem: Sed idearum notitia nõ facit meliorem artificem;* Ergo *non est necessaria.* Mino. probatur per inductionem ab exemplo, neque enim melior est faber, aut textor, aut tutor, aut medicus, aut imperator, qui ideae notitiam habet, quam is qui eam non habet. Quod vero ideae notitia etiam in hac morali doctrina non sit necessaria, probatur ab obiecto: Nam *doctrina moralis versatur circa eiusmodi bonum, quod potest ab homine acquiri per crebras actiones: idea autem non est bonum, quod in actionem cadit, aut quod possit agendo acquiri & comparari ab homine.* Igitur *ideae notitia ad hanc doctrinam non pertinet.* Declaratur hoc argumentum exemplo a simili, quemadmodum medicus in sua praxi non considerat vniuersalem ideam sanitatis aut morbi, qui extra hominem est: sed cõsiderat in specie & in indiuiduo eius hominis sanitatẽ vel morbum, ad quem est accersitus: ita etiam Ethicus non considerat vniuersale quoddam bonum per se alicui exsistens: sed considerat illud bonum singulare, quod est in actionibus, & per quod possit fieri felix & beatus.

Responsio Aristotelis ad obiectionẽ.

Argumẽtum.

Minoris probatio.

Ideam ad hanc doctrinam non pertinere probatur.

CAP. VII. — ΚΕΦΑΛ. η'.

Redeamus autem ad bonum, de quo quaeritur, quidnam sit. Nam videtur aliud in alia esse actione & arte. Quoniam aliud est in medicina, aliud in re militari, eodemq; modo ceteris. Quid est igitur cuique bonum? an cuius

Πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν, τί ποτ' ἂν εἴη. φαίνεται μὲν γὰρ ἄλλο ἐν ἄλλῃ πράξει καὶ τέχνῃ. ἄλλο γὰρ ἐν ἰατρικῇ καὶ στρατηγικῇ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ὁμοίως. τί οὖν ἑκάστης τἀγαθόν; ἢ οὗ χάριν τὰ

A

λοιπὰ πράττεται; τοῦτο δ' ἐν ἰατρικῇ μὲν, ὑγίεια· ἐν στρατηγικῇ δὲ, νίκη· ἐν οἰκοδομικῇ δὲ, οἰκία· ἐν ἄλλῳ δὲ, ἄλλο· ἐν ἁπάσῃ δὲ πράξει καὶ προαιρέσει, τὸ τέλος. τούτου γὰρ ἕνεκα τὰ λοιπὰ πράττουσι πάντες. ὥστ' εἴ τι τῶν πρακτῶν ἁπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν· εἰ δὲ πλείω, ταῦτα. μεταβαίνων δὴ ὁ λόγος εἰς τὸ αὐτὸ ἀφῖκται. τοῦτο δ' ἔτι μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον. ἐπεὶ

B

δὲ πλείω φαίνεται τὰ τέλη, τούτων δ' αἱρούμεθά τινα δι' ἕτερον· οἷον πλοῦτον, αὐλοὺς, καὶ ὅλως τὰ ὄργανα· δῆλον ὡς οὐκ ἔστι πάντα τέλεια. τὸ δ' ἄριστον, τέλειόν τι φαίνεται. ὥστ' εἰ μὲν ἐστιν ἕν τι μόνον τέλειον, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ζητούμενον· εἰ δὲ πλείω, τὸ τελειότατον τούτων. τελειότερον δὲ λέγομεν τὸ καθ' αὑτὸ διωκτὸν τοῦ δι' ἕτερον· καὶ τὸ μηδέποτε δι' ἄλλο αἱρετὸν, τῶν καθ' αὑτὰ καὶ διὰ τοῦθ' αἱρετῶν· καὶ ἁπλῶς δὴ τέλειον, τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν ἀεὶ, καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο. τοιοῦτον δ' ἡ εὐδαιμονία μάλιστ' εἶναι δοκεῖ. ταύτην γὰρ αἱρούμεθα ἀεὶ δι' αὐτὴν, καὶ οὐδέποτε δι' ἄλλο. τιμὴν δὲ, καὶ ἡδονὴν, καὶ νοῦν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἱρούμεθα μὲν καὶ δι' αὐτά. μηδενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος, ἑλοίμεθ' ἂν ἕκαστον αὐτῶν. αἱρούμεθα δὲ καὶ

caussa reliqua fiunt? Hoc in medicina valetudo est, in re militari victoria, in architectura domus, aliudq; in alia: in omnique actione & consilio finis: eius enim caussa omnes agunt reliqua. Quocirca si aliquis est finis rerum agēdarum omnium, sit id bonum, quod agēdum est: sin plures, hi. itaque digrediendo eodem peruenit oratio. Id vero iam vt apertius explicetur, conandum. Quoniam autem plures fines exsistunt, quorum nonnullos propter alios expetimus, vt diuitias, tibias, & omnino instrumēta: perspicuum est, nō esse omnia perfecta. Quod autem optimum est, perfectum apparet. Si ergo aliquid vnicum perfectum est, id fuerit quod quaeritur: sin plura, eorum absolutissimum. Atqui quod per se exquiritur, id dicimus eo, quod propter aliud, perfectius: & quod nunquam propter aliud expetitur, iis quae per se & propter hoc expetuntur. Id igitur omnino perfectum est, quod propter se semper, nunquā propter aliud expetendum est. qualis felicitas videtur maxime. Nam & propter se eam semper, & nunquam propter aliud optamus. At honorem, & voluptatem, & intelligentiam, & omnem virtutem per se optamus: quandoquidem nihilo inde proueniente, eorum singula optaremus. sed beatitudinis

dinis etiam caussa eadem expetimus, quod per ea speremus nos beatitudinem adepturos. At nemo beatitudinem earum caussa, neque propter aliud omnino. Quod idem ex abundantia rerum satis instructa effici videtur. Quod enim bonum perfectum est, satis instructum videtur. Satis autem dicimus, non ipsi soli vitam solitariam agenti, sed parentibus, liberis, coniugi, & omnino amicis & ciuibus: quandoquidem homo natura ciuilis est. Sed horum certe quidam terminus sumendus. Nam progredienti ad parentes, & posteros, amicorumque amicos, nunquam finis reperietur. sed hoc iterum considerandum. Satis esse statuimus, quod solum seiunctum vitam expetendam efficit, & nihil requirentem: qualem beatitudinem esse ducimus: & praeterea si cum ceteris non iungatur, anteponendam maxime: sin iungatur, perspicuum est cum minimo bono pluris eam esse. bonorum enim exsuperatio est id, quod additur. At quod maius bonum est, id semper magis expetendum est. Igitur apparet, felicitatem perfectum quiddam esse, & satis instructum, cum rerum agendarum sit extremum. Sed fortasse beatitudinem rem optimam appellari constat. Vt vero magis explanetur quid sit,

τῆς εὐδαιμονίας χάριν, διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσειν. τὴν δ' εὐδαιμονίαν οὐδεὶς αἱρεῖται τούτων χάριν, οὐδ' ὅλως δι' ἄλλο. φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας τὸ αὐτὸ συμβαίνειν. τὸ γὰρ τέλειον ἀγαθὸν, αὔταρκες εἶναι δοκεῖ. τὸ δ' αὔταρκες λέγομεν, οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ ζῶντι βίον μονώτην, ἀλλὰ καὶ γονεῦσι, καὶ τέκνοις, καὶ γυναικὶ, καὶ ὅλως τοῖς φίλοις, καὶ πολίταις· ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸν ἄνθρωπος. τούτων δὲ ληπτέος ὅρος τις. ἐπεκτείνοντι γὰρ ἐπὶ τοὺς γονεῖς, καὶ τοὺς ἀπογόνους, καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους, εἰς ἄπειρον πρόεισιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἐπισκεπτέον. τὸ δ' αὔταρκες τίθεμεν, ὃ μονούμενον, αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον, καὶ μηδενὸς ἐνδεᾶ. τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι· ἔτι δὲ πάντων αἱρετωτάτην, μὴ συναριθμουμένην· συναριθμουμένην δὲ, δῆλον ὡς αἱρετωτέραν μετὰ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἀγαθῶν. ὑπεροχὴ γὰρ ἀγαθῶν γίνεται τὸ προστιθέμενον· ἀγαθῶν δὲ τὸ μεῖζον, αἱρετώτερον ἀεί. τέλειον δή γε φαίνεται καὶ αὔταρκες ἡ εὐδαιμονία, τῶν πρακτῶν οὖσα τέλος. ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον λέγειν, ὁμολογούμενόν τι φαίνεται· ποθεῖται δὲ ἐναργέστερον τί ἐστιν ἔτι

C

D

E

λεχθῆναι. τάχα δὴ γένοιτ' ἂν τοῦτο, εἰ ληφθείη τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. ὥσπερ γὰρ αὐλητῇ, καὶ ἀγαλματοποιῷ, καὶ παντὶ τεχνίτῃ, καὶ ὅλως ὧν ἐστὶν ἔργον τι καὶ πρᾶξις, ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ εὖ, οὕτω δόξειεν ἂν ἀνθρώπῳ, εἴπερ ἐστί τι ἔργον αὐτοῦ. πότερον οὖν, τέκτονος μὲν καὶ σκυτέως ἐστὶν ἔργα τινὰ καὶ πράξεις· ἀνθρώπου δὲ οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἀργὸν πέφυκεν. ἢ καθάπερ ὀφθαλμοῦ, καὶ χειρὸς, καὶ ποδὸς, καὶ ὅλως ἑκάστου τῶν μορίων, φαίνεταί τι ἔργον, οὕτω καὶ ἀνθρώπου παρὰ πάντα ταῦτα θείη τις

F ἂν ἔργον τι; τί οὖν δὴ τοῦτ' ἂν εἴη ποτέ; τὸ μὲν γὰρ ζῆν, κοινὸν εἶναι φαίνεται καὶ τοῖς φυτοῖς. ζητεῖται δὲ τὸ ἴδιον. ἀφοριστέον ἄρα τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν ζωήν. ἑπομένη δὲ αἰσθητική τις ἂν εἴη· φαίνεται δὲ καὶ αὕτη κοινὴ καὶ ἵππῳ, καὶ βοΐ, καὶ παντὶ ζώῳ. λείπεται δὴ πρακτική τις τοῦ λόγον ἔχοντος. τούτου δὲ, τὸ μὲν, ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ, τὸ δ' ὡς ἔχον καὶ διανοούμενον. διττῶς δὲ καὶ ταύτης λεγομένης, τὴν κατ' ἐνέργειαν θετέον. κυριώτερον γὰρ αὕτη δοκεῖ λέγεσθαι. εἰ δ' ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπου, ψυχῆς ἐνέρ-

G γεια κατὰ λόγον. τὸ δ' αὐτό φαμὲν ἔργον εἶναι τῷ γένει τοῦδε, καὶ τοῦδε σπουδαίου, ὥσπερ κιθαριστοῦ, καὶ σπου-

postulatur. Quod fortasse fiet, si hominis munus intelligatur. Vt enim tibicini, & statuario, omnique artifici, & omnino quibus aliquod opus est & actio, in opere videtur bonum, & quod bene est, sic homini, si quod eius opus esse videatur. Ergone fabro sunt & sutori certa aliqua munera & actiones homini nulla sunt, sed natus est ad otium? Annon vt oculi, manus, pedis, singularumque partium suum est munus: sic homini quoque præter hæc omnia, opus aliquod tribuetur? Quodnam erit illud? Videtur enim ei cum stirpibus vita communis esse. At proprium hominis quæritur. Vita igitur alens augensque, simouenda est. Hanc sequitur vita sentiens. At communis videtur & equi, & bouis, & omnis animantis. Relinquitur ergo vita actuosa animi rationis participis. Huius porro pars rationi paret, pars compos est rationis & cogitationis. Cum vero hæc quoq; bifariam dicatur, ea ponenda est, quæ actione cernitur. Hanc enim dici videtur aptius. quod si ita est, opus hominis sit necesse est animi actio rationi congrua, aut non absq; ratione. Idem autem genere huius & illius probi opus ponimus, vt citharœdi, & probi

probi citharœdi: quod omnino in omnibus valet, addita ad opus virtutis excellentia. Citharœdi enim est, uti cithara: probi, bene uti. Si vero ita sit, hominis opus vitam quandam ponemus, quæ eadem animi est operatio, & actiones cum virtute. Quæ boni viri est, recte ac præclare gerere. At sua quicque virtute recte absoluitur. Quod si ita est, hominis bonum, animi actio est ex virtute. Quod si plures virtutes sint, optima ac perfectissima, & præterea in vita perfecta. Vna enim hirundo non facit ver, nec dies unus: sic nec unus dies aut breue tempus efficit beatum ac felicem. Atque hoc quidem pacto bonum circumscriptum sit. Primum enim fortassis ducenda sunt prima lineamenta, tum ad rem depingendam accedendum. Videtur autem cuiusuis esse, producere ac distinctius explicare ea, quorum sit prima descriptio recta. ac talia tempus inuenire & bene iuuare. unde & artium amplificationes exstiterunt. Cuiusuis enim est id quod deest, addere. Atque etiam meminisse debemus, quod supra dictum est, subtilitatem non pariter quærendam esse in omnibus, verum in singulis pro re subiecta: atque eatenus, quoad doctrinæ cōgruum est. Nam & faber, & geome-

σπουδαίου κιθαριστοῦ· καὶ ἁπλῶς δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων, προστιθεμένης τῆς κατ' ἀρετὴν ὑπεροχῆς πρὸς τὸ ἔργον. κιθαριστοῦ μὲν γὰρ, τὸ κιθαρίζειν· σπουδαίου δὲ, τὸ εὖ. εἰ δ' οὕτως, ἀνθρώπου δὲ τίθεμεν ἔργον ζωήν τινα· ταύτην δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν καὶ πράξεις μετὰ λόγου. σπουδαίου δ' ἀνδρὸς εὖ ταῦτα καὶ καλῶς. ἕκαστον δὲ εὖ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἀποτελεῖται. εἰ δ' οὕτω, τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν. εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταὶ, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην· ἔτι δὲ ἐν βίῳ τελείῳ. μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα· οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα μία ἡμέρα, οὐδ' ὀλίγος χρόνος. περιγεγράφθω μὲν οὖν τὸ ἀγαθὸν ταύτῃ. δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι. δόξειε δ' ἂν παντὸς εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρῶσαι τὰ καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ, καὶ ὁ χρόνος τῶν τοιούτων εὑρετὴς, ἢ συνεργὸς ἀγαθὸς εἶναι. ὅθεν καὶ τῶν τεχνῶν γεγόνασιν ἐπιδόσεις. παντὸς γὰρ, προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον. μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρή, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ. καὶ γὰρ τέκτων καὶ γεωμέ-

H

-τρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν. ὁ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον· ὁ δὲ τί ἐστιν, ἢ ποῖόν τι. θεατὴς γὰρ τἀληθοῦς. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ποιητέον, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται. οὐκ ἀπαιτητέον δ' οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἐν ἅπασιν ὁμοίως, ἀλλ' ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι καλῶς, οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς. τὸ δ' ὅτι, πρῶτον καὶ ἀρχή. τῶν ἀρχῶν δ', αἱ μὲν ἐπαγωγῇ θεωροῦνται, αἱ δὲ, αἰσθήσει, αἱ δ', ἐθισμῷ τινί, καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως. μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πεφύκασι καὶ σπουδαστέον ὅπως ὁρισθῶσι καλῶς. μεγάλην γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα. δοκεῖ γὰρ πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή, καὶ πολλὰ ἐμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητουμένων.

tra dissimiliter rectũ angulum inuestigant: ille enim quatenus est ad opus utilis: hic quoniam spectator est veritatis, quidnam sit, aut qualis. Eodemque modo & in ceteris faciendum est, ne operum appẽdices plures quam opera euadant. Neq; vero in omnibus similiter exigẽda caussa est. sed nonnullis in locis satis est rem esse bene demonstrasse, ut etiam fit in principiis. Est autem primum & principium, rem esse. Principiorum autem alia inductione cernuntur, nonnulla sensu, quadam consuetudine aliqua, aliaq; aliter. Sunt autem singula ita tractãda, ut fert eorum natura: dandaq; opera est, ut probe definiantur. magnum enim momentum habent ad consequentia. Quocirca plus principium, quã dimidium totius est: eoq; fiunt multa perspicua eorum, quæ indagantur.

COMMENTATIONES.

A Πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν) Progreditur Aristoteles vlterius ad inuestigationem definitionis summi boni seu beatitudinis, & in hoc cap. primum ponit quandam eius ὑποτύπωσιν, id est, *delineationem*, & quasi adumbrationem desumtam, ἐκ τῆς ποιότητος, *ex qualitate*. Vult enim ostendere, quale bonum sit felicitas. Deinde transit ad definitionem substantialem, qua ostendit, quæ nam sit natura & essentia beatitudinis. Tertio caussam exponit, quamobrem adeo diligenter beatitudinis definitionem & naturam inuestiget. Quod ad primum attinet, beatitudinem ex loco qualitatis sic describit, εὐδαιμονία ἐστὶν ἀκρότατον καὶ τελειότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθόν, id est, *Beatitudo est*

Summi boni adũbratio.

vltimum

vltimum siue extremum & perfectissimum bonum actionum humanarum seu rerum agendarum. In definitione hac beatitudinis duæ præcipuæ eius notæ indicantur. Prima nota est, quod sit bonum extremum seu vltimum. Altera nota est, quod sit bonum perfectissimum. Prima nota sic probatur: *Cuius gratia omnia fiunt, id est extremum & vltimum bonum, ac proinde etiam finis bonorum:* quemadmodum etiã supra in duobus primis capitibus prolixe est declaratum, & hoc loco declaratur ab Aristotele, inductione per exempla sanitatis, quæ extremũ est bonum in arte medica, quia illius gratia medicus omnia agit: alterum est victoriæ, quæ est extremum bonum artis imperatoriæ in bello. Tertium exemplum est domus, quæ est vltimum bonum in arte ædificatoria. *Sed beatitudinis gratia omnia in rebus humanis ab hominibus suscipiuntur & fiũt: omnes enim suas cogitationes, consilia, actiones, homines eo dirigunt, vt possint felices & beati esse:* nemo enim quicquam sponte suscipit, quod scit sibi inutile fore & noxium. Igitur *beatitudo est extremum seu vltimum bonum hominis*, id est, *est finis omnium bonorum, in quo quasi cetera omnia concurrunt, atq; hoc proprium est,* τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν, id est, id quod in hac doctrina inquiritur bonum. Quod si vero vnus solũ est finis omnium humanarum actionum etiam ille finis erit hoc bonum, de quo hæc doctrina inquirit.

Nota beatitudinis.

I. Nota.

B *ἐπεὶ δὲ πλείω, &c*) Hæc pertinent ad alteram notam beatitudinis: dictum enim est, beatitudinem esse bonum perfectissimum. Hanc notam confirmat tribus argumentis. Primum sumitur ex bonorum distinctione & comparatione: *Quod bonum semper per se & nunquam per aliud expetitur, illud est perfectissimum, quia nihil habet supra se aliud perfectius, ad quod possit referri, atq; ideo propter se amatur & expetitur: est in summo gradu perfectionis. Beatitudo autem est tale bonum, quod semper per se & nunquam per aliud expetitur: quia est vltimum & extremum bonũ, in quo appetitus hominis acquiescit & consistit.* Igitur *beatitudo est perfectissimum bonũ.* Pro huius argumenti declaratione Arist. attingit eam bonorum distinctionem, quæ exstat apud Plat. *lib. 2. de Rep.* statim ab initio, cuius etiam meminit Cicero *lib. 2. de Inuentione*,

II. Nota.

Bonorum distinctio Platonica. Bona sunt triplicia: alia imperfecta, alia perfecta, alia perfectissima. Imperfecta dicuntur, quæ nunquam per se: sed semper per aliud aliquid, id est, propter commodum & vtilitatem aliquam, quam nobis adferunt, expetuntur: vt sunt diuitiæ, quæ solum expetuntur propter vtilitatem, quam habent. *Imperfecta.* Nam ope diuitiarum seu pecuniarum, possumus quidvis fere comparare. Sic etiam sunt omnia instrumenta, quibus in agendo & operibus efficiẽdis vtimur, quę alioquin nõ expeterẽtur, nisi inseruirent actionibus. Talia bona Aristoteles & Cicero nominant *ὠφέλιμα, vtilia*, propter vsum quem habent. *Perfecta.* Perfecta bona dicũtur, quæ & per se etiam & propter aliud aliquando expetuntur, vt est *sanitas, honos, robur, omnes virtutes, artes & scientiæ*, quæ & propter se, & etiam propter aliud, id est, propter beatitudinem expetuntur, & talia bona Aristoteles & Cicero nominant *καλά*, id est, *honesta*. *Perfectissima.* Perfectissima bona dicuntur, quæ semper propter se, & nunquam propter aliud expetuntur. & tale bonum est ipsa *εὐδαιμονία, beatitudo* seu *felicitas*, quæ sola inter ea, quæ bona dicuntur per se expetitur, &, vt antea dictum est, non ad aliud bonum refertur.

II. Arg. C φαίνεται δ' καί) Alterum argumentum, quo probatur, felicitatem esse perfectissimum bonum, sumitur *ἐκ τῆς αὐταρκείας*, id est, *ex sufficientia omnium rerum*, quam in se habet felicitas. Argumentum autem est tale: *Quod bonum est αὐταρκὲς, i. seipso solo contentum, id est perfectissimum: Beatitudo autem est tale bonum.* Igitur *beatitudo est perfectissimũ bonum.* Maior probatur, quia id perfectũ dicitur, cui nihil deest. Cui aũt nihil deest id ẽt est seipso contentum, & sibi ipsi sufficit. Minor etiã est manifesta, quia beatitudo sub se cõplectitur omnia bona, quæ homo posset expetere: nã qui adhuc alio bono indiget, is nondum dici potest felix & beatus. *Notanda duo.* In hoc argumento notanda sunt duo. Primum quid sit *αὐτάρκεια*, id est, sufficientia omnium rerum. *I.* Deinde quomodo ea sit æstimanda. *II.* *Αὐτάρκεια* est ejusmodi copia, abundantia & sufficientia rerum, qua habemus necessaria ad vitam commode degendam, ita vt vltra nihil amplius desideretur: vnde etiam *αὐταρκὴς* dicitur, qui suis bonis est contentus, & rebus necessariis ita est instructus, vt nullis aliis amplius

amplius egeat. Talem sciuit Lucretius esse naturam diuinam, id est, Deum ipsum, cum inquit:

Solus Deus αὐταρκής.

Ipsa suis pollens opibus non indiga nostri.

Talem etiam Syluius Halicus lib. 13. dicit esse virtutem, cum inquit,

Ipsa quidem virtus sibimet pulcerrima merces.

Et Poeta Claudianus,

Ipsa (inquit) quidem virtus pretium sibi, solaq; late
Fortunæ secura nitet, nec fascibus vllis
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi:
Nil opis externæ capiens, nihil indiga laudis.
Diuitiis animosa suis immotaq; cunctis,
Casibus ex alta mortalia despicit arce.

Quo pacto autem αὐτάρκεια sit æstimanda, etiam Aristoteles indicat dicens, eam non solum ex nostra persona æstimandã esse, vt sc. existimemus, tum nos beatos esse quando pro nobis ipsis solum satis habemus, sicuti multi reperiuntur, qui tantum seipsos curant, vt ipsi satis habeant, alios vero negligunt, sed sub nostra persona ait etiam cõprehendendos esse, eos, qui ad nos pertinẽt, quibus vel lege naturæ, vel ratione officii tenemur benefacere: vt sunt parentes, liberi, propinqui, amici, domestici, & nostri ciues: pro his enim etiam tenemur aliqua ex parte esse soliciti, & nostris operibus alios iuuare, eorũque necessitatibus succurrere. Cuius rei rationem adfert a proprio hominis, cum inquit: *homo natura est animal politicum*, id est, ad societatem ciuilem colendam & conseruandam. Vnde etiam sibi non solum, sed quoq; aliis, quibuscum viuit debet benefacere. Neque enim vt recte Plato in epistola ad Eresitam Tarentum scribit: *nobis, nõ solum nati sumus: sed etiam patriæ, parentibus, domesticis & reliquis.* Postremo adiicit Aristoteles correctionem, τὴν ἐπανόρθωσιν, qua monet, etiam hac in re esse terminum aliquem statuendum, ne in infinitum hanc αὐτάρκειαν, *sufficientiam*, extendamus, quemadmodum homines auari facere solent, qui nunquam sunt αὐτάρκεις, id est, *nunquam satis habent*, quia eorum cupiditas in augendis opibus & facultatibus nunquam potest modum inuenire: semper enim egent, & quo plus habent, eo plura appetunt: itaque tenenda est mediocritas, vt con-

Auari nunquam αὐτάρκεις.

ID

tenti simus mediocribus facultatibus, per quas & nobis ipsis necessaria comparare, & alios, qui ad nos pertinent, iuuare possumus.

III. Arg. D ἔτι δὲ πάντων) Tertium hoc est argumentum, quo probatur, beatitudinem esse perfectissimum bonũ. *Quod bonum non potest fieri melius secundum suam naturam & essentiam per accessionem aliorum bonorum, illud est perfectissimum bonũ. Sed felicitas quod ad suam naturã aliorum bonorum & essentiam attinet, non potest fieri melior per accessionem aliorum bonorum.* Igitur *felicitas est summum bonum.* Subiungit huic argumento quandam occupationem: nam posset aliquis dicere, felicitatem magis expetendam esse, cui plura adsunt bona alia, quam eam, cui aliquid bonorum deest. Ad hanc obiectionem respondet, esse quidem talem felicitatem magis expetendam: sed tamen quoad substantiam & naturam eius attinet, eam non fieri maiorem accessione aliorum bonorum. Notanda autem est hoc loco alia bonorum distinctio: quod duplicia sint bona. Quædam enim sunt talia, quæ non possunt maiora & meliora fieri, etiamsi illis alia quædam annumerentur. Cuiusmodi inprimis est ipse Deus, qui per se est summum bonum, neque vllum bonum ei potest accedere, propter quod possit fieri maius & melius bonum: tale bonum etiam secundo loco est beatitudo. Quædam vero bona talia sunt, vt accessione aliorum bonorum efficiantur meliora, & magis expetenda: vt nobilitas est bonum; sin vero ad eam accedat virtus & doctrina, tũ efficitur maius & splẽdidius bonũ.

Obiectio.

Responsio.

Bona duplicia.

E ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν εὐδαιμονίαν) Hæc est altera pars capitis, in qua post nominis explicationem, & qualemcunque descriptionem, iam inuestigat veram beatitudinis definitionem, quæ talis est, εὐδαιμονία ἐστὶν ἐνέργεια τῆς ψυχῆς λογικῆς κατ' ἀρετὴν ἀρίστην ἐν βίῳ τελείῳ, id est, *Beatitudo est operatio animæ rationalis secundum virtutem præstantissimam in vita perfecta.* Constat hæc definitio ex genere & differentiis. Genus est ἐνέργεια, id est, *operatio*, quod sic probatur: *In qua præcipue consistit & cernitur hominis perfectio & bonum, in ea est etiam hominis beatitudo posita.* Nam beatitudo nihil aliud est, quam bonum & perfectio hominis. *Sed in operatione & opere hominis*

Vera beatitudinis definitio.

Argumentum.

præci-

præcipue consistit & cernitur eius perfectio, si nimirum bene & recte potest fungi suo munere. Igitur *in operatione hominis consistit beatitudo, & per consequens beatitudo est quædam hominis ἐνέργεια,* id est, *operatio.* Sumtum est hoc argumentum ex loco proprii: Quemadmodum enim omnes res ad proprium, & rectum quoddam opus & munus sunt conditæ, in quo earum bonitas est, & perfectio cernitur & consistit. Deus enim & natura nihil frustra fecerunt: ita etiam homo ad certum aliquod opus & munus est conditus. Minor propositio probatur tribus argumentis & rationibus. Prima sumitur ab exemplis per inductionem. *Statuarii, tibicinis, pictoris, fabri, sutoris, & textoris, & uniuscuiusque artificis bonitas & perfectio cernitur ex eius operatione & opere, unde etiam vulgo dici solet:* Opus *probat,* id est, *commendat artificem.* Itaque *quoque hominis bonum & perfectio cernitur & consistit in propria eius operatione.* Alterum argumentum sumitur ex loco cōparatorum a minore ad maius, & dependet ex priore argumento: *Si uniuscuiusq; bonitas ex eius operatione & opere cernitur: multo magis & hominis bonitas & perfectio ex eius propria operatione cernitur. Nā si unicuiq; artifici, quatenus est artifex, assignatur certum aliquod opus, quod debet efficere: multo magis etiā homini, quatenus attribuendum est certum aliquod opus, ad quod efficiendum a Deo est factus: quādoquidem homo, quatenus est homo, longe est præstantior quam artifex: hominem vero esse pertinet ad eius naturam & essentiam.* Tertium argumentum sumitur ex loco partium, *Membrum in homine est propria quædam operatio, propriumq; munus & opus: sed singularum partium & membrorum in homine est propria quædam operatio, & proprium sc. oculorum est videre, auriū audire, manuū apprehendere, pedum ambulare, ventriculi cibum coquere, pulmonis respirare, nervorū movere, & sentire, & sic de ceteris omnib. partibus corporis, singula habent certum aliquod munus, ad quod sunt facta.* Igitur *& totius hominis erit quædam certa operatio, & proprium quoddam munus: Nam quod de singulis partibus affirmatur, etiam de toto potest affirmari.*

Minor probatur.
I. Arg.
II.
III.

F Τί οὖν δὴ τοῦτ' ἂν) Hactenus explicatum est genus definitionis, quod nimirum beatitudo sit quædam

Differentia definitionis beatitudinis. I.

ἐνέργεια, *operatio seu actio hominis.* Sequuntur iam differentiæ, quæ in definitione sunt positę: earum autem sunt tria: prima potest referri ad caussam efficientem, a qua operatio proficiscitur: dicit enim beatitudinem esse operationem naturæ rationalis, quæ differentia ideo additur, vt separetur a reliquis operationibus seu actionibus hominis: quia enim homo constat ex duabus partibus, animo & corpore, & vtriusque sunt quædam actiones, ideo primum præter hanc differentiam excluduntur actiones corporis: deinde quia etiam plures sunt potentiæ animi, quarũ alia est rationalis, alia irrationalis, ideo loco secundo excluduntur operationes animę irrationalis, quæ nimirum proficiscuntur, partim ab anima vegetatiua, cuius propria operatio est ζῆν, *viuere*, & alere corpus, augere, crescere, cibum cõcoquere, & eum in alimentum conuertere, quæ operationes non sunt tantum in hominibus, sed etiam in plantis & stirpibus, quæ propterea etiam dicuntur viuere, quatenus nutriuntur, augentur & crescunt, & aliquid, quod ex terra per radicem attrahitur, in suam naturam cõuertunt. Excluduntur ẽt operationes animę sensitiuę, vt sunt sentire, audire, videre, olfacere, gustare, tangere, quæ communes sunt homini cum aliis omnibus animantibus. In his operationibus non est beatitudo, alioquin etiam bestiis ea esset tribuenda. Relinquitur ergo, quod beatitudo sit operatio animæ rationalis: eam autem Aristoteles rursus duplicem facit: vel enim ipsa per se intelligit, & ratiocinatur, quæ pars potentiæ est præstantissima: habet enim rationem ex se ipsa: vel rationem quidẽ ex se non habet, sed tamen rationi potest obtemperare, cuiusmodi est appetitus in homine, ἡ ἐπιθυμία, quæ per se quidẽ irrationalis, quẽadmodũ apparet in bestiis, in homine tantũ quatenus dicitur rationalis, quatenus rationis imperium admittit, & rationi recte suadenti obsequitur. Et hoc modo diuiditur rationalis, secundum quid, κατά τι, non autem simpliciter. Vtriusque igitur partis operatio intelligitur, tam eius, quæ per se rationalis, quam alterius quæ rationi obtemperat.

Vegetatiua.

Sensitiua.

Operatio animæ rationalis duplex.

II. Differentia.

G τί δ᾽ αὐτὸ φαμὲν, &c.) Inuestigat etiam iam reliquas differentias, quæ erant positæ in definitione quadam:

dam: altera fuit, in qua dicitur, quod beatitudo sit operatio secundum virtutem optimam, qua differentia operatio beatitudinis separatur ab omnibus aliis actionibus vel operibus. Nam vocabulum *actionis* est generale, quod tam de bona & perfecta, quam de mala & imperfecta actione dicitur. Quod Aristoteles declarat exemplo boni & mali citharistæ, quorum vterque citharam pulsat, dicitur aliquid agere, sed in specie plurimum differunt. Nam bonus citharista bene & ex arte ludit, malus autem male & sine arte ludit. Cum autem beatitudo sit optimum quiddam, imo præstantissimum bonum, vt hactenus sæpius est dictum. Igitur non in quauis actione ea consistit: sed in optima & perfectissima actione. Præterea, quia nihil potest esse bonum vel optimum absque aliqua virtute: igitur etiam beatitudinis operatio erit secundum virtutem, vt quia est operatio perfecta: Igitur etiam erit secundum virtutem perfectam. Nam bonitas & perfectio vniuscuiusque rei proficiscitur ab eius virtute, quoniam virtus est cuiusque rei perfectio: & quicquid perfectum est, id suam perfectionē habet a virtute. Perfectam autem virtutem seu optimam Aristoteles hoc loco intelligit, non vnam aliquam peculiarem virtutem, sed vnamquamque virtutem in summo suo gradu, quæ non est primum incoata, sed longo vsu & crebris actionibus iam ita confirmata, vt ipse agens ex talibus actionibus percipiat voluntatem, quæ indicium est & signum perfecti habitus: quemadmodum infra *lib. 2. cap. 3.* dicitur. Itaque intelligis fortitudinem perfectam, temperātiam perfectam, & eodem modo reliquas virtutes, quatenus iam radices egerunt in animo agentis. Sunt tamen aliqui, qui existimant, Aristotelem per virtutem perfectam hoc modo intelligere ipsam prudentiam, quæ scientia etiam non est mala, quandoquidem prudentia in singulis virtutibus ostendit rectam rationem & mediocritatem, quæ in omnibus actionibus est tenēda. Vnde etiam a Pythagoræis dicitur esse mater & oculus omnium virtutum, & Plato *lib. 3. de legib.* eam nominat *Principem omnium virtutum*, quia recta ratio, quam prudētia monstrat, est caussa efficiens omnium bonarum actionum. Et Aristoteles infra *lib 6. cap. 12.* ostendit, eum, qui reuera

Prudentia mater seu vinculum omnium virtutum.

prudens est, omni morali virtute esse præditum, adeo vt ipsa sit vinculum omnium virtutum moralium, sine qua nulla reuera potest esse virtus moralis. Tertia differētia, quæ in definitione ponitur, sumitur a temporis circumstantia; dicitur enim quod beatitudo consistat in vita perfecta. Qua differētia Aristoteles ostendere vult, primum beatitudinem non esse breue & momentaneum quoddam bonum: sed stabile & firmum, quod longo tempore durat. Deinde ostendere vult, non vnam aut alteram solum actionem virtutis statim efficere hominem beatum, sed eum, qui reuera beatus & vir bonus dici potest, debere continenter vsque ad extremum vitæ terminum secundum virtutem agere & viuere. Itaque requiritur continuatio, & constantia atque perseuerantia circa actiones virtutis. Ita in 1. Psal. Propheta prædicat, *Eum esse beatum, qui die atque nocte continenter versatur in lege Domini.* Neque vna enim aut altera actio virtutis continuo aliquem facit beatum, quod Aristoteles cōmuni prouerbio innuit: quemadmodum vna hirūdo, atq; vna dies nō facit ver: ita etiam vna aut altera actio virtutis, aut vnus dies bene transactus nō facit virū beatum. Ergo per vitam beatam non intelligitur quædam perpetuitas vitæ: ea enim non cadit in homines mortales, dum hic viuunt, sed intelligitur constantia & diuturnitas circa actiones virtutis per totam vitam. Præterea intelligit etiam eam vitam, quæ ad aliquam maturitatem peruenit, id est, in qua potest esse rectum iudicium, & ratio recta atque electio formæ, constans etiam voluntas agendi ex virtute: quæ vita opponitur vitæ imperfectæ, qualis est puerorum, in quibus nondum maturum & confirmatum iudicium, & recta electio atque constans voluntas aliquid agendi. Vnde etiam infra *lib.9* ait, pueros nondum vere posse dici beatos (ipso actu) quia his iam dictis destituuntur.

Tertia definitionis differentia.

Actio virtutis vna beatum non facit.

H Περιλημφθω μὲν οὖν) Hæc est postrema pars capitis, in qua caussam reddit. Primum quamobrem adeo diligenter beatitudinis definitionem inuestigauerit, & singulas eius partes explicat. Deinde rursum admonet de methodo, qua hæc doctrina est explicanda. Tertio adiicit quædam de vtilitate principiorum, quam habent

habent in singulis artibus & scientiis, & quomodo ea diligenter ab initio sint instituenda: item quomodo sint cognoscenda & explicanda.

Quod ad primum attinet, caussa, quamobrem definitionem beatitudinis adeo diligenter inuestigarit, est: quia definitiones numerantur inter principia artium & scientiarum.

Principium autem in qualibet re bene constitutum, plus est, quam dimidium totius, vt ait Hesiodus. Ideo cauendum est, ne in eo erretur. Nam vt Aristoteles *libro primo, de Cœlo, capit. quinto*, ait: *Si in principiis paululum fit, infiniti deinceps subsequuntur errores.*

Principium plus dimidio totius.

Notandum vero est, duplicem esse rationem circa definitionem obseruandam: vna est, qua definitio inuestigatur, quod fit per methodum compositionis, quando singulæ partes seorsim inuestigantur, & ex earum compositione tota constituitur definitio.

Definitionis inuestigatio duplex.

Altera ratio est, qua definitio a nobis vel aliis inuenta resoluitur, & per singulas partes explicatur, id quod fit per rationem *ἀναλύσεως, resolutionis.* Prior ratio difficilior est, nam de nouo aliquid inuenire, difficile est. Posterior autem ratio, facilior est: nam inuentis aliorum facile est aliquid addere, & fundamento iacto superstruere. Quam ad rem etiam plurimum adiumenti adfert ipsum tempus. Vnde etiam Thales Philosophus dixit:

Tempus esse omnium sapientissimum, inuenit enim omnia.
Et Seneca dixit:

Quod posterior dies sit discipulus prioris. & vulgo dicitur: *Dies diem docet.*

Tempus omnium sapientissimum.

Atque hoc est primum, de quo in hoc loco monet Aristoteles: alterum est de methodo, de qua etiam superius aliquoties dixit. Monet enim explicata hac doctrina, non requirendam esse *ἀκρίβειαν*, id est, nimis accuratam subtilitatem, & exquisitas demonstrationes, quales sunt in mathematicis disciplinis: sed debere nos contentos esse argumentis probabilibus. Atque hoc confirmat tribus rationibus: Prima sumitur a materia seu subiecto huius doctrinæ, de qua etiam *in 5. cap.* dictum fuit. Quia enim hæc doctrina versatur solum circa

1.

probabilia & contingentia, id est, circa quotidianas actiones, quæ sunt rerum singularium: ideo etiam tãtum probabiles admittit rationes, & non habet necessarias demonstrationes. Declarat hoc Aristoteles ab exemplo simili artificum. Quemadmodum artifices pro qualitate materiæ sua considerãt & examinant opera: ita etiam in artibus & doctrinis præcepta & argumẽta accommodanda sunt ad naturam quæstionis propositæ: vt si quæstio est materiæ necessariæ, etiam ad eam confirmãdam adferuntur argumenta necessaria: sin autem quæstio est probabilis, etiam probabilibus solum argumentis est confirmanda. Declarat Aristoteles hoc exemplo fabri & Geometræ, quorum vterque considerat lineam rectam, & angulum rectum. Sed non eodem modo. Longe enim accuratius Geometra eius naturam & proprias affectiones considerat, quam faber, qui tantum eam applicat suo operi.

II. Altera ratio est, quia in vnaquaque doctrina & arte tradenda vel explicanda, tantum ea adferenda sunt, quæ sunt eius artis propria: quæ autem aliena & peregrina sunt, ea sunt relinquenda, Sophistis, non Oratoribus, quorum officium est sine ambagibus simpliciter veritatem inuestigare & proponere: ea autem quæ sunt πάρεργα, i. ad rem non faciunt, omittere.

III. Tertia ratio est, quia in principiis non oportet requirere, τὸ διότι, id est, caussam, cur sint vera: non enim possunt per alias caussas demonstrari, sed satis est in illis scire τὸ ὅτι, quod sint vera: quia autem etiam definitiones numerantur inter principia, cognoscuntur, explicanturq; ponit eorum tres modos.

I. *Sensus.* Primus est αἴσθησις, i. sensus, quo examinãtur principia Physica, vt *ignem esse calidum, niuem esse albam,* id docent nos sensus.

II. *Inductio.* Alter modus est ἐπαγωγή, *inductio,* per quam etiam ipsa principia possunt demõstrari, consideratione nimirum multorũ singularium, vt quia hoc totum, & illud totum, & rursus aliud totum, & sic deinceps multa alia tota, videmus maiora esse suis partibus, possumus in inductionem concludere, *Omne totum maius est sua parte.*

III. *Assuefactio.* Tertius modus est ἐθισμός, *assuefactio & consuetudo*: per hunc modum principia Ethica possunt explicari, & quodammodo demonstrari: quoniam doctrina hæc est practica, quæ ex crebris actionibus, vsu & assue-

assuefactione est declaranda. Cur autem initio artium & doctrinarum principia diligenter & recte sint constituenda, caussam hanc adfert: quia magnum adferunt momentum ad reliqua omnia, quæ in aliqua arte traduntur bene intelligenda. Atque hanc rationem confirmat a dicto Hesiodi, qui *lib.1.* ait: *Principiũ est plus, quam dimidium totius.* Vnde etiam Horatius in epistolis ait:

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Sunt enim principia veluti ianuæ ædium, quibus patefactis, omnia, quæ in ædibus sunt, fiunt conspicua.

CAP. VIII.

Considerandа ergo est ea, non solum ex conclusione, & ex quibus constat finitio, sed ex iis etiam, quæ de ea feruntur. Nam & congruunt cum vero, quæ vera sunt omnia: at quamprimum verũ dissentit a falso. Cum ergo bona in tria genera sint diuisa, dicanturque alia externa, alia animi & corporis: animi præcipue & maxime bona nominamus: atque actiones animi & munera in animo ponimus: ut dici ea possint præclare, præsertim ob hãc sententiam, quæ & vetus est, & philosophis comprobata: rectẽq; munera & actiones quædam finem dici. Sic enim in bonis animi, non in externis ponitur. Cui dicto congruit, quod bene viuat & bene agat beatus. fere enim eam diximus bonam quandam viuẽdi & agendi rationẽ. Atq; etiam videtur ei, quod diximus

ΚΕΦΑΛ. θ'.

Σκεπτέον δὴ περὶ αὐτῆς, A οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσματος, καὶ ἐξ ὧν ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς. τῷ μὲν γὰρ ἀληθεῖ πάντα συνᾴδει τὰ ὑπάρχοντα· τῷ δὲ ψευδεῖ ταχὺ διαφωνεῖ τἀληθές. νενεμημένων B δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων· τῶν δὲ, περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα· τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά. τὰς δὲ πράξεις καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ψυχικὰς, περὶ ψυχὴν τίθεμεν. ὥστε καλῶς ἂν λέγοιτο κατά γε ταύτην τὴν δόξαν παλαιὰν οὖσαν, καὶ ὁμολογουμένην ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων· ὀρθῶς δὲ, καὶ ὅτι πράξεις τινὲς λέγονται καὶ ἐνέργειαι, τὸ τέλος. οὕτως γὰρ τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται, καὶ οὐ τῶν ἐκτός. συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ, καὶ τὸ εὖ ζῆν, καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα. σχεδὸν γὰρ εὐζωΐα τις εἴρηται, καὶ εὐπραξία. φαίνεται δὲ καὶ τὰ ἐπιζητούμενα περὶ τὴν C

εὐδαιμονίαν ἅπαντα ὑπάρχειν τῷ λεχθέντι. τοῖς μὲν γὰρ ἀρετὴ, τοῖς δὲ φρόνησις, ἄλλοις δὲ σοφία τις εἶναι δοκεῖ. τοῖς δὲ ταῦτα, ἢ τούτων τι μεθ' ἡδονῆς, ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς. ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν συμπαραλαμβάνουσι. τούτων δὲ, τὰ μὲν πολλοὶ καὶ παλαιοὶ λέγουσι, τὰ δὲ ὀλίγοι καὶ ἔνδοξοι ἄνδρες. οὐδετέρους δὲ τούτων εὔλογον διαμαρτάνειν τοῖς ὅλοις, ἀλλ' ἕν γέ τι, ἢ τὰ πλεῖστα κατορθοῦν. τοῖς μὲν οὖν λέγουσι τὴν πᾶσαν ἀρετὴν, ἢ ἀρετήν τινα, συνῳδός ἐστιν ὁ λόγος, ταύτης γάρ ἐστιν ἡ κατ' αὐτὴν ἐνέργεια. διαφέρει δὲ ἴσως οὐ μικρὸν ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ. τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν, οἷον τῷ καθεύδοντι, ἢ καὶ ἄλλως πως ἐξηργηκότι. τὴν δὲ ἐνέργειαν οὐχ οἷόν τε. πράξει γὰρ ἐξ ἀνάγκης, καὶ εὖ πράξει. ὥσπερ δὲ ὀλυμπιάσιν οὐχ οἱ κάλλιστοι καὶ ἰσχυρότατοι στεφανοῦνται, ἀλλ' οἱ ἀγωνιζόμενοι, τούτων γάρ τινες νικῶσιν· οὕτω καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν κἀγαθῶν οἱ πράττοντες ὀρθῶς, ἐπήβολοι γίνονται. ἔστι δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῶν καθ' αὑτὸν ἡδύς. τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι, τῶν ψυχικῶν. ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος·

inesse omnia, quæ in beatitudine quæruntur. aliis enim virtus videtur, aliis prudentia, quibusdam sapientia quædam: nonnullis etiam hæc, aut horum aliquod vel adiuncta, vel non seiuncta voluptate: alii etiam rerum externarum adiungunt affluentiam: quorum hæc multi ac veteres, illa perpauci clariq; viri aiunt: eorum autem neutros verisimile est omni ex parte aberrare, sed aliqua, aut etiam magna ex parte rectam viam sequi. At cum proferentibus omnem virtutem, aut aliquam virtutem, consentit definitio: est enim actio huius illi consentanea. Non parum autem fortassis refert, in possessione, an in vsu summum bonum, & in habitu, an in actione ponatur. Fieri enim potest, vt habitus nihil bene gerat: vt in dormiente, aut alio modo otioso. At vero actio non potest. Aget enim necessario, & bene aget. Vt autem in Olympicis ludis, non formosissimi quique & robustissimi coronantur, sed qui decertant (horum enim nonnulli vincunt) sic & honestorum in vita bonorumque compotes fiunt recte facientes. Quorum etiam vita per se iucunda est. iucunditate enim perfrui, animi est. cuiq; vero iucundum est, id quod amare dicitur:

D

vt

vt equus equos amanti, spectaculum theatrorum cupido. Eodemque modo res iusta iusti studioso: & omnino quæ virtutis sunt, cui virtus cara est. Ac multis quidem iucunda, inter se pugnant, quod non sint natura eiusmodi: studiosis autem honestatis iucunda sunt, quæ vi sua iucunda sunt. quo in genere sunt virtuti congruæ actiones. Itaque his sunt iucundæ, idque propter se. Quocirca nihil eorum vita voluptate indiget, tanquam appendice quadam, sed in seipsa habet voluptatem. Nam præter ea, quæ dicta sunt, non est vir bonus, is qui honestis actionibus non lætetur. Neque enim quisquam aut iustum dixerit eum, qui iustis actionibus non gaudeat, aut liberalem qui non delectetur muneribus liberalitatis: itemque in ceteris. Quæ si ita sint, erunt per se iucundæ virtutis actiones: quinetiam & bonæ & honestæ, atque adeo maxime horum singulæ, siquidem bene de iis vir bonus iudicat: at iudicat, vt diximus. Est igitur quiddam optimum, honestissimum, & iucundissimum, beatitudo. Nec vero separata hæc sunt, vt Deliacum epigramma vult:

Est pulcerrima res iustissima: amata tenere,
Iucundissima res: optima, si valeas.

οἷον ἵππος μὲν τῷ φιλίππῳ, θέαμα δὲ τῷ φιλοθεώρῳ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ δίκαια τῷ φιλοδικαίῳ· καὶ ὅλως τὰ κατ' ἀρετὴν τῷ φιλαρέτῳ. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς τὰ ἡδέα μάχεται, διὰ τὸ μὴ φύσει τοιαῦτ' εἶναι· τοῖς δὲ φιλοκάλοις ἐστὶν ἡδέα τὰ φύσει ἡδέα. τοιαῦται δ' αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις· ὥστε καὶ τούτοις εἰσὶν ἡδεῖαι, καὶ καθ' αὑτάς. οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν, ὥσπερ περιάπτου τινός, ἀλλ' ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ. πρὸς τοῖς εἰρημένοις γὰρ, οὐδ' ἐστὶν ἀγαθὸς, ὁ μὴ χαίρων ταῖς καλαῖς πράξεσιν. οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδεὶς ἂν εἴποι, τὸν μὴ χαίροντα τῷ δικαιοπραγεῖν. οὔτε ἐλευθέριον, τὸν μὴ χαίροντα ταῖς ἐλευθερίοις πράξεσιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. εἰ δ' οὕτω, καθ' αὑτὰς ἂν εἶεν αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις ἡδεῖαι. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθαί γε καὶ καλαὶ, καὶ μάλιστα τούτων ἕκαστον, εἴπερ καλῶς κρίνει περὶ αὐτῶν ὁ σπουδαῖος. κρίνει δ' ὡς εἴπομεν. ἄριστον ἄρα καὶ κάλλιστον καὶ ἥδιστον ἡ εὐδαιμονία. καὶ οὐ διώρισται ταῦτα κατὰ τὸ Δηλιακὸν ἐπίγραμμα·

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν.
Ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

E

F

Ἅπαντα γὰρ ὑπάρχει ταῦτα ταῖς ἀρίσταις ἐνεργείαις. ταύτας δὲ, ἢ μίαν τούτων τὴν ἀρίστην εἶναί φαμεν τὴν εὐδαιμονίαν. φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη, καθάπερ εἴπομεν. ἀδύνατον γὰρ, ἢ οὐ ῥᾴδιον, τὰ καλὰ πράττειν, ἀχορήγητον ὄντα. πολλὰ μὲν γὰρ πράττεται, καθάπερ δι' ὀργάνων, καὶ διὰ φίλων, καὶ πλούτου, καὶ πολιτικῆς δυνάμεως. ἐνίων δὲ τητώμενοι, ῥυπαίνουσι τὸ μακάριον, οἷον εὐγενείας, εὐτεκνίας, κάλλους. οὐ πάνυ γὰρ εὐδαιμονικὸς ὁ τὴν ἰδέαν παναίσχης, ἢ δυσγενὴς, ἢ μονώτης καὶ ἄτεκνος· ἔτι δ' ἴσως ἧττον, εἴ τῳ πάγκακοι παῖδες εἶεν, ἢ φίλοι, ἢ ἀγαθοὶ ὄντες τεθνᾶσι. καθάπερ οὖν εἴπομεν, ἔοικε προσδεῖσθαι καὶ τῆς τοιαύτης εὐημερίας. ὅθεν εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ, ἕτεροι δὲ τὴν ἀρετήν.

G

Insunt enim hac omnia optimis actionibus, quas aut unam earum optimam felicitatem esse dicimus. Sed tamen bonis, ut diximus, externis indigere videtur. Non enim potest, aut vix potest, res praclaras gerere, is cui res non suppetant. Multa enim efficiuntur quasi instrumentis & amicorum opera, & diuitiis, & potentia ciuili. Sunt res quibus qui priuati sint, vitam beatam turpant, ut qui nobilitate, liberis, forma. Neque enim plane beatus est omnino deformis, aut ignobilis, aut vitam solitariam degens, & sine liberis: at multo etiam minus forsan, si cui sint liberi improbissimi, vel cari aut boni e vita excesserint. Ergo, ut diximus, hanc prosperitatem videtur beata vita requirere: ex quo fit, ut quidam felicitatem idem esse, quod secundam fortunam, nonnulli virtutem statuant.

COMMENTATIONES.

Α ἐκποτέον δὴ περὶ αὐτῆς) In præcedente cap. dixerat Aristoteles, definitionem beatitudinis non solum nude proponendam, & rationibus confirmandam, sed latius etiam dilatandam & explicandam esse, secundum singulas eius partes, id quod in præsenti cap. Aristoteles est facturus. Conatur enim ostendere definitionem beatitudinis a se propositam, non bonis solum rationibus & argumentis artificialibus: sed testimonio etiam & auctoritate aliorum Philosophorum, qui de beatitudine aliquid

quid tradiderunt, posse confirmari. Itaque vtitur in hoc capite, altero genere probandi, quod a Dialecticis & Rhetoricis nominatur ἄτεχνον, *inartificiale*. Est autē propositio huius cap. quæ statim initio ponitur, talis: *Ea, qua hactenus de beatitudinis definitione dicta, non solum argumentis & rationibus sunt confirmanda: sed etiam conferenda cum aliorum Philosophorum sententiis & opinionib.* Ratio propositionis est, quia hac ex collatione sententiarum veritas magis apparebit. Rationis approbatio sumitur a veritatis natura. Ea enim, inquit, est veritatis natura, vt semper sibi sit consentanea. Itaq; quæ ab aliis vere de beatitudine dicta sunt, ea etiam cōsentient cum iis, quæ nos hactenus vere de beatitudine diximus. Confirmatur hæc ratio rursum a contrario. *Vero enim falsum est contrarium, Ea autem qua falsa sunt, semper dissident a vero*: Itaque *vel ab aliis, vel a nobis ipsis aliquid falsum de beatitudine fuit affirmatū.* Post propositionem Aristoteles percurrit singulas definitionis partes, & ostendit nihil se in definitione posuisse, quod pugnet cum veritate eorum, qui de beatitudine vere & recte senserunt vel scripserunt.

Propositio capitis.

Ratio.

Veritatis natura.

B Νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν) Hoc loco primam partem definitionis, nempe genus confirmat, quod nimirum beatitudo recte dicatur esse secundum veteres Philosophos, *Animi actio vel operatio.* Probat autem hoc tribus rationibus. Prima est, quia actiones animi sunt præstantissima bona ex omnibus generibus bonorum hoc modo: *Qua sunt præstantissima bona, ea etiam ponuntur recte in definitione præstantissimi boni, quod est beatitudo*: Sed *actiones siue operationes animi sunt præstantissima bona*: Igitur. Altera ratio, quia actiones habent caussam finis: *Quod rationem finis habet, id recte etiam in definitione beatitudinis, qua est vltimus finis, ponitur: Sed actiones animi habent rationem finis: nam, vt Physici dicunt, potentia datur propter actionem & sic actio respectu potentia dicitur esse finis.* Igitur *etiam recte in definitione vltimi finis actio ponitur.* Tertia ratio sumitur ex coniugatis: Nam εὐδαιμονεῖν, id est, *beatum esse*, idem est, quod εὖ πράττειν, *bene agere*, καὶ εὖ ζῆν, *bene viuere. Viuere autem etiam est aliquin agere, & ita est actio quadam, vt Physici testantur.*

Confirmatur prima partis definitionis nimirum generis.

I.

II.

Igitur *vocabulum actionis in definitione beatitudinis recte ponitur.*

Bona triplicia.

Argumentum primum ab Aristotele declaratur ex recepta bonorum diuisione. Nam triplicia sunt bona apud Philosophos: alia animi: alia corporis: alia externa seu fortunæ. Ex his autem tribus generibus animi bona sunt κυριώτατα, id est, *præcipua.* Primum, quia hominis sunt propria: nam reliqua etiam bestiis sunt communia. Deinde, quia perficiunt præstantissimam hominis partem, nempe animum. Tertio, quia sunt stabilia, nec facile possunt iterum ab homine auferri, quemadmodum reliqua bona. Quarto, quia eorum beneficio etiam cetera omnia possunt comparari.

Bona animi præcipua.

Confirmatur altera pars.

C φαίνεται δὲ καὶ τὰ ἐπιζητούμενα) In hoc loco confirmat Aristoteles alteram differentiam in definitione beatitudinis positam: *quod sit actio secundum virtutem.* Nam inquit, *omnes veteres & saniores Philosophi etiam virtutis mentionem fecerunt, quando de summo bono seu beatitudine disputarunt atque scripserunt.* Atque hoc probat enumeratione variarum opinionum aliorum Philosophorum de beatitudine. Aliqui enim, vt Stoici summum bonum simpliciter posuerunt in omni virtute: alii autem in certa aliqua virtute, vt in prudentia aut in sapientia: alii virtuti adiunxerunt voluptatem: nonnulli non solum voluptatem: sed etiam bona externa virtuti adiunxerunt. Ex quibus apparet, omnes saniores & celebriores Philosophos virtutis quoque mentionem fecisse, quando de beatitudine seu summo hominis bono disputarunt atque scripserunt. Nam qui ab hominis beatitudine virtutem siue honestatem excluserunt: hi (vt Cicero inquit) non digni sunt, qui inter Philosophos numerantur: quales fuerunt Aristippus, Eudoxus, Epicurus & eorũ sectatores. Verum Aristotelis sententia & opinio adhuc in eo melior est, quam ceterorum Philosophorum, quod beatitudinem non in solo virtutis habitu simpliciter & possessione, sed in virtutis vsu & actione posuit. Quod confirmat duabus rationibus. Prima hæc est: *Quod præstantius est, in eo potius hominis beatitudo est ponenda quam in eo, quod minus est præstans:* Sed *actio & vsus virtutis præstantior est, quam eius possessio*

Varia veterum Philosophorum de summo bono opiniones.

Sententia Aristotelis de beatitudine probatur duabus rationibus.

vel habitus: Igitur *in actione potius, quam in possessione & habitu virtutu beatitudo est ponenda.*

Minor probatur, primum, quia habitus est propter actionem, & possessio est propter habitum. Deinde, quia ex actione virtutis, semper aliquid boni consequitur & efficitur: nam etiam in dormientibus & otiosis hominibus potest esse habitus & possessio.

Altera ratio sumitur ab exemplo simili. *Quemadmodum in ludis non coronantur Olympicis, illi, qui solum habitu pulcerrimo & robustissimo sunt praditi, sed illi, qui actu certant & vincũt: ita beatitudo non est tribuenda iis, qui solo habitu virtutis praditi sunt, nihil autem virtute dignum agunt: sed potius iis, qui ex virtute agunt, eaq; actione & sibi & aliis sunt utiles.*

D ἔστι δὲ καὶ ὁ βίος) Hæc est altera pars capitis, in qua occurrit per occupationem duabus obiectionibus: quarum prima est. Cur in illa definitione beatitudinis non etiam fecerit mentionem voluptatis, quæ videtur semper beatitudini debere adesse: quandoquidem in dolore nulla potest esse beatitudo. Altera est, cur in definitione beatitudinis etiam non fecerit mentionem aliorum externorum bonorum, quæ videntur etiam ad perfectam beatitudinem esse necessaria. Quod ad primam obiectionem attinet, ostendit Aristoteles, se non plane excludere voluptatem a beatitudine, etiamsi eam non posuerit in definitione, quoniam ea est accidens: accidentia autem in definitione non sunt ponenda. Quod autem voluptatem non excluserit a beatitudine, probat ex eo, quia actiones virtutis per se sunt iucundæ, & voluptatem adferunt viro bono. Itaque cum beatitudo dicitur esse actio secundum virtutem perfectam, simul etiam intelligitur hæc ipsa voluptas, quæ eiusmodi actioni inest.

Occupatio I.

Responsio I.

Quod vero actio virtutis viro bono sit iucunda probat tribus argumentis. Primum, *Quod quisque amat, id ei est iucundum.* Probatur inductione: *nam qui amat equos, ei equi sunt iucundi: qui amat vinum, ei vinum est iucundum & suaue: Sic qui amat virtutẽ ei actiones virtutis sunt iucunda.* At *vir bonus amat obiectiones virtutum*: Ergo *virtutum actiones, viro bono sunt iucunda.* Notandum autẽ est

Actionem virtutis viro bono esse iucundam.

I. Argum.

Aristotelem, voluptatem beatitudini annectere, nõ tanquam partem aliquam essentialem beatitudinis, aut caussam formalem, vt quidam Philosophi fecerunt: sed solum tanquam aliquod accidens inseparabile, quod perpetuo actionibus virtutum inest, quemadmodum infra *lib.10.cap.5.* dicitur.

II. Arg. E τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς) Hoc est alterum argumentum, quo probatur, actiones virtutum viro bono esse iucundas. *Quæ per se & sua natura sunt iucunda, ea etiam viro bono sunt iucunda: quia vir bonus nihil expetit aut probat, quod non est secũdum naturam: atqui hac in parte vir bonus a malo differt; quia viro malo & improbo etiam ea videntur ea esse iucunda, quæ sua natura iucunda non sunt, sed potius naturam offendunt & destruunt. Nam virtutum actiones per se & sua natura sunt iucundæ: habent enim in seipsis propriam voluptatem:* Igitur *etiam actiones virtutum viro bono sunt iucundæ, ex quibus veram & honestam percipit voluptatem, ita vt aliena voluptate, quæ ex aliis rebus comparatur, non indigeat.* Hoc argumentum declarat Aristoteles exemplis per contrarium. *Nam,* inquit, *qui non percipit voluptatem ex actione virtutis, is reuera voluptatem non habet, & per consequens, ne quidem bonus vir dici potest.* Etenim cui actiones iustitię, temperãtiæ, fortitudinis liberalitatis, & alterius alicuius virtutis nõ sunt iucundæ, is non potest vere dici iustus, temperans, fortis aut liberalis. Propter hanc caussam infra *lib.2.cap.3.* dicitur: Quod voluptas, quæ ex actionibus virtutum percipitur, sit signum, quo cognoscitur, aliquem habitũ virtutis consecutum esse.

III. Arg. F ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθ.) Tertium argumentũ, quo probatur, actiones virtutum esse iucundas, sumitur a vinculo, quo hæc tria, nempe τὸ ἀγαθὸν *bonum,* καλὸν *honestum,* καὶ ἡδὺ *iucundum*, inter se sunt connexa, ita vt neutrum ab altero possit separari. Hinc sic argumentatur, *Si omne bonum & honestum etiam est iucundum*: Igitur *etiam actiones virtutum sunt iucundæ.* Quod autem actiones virtutum sint bonæ & honestæ, probat a testimonio & iudicio viri boni: *Is enim recte iudicat de rebus, qui est prudentia & virtute præditus*: Itaque *eius iudicio est standum*: Sed *vir bonus iudicat actiones virtutum esse bonas & honestas.*

stas Ergo *sunt tales*. In hoc argumento Aristoteles obiter reprehendit Epigramma, quod in templo Apollinis in insula Delo aliquando fuit inscriptum: eius etiam apud alios scriptores sæpe fit mentio, vt apud Theognidem, Platonem *lib 2. de legibus*, Sophoclem *in Creusa*, & apud alios, quo epigrammate ista tria, *bonum, honestum & iucundum*, videntur a se mutuo separari: nam bonum vocatur sanitas, honestum iustitia, iucundum sequitur rem amatam. Aristoteles negat ista esse hoc modo separanda: sed hæc tria ita inter se esse connexa, vt quicquid reuera bonum sit, id etiam sit honestum, & simul quoque iucundum: & viceuersa, quicquid reuera sit iucundum, id etiam esse honestum, & per consequens bonum. Sic etiam Cicero *lib. 2. de legib. Nequaquam bonum & iucundum ab honesto esse separandum.* Et in *lib. 3. Offic.* ait, *Socratem solitum fuisse exsecrari eos, qui ista tria honestum, bonum & iucũdum, qui aliqua, quæ natura cohærentia sunt, separarent & distraherent, ita vt aliquid esset reuera vtile seu bonum, quod non quoque esset honestum & iustum contra.* Cui sententię, inquit, Stoici ita assentiunt, vt quicquid honestum esset, id quoque vtile esse censerent, nec vtile quicquam, quod non esset quoque honestum, de qua etiam prolixe Cicero agit, *in lib. 3. de finibus bonorum & malorum*, quomodo sc. nihil reuera vtile dici possit, quod non simul quoque honestum.

Honestũ, bonum et iucũdum, non separanda.

G φαίνεται δ᾽ ὅμως ϗ τῶν ἐκτὸς) Hæc est altera occupatio, qua occurrit iis, qui possunt obiicere, ad beatitudinem requiri quoque bona externa, quorum tamen ipse in sua definitione nullam fecit mentionem. Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles, se etiam illa bona non omnino a beatitudine excludere, sed tamen illa non esse caussas per se & absolutas ipsius beatitudinis: sed tãtum caussas adiuuantes & instrumentales. Itaque non necesse eas fuisse in definitione beatitudinis ponere: quoniam ea tantum in definitionibus sunt poneda, quæ sunt de essentia & forma ipsius rei. Quod vero etiam externa bona ad perfectam hominis beatitudinem requirantur, probat tribus rationibus. Prima ratio ex loco caussarum, quia *nimirum bona externa sunt organa*, i. *instrumenta & argumenta ad actiones virtutum melius perç*

Occupatio II.

Responsio

Externa bona ad perfectã beatitudinem requiri.

I. *cipiendas.* Exempli gratia: qui vult liberalitatem exercere, ei necessariæ sunt opes & diuitiæ: qui vult pugnare fortiter, eum oportet sanum, & robore aliquo corporis præditum esse: qui vult exercere iustitiam, eum oportet habere materiam rerum commutandarum, aut distribuendarum. Nam ad omnes externas actiones melius obeundas requiruntur externa quædam etiam adiumenta.

II. Altera ratio sumitur a contrario, *Si absentia externorum bonorum beatitudinem obscurat.* Igitur *præsentia bonorum externorum beatitudinem parit splendidiorem:* Sed *antecedens est verum. Nam, qui omnino est deformis,* inquit, *aut pauper, aut ægrotus & valetudinarius, aut amicis vel liberis similibusque bonis destitutus, is perfecte beatus dici non potest.* Igitur *etiam ad beatitudinem requiruntur externa bona.* Vnde Cicero lib. 1. Academicarum quæstionum, scribit: *Omnis antiqua Philosophia sensit in vna virtute esse positam vitam beatam, nec tamen beatissimam, nisi adiungantur bona & corporis, & cetera ad virtutis vsum idonea.* Igitur constat bona externa etiam, etiamsi non sint veræ & absolutæ caussæ beatitudinis: tamen esse tales caussas, quæ ipsam beatitudinem exornant, adiuuant, & vt Aristoteles in præcedenti capite dixit, magis amabilem, magisque expetendam reddunt.

III. Ratio tertia sumitur a cognatione, quæ est inter εὐδαιμονίαν & εὐτυχίαν, id est, *inter beatitudinem & fortunæ prosperitatem.* Hæc enim ita inter se sunt coniuncta, vt fere alterum sine altero esse non possit. Vnde inquit Aristoteles, factum esse, vt plerique eodem loco habuerint, & quasi eadem esse existimauerint beatitudinem & fortunæ prosperitatem. Itaque vt quis est beatus, etiam sit fortunatus, & qui sit fortunatus, etiam sit beatus. Sed tamen inter hæc duo magnum est discrimen, quia εὐδαιμονία est animi bonum, & solum contingit viris bonis; estque bonum firmum & stabile. εὐτυχία autem consistit in externis bonis & sæpe etiam contingit hominibus malis & improbis, qui plerumque fortunatiores sunt hominibus piis: præterea est bonum incertum, positum scilicet in manu fortunæ. In textu obiter etiam notandum est per vocabulum χορηγίας, intelligi

ab

ab Aristotele, *copiam rerum externarum*, quæ ad vitam commodius degendam & sustentandam sunt necessariæ, Sumta μεταφορᾷ ab iis rebus, quæ solent adhiberi ad chorum instruendum, in ludis comicis aut tragicis: vnde etiam μεταφορικῶς ἀχορήγητος, dicitur is, qui non habet externa bona ad vitam honeste & commode degendam.

CAP. 9.

EX quo exsistit quæstio, num doctrina, consuetudine, an alia aliqua exercitatione pariatur: an diuino aliquo numine adsit, an fortuito. At si quod a diis aliud donum hominibus est, profecto consentaneum est felicitatem etiam datam a diis, eoque maxime, quo rerum humanarum optima est. Sed hoc alius erit disputationis. Hoc vero apparet, etiamsi non missa sit munere deorum mortalium generi, sed virtute, doctrina quadam aut exercitatione pariatur, in rebus maxime diuinis esse. Virtutis enim merces & finis, optimum quiddam esse videtur, diuinum, & beatum: late vero etiam pateat. Poterit enim inesse disciplina quadam, & diligentia in omnibus ad virtutem non mutilatis. Quod si sic melius est beatum esse, quam fortuito, certe ita esse rationi consentaneum est: siquidem quæ natura sunt: ita soleant se habere, vt optime

ΚΕΦ. Ι'.

ὍΘΕΝ καὶ ἀπορεῖται, πότερόν ἐστι μαθητὸν, ἢ ἐθιστὸν, ἢ ἄλλως πως ἀσκητόν· ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν, ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται. εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τι θεῶν ἐστὶ δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶναι, καὶ μάλιστα τῶν ἀνθρωπίνων ὅσῳ βέλτιστον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον. φαίνεται δὲ κἂν εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν, καί τινα μάθησιν, ἢ ἄσκησιν παραγίνεται, τῶν θειοτάτων εἶναι. τὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἆθλον καὶ τέλος, ἄριστον φαίνεται καὶ θεῖόν τι καὶ μακάριον. εἴη δ' ἂν καὶ πολύκοινον. δυνατὸν γὰρ ὑπάρξαι πᾶσι τοῖς μὴ πεπηρωμένοις πρὸς ἀρετὴν, διά τινος μαθήσεως καὶ ἐπιμελείας. εἰ δ' ἐστὶν οὕτω βέλτιον, ἢ διὰ τύχην εὐδαιμονεῖν, εὔλογον ἔχειν οὕτως, εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν, ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν,

A

B

οὕτω πέφυκεν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τέχνην, καὶ πᾶσαν αἰτίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρίστην. τὸ δὲ μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐπιτρέψαι τύχῃ, λίαν πλημμελὲς ἂν εἴη. συμφανὲς δ' ἐστὶ καὶ ἐκ τοῦ λόγου τὸ ζητούμενον. εἴρηται γὰρ ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ποιά τις. τῶν δὲ λοιπῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, τὰ δὲ συνεργὰ καὶ χρήσιμα πέφυκεν ὀργανικῶς. ὁμολογούμενα δὲ ταῦτ' ἂν εἴη καὶ τοῖς ἐν ἀρχῇ. τὸ γὰρ τῆς πολιτικῆς τέλος, ἄριστον ἐτίθεμεν. αὕτη δὲ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ ποιούς τινας καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι, καὶ πρακτικοὺς τῶν

C καλῶν. εἰκότως οὖν οὔτε βοῦν, οὔτε ἵππον, οὔτε ἄλλο τι τῶν ζῴων οὐδέν, εὔδαιμον λέγομεν. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οἷόν τε κοινωνῆσαι τοιαύτης ἐνεργείας. διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν. οὔπω γὰρ πρακτικὸς τῶν τοιούτων διὰ τὴν ἡλικίαν. οἱ δὲ λεγόμενοι, διὰ τὴν ἐλπίδα μακαρίζονται. δεῖ γάρ, ὥσπερ εἴπομεν, καὶ ἀρετῆς τελείας, καὶ βίου τελείου. πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι τύχαι κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐθηνοῦντα, μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται. τὸν δὲ τοιαύταις

habere possunt: itemque omnia quæ ab arte, caussisque omnibus efficiuntur, tum vel maxime quæ ab optima. Magnum autem scelus sit, rem maximam & præstantissimam fortunæ tribuere. Ex definitione autem perspici potest, quod quærimus. Dicimus enim eam esse cuiusdam modi actionem virtuti consentaneam. Reliquorum autem bonorum partim insint necesse est, partim sint adiuuantia & vtilia quasi instrumenta. Atque hæc iis consentiunt, quæ initio diximus. Ciuilis enim scientiæ finem esse summum bonum ponebamus. Hæc autem plurimum adcurat, vt cuiusdam modi ac bonos ciues efficiat, & ad res honestas idoneos. Iure igitur nec bouem, nec equum, nec aliud animal vllum, beatum dicimus. Nullum enim eorum esse huius particeps actionis potest, ob eam que caussam, nec puer beatus est: quippe cum nondum per ætatem ad eiusmodi actiones sit aptus: si qui autem dicantur, ob exspectationem dicuntur beati. Opus est enim, vt diximus, perfecta virtute, completaque vita. Multæ enim in vita mutationes variique euentus exsistunt: fierique potest, vt qui optime fortunatus sit, in magnas incidat calamitates in senectute, vt in Heroicis de Priamo ferût fabula. Qui autem eiusmodi fortuna

fortuna vsus sit, ad extremum autem misere fi interit, nemo dicet beatum.

χρησαμένον τύχαις, καὶ τελευτήσαντα ἀθλίως, οὐδεὶς εὐδαιμονίζει.

COMMENTATIONES.

In hoc capite duæ explicantur quæstiones: prima est de caussa efficiente beatitudinis: altera de subiecto, cui beatitudo proprie tribuatur, *An soli homini, an vero etiam ceteris animalibus?* Quod ad primam quæstionem attinet, ea est trium partium, *Vtrum beatitudo ciuilis, i. politica contingat homini diuinitus, an vero possit ab ipso homine comparari, vel per doctrinam, vel per consuetudinem, vel per exercitationem? Deniq; an contingat ea homini a fortuna?* Quod ad hanc quæstionem attinet, Aristoteles etiam eodem ordine respondet ad singulas hasce tres caussas. Et primũ respondet de Deo, & ait: Minime dubitandum est, quin beatitudo sit diuinum bonum: atque id confirmat argumento a minore. *Si enim Deus etiam omnium bonorum minorum auctor & largitor est: multo magis etiã beatitudinis est auctor & largitor. Nam præstantissimum bonum etiam præstantissimæ caussæ adscribendum est: beatitudo est præstantissimum bonum. Ergo etiam præstantissimæ caussæ est adscribenda.* Non potest autem præstantior caussa esse ipso Deo. Itaque recte beatitudo esse bonum dicitur θεόσδοτον, i. diuinitus concessum. Sed monet Aristoteles hic non proprie quæri de caussa hac: ea per se est nota atque manifesta: verum hic quæri de caussa proxima, quæ ad ipsum hominem proprie pertinet, vtrum etiam homo possit sua diligentia & industria beatitudinem hanc ciuilem consequi: nam Deum omnium bonorum auctorem esse extra controuersiam est.

A φαίνεται δὲ κἂν εἰ μὴ) Hæc est altera pars responsionis ad propositam quæstionem, pertinens ad alteram caussam, quæ in quæstione fuit proposita: vtrũ sc. possit homo esse caussa suæ beatitudinis: Hæc responsio habet correctionem annexam: *Etiamsi*, inquit, *dicamus hominem posse sua industria propria per disciplinam, assuefactionem, & crebra virtutum exercitia sibi beatitudinem ciuilem comparare: tamen beatitudo propterea non est huma-*

si sunt, vt diximus, vitæ dominæ actiones, nemo beatus esse miser potest. Neque enim vnquam odiosa malaque faciet. Vere bonum enim & sapientem putamus omnes casus fortunæ honeste ferre: ex iis etiam quæ suppetant semper pulcerrima quæque facere: vt & bonum imperatorem exercitu eo, qui adest, semper bellicosissime vti: & sutorem e datis pellibus calceum pulcerrimum conficere: eodemque modo & ceteros omnes artifices. Quod si ita est, qui beatus sit, miser esse nunquam potest: non tamen beatus sit quidem, si in Priami calamitates inciderit. Nec varius quidem certe est & mutabilis. Neque enim de felicitate facile quis detrudetur: nec a leuibus infortuniis, sed a grauibus & magnis. Ex eiusmodique iterum beatus fiat non exiguo tempore: sed si quidem longo quodam ac perfecto temporis spatio, res magnas ac præclaras interim si consecutus. Quid igitur prohibet beatum statuere virtutis perfectæ fungentem munere, & bonis externis satis instructum, non quouis tempore, sed vita absoluta? An addendum, ita vitam acturum, & mortem conuenienter rationi obiturum? quoniam nobis incertũ est futurum:

εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κύριαι τῆς ζωῆς, καθάπερ εἴπομεν, οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος. οὐδέποτε γὰρ πράξει τὰ μισητὰ καὶ φαῦλα. τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν καὶ ἔμφρονα πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν· καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν, τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα, καὶ σκυτοτόμον ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας ἅπαντας. εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων. οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ. οὐδὲ δὴ ποικίλος γε καὶ εὐμετάβολος· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ῥᾳδίως, οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀτυχημάτων, ἀλλ' ὑπὸ μεγάλων καὶ πολλῶν. ἔκ τε τῶν τοιούτων οὐκ ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἀλλ' εἴπερ, ἐν πολλῷ τινι καὶ τελείῳ, μεγάλων καὶ καλῶν ἐν αὐτῷ γενόμενος ἐπήβολος. τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον; ἢ προσθετέον, καὶ βιωσόμενον οὕτω καὶ τελευτήσοντα κατὰ λόγον; ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀφανὲς ἡμῖν·

F

G

sunt oriundi, quorum virtus & nobilitas etiã ipsos quodammodo beatos facit.

ΚΕΦΑΛ. ι΄. CAP. X.

Πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέον, ἕως ἂν ζῇ; κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν; εἰ δὲ δὴ καὶ θετέον οὕτως, ἆρά γε καὶ ἔστιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν ἀποθάνῃ; ἢ τοῦτό γε παντελῶς ἄτοπον, ἄλλως τε καὶ τοῖς λέγουσιν ἡμῖν ἐνέργειάν τινα τὴν εὐδαιμονίαν; εἰ δὲ μὴ λέγομεν τὸν τεθνεῶτα εὐδαίμονα, μηδὲ Σόλων τοῦτο βούλεται, ἀλλ' ὅτι τηνικαῦτα ἄν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον, ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα καὶ δυστυχημάτων· ἔχει μὲν καὶ τοῦτο ἀμφισβήτησίν τινα. δοκεῖ γὰρ εἶναί τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν, καὶ ἀγαθὸν, εἴπερ καὶ τῷ ζῶντι, μὴ αἰσθανομένῳ δέ· οἷον τιμαὶ, καὶ ἀτιμίαι, καὶ τέκνων, καὶ ὅλως ἀπογόνων εὐπραξίαι τε καὶ δυστυχίαι. ἀπορίαν δὲ καὶ ταῦτα περιέχει. τῷ γὰρ μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως, καὶ τελευτήσαντι κατὰ λόγον, ἐνδέχεται πολλὰς μεταβολὰς συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους. καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ τυχεῖν βίου τοῦ κατ' ἀξίαν· τοὺς δ', ἐξ ἐναντίας. δῆλον δ' ὅτι καὶ τοῖς ἀποστήμασι πρὸς τοὺς γονεῖς παντοδαπῶς ἔχειν αὐτοὺς ἐνδέχεται. ἄτοπον δὴ γίνοιτ' ἄν,

A

Nemone igitur alius quoad viuat, iudicandus est beatus? sed Solonis sententia, exspectandum extremum? ac si ita quoque statuendum, an ergo tum cum mortem obiit, est beatus? an certe id omnino absurdum est: cum præsertim felicitatem quandam actionem statuamus? Quod si beatum negamus vita functum, nec hoc sane vult Solon: sed tum aliquem tuto beatum iudicari posse, cum iam a malis sit miseriisque liberatus. de hoc quoque quispiam ambigere potest. Videtur enim vita functo mali quippiam & boni superesse, siquidem & viuenti, etsi non sentienti: ut decus, & dedecus, & liberorum, & omnino posterorum secundæ res & aduersa. Verum ista quoq; dubitationem afferunt. Fieri enim potest, vt qui beate vixerit ad senectutem vsque, migraueritq; conuenienter rationi, eũ multæ in posteris mutationes consequantur: & vt nonnulli quidem boni sint, degãtq; vitam dignam: alii contra. Perspicuũ vero est, eos multis modis a parentibus posse desciscere. Absurdum itaque sit, si ea

si is quoque commutetur qui oppetiit mortem, sitque alias beatus, & iterum miser. Absurdum etiam res posterorum nihil, ne ad ullum quidem tempus, ad parentes pertinere. Sed redeundum est ad id quod supra quaesitum est. Ex illo enim forte hoc quod quaerebamus intelligetur. Si igitur finis exspectandus est, atque tum quisque beatus existimandus, non quod iam beatus ipse sit, sed quod antea fuerit, quid est quamobrem non sit absurdum, si cum is beatus est, de eo quod inest non vere dicatur? quod propter varietates fortunae minime placeat vivos dicere beatos: quodque stabile aliquid, ac nequaquam mutabile, beatam vitam putemus: fortunas autem saepe recidere in eosdem? Perspicuum est enim, si eventa sequamur, eundem nos saepe beatum, iterumque miserum esse dicturos, beatum chamaeleontem quendam, nec satis firmum censentes. An nequaquam est rectum, fortunas consectari? Non enim in iis est bene vel male, sed has humana, ut diximus, vita desiderat. Beatae autem vitae dominae sunt virtutis actiones, contrariaeque contraria. Hanc autem rationem id quoque confirmat, quod modo quaesitum est. Nulla enim in rebus mortalium tanta inest constan-

εἰ συμμεταβάλλοι καὶ ὁ τεθνεὼς καὶ γίνοιτο ὁτὲ μὲν εὐδαίμων, πάλιν δ' ἄθλιος. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μηδὲν μηδ' ἐπί τινα χρόνον συνικνεῖσθαι τὰ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν. ἀλλ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὸ πρότερον ἀπορηθέν. τάχα γὰρ ἂν θεωρηθείη καὶ τὸ νῦν ἐπιζητούμενον ἐξ ἐκείνου. εἰ δὴ τέλος ὁρᾶν δεῖ, καὶ τότε μακαρίζειν ἕκαστον, οὐχ ὡς ὄντα μακάριον, ἀλλ' ὅτι πρότερον ἦν, πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ ὅτ' ἔστιν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύσεται κατ' αὐτοῦ τὸ ὑπάρχον, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοὺς ζῶντας εὐδαιμονίζειν, διὰ τὰς μεταβολάς, καὶ διὰ τὸ μόνιμόν τι τὴν εὐδαιμονίαν ὑπειληφέναι, καὶ μηδαμῶς εὐμετάβολον· τὰς δὲ τύχας πολλάκις ἀνακυκλεῖσθαι περὶ τοὺς αὐτούς; δῆλον γὰρ ὡς εἰ συνακολουθοίημεν ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα, καὶ πάλιν ἄθλιον ἐροῦμεν πολλάκις, χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες, καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον. ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν οὐδαμῶς ὀρθόν; οὐ γὰρ ἐν ταύταις τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλὰ προσδεῖται τούτων ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπομεν. κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας· αἱ δ' ἐναντίαι, τοῦ ἐναντίου. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ, καὶ τὸ νῦν διαπορηθέν. περὶ οὐδὲν γὰρ οὕτως ὑπάρχει τῶν ἀνθρωπίνων βεβαιό-

beatitudo proficiscitur ab anima & virtute: est enim ἐνέργεια τῆς ψυχῆς. operatio animæ rationalis secundum virtutem. Fortuna aũt habet nihil commune cum ratione & virtute. Tertia ratio sumitur a fine politicæ scientiæ. *Beatitudo docetur quo sit comparanda: de iis aũt quæ a fortuna depẽdent, nulla possunt tradi præcepta, quo pacto sint cõparanda, quia sunt omnino incerta* Igitur *beatitudo ciuilis nõ pendet a fortuna.* Notandũ obiter est hoc loco, quod Arist. monet, *Ciuilis scientiæ & per consequens ipsius magistratus præcipuũ munus & officium esse, vt ciues efficiant bonos & virtutis studiosos: sic enim etiam ciuiliter possunt esse beati.*

III.

C εἰκότως οὖν οὔτε) Hæc est altera pars cap. in qua quæritur de subiecto, in quo beatitudo propriè locum habere possit, i quibus beatitudo propriè possit attribui. Respõdet autem Arist per negationem dicens: *Beatitudinẽ neq. bestiis, neq. pueris propriè posse attribui:* Bestiæ ideo nõ sunt capaces quidẽ beatitudinis, quia ratione carẽt, voluntate & delectatione; ideoq; ẽt in eos non cadit actio secundum virtutem, quæ est caussa formalis politicæ beatitudinis: imo vt *in 6. li.* dicitur vocabulũ actionis τῆς πράξεως, plane non cõpetit bestiis: reuera n. non dicuntur aliquid agere: sed tãtum a rationali quodã aut violento impetu ad aliquid ferri & rapi. Quod vero ad pueros attinet, beatitudinẽ ciuilẽ illis non posse attribui, affirmat propter duas rationes. Prima est, etsi non prorsus sint destituti ratione, tamen propter ætatis imbecillitatẽ carent vsu rationis, nondum n. cõsummatum & rectũ habent iudiciũ: & nulla est adhuc in illis προαίρεσις, i. *electio prima atq. certa, & cum ratione volũtas.* Altera cã est, quia ad perfectam beatitud. ẽt requiritur, vt in eius defin. dictũ fuit, perfecta virtus, & perfecta vita, quæ duo in pueris propter ætatẽ nondum esse possunt & quoniã multę sunt rerum vicissitudines & varii aduersi casus, qui homini per vitã possũt accidere, & eius beatid. interrũpere. & quasi obscurare: quemadmodum apud Poetas de Priamo fabulantur: ideo pueris ciuilis beatitudo propriè attribui non potest. Quod vero interdum ẽt pueri aliqui prędicantur esse beati, id nõ fit, quasi iam ipso actu sint beati: sed quia speramus, illos aliquãdo fore beatos, vel quia in ipsis cõspiciũtur manifesta signa futuræ virtutis, vel quia ipsi a ciatis parẽtibus

Beatitudo an bestiis & pueris cõpetat.

I.

II.

tudinibus fortunæ, ita vt nunquam possit certi aliquid de sua felicitate sibi polliceri: etiamsi hodie sit beatus, sit diues, sit in magno honore constitutus, tamen potest sequenti die, aut etiam adhuc eodem die, imo vno quasi momento fieri pauper, ægrotus, & spoliari omnibus honoribus, quemadmodū dicitur: *Nescis quid serus vesper vehat, Nondum sol omnium dierū occidit*, & vt Germani dicunt, Es ist noch nicht aller Tag Abent. Idem & Cicero lib. 2 de finibus ait: *Nemini exploratum esse potest, quomodo sese habiturum sit corpus, sed ad vesperum.* Per hanc igitur in certitudinem rerum humanarum Solon negauit hominem posse, quandiu viuit, reuera beatum dici. Quod vero post mortem possit aliquid certi de hominis beatitudine pronunciari, quia ille qui mortuus est, non amplius videtur esse obnoxius fortunæ casibus, vt possit ei amplius aliquid mali accidere. Hanc Aristoteles sententiam quoq; refutat, quod mortuis non amplius possint mala accidere: Nā, inquit, etiamsi dicamus mortuos amplius sentire nihil, & ideo nihil mali posse iis contingere, falsa tamen est hæc ratio, quia etiam non sentienti interdum possunt tam bona, quam mala, contingere, etiamsi eadem non sentiat aut sciat, quando dormit, vel abest, veluti cum ei moriuntur parentes, liberi aut amici aut cum ei contingit ampla hereditas, aut nascuntur liberi, aut decernitur aliquis honor: dum ipse vel abest, vel dormit. Ita etiam mortuis, licet non sentiant, tamen possunt vel bona, vel mala, contingere, quæ vel ad ipsos iam defunctos, vel ad eorum liberos vel posteros pertinent, exempli gratia: Sepulcra, epitaphia, carmina, trophæa, & alia monumenta, quę in honorem demortuorum eriguntur, scribuntur aut recitantur, ea omnia sunt bona, & pertinent ad ipsos mortuos, etiamsi illa non sentiant atq; intelligant: ita etiam sæpe demortuorum ignorantia quædam solent fieri, quæ sunt mala, & ad ipsos defunctos tamen pertinēt: vt cum eorum cadauera vel abiiciuntur insepulta, vel ignominiose tractantur, & rursum effodiuntur. Item cum eorum statuæ & monumenta deiiciuntur aut conspurcantur, quæ omnia ad ipsos mortuos recte pertinent, licet ab illis non sentiantur. Itaque non valet consequentia, *mortui non*

Negatur.

Mortuis an bona & mala contingere possint.

Beatus (igitur inquit) *dicendus, qui ex virtute perfecte agit, bonisq; externis ad actiones virtutum perficiendas satis est instructus; non ad breue aliquod tempus, sed in vita perfecta, quatenus ea homini contingere possit.* Huic etiam definitioni appendicis loco annectit hanc particulam: Si *nimirum talem quoq; finem vitæ & exitum consecutus est, qui respondeat vitæ ante actæ.* Ideo hanc particulam adiecit, quia Solon solitus est dicere: *Ante obitum neminem beatum esse dicendum: sed exspectandum vltimum finem,* id est, *finem vitæ suæ.* Vt enim aliæ res ex suo fine æstimantur: ita etiam de beatitudine hominis ex fine vitæ est pronuntiandum Idque ideo, quia ante illum finem multa possunt adhuc homini aduersa contingere, quæ quoniam incerta sunt, etiam nihil certi videtur posse de beatitudine eius affirmari. Deinde etiam notanda est correctio, quam adiicit, cum ait: *beatos ita dicendos esse tanquam homines* (ὡς ἀνθρώπους) quasi diceret, se hoc loco non loqui de illa perfectissima & absolutissima beatitudine, quæ in solum Deum cadit, sed de ea beatitudine, quæ cadit in hominem, quæ nunquam est omnibus numeris perfecta & absoluta, quemadmodum dici solet, *Nihil ex omni parte beatum* Igitur hic non intelligenda est diuina beatitudo, sed beatitudo humana, quæ in homines cadit, & tamen adhuc multa habet admixta mala & incommoda, quæ faciunt, vt non plane sit perfecta, &c.

CAP. II.

Casus autem posterorum ac amicorum omnium, nihil omnino conferre, id ab amicitia valde alienum, sententiisque omnium repugnans videtur. Atque cum multi sint euentus, variique differant, & alii magis, alii minus pertineant: singulatim quidem distinguere, longum &

ΚΕΦ. κα΄.

Τὰς δὲ τῶν ἀπογόνων τύχας καὶ τῶν φίλων ἁπάντων, τὸ μὲν μηδὲ ποσῶς συμβάλλεσθαι, λίαν ἄφιλον φαίνεται, καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον. πολλῶν δὲ καὶ παντοίας ἐχόντων διαφορὰς τῶν συμβαινόντων, καὶ τῶν μὲν μᾶλλον συνικνουμένων, τῶν δ᾽ ἧττον, καθ᾽ ἕκαστον μὲν διαιρεῖν, μακρὸν A

confirmat hanc ὑπόθεσιν propositionis: beatitudinem non esse positam in fortuna, tali argumento: *Beatitudo consistit in bene beateq; viuendo.* Ratio a contrario. Nam *felicitas consistit in male viuendo*: Sed *in fortuna non est positum bene viuere, quia est incerta, estq; etiam inconstās talis vita, quae a fortuna dependet.* Ergo *in fortuna non est posita beatitudo.* Deinde *beatitudo est res firma, estq; etiam stabilis ipso Solone teste*: Sed *fortuna non est stabilis nec firma.* Ergo *in fortuna non est beatitudo.* Quod si vero quis obiiciat: *Tamen bona fortuna quoq; expeti ad beatitudinem.* Respondet Aristo. ea tantum expeti, vt instrumenta & adiumenta vitae humanae sustentandae. Non autē propterea esse caussas κυρίας, principales beatitudinis, quemadmodum sunt actiones virtutis. Quod vero attinet ad Aristotelis sententiam, affirmat ipse, quod possit aliquis in hac vita dici beatus, & non etiam spectandam in hac re fortunae vicissitudinem, atque id probat duobus argumentis ex loco caussarum. Primum, de quo potest affirmari vera & absoluta caussa, de eo etiam potest affirmari, eius caussae effectus. Nam secundum Dialecticos absoluta caussa posita, ponitur eius effectus caussae: Sed *de viro bono, dum viuit, potest affirmari vera & absoluta caussa beatitudinis, nempe actio secundum suam virtutem.* Igitur *de viro bono, dum viuit, potest affirmari effectus actionum virtutis, ipsa nimirum beatitudo, & vere possumus dicere, vir bonus atq; beatus*: quia in quauis fortuna tam secunda, quam aduersa in viro bono manet constans & perpetua voluntas, recte & ex virtute agendi: ideo etiam comparatur quadrato lapidi, & dicitur vir bonus esse τετράγωνος, i. *quadratus*, qui a non facile ab honesto suo proposito dimouetur. Vt enim lapis quadratus semper habet firmam basin (sedem) in quamcunque partem ceciderit: ita vir bonus in quamcunq; incidit fortunam, semper habet firmum propositum recte agendi, & non est instar arundinis, vt a quouis vento, id est, a quauis fortuna, a suo proposito dimoueatur. Secundū argumentum, *Cuius rei caussa est firma & stabilis, de ea re etiam semper & vere potest dici vel affirmari effectus*: Sed *beatitudinis caussa in viro bono est firma & stabilis, nempe actio secundum virtutem.* Ergo *de viro bono, etiam quandiu viuit potest*

Argumentum.

Duo argumenta.

I.

II.

test beatitudo affirmari. Minor probatur ex natura virtutis: Nam virtutes etiam stabiliores & firmiores sunt ipsis scientiis, quia nunquam potest esse earum obliuio in viro bono, cum tamen sæpe accidat, vt scientiarum & artium oboriatur obliuio, vel propter morbum, vel ætatis imbecillitatem, vel aliam aliquam caussam violentam. Ideo Cicero 2. Tusc. quæst. ait: *Virtus nunquam potest amitti.* & lib. 1. Offic. *Nulla est vitæ pars, quæ potest vacare officio*, i. *actione virtutis.* & lib. 3. de finibus scribit: *Virtutis non est eadem ratio, quæ artium, propterea quod virtus plurima exercitationis indiget, quod idem in artibus non fit, & quod virtus stabilitatem, firmitatem & constantiam totius vitæ complectatur, nec eadem hæc in partibus esse videamus.* Sic etiam Medea apud Senecam ait: *Nunquam potest non esse virtuti locus.*

E πολλῶν δὲ γινομένων) Altera est hæc capitis huius quæstio, qua quæritur: *Vtrum fortunæ tanta vis sit & potentia in rebus humanis, vt possit homini beatitudinem auferre, & ex beato miserum facere?* Ad hāc quæstionem in hoc loco respondet. Cuius responsionis hæc est sententia: etiamsi fortuna aliqua ex parte possit lædere & affligere vitam hominis beati: tamen non potest ei beatitudinem plane auferre, & ex beato miserum facere.

Hanc responsionem declarat duplici distinctione, τῶν τυχηρῶν, id est, *eorum, quæ a fortuna hominibus accidere solent.* Primum enim quoad qualitatem eorum, talia sunt vel bona, vel mala: deinde quoad quātitatem, vel sunt multa, vel magna, vel sunt pauca & parua: vt igitur, *quæ parua & pauca, siue sint bona, siue mala, non possunt magnā mutationem afferre homini beato. Quæ autem sunt magna & multa, ea magis exornant & magis expetendam faciunt beatitudinem, quia plures præbent occasiones exercendarum virtutum. Sin vero sunt mala, obscurant quidem beatitudinem, quemadmodum interdum obscurant nubes splendorem solis: non tamen possunt alicui beatitudinem omnino auferre: obscurant beatitudinem, primū quod afferunt dolorem, deinde quia impediunt actiones virtutum: non tamen omnino auferunt beatitudinem: primum, quia etiam in aduersa fortuna viri boni virtus elucet & conspicitur: deinde quia vir bonus propter animi magnitu-*

ſentiunt bona vel mala. Igitur *nihil boni vel mali poteſt iis accidere.* Imo bona & mala, quæ demortuorum liberis & poſteris accidunt, etiam aliquando ad ipſorum demortuorum laudem aut ignominiam pertinent. Vnde ſæpe etiam parentes felices prædicamus, quando eorum liberi euadunt in viros claros, qui generi humano aut patriæ ſuæ plurimum profuerunt. Sed hoc loco Ariſtoteles mouet obiectionem: *Si,* inquit, *mortuis & vita defunctis poſſunt bona vel mala contingere:* Igitur *nunquam neq; in vita ipſorum, neque etiam poſt mortem poſſent vere beati pronuntiari: imo etiam poſt mortem aliquando erunt beati, aliquando erunt miſeri, prout ipſorum liberis & poſteris bona vel mala contingunt, quod tamen videtur eſſe abſurdum; vt diuerſo reſpectu mortui ſemel dicantur & beati eſſe & mortui: proinde etiam non videtur verum eſſe, quod ea bona vel mala, quæ poſteris contingunt, etiam pertineant ad ipſos mortuos: ſin vero hoc omnino negauerimus rurſum videtur etiam hoc abſurdum eſſe, quod poſterorum fortuna tam ſecunda quam aduerſa plane nihil pertineat ad ipſorum parentes & maiores iam mortuos.* Hanc obiectionem Ariſtoteles hoc modo tantum proponit. Quid vero ad eam ſit reſpondendum in ſeq. cap. oſtenſurus eſt, vbi affirmat poſterorum fortunam nō poſſe demortuorum ſtatum & conditionem mutare, vt propterea etiam ipſi mutentur, & beati mutentur, vel miſeri afficiantur.

Obiectio.

B εἰ δὴ τὸ τέλος ὁρᾶν δεῖ;] Hactenus habuimus vnam refutationem ſententiæ Solonis, in qua oſtendit, non omnino verum eſſe quod Solon dixit, *Neminem, quandiu viuit, poſſe beatum nominari, propter fortunæ inconſtantiam, cui eſt ſubiectus.* Iam ſequitur altera refutatio, quæ ſumitur ab ἀναλογίᾳ, ſeu conuenientia, & vulgo dici ſolet, correſpondentia, quæ debet eſſe inter veritatem rei & orationes. Nam hæc duo ita ſibi mutuo debent conſentire vt quod vere alicui rei ineſt, etiam vere in oratione de ea re poſsit affirmari. Nam abſurdum eſt, inquit, non poſſe in præſenti tempore de ſubiecto aliquid affirmari, quod tamen in præterito tempore, quaſi aliquando fuerit de eodem ſubiecto, vere poſsit affirmari. Nā ſi de ſubiecto in præſenti tempore non poteſt aliquid vere affirmari, id etiā de eodē ſubiecto non poterit

in præterito tempore certe affirmari. Exempli gratia: Si non possum vere dicere de homine, dum viuit, *quod sit beatus*: quemadmodum Solon opinatur: etiam non possum de homine in præterito tempore post eius mortem vere affirmare, *quod fuerit beatus*, & viceuersa: si in præterito tempore, postquam homo est mortuus, possum vere dicere, *quod iste homo fuerit beatus*: igitur potui etiam in præsenti tempore, dum adhuc viueret, de eo affirmare vere, *quod sit beatus*. Et vt breuius dicamus: si vera est hæc propositio, *Hic homo fuit beatus*: igitur etiam aliquando hæc propositio fuit vera, id est, habet aliquam quoque de præsenti verum, vt: si hæc est vera propositio,

Augustus fuit Cæsar.

Igitur hæc etiam aliquando fuit vera,

Augustus est Cæsar.

Sic etiam de Petro Apostolo, dum viueret, non potuit vere affirmari, *Petrus est Apostolus Pontifex Romanus*: etiam falsa est hæc propositio Papistarum, qui affirmant in præterito tempore, *Petrum Apostolum fuisse Pontificem Romanum.*

C δῆλον γὰρ ὡς) Tertium hoc argumentum est, quo refutatur Solonis opinio, qua dixit: *neminem propter fortunæ inconstantiam in hac vita posse dici beatum.* Sumitur hoc argumentum ex absurdis consequentibus. Nam, vt Dialectici consueuerunt loqui: Si consequens est absurdum, etiam antecedens est absurdum & falsum: Sic ergo argumentatur: *Si propter fortunæ inconstantiam nemo potest in hac vita dici beatus.* Igitur *beatitudo hominis posita erit in manu fortunæ.* Quod est falsum, quemadmodu in præcedenti capite fuit ostensum. Deinde hoc etiam sequitur, quod beatus similis erit chamæleonti, id est, eiusmodi animali, quod subinde suum colorem mutat, & per consequens ipsa beatitudo erit res incerta, inconstans, varia & mutabilis. Deniq; beatus similis erit domui, quę parum firmo nititur fundamento, & subinde ruinam minatur: imo perpetuo beatus erit in metu, ne sua beatitudine iterum excidat propter fortunæ varietatem.

D ἢ τὸ μὲν τοῖς τύχαις) Post refutationem sententiæ Solonis quoq; explicat sententiam: prius autem rursum

quid id ad ... Andr... ... ubi ... III. Arg. ... theologica ...

quæ oritur ex præcedenti capite, vt scilicet liberorum, agnatorum, amicorum, & eorum, quos in vita caros habuimus, fortuna secunda & aduersa etiam aliquo modo pertineat ad ipsos defunctos seu mortuos. Ac primum quidem Aristoteles affirmat, posterorum res secundas vel aduersas, quæ illis in vita contingunt, etiam ad eorum parentes & amicos iam vita defunctos pertinere. Deinde ostendit, quomodo & quatenus ad mortuos ista pertineant. Primũ confirmatur duobus argumẽtis, quorum primum sumitur a contrario. Nam, inquit, *posterorum fortunam ad mortuos plane nihil pertinere, est* ἄφιλον; id est *alienum ab amicitia seu ab eo amore, quo, cum adhuc viuerent, inter se erãt coniuncti*: nam verorum amicorum proprium munus est mutuis affici commodis & incommodis, & vt Græci dicunt συμπάσχειν *compati*. Item συναλγεῖν *condolere*, συνήδεσθαι *congaudere*. Illa συμπάθεια, *compassio*, non est in corpore, quod moritur; sed in animo, qui non moritur: itaque videtur hic affectus etiam adhuc remanere in demortuorum animis. Alterum argumentum sumitur a communi hominum opinione: communiter enim omnes homines credunt, etiam mortuis [illegible] intelligentiam eorum, quæ hic inter nos [illegible] Poetæ fabulantur, sæpe manes (animas) & [illegible] mortuorum apparuisse ipsis viuis, & de eorum [illegible] & futuris mal[illegible] prænuntiasse: quemadmodum [illegible] lib. [illegible] Æneid. [illegible] *Anchisen apparuisse Æneæ* [illegible]

[illegible]

Hoc vero [illegible] ur, *Si posterorum fortuna secunda* [illegible] *etiam ad defunctos, vtrum ita eos afficiat* [illegible] *ipsorum statum & conditionem mutare.* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles eadem distinctione, [illegible] in præcedenti capite vsus est: Ea,

inquit, bona vel mala, quæ posteris in hac vita accidunt, leuiter solum aut plane non afficiunt defunctos: sin vero sunt magna & grauia, & etiamsi vehementius, quam illa priora, ipsos mortuos afficiunt, tamen non ita afficiunt, vt possint eorum statum mutare, ita vt propter talia, vel magis, vel minus sint beati. Præterea etiam hoc discrimen obseruandum est, quod illa bona aut mala longe grauius afficiunt virtutes, quam ipsos mortuos. Nam viuentes ea bona & mala, & in se ipsis reuera sentiunt: mortui autem non sentiunt: sed aliquomodo tamen, quasi per rumorem ad eos perferuntur: ita vt videantur ea solum leuiter audire. Hanc responsionem declarat etiam exemplo simili desumto ex actionibus Tragicis: in quibus mala & calamitates, quæ olim aliquibus accidunt, per alias personas & histriones repræsentantur, & commemorantur: quemadmodum autem illa leuiter admodum afficiunt ipsos spectatores, & longe leuius, quam afficiebant eos ipsos, quibus illa acciderunt, & qui ea in seipsis senserunt: ita etiam mala, quæ posteris accidunt, leuius afficiunt defunctos, quam ipsos viuentes, qui ea sentiunt, patiuntur.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Διωρισμένων δὲ τούτων, ἐπισκεψώμεθα περὶ τῆς εὐδαιμονίας, πότερα τῶν ἐπαινετῶν ἐστὶν, ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων. δῆλον γὰρ, ὅτι τῶν γε δυνάμεων οὐκ ἔστι. φαίνεται δὴ πᾶν τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι, καὶ πρός τι πως ἔχειν ἐπαινεῖσθαι. τὸν γὰρ δίκαιον, καὶ τὸν ἀνδρεῖον, καὶ ὅλως τὸν ἀγαθὸν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν διὰ τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις. καὶ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὸν δρομικὸν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον,

CAP. XII.

HIS expositis, felicitas in laudabilibus sit, an potius in honorabilibus rebus, videamus. Est enim perspicuum, eam inter facultates non numerari. Igitur apparet quicquid laudabile sit, ob id laudari, quod sit cuiusdam modi, & ad quippiam quodam modo affectum. Nam & iustum, & fortem, & vno nomine virum bonum, & virtutem propter opera actionesque laudamus. Et robustum, & qui cursu valet, & aliorum quenque laudamus,

quod

quod cuiusdam modi natura sint aptique ad rem aliquam, bonam & honestam. Quod ex deorum laudibus perspici potest. ridiculas enim eas fore constat, si ad nos referantur. Hoc fit propterea, quod laudes, ut diximus, referendo tribuuntur. Quod si laus in eo genere est, perspicuum est, rerum optimarum minime laudem esse, sed maius aliquid & præstantius: ut etiam perspicitur. nam & deos beatos felicesque ducimus. ducimus & beatos e viris eos, qui ad Deum proxime accedunt, itidem & e rebus bonis. Beatitudinem enim nemo laudat ut rem iustam, sed ut aliquid diuinius atque melius beatam censet. Recte etiam Eudoxus defendisse videtur, primas partes tribuendas esse voluptati. Nam cum in bonis esset ipsa, neque laudaretur, declarari putabat, eam rebus præstare laudabilibus: in eo autem genere Deum ac bonum esse, quoniam ad ea & cetera referrentur. Laus enim virtutis est. Nam per eam apti sumus ad res honestas gerendas: Encomia autem sunt operum, & corporis pariter, & animi. Sed hæc quidem accuratius inuestigare eorũ sit potius, qui in encomiis elaborarunt: nobis autem ex iis, quæ dicta sunt perspicuum est, in bonis honorabilibus, perfectisque beatitudinem esse.

τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι, καὶ ἔχειν πως πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον. δῆλον δὲ τοῦτο κἀκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων. γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι. τοῦτο δὲ συμβαίνει, διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ εἴπομεν. εἰ δ' ἐστὶν ὁ A ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος. ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, καθάπερ καὶ φαίνεται. τούς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν, καὶ εὐδαιμονίζομεν. καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν. οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ, καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον, μακαρίζει. δοκεῖ δὲ καὶ Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ. τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν οὖσαν, μηνύειν ᾤετο ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν. τοιοῦτον δὲ εἶναι τὸν θεὸν καὶ τἀγαθόν· πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἄλλα ἀναφέρεσθαι. ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς· πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δὲ ἐγκώμια, τῶν ἔργων ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις. ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τῶν τιμίων καὶ τελείων.

ἔοικε δὲ οὕτως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ εἶναι ἀρχήν. ταύτης γὰρ χάριν, τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν. τὴν ἀρχὴν δὲ καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, τίμιόν τι καὶ θεῖον τίθεμεν.

Quod ita esse, hinc etiam appa ret, quod sit principium. eius e nim caussa reliqua omnes o mnia facimus. principium au tem, & quod caussa est bono rum, honorabile quiddam & diuinum statuimus.

COMMENTATIONES.

Beatitudo quale bonum sit. Quæstio, quæ in hoc capite explicatur, pertinet ἐπὶ τὸ ποιότητα, *ad qualitatem.* Quæritur enim, *quale bonum sit beatitudo, utrum sit bonum* ἐπαινετὸν, *laudabile: aut bonum* τίμιον, *honorabile: an vero* οὐδέτερον, *neutrum seu intermedium, quod per se neq; honorem, neque laudem aut reprehensionem meretur: quod genus bonorum hoc loco nominatur* δύναμις, *i. facultas seu potentia quadam.* Ad hanc quæstionem Aristoteles respondet per ἀφαίρεσιν, *remotionem* hoc modo: *Beatitudo non est ex intermedio genere bonorum, quæ vocantur* δυνάμεις, *i. potentia: neque etiam est bonum laudabile* Ergo *beatitudo est bonum* τίμιον, *honorabile.* Probatur hæc consequentia, quia plena est & in antecedente enumeratio: nam sunt tantum tria genera bonorum, secundum hanc qualitatem: vel enim sunt laudabilia, vel sunt honorabilia, vel intermedia seu neutra.

Beatitudinem nō esse δύναμιν. Quod autem beatitudo non sit tale bonum, quod vocatur δύναμις seu οὐδέτερον, probari potest duobus argumentis. *Primum bonum, quod dicitur* δύναμις *potentia proprie est tale, quo homines bene vel male uti possunt, & quod hominibus vel prodesse, vel nocere potest: sed vera beatitudine homines non possunt male uti, neque ea potest cuiquam nocere.* Igitur *beatitudo non est* δύναμις, *neq;* οὐδέτερον. Deinde *nulla* ἐνέργεια *est potentia: beatitudo autem est operatio.* Igitur *non est potentia.*

Non esse laudabile bonum. Altera ratio, remotio ἀφαιρέσεως est, quod beatitudo non sit laudabile bonum, sic probatur, *Bonum laudabile dicitur, quod laudatur propter aliam aliquam qualitatem quæ ei adest, vel quia ad illud refertur, seu propter respectum, quem habet ad aliud: Beatitudo autem non laudatur propter aliam aliquam qualitatem, sed propter seipsam: neq; etiam laudatur, quia ad aliud*

liud refertur: nam beatitudo est vltimus finis. Igitur *beatitudo non est bonum laudabile.* Maior probatur primum inductione, siue enumeratione bonorum laudabilium, tam animi, quam corporis. Exempli gratia, *Vir iustus, fortis, liberalis, bonus, imo ipsa virtus laudatur propter actiones: sic enim robustus, sanus, celer, imo quilibet artifex laudatur propter actiones & opera quæ efficit.* Deinde probatur exemplo Deorum: Dii igitur improprie dicuntur laudari, quia nō sunt præditi aliqua qualitate, tanquam accidente aliquo, quod ipsis adest, neque etiam possunt ad aliud aliquod referri: perfectius: sic enim essent imperfecti. Vnde in Ecclesiastico dicitur cap. 43. *Quod Deus sit maior omni laude:* est quidem laudandus Deus, sed illa laus magis dicitur esse honor & cultus quidam diuinus, quam vt nuda sit laus, qualis competit hominibus & aliis quibusdam præclaris rebus.

Beatitudo est bonum τίμιον.

A *εἰδ' ἐστὶν ὁ ἔπαινος*) In hoc loco ostendit Aristoteles, beatitudinem esse bonum *ἀγαθὸν* seu *τίμιον, bonum honorabile,* quod non laude tantū: sed honore etiam dignum esse videatur: idque confirmat duobus argumentis: Primum sumitur ex comparatione rerum laudabilium & honorabilium, qua comparatione ostendit laudem etiam interdum competere rebus paruis: honorem autem proprie competere solum rebus diuinis & præstantissimis atque perfectissimis. Sic ergo argumentatur, *Quod bonum est summum & præstātissimum, imo diuinum, ei non tantum laus, sed honor quoque debetur: Sed beatitudo est quasi summum & diuinum bonum:* Igitur *beatitudini non solum debetur laus, sed etiam honor.* Et per consequens, *Beatitudo est τίμιον ἀγαθὸν, honorabile bonum.* Minor propositio in præcedentibus capitibus satis est demonstrata. Maior probatur duobus modis: Primum a communi loquendi consuetudine. *Nam,* inquit, *homines etiam interdum res paruas & exiguas solent laudare, honorem autem tantum tribuunt rebus magnis & diuinis.* Deinde probatur a testimonio Eudoxi, doctissimi Philosophi in Astrologia: vt testatur Cicero *lib. 2. de diuinatione:* Qui hoc ipso argumento conabatur probare, voluptatem esse summum bonum, eo quod a sapientibus non laudaretur, quasi voluptas maior esset, ipsaque laude præstan-

I. Arg.

II. Arg. tior, & potius honore, quam laude digna. Alterum argumentum, *quod bonum est principium & caussa ἀρχὴ καὶ αἴτιον, aliorum bonorum, illud est diuinum & honorabile bonum: Beatitudo autem est principium, & quasi caussa aliorum bonorum:* Igitur *beatitudo est honorabile bonum.* Minor probatur: quia ad beatitudinem omnia reliqua, tanquam ad vltimum extremumque bonum referuntur, atque eius gratia homines omnia reliqua bona expetunt, & omnes omnia agunt, adeo vt sit finis omnium bonorum. In hoc textu Aristoteles obiter quoque indicat discrimen inter laudem & encomium. Nam laus, *vt etiam lib. 1. Rhetor. ait:* proprie est oratio, qua celebramus virtutis alicuius magnitudinem & præstantiam. Encomium est oratio, qua celebramus & commendamus opera & res atque actiones ab alicuius virtute profectas. Propterea laus proprie tribuitur personis: encomium vero tribuitur factis, rebus & operibus personarum. Honor vero est signum gloriæ, quæ comparatur ex beneficentia erga alios: atque is proprie soli Deo atque diuinis rebus debetur: tribuitur tamen etiam hominibus, quatenus Dei personam sustinent, veluti parentibus, magistratibus, præceptoribus, senioribus, & similibus aliis, qui in nobis instituendis, educandis, defendendis a Deo sunt propositi, &c.

Laus & encomium quid differant.

ΚΕΦ. ιγʹ.

A Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον. τάχα γὰρ οὕτως ἂν βέλτιον καὶ περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ κατ' ἀλήθειαν πολιτικὸς, περὶ ταύτην μάλιστα πεπονῆσθαι. βούλεται γὰρ τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους. παράδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν, τοὺς κρητῶν καὶ λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ εἴ τινες ἕτεροι

CAP. 13.

Sed quoniam beatitudo est actio quadam animi, virtuti absoluta congruens, virtus ipsa consideranda est. Sic enim forsan beatitudinem melius contemplabimur. Atque videtur qui vere ciuilis est, huic maximam dedisse operam, quoniam vult ciues bonos efficere, obedientesque legibus. Exemplo nobis sunt Cretensium & Lacedamoniorum legulatores, & si qui alii

eiusmodi

eiusmodi exstiterunt. Quod si hac ciuilis scientia spectat, perspicuum est, cum instituto iam inde ab initio hanc consentire quaestionem. Videndum est scilicet, quae sit hominis virtus. Etenim de bono hominis, deque humana felicitate quaerebamus. Sed virtutem dicimus non corporis propriam, sed animi: at vero beatitudinem animi actionem nominamus. Quae si ita habeant, perspicuum est oportere ciuilem cognita quodam modo habere, quae animum attingunt: quemadmodum & qui oculos & totum corpus curaturus est: ac multo etiam magis, quo honoratior ciuilis scientia & melior, quam medicina est. Atqui politiores medici multum opera in cognitione corporis ponunt. Spectandus igitur ciuili animus est. Spectandus est autem horum caussa, & quoad satis sit ad ea quae quaerimus. Nam accuratior eius explicatio maioris forsitan negotii sit, quam res quas nobis proponimus. De qua & in Exotericis libris abunde nonnulla diximus, quibus est utendum: veluti vnam eius partem expertem esse rationis, participem alteram. Vtrum autem separata ha sint, vt partes corporis, & quicquid partibus diuiduum est, an ratione duae res sint inseparabiles, quemadmodum in orbe pars

τοιοῦτοι γεγένηνται. εἰ δὲ τῆς πολιτικῆς ἐστὶν ἡ σκέψις αὕτη, δῆλον ὅτι γίνοιτ' ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν. περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον, ἀνθρωπίνης δηλονότι. καὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνθρωπίνην, ἀρετὴν δὲ λέγομεν ἀνθρωπίνην, οὐ τὴν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς· καὶ τὴν εὐδαιμονίαν δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν λέγομεν. εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ ψυχήν· ὥσπερ καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα καὶ πᾶν σῶμα καὶ μᾶλλον ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς. καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν. θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς. θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα. τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν, ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς· οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. ταῦτα δὲ πότερον διώρισται, καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια, καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστὶν ἀχώριστα πεφυκότα, καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ

B

C

τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν. τοῦ ἀλόγου δὲ τὸ μὲν ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ· λέγω δὲ τὸ αἴτιον τοῦ τρέφεσθαι, καὶ τοῦ αὔξεσθαι. τὴν τοιαύτην γὰρ δύναμιν τῆς ψυχῆς ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομένοις θείη τις ἄν, καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις· τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην καὶ ἐν τοῖς τελείοις. εὐλογώτερον γὰρ ἢ ἄλλην τινά. ταύτης μὲν οὖν κοινή τις ἀρετή, καὶ οὐκ ἀνθρωπικὴ φαίνεται. δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις ἐνεργεῖν μάλιστα τὸ μόριον τοῦτο, καὶ ἡ δύναμις αὕτη· ὁ δὲ ἀγαθὸς καὶ κακὸς, ἥκιστα διάδηλοι καθ' ὕπνον. ὅθεν φασὶν οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων. συμβαίνει δὲ τοῦτ' εἰκότως. ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς, ᾗ λέγεται σπουδαία καὶ φαύλη. πλὴν εἴ πῃ καὶ μικρὸν διικνοῦνταί τινες τῶν κινήσεων, καὶ ταύτῃ βελτίω γίνεται τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν, ἢ τῶν τυχόντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἅλις. καὶ τὸ θρεπτικὸν ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν. ἔοικε δὴ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς ἄλογος εἶναι, μετέχουσα μέντοι πῃ λόγου. τοῦ γὰρ ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς τὸν λόγον, καὶ τῆς ψυχῆς τὸ λόγον ἔχον ἐπαινοῦμεν. ὀρθῶς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ. φαίνεται δὲ

D

qua conuexa dicitur, & conca[ua]: ad id quod agimus, nih[il] interest. Partis autem ration[is] expertis, alia vis commun[is] est, ac plantarum: eam dic[o] qua caussa est, cur alamur & augeamur. Talem enim vi[m] animi, in iis omnibus qua a[lun]tur, & in fœtibus quis po[nat], eandemque in perfectis. a[ptius] enim est, quam aliam quamuis. Huius itaque com[munis] quadam virtus esse vi[detur], non hominis propria. Nam in somnis hac pars, & hac vis suo munere fungi vide[tur]. Atqui bonus ab improbo in somno minime internoscitur. Hinc negant inter beatos a[c] miseros per dimidiatum vita tempus quicquam interesse. Idque iure ac merito accidit, propterea quod somnus animi est requies, qua ratione bona dicitur vel mala: nisi si quemodo motiones quadam sensim oriantur, eque meliora visa sint proborum, quam quorumlibet. sed hac quidem hactenus satis sint. Alendi etiam vis omittenda est, quandoquidem virtutis hominis expers est. Alia igitur est etiam animi natura rationis expers, qua tamen rationis quodam modo est particeps. Nam & continentis impotentisque rationem, & animi partem, qua rationem habet, laudamus. Recte enim & ad optima inuitat. Constat autem

in iis

in eis & aliquid aliud innatum præter rationē, quod repugnat obsistitq; rationi. Nam plane ut in corpore, si partes dissolutas & dissipatas dextrorsum moueri velimus, contra ad læuam temere feruntur: sic & in animo. trahuntur enim in contraria impotētum appetitiones. Sed in corporibus id quod distrahitur videmus, in animo non videmus. ac fortassis nihilominus existimare debemus inesse quiddam in animo præter rationem, quod ei resistat & repugnet. Quomodo autē ab ea diuersum sit, nihil interest. Hoc autem, ut diximus, rationis videtur esse etiam particeps. Paret enim rationi pars hæc continentis, ac multo etiam magis in temperato & forti, in quibus omnia rationi congruunt. Apparet ergo, vim expertem rationis esse duplicem. Vis enim crescendi, nulla ex parte rationis est particeps: concupiscendi autem & omnino appetendi, quodammodo est particeps, quatenus ei obedit atque paret. Atque ita sane & aliquem dicimus habere rationem patris & amicorum: non autem ut rerū mathematicarum. Nam vim expertem rationis parere quodāmodo rationi & admonitio, et omnis obiurgatio atq; adhortatio indicāt. Quod si confitendū est, hāc quoq; vim compotē esse rationis, duplex vis erit rationis parti-

ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸν λόγον πεφυκὸς, ὃ μάχεταί τε καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ. ἀτεχνῶς γὰρ καθάπερ τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια εἰς τὰ δεξιὰ προαιρουμένων κινῆσαι, τοὐναντίον εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρεται, καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὕτως. ἐπὶ τὰ ἐναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν. ἀλλ᾽ ἐν τοῖς σώμασι μὲν ὁρῶμεν τὸ παραφερόμενον, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ ὁρῶμεν. ἴσως δ᾽ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν τῇ ψυχῇ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον, ἐναντιούμενον τούτῳ καὶ ἀντιβαῖνον. πῶς δ᾽ ἕτερον, οὐδὲν διαφέρει. λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἴπομεν. πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς. ἔτι δ᾽ ἴσως εὐηκοώτερόν ἐστι τὸ τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου. πάντα γὰρ ὁμοφωνεῖ τῷ λόγῳ. φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον διττόν. τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν, μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν οὕτω δὴ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων φαμὲν ἔχειν λόγον, καὶ οὐχ ὥσπερ τῶν μαθηματικῶν, ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις, καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε καὶ παράκλησις. εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν, διττὸν ἔσται καὶ τὸ λόγον ἔχον·

τὸ μὲν κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ, τὸ δὲ ὥσπερ τοῦ πατρὸς ἀκουστικόν τι. διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην. λέγομεν γὰρ αὐτῶν τὰς μὲν διανοητικάς, τὰς δὲ ἠθικάς. σοφίαν μὲν καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν, διανοητικάς· ἐλευθεριότητα δὲ καὶ σωφροσύνην, ἠθικάς. λέγοντες γὰρ περὶ τοῦ ἤθους, οὐ λέγομεν ὅτι σοφὸς, ἢ συνετός· ἀλλ' ὅτι πρᾶος, ἢ σώφρων. ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν κατὰ τὴν ἕξιν· τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς, ἀρετὰς λέγομεν.

E

ceps: alia proprie & in seipsa: alia veluti quis obedit patri. Hoc autem discrimine etiam virtus diuiditur. alias enim virtutes intelligentiæ esse dicimus, alias morales. In intelligentia sunt, sapientia, sagacitas, prudentia: morales, liberalitas & temperantia. De moribus enim loquentes, non sapientem, vel sagacem dicimus: sed clementem vel modestum. sapientem etiam laudamus ob animi habitum: & habitus laudabiles virtutes appellamus.

COMMENTATIONES.

A ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία) Huius postremi capitis duę sunt partes: prima est κατασκευαστικὴ, id est, cōtinet duas propositiones, per quas sibi aditum facit ad insequentem de virtutibus tractationem & explicationem. Altera pars est διαιρετικὴ, id est, continet duas diuisiones, quarum vna est τῆς ψυχῆς, *animi*: cui tanquam subiecto virtutes insunt. Altera est τῆς ἀρετῆς, id est, *ipsius virtutis*. Prima ergo propositio huius capitis est, *Philosopho morali etiam de virtute est considerandum & explicandum.* Probatur duabus rationibus: Prima sumitur a definitione beatitudinis, quæ supra cap. 10. fuit posita: *Sin enim beatitudo est in actione virtutis: Igitur de virtute in hac doctrina quoq; est considerandum, propterea, quod sine ea beatitudo, neq; intelligi, neq; acquiri potest.* Altera ratio sumitur a fine & scopo ciuilis scientiæ, cuius pars est hæc doctrina de moribus. Est autem finis politicæ scientiæ efficere ciues, viros bonos & legibus obsequentes. Hoc autem quia sine virtute fieri non potest, necesse quoque est etiam de virtute in hac doctrina considerare. Quod autem sit hic finis ciuilis scientiæ, probatur exemplo duorum præcipuorum legumlatorum, scilicet Minois apud Cretenses,

Propositio prima huius capitis.

Politicæ scientiæ finis.

& Lycurgi apud Lacedæmonios, & aliorum, qui aliis populis & ciuitatibus leges tulerunt: quorum omnium finis & scopus hic fuit, vt suis legibus excitarent ciues ad studium virtutis, & vt hac ratione efficerentur boni viri, & per consequens etiam beati.

Legum scopus.

Monet autem Aristoteles, se de non quauis virtute velle agere: sed tantum de virtute humana: qua animus hominis perficitur, quoniam hic etiam solum de beatitudine humana inquiritur. Sunt quidem etiam corporis dona & bona: quæ interdum etiam virtutes corporis nominantur, vt est apud Aristotelem *lib. 2. Rhetor.* Cuiusmodi sunt sanitas, forma & pulcritudo, robur, iusta magnitudo & proceritas, sensuum integritas & acumen, membrorum agilitas, pedum velocitas, & his similia alia: sed in istis non consistit hominum beatitudo, quia tales etiam virtutes possunt esse in bestiis, & quidem in aliquibus sunt perfectiores, quam in hominibus.

B εἰ δὲ ζῶντι οὕτως) Hæc est altera propositio primæ partis huius capitis: *Philosopho morali etiam quadam de animo sunt consideranda.*

Propositio II.

Ratio propositionis, quia animus est subiectum virtutum moralium, rationis declaratio sumitur ab exemplo simili ex arte medica.

Quemadmodum medicus, qui vult oculum aut aliud aliquod membrum curare, debet prius oculi aut membri eius, quod curare vult cognitionem habere: ita etiam Philosophus moralis, qui est quasi animi medicus, debet aliquam quoque animi cognitionem habere, non quidam exquisitam illam & perfectam, qua pertinet ad physicum & metaphysicum: sed talem qua ad præsentem de virtutibus moralibus tractationem intelligendam est necessaria. Itaque *generalia tantum hoc loco de animo sunt dicenda, quatenus nimirum sufficiunt ad virtutum diuisionem intelligendam.*

Monet præterea Aristoteles reliqua, quæ de animo & eius potentiis & facultatibus dici possunt ab aliis esse petenda. Multa etiam de ea re in libris exotericis, id est, in iis scriptis, quæ passim quasi in omnium manibus versantur. Nam duo, vt Cicero ait in libro quinto de finibus, extiterunt scriptorum genera,

E

τὸ μὲν κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ, τὸ δ' ὥσπερ τοῦ πατρὸς ἀκουστικόν τι. διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην. λέγομεν γὰρ αὐτῶν τὰς μὲν διανοητικὰς. τὰς δὲ ἠθικάς. σοφίαν μὲν καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν, διανοητικάς· ἐλευθεριότητα δὴ καὶ σωφροσύνην, ἠθικάς. λέγοντες γὰρ περὶ τοῦ ἤθους, οὐ λέγομεν ὅτι σοφὸς, ἢ συνετός· ἀλλ' ὅτι πρᾶος, ἢ σώφρων. ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν κατὰ τὴν ἕξιν· τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς, ἀρετὰς λέγομεν.

ceps: alia proprie & in seipsa: alia veluti quis obedit patri. Hoc autem discrimine etiam virtus diuiditur. alias enim virtutes intelligentiæ esse dicimus, alias morales. In intelligentia sunt, sapientia, sagacitas, prudentia: morales, liberalitas & temperantia. De moribus enim loquentes, non sapientem, vel sagacem dicimus: sed clementem vel modestum. sapientem etiam laudamus ob animi habitum: & habitus laudabiles virtutes appellamus.

COMMENTATIONES.

A *ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία)* Huius postremi capitis duę sunt partes: prima est *κατασκευαστική*, id est, cõtinet duas propositiones, per quas sibi aditum facit ad insequentem de virtutibus tractationem & explicationem. Altera pars est *διαιρετική*, id est, continet duas diuisiones, quarum vna est τῆς ψυχῆς, *animi*: cui tanquam subiecto virtutes insunt. Altera est τῆς ἀρετῆς, id est, *ipsius virtutis*. Prima ergo propositio huius capitis est, *Philosopho morali etiam de virtute est considerandum & explicandum*. Probatur duabus rationibus: Prima sumitur a definitione beatitudinis, quæ supra cap. 10. fuit posita: *Sin enim beatitudo est in actione virtutis*: Igitur *de virtute in hac doctrina quoq; est considerandum, propterea, quod sine ea beatitudo, neq; intelligi, neq; acquiri potest.* Altera ratio sumitur a fine & scopo ciuilis scientiæ, cuius pars est hæc doctrina de moribus. Est autem finis politicæ scientiæ efficere ciues, viros bonos & legibus obsequentes. Hoc autem quia sine virtute fieri non potest, necesse quoque est etiam de virtute in hac doctrina considerare. Quod autem sit hic finis ciuilis scientiæ, probatur exemplo duorum præcipuorum legumlatorum, scilicet Minois apud Cretenses, & Ly-

Propositio prima huius capitis.

Politicæ scientiæ finis.

& Lycurgi apud Lacedæmonios, & aliorum, qui aliis populis & ciuitatibus leges tulerunt: quorum omnium finis & scopus hic fuit, vt suis legibus excitarent ciues ad studium virtutis, & vt hac ratione efficerentur boni viri, & per consequens etiam beati.

Legum scopus.

Monet autem Aristoteles, se de non quauis virtute velle agere: sed tantum de virtute humana: qua animus hominis perficitur, quoniam hic etiam solum de beatitudine humana inquiritur. Sunt quidem etiam corporis dona & bona: quæ interdum etiam virtutes corporis nominantur, vt est apud Aristotelem *lib. 2. Rhetor.* Cuiusmodi sunt sanitas, forma & pulcritudo, robur, iusta magnitudo & proceritas, sensuum integritas & acumen, membrorum agilitas, pedum velocitas, & his similia alia: sed in istis non consistit hominum beatitudo, quia tales etiam virtutes possunt esse in bestiis, & quidem in aliquibus sunt perfectiores, quam in hominibus.

B εἰ δὲ ζῶμεν οὕτως) Hæc est altera propositio primæ partis huius capitis: *Philosopho morali etiam quadam de animo sunt consideranda.*

Propositio II.

Ratio propositionis, quia animus est subiectum virtutum moralium, rationis declaratio sumitur ab exemplo simili ex arte medica.

Quemadmodum medicus, qui vult oculum aut aliud aliquod membrum curare, debet prius oculi aut membri eius, quod curare vult cognitionem habere: ita etiam Philosophus moralis, qui est quasi animi medicus, debet aliquam quoque animi cognitionem habere, non quidam exquisitam illam & perfectam, qua pertinet ad physicum & metaphysicum: sed talem qua ad præsentem de virtutibus moralibus tractationem intelligendam est necessaria. Itaque *generalia tantum hoc loco de animo sunt dicenda, quatenus nimirum sufficiunt ad virtutum diuisionem intelligendam.*

Monet præterea Aristoteles reliqua, quæ de animo & eius potentiis & facultatibus dici possunt ab aliis esse petenda. Multa etiam de ea re in libris exotericis, id est, in iis scriptis, quæ passim quasi in omnium manibus versantur. Nam duo, vt Cicero ait in libro quinto de finibus, extiterunt scriptorum genera,

Aristotelis scriptorum duo genera. vnum, quod nominabatur ἐξωτερικὸν, id est, *vulgare & quasi populari more scriptum*, quod a quibusuis etiam mediocriter doctis poterat intelligi: alterum autem fuit dictum ἀκροαματικὸν, quod, vt Cicero dicit, erat limatius, id est, subtilius, & accuratius scriptum, quod non nisi a valde doctis, & in schola Aristotelica versatis poterat intelligi. De quo duplici scriptorum Aristotelicorum genere etiam Gellius meminit *lib.20.cap.4.*

Pars Cap. II. C. οἷον τὸ μὲν ἄλογον.) Est altera pars capitis, continens duas diuisiones, quarum prima est animi: altera virtutis. Quod ad animi diuisionem attinet, monet Aristoteles, animum impropriè in partes posse diuidi, quia omnis partitio seu diuisio propriè fit ratione quantitatis alicuius corporis, quod habet aliquam magnitudinem: animus autem neq; corpus, neq; habet magnitudinem: proinde etiam non potest in partes diuidi, quæ inter se sunt seiunctæ: quemadmodum corpus aliquod in partes diuersas, quæ a se mutuo separari possunt, secatur. Itaque anima tantum distinguitur τῷ λόγῳ, ratione quadam & respectu: ita vt ipsa essentia animi maneat vna & indiuulsa, sed statuantur eius diuersæ vires, potentiæ aut facultates, quæ postea impropriè dicuntur partes animi.

Animus in partes diuidi nō potest.

Distinguitur λόγῳ saltem.

Vt circuli duæ partes: ita & animi. Atque hoc declarat Aristoteles exemplo circuli, cuius vna tantum est linea, quæ dicitur circumferentia: duæ tamen dicuntur esse eius partes: vna concaua, κοιλὴ, interior scilicet pars, quæ respicit centrum: altera nominatur conuexa, κυρτὴ, exterior, quæ respicit ea, quæ sunt extra circulum: ita quoque animi dicuntur esse diuersæ partes, non quod reuera animus possit in diuersas partes secari: manet enim vnus idemque animus: sed quia diuersas habet potentias. Sunt autem duæ præcipuæ partes siue potentiæ animi, quarum vna dicitur λογικὴ *rationalis*, qua intelligimus & ratiocinamur, atque hæc est in solo homine: altera irrationalis, qua viuimus, sentimus, afficimur & mouemur, quæ potentia homini communis est partim cum stirpibus & plantis, partim cum aliis brutis animantibus. Hæc autem potentia irrationalis rursum est duplex. Vel enim omnino nihil habet commune cum ratione, & nominatur vegetatiua φυσικὴ, qua scilicet nutrimur & alimur. Hæc autem omnino

Potentia animi duæ.

Rationalis.

Irrationalis.

non

non pertinet ad hanc doctrinam, quæ est de moribus & virtutibus, quia nullius virtutis est capax, nec potest aliqua ratione regi aut institui. Præterea eius operationes communes sunt omnibus stirpibus & animalibus. Denique eius operationes maxime vigent in somno, in quo quiescunt reliquæ actiones, propter quas homo potest bonus vel malus, beatus vel miser dici. Vnde etiam vulgo dicitur, quod beatus a misero per dimidium vitæ tempus fere nihil differat, quoniam vterque dum dormit, neque beatitudinem, neque miseriam suam potest sentire. Vel habet hæc anima irrationalis aliquid commune cum ratione, quatenus potest nimirum ratione regi & ei obtemperare: atque hæc pars siue potentia animi proprie ad hanc doctrinam pertinet: nam præcipitur in hac doctrina, quo pacto affectus & cupiditates regi debeant, vt rectæ rationi obtemperent, & ne bestiarum more ad quæuis obuia sine ratione ferantur.

D. ἔοικε δὴ καὶ ἄλλη.) Quæ in hoc loco habentur, pertinent ad alteram animæ irrationalis partem, quam diximus aliquo modo etiam rationis esse participem: etiamsi sua natura, & per se sit ratione destituta. In hac autem parte siue potentia animæ sunt ira, cupiditas, & alii affectus, in quibus moderandis & regendis, ne modum excedant, tota doctrina de moribus versatur. Dicitur autem ideo aliquo modo rationis esse particeps, quia potest ratione regi & gubernari, vt ei obtemperet: alioquin per se esset irrationalis, qui rationi aduersatur & repugnat. Quomodo autem hoc se habeat, Aristoteles quatuor exemplis declarat. Primum exemplum est de homine continente. Ratio est infirmior, & vincitur ab appetitu, ita vt agat ea, quæ tamen ratio suadebat non esse agenda: quemadmodum etiam Medea apud Ouidium lib. 7. Metamorph. conqueritur, quod inuita aliud fecerit, quam mens & ratio ei suaserat: sic enim loquitur: I.

Sed trahit inuitam noua vis, aliudq; cupido,
Mens aliud suadet, video meliora proboq;
Deteriora sequor.

Alterum argumentum seu exemplum habet similitudi- II.

nem, qua ostenditur, quo pacto appetitus, licet sit sua natura irrationalis, tamen aliquo modo possit dici rationalis: *quemadmodum* (inquit) *filius, qui obtemperat bonis rationibus & admonitionibus sui patris, dicitur quodammodo habere rationem patris, non quod reuera ratio patris ei insit: sed quia secundum eam rationem, quam pater praescripsit, agit & viuit: ita etiam appetitus in homine dicitur aliquo modo esse rationalis, non quod sua natura talis sit: sed quia rationi obtemperat.* Eodem modo etiam intelligendum alterum simile de amico, *qui obtemperat bonis consiliis, dicitur amici consilium & rationem habere*, tale etiam potest dici de corpore lunae: nam dicitur quidem esse corpus luminosum, non quod proprium lumen habeat: sed quia a Sole illustratur, & lumen suum accipit.

III. Tertium exemplum est de homine temperante, forti vel iusto, id est, *de viro bono, in cuius animo virtutes egerunt radices: in eo enim appetitus plane non auersatur rationi nostrae, & vltro & lubens ei obtemperat, & propterea non immerito dicitur aliquo modo esse rationalis.*

IV. Quartum exemplum sumitur a membris paralyticis, id est, resolutis & laxatis: *quemadmodum enim illa membra repugnant voluntati hominis paralytici: nam in contrariam partem, quam homo velit, mouentur, veluti, si incipiat manum admouere ori, aut pedem in dextram partem collocare, membra haec resistunt huic motui: ita non potest ea sic mouere, quemadmodum vult, eodem modo se res habet in animo hominis incontinentis, & prope in omnibus hominibus, vt quae suadet recta ratio tanquam honesta, eadem appetitus dissuadeat, vt cum recta ratio suadet: voluptatibus esse indulgendum, quia sunt suaues & iucunda, adeo vt sit fere perpetua pugna, & contrarii motus non possint oculis videri, quemadmodum videmus in membris corporis hominis paralytici, quod non possit pro sua voluptate membra mouere in eam partem, quam velit*: tamen, inquit Aristoteles, vnumquemque hominem, si seipsum & animum suum diligenter velit examinare, posse animaduertere etiam in

seipso

seipso hanc pugnam & diffidentiam. Imo etiam ipse Apostolus Paulus de hac pugna conqueritur in Epistolis ad Romanos 7. cap. cum ait: *Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuum me reddentem legi peccati, quæ est in membris meis.* Atque hoc est primum argumentum, quo Aristoteles ostendit, quo pacto appetitus hominis, licet sua natura sit irrationalis, tamen possint aliquo modo rationalis dici: quatenus scilicet ratione potest regi, si diligentia aliqua potest adhiberi. Alterum argumentum, quo idem probat, sumitur a finali caussa & effectu bonarum admonitionum atque obiurgationum, quæ in eum finem fiunt, vt per eas homines mali & improbi corrigantur & emendentur: alioquin enim, si appetitus non possit ratione regi: frustra omnes illæ cohortationes & obiurgationes susciperentur. Quia autem videmus per quotidianam experientiam, multos per eiusmodi admonitiones meliores esse effectos, & a vitiis, quibus laborant, ad virtutem pertractos, atque in meliorem vitam reuocatos: indicium est, appetitum, licet sua natura irrationalis sit, tamen rationis imperium admittere, si modo homo velit aures obsequentes præbere.

Argumentum.

E. διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετή.) Altera diuisio huius capitis pertinet ad ipsam virtutem: eam autem diuidit secundum potentias animi, de quibus dictum est. Quemadmodum enim duæ sunt præcipuæ partes siue potentiæ animi humani: vna, rationalis: altera, irrationalis. Ita quoque duplices sunt virtutes: quædam enim perficiunt animum rationalem, & nominantur διανοητικαί, id est, *intellectuales*: a Cicerone vocantur *virtutes rationis*: atque earum sunt quinque: *Scientia, ars, prudentia, sapientia, & intellectus*: quædam vero perficiunt animum irrationalem, & vocantur ἠθικαί, id est, *morales*, Cicero vocat *voluntarias*, quia coniunctam habent voluntatem. Earum vndecim ponuntur in sequentibus libris: *Fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, modestia circa honores, mansuetudo, veritas, comitas, vrbanitas, affabilitas, & iustitia.* Dicuntur autem morales virtutes, quia mores hominum

Virtutes duplices rationales, quorum sunt 5.

Irrationales sunt 11.

Virtutes morales unde dictæ.

informant, & secundum eas etiam mores hominum solent æstimari, & commendari: propterea etiam virtutes intellectuales laudem merentur: unde quoque recte, inter virtutes numerantur, quia, ut Aristoteles dicit, *Laus est proprium consequens virtutis.* Itaque si laus competit habitibus intellectualibus, ut sapientiæ, prudentiæ, arti & scientiæ, etiam eis competit nomen virtutis.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. II.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων Βιβλίον β′.

ΚΕΦΑΛ. α′.

Διττῆς δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης, τῆς μὲν διανοητικῆς, τῆς δὲ ἠθικῆς. ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖστον ἐκ διδασκαλίας ἔχει, καὶ τὴν γένεσιν, καὶ τὴν αὔξησιν. διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου· ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται· ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε μικρὸν παρεγκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους. ἐξ οὗ καὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲ μία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται. οὐδὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται· οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος, οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις ἄνω ῥιπτῶν. οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων ἄλλως ἂν ἐθι-

CAP. I.

Sed cum duplex virtus sit, altera in intelligendo posita, altera moralis: quæ in intelligẽdo versatur, magna ex parte a doctrina ortum accessionẽque habet: itaque & exercitationis indiget, & tẽporis: moralis more, a quo nomen paululum deflexũ duxit, omnino comparatur. Ex quo perspicuum est, nullam omnino moraliũ virtutum ingenerari nobis natura. nihil enim eorum, quæ sunt insita natura, aliter atque est assuescit: ut lapis qui suapte sponte deorsum fertur, nũquam in sublime ferri assuescat, ne si millies quidẽ eũ quis sursum emittens consuefaciat: nec ignis deorsum, nec aliud quicquam eorũ quæ aliter natura solent, aliter possit assuescere

scere. Non igitur a natura, neque absque natura insunt virtutes in nobis, sed natis factisque ad eas percipiendas, & perfectis consuetudine. Iam vero quæ nobis a natura tributa sunt, eorum facultates prius accipimus, tum postea actiones e dimus. Quod in sensibus cernere licet. Neque enim ex eo, quod crebro aut aspeximus, aut audiuimus, sensus accepimus: sed contra eorum iam compotes, vsi sumus: non vsi, percepimus. At vero virtutes accepimus, operibus prius editis, quemadmodum & in ceteris fit artibus. Quæ enim facienda sunt discentibus, ea facientes discimus: ...aliuti homines architecti existunt, cum ædificant: & citharœdi, cum cithara canunt. ...militer & iusti efficimur, res ...stas facientes: & temperan...s, temperata: & fortes, fortia. ...t qz etiam testimonio est, quod in rebuspubl. in quibus legis...ores consuetudine ciues bo... efficiunt. Est enim hæc cu...que legislatoris voluntas. ...od qui minus recte faciunt, ...rrant: atque hac vna re ...ub. reipublica præstat, vitio...ene constituta. Iam ex iis... rebus & per easdem oritur ...tus omnis, & interit. Itidem & ars. Nam ex fidium vsu ...oni & mali citharœdi ex...nt. eadem est ratio architectorum.

θείη. οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί· ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους. ἔτι ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα· ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν. ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι, τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν· ἀλλ' ἀνάπαλιν ἔχοντες ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι ἔσχομεν. τὰς δ' ἀρετὰς λαμβάνομεν ἐνεργήσαντες πρότερον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν· οἷον οἰκοδομοῦντες, οἰκοδόμοι γίνονται· καὶ κιθαρίζοντες, κιθαρισταί. οὕτω δὴ καὶ τὰ μὲν δίκαια πράττοντες, δίκαιοι γινόμεθα· τὰ δὲ σώφρονα, σώφρονες· τὰ δ' ἀνδρεῖα, ἀνδρεῖοι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν. οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες, ποιοῦσιν ἀγαθούς. καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἐστίν· ὅσοι δὲ μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἁμαρτάνουσι· καὶ διαφέρει τούτῳ πολιτεία πολιτείας, ἀγαθὴ φαύλης. ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ φθείρεται, ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη. ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν καὶ ἀγαθοί, καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί. ἀνάλογον δὲ καὶ οἱ οἰκοδό-

B C D H

μοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν, ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται· ἐκ δὲ τοῦ κακῶς, κακοί. εἰ γὰρ μὴ οὕτως εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος, ἀλλὰ πάντες ἂν ἐγίνοντο ἀγαθοὶ, ἢ κακοί. οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει. πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, γινόμεθα οἱ μὲν δίκαιοι, οἱ δὲ ἄδικοι. πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἐθιζόμενοι φοβεῖσθαι ἢ θαρρεῖν, οἱ μὲν ἀνδρεῖοι, οἱ δὲ δειλοί. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς. οἱ μὲν γὰρ σώφρονες καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δὲ ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι. οἱ μὲν, ἐκ τοῦ οὑτωσί ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι· οἱ δὲ, ἐκ τοῦ οὑτωσί. καὶ ἑνὶ δὴ λόγῳ, ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται. διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι. κατὰ γὰρ τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν αἱ ἕξεις. οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ, τὸ πᾶν.

ctorum, reliquorumq; omnium. Nam scite & bene ædificando boni architecti futuri sunt: inscite, mali. Quod ni ita se haberet, doctore nihil opus esset: verũ omnes boni aut mali nascerentur: itaq; in virtutibus se res habet. Nam ea facientes, quæ pactis cum hominibus cõtinentur, alii iusti, alii iniusti efficimur. Et pericula perferentes, assuescẽtesq; aut perterrefieri, aut confidere, nonnulli fortes, quidã timidi existimus. Eodemq; modo de cupiditatibus & iracundiis res habet. quoniã alii temperantes & clementes, plerique intẽperati & iracundi efficiuntur: hi, quia sic: illi, quia secus in iisdem versentur. Atq; ut uno verbo finiam, ex sui similibus actionibus habitus oriuntur. Itaq; cuiusdam modi eadẽ sunt actiones, quãdoquidem earum differentias habitus cõsequuntur. Non igitur parui, sed magnopere, atq; adeo in totum refert, vtrum sic, an secus statim a puero assuescamus.

COMMENTATIONES.

Transitio. Posteaquam in præcedenti libro Aristoteles ostendit, quis sit principalis finis humanarũ actionum, ad quem homo in ciuili vita præcipue debet respicere, vt eũ possit consequi: atq; illũ finem definitione explicasset: iam vlterius progreditur & ostẽdere vult, quibus mediis ad illum finem sit perueniendum. Est ergo hęc altera pars de moribus, nempe de ipsa virtute & virtutum actionibus, quibus vltimus finis; summum nimirum huius vitæ bonum, nempe politica & ciuilis beatitudo, cõparatur. Sunt autẽ huius

huius libri 5. partes: Prima est de caussa efficiẽte virtutis, quomodo nimirum ea sit comparãda: altera de obiecto seu materia, circa quam virtus versatur. Tertia est de forma, i. de definitione virtutis. Quarta cõtinet diuisionem & catalogum seu enumerationem virtutum moralium, vna cum extremis earũ & contrariis vitiis. Quinta & extrema est, quæ continet quæstionem de mediocritate, quæ est quasi natura & essentia omnis virtutis, sine qua nulla virtus existere põt. Quæstio huius cap. est de caussa efficiẽte virtutis, *Vtrum virtus a natura hominibus sit ingenerata, an vero possit comparari doctrina, aut & assuefactione.* In hac quęstione notandũ est, Arist. non plenam ponere caussarum efficiẽtium enumerationem. Nam de Deo, qui est vniuersalis & principalis caussa omniũ bonorum, etiam minimorum, nemini dubium esse potest, quin etiam is sit principalis caussa virtutũ, sicut in præced. lib. de beat. dictũ est. Quod vero ad fortunã & casum attinet, qui tantum sunt caussæ per accidens, & inter oẽs caussas infimum locum habent, tanquam ignobilissimæ caussæ, ideo etiã in hac quæst. ab Arist. sunt omissæ. Esset enim valde absurdum, fortunæ & casui attribuere virtutem, rem præstantissimam. Itaq; Arist. recte tres tantummodo caussas enumerauit, de quib. hoc loco quæri põt, *Vtrum virtus illa adscribenda sit.* Naturam sc. deorum seu artem, tertio vsum & assuefactionem. Quemadmodum autem quæstio triũ est partium: ita ẽt responsio totidem est partium, desumta ex virtutũ distinctione, quæ in fine præcedẽtis libri fuit posita. Summa aũt responsionis hęc est, *Nulla virtus moralis natura hominibus est insita: virtutes autem intellectuales maiore ex parte comparãtur doctrina: morales vero virtutes comparantur vsu & assuefactione.* Hanc postremam partem confirmat Arist. responsionis: primo loco ex Etymologia. Nam, inquit, *Virtutes morales a Græcis ἠθικαὶ nominãtur, ἀπὸ τοῦ ἔθους, a consuetudine & assuefactione: tantũ mutata vocali breui ε in vocalẽ η longam.* Nã vocabulum ἔθος significat cõsuetudinem & assuefactionem. Vnde etiam est verbum ἐθίζω, *assuefacio:* quod vero in altera parte respõsionis dicitur, virtutes intellectuales maiore ex parte cõparari doctrina: hæc particula ideo adiecta est, quia ad illas virtutes cõparandas

Quinque partes huius libri. 1. 2. 3. 4. 5.

Quæstio huius capitis.

Argumentum.

sola doctrina non sufficit: sed requiritur etiam vsus & experientia: item ingenii acumen, bona memoria, docilitas, & aliæ similes naturæ dotes, quas Cicero lib. 5. de finib. nominat virtutes naturæ.

A Οὐδὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων) Hæc est altera & præcipua huius capitis pars, in qua probat, primam partem responsionis, in qua dictum fuit, nullam moralem virtutem natura nobis esse insitam. Probat autem id quatuor argumentis. Primum sumitur a natura & proprietate rerum naturalium hoc modo, *Quæ natura nobis insunt, ea nulla assuefactione possunt mutari, vt aliter sese habeãt: Sed mores & virtutes possunt assuefactione mutari, interdum enim meliores fiunt: interdum etiam corrũpuntur & fiunt deteriores: Igitur morales virtutes non insunt a natura.*

Quatuor argumenta.

1.

Maioris declaratio.

Maior propositio declaratur ab Aristotele duobus exemplis per inductionem: vnum est de lapide, cuius naturalis motus est, vt propter grauitatem suam, sua sponte semper deorsum feratur, quem motum nunquam amittit, nisi vis externa ei afferatur, & quanquam quis conaretur eum assuefacere: sæpius sursum iaciendo, vt sua sponte sursum feratur: tamẽ nunquam poterit illud consequi. Alterum exemplum est de igni, cuius natura est, vt propter leuitatem semper sua sponte sursum feratur: ita etiam sua natura est lucere, exurere, quam vim & naturam nunquam amittit: sed semper retinet: potest quidem interdum natura externa aliqua vi impediri in suis actionibus: sed tamen non propterea suas proprietates & vires amittit, vt Horatius *De natura lib. 1. Epistol.* ait,

Naturam expellas furca, tamen vsq; recurrit:
Et male perrumpit vestigia victrix.

Et Iuuenalis Sat. 13. ait,

Tamen ad mores natura recurrit
Damnatos fixa & mutari nescia.

Sed hoc loco quærat aliquis, *Si virtus moralis non sit insita hominibus a natura: vtrum igitur sit contra naturam?* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles: Etiamsi habitus virtutis non insit nobis a natura, tamen non propterea ipsa virtus, non est contra naturam, imo naturæ maxime consentanea. Nam natura tribuit quandam

im-

ἐπιτηδειότητα, id est, *aptitudinem*, ad virtutem comparandam, & adiuuat in nobis virtutis studium & acquisitionem. Nam natura tribuit homini mentem & rationem, qua potest intelligere virtutis excellentiam & præstantiam. item qua potest intelligere & discernere bona & mala, honesta & turpia: tribuit etiam homini affectus, quibus mouetur & impellitur ad persequenda honesta, vtilia & bona, & ad fugienda turpia & mala, imo vt Cicero inquit lib. 5. de finib. *Natura dedit homini quosdam igniculos & semina virtutum, quæ sunt quasi principia & fundamenta earum*: de quibus etiam ait lib. 1. Offic. vbi etiam ostendit, quinam sint naturales fontes iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis & temperantiæ.

II. Arg.

B Ἐν ὅσοις μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται) Hoc est alterum argumentum, quo probatur, *Virtutes morales non à natura nobis esse insitas.* Sumitur autem ex loco antecedentium & consequentium, siue ex ordine priorum & posteriorum in rebus naturalibus. Argumentum est tale, *Quæ natura nobis insunt, ea ita se habent, vt eorum δυνάμεις, potentiæ & facultates prius nobis adsint, quam eorum ἐνέργειαι ἢ πράξεις*, id est, *operationes & actiones: nam vt Physici aiunt: Semper potentia in rebus naturalibus antecedit actum: in virtutibus autem moralibus contrario modo se res habet. Nam earum actiones antecedunt ipsum habitũ, quia ex crebris actionibus habitus gignuntur.* Ergo *virtutes morales non natura nobis insunt.* Maiorem propositionem declarat Arist. exemplo sensuum, quorum potẽtiæ prius nobis insunt, quam ipsæ actiones, exempli gratia: Infans simul ac in lucem editur, habet potẽtiam in instrumenta sensuum, etiamsi nondum possit statim actiones sensuum exercere. Minor propositio declaratur ab exemplo in inductione, exemplorum habituum, intellectualium & moralium: quo ostendit, habitus tam intellectuales, vt sunt artes, scientiæ, prudentia, sapientia, quam morales, vt sunt iustitia, fortitudo, temperantia, & reliquæ virtutes, omnes, inquam, illos habitus comparari & cõfirmari crebris actionibus, adeo vt necesse sit, ipsas actiones præcedere, antequam existant habitus. Exempli gratia, *Qui habitum eloquentiæ comparare vult, eum necesse est, prius frequenter sese exercere in scribendo: ita qui habitum artis*

Maioris declaratio.

Minoris declaratio.

musica, arithmetica, dialectica, aut alterius alicuius artis sibi acquirere velit, eum necesse est prius sese vel canendo, vel numerando, vel disputando exercere. Idem ordo etiam in artibus mechanicis seruari debet, vt qui vult fieri bonus ædificator, debet sæpius se exercere in ædificando, qui bonus vult fieri pictor, sæpius se debet exercere pingendo, & sic de ceteris iudicandum est. Vnde est etiam vulgatum illud dictum, quod etiam verissimum est, quod dici solet, *Vsus facit artem.* Atque hęc de habitibus intellectualibus: similis ratio ęst in habitib. moralibus. Nam qui velit comparare sibi habitum iustitiæ, is debet frequenter se exercere in actionibus iustis. Sic, qui sæpe fortiter agit aut liberaliter, aut temperanter, ex eiusmodi actionibus sibi tantum comparat habitum fortitudinis, liberalitatis & temperantiæ. Itaque in habitibus istis cōtrariis alius est ordo, quā sit in rebus. Nam in naturalibus potentiæ sunt priores actionibus: in moralibus vero habitibus, & aliis virtutibus actiones sunt priores ipsis habitibus.

III. Arg.

C μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον) Tertium argumentum sumtum a caussa finali legum. *Quæ natura nobis insunt, de iis acquirendis non necesse est leges ferre: Sed de acquirendis virtutibus & moribus necesse fuit leges ferre.* Ergo *virtutes non insunt nobis a natura.* Maior per se est nota. Minor probatur a fine seu scopo legumlatorum: hi enim in legibus suis præcipue hoc spectant, vt ciues suos efficiant viros bonos & virtutis studiosos. Quemadmodum Cicero lib. I. de legibus, ait: *Legem oportet esse emendatricem vitiorum & commendatricem virtutum.* Et Plato lib. 5. de legibus, ait: ὑπόθεσιν τῶν νόμων, *fundamentum legum eo respicit, vt ciues sint quam beatissimi, & maxime inter se amici.* Qui enim hunc scopum sibi non habent propositum, hi male faciunt, & non sunt pro veris legumlatoribus habendi. Imo in hac ipsa re, bona resp. differt a vitiosa. Nam ea dicitur bona respub. in qua leges ad hunc scopum & finem spectant, vt nimirum ciues ex virtute viuant & agant. Vitiosa autem & mala respubl. dicitur, in qua leges non ad hunc finem sunt directæ, sed aliud quoddam spectant, velut i *liberationem, potentiam, opes & diuitias, honores.* Itaque Aristoteles in libro septimo Politi-

Legum scopus.

Respublica bona qua.

Politicorum ait, *Fundamentum ciuitatis est vita optima, quæ coniuncta est cum virtute, & cui etiam tantum adest, vt ex virtute agere possit.* Quibus verbis duo præcipue requirit ad constituendam bonam rempublicam, nempe virtutem, quæ sola efficit ciues & viros bonos, & bona quoque externa, quæ sunt tanquam instrumenta bonæ reipublicæ, quia sine ea ciues non possunt ad felicitatem, quæ est finis politicæ scientiæ peruenire. Vnde Cicero lib. 2. de leg. ait, *Ad salutem ciuium, & ciuitatum incolumitatem, vitamque hominum quietam & beatam condita sunt leges.*

D ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ διὰ τῶν, &c.) Quartum hoc est argumentum, quo probatur, habitus virtutum moralium, non a natura nobis inesse: desumtum autem ex loco caussarum efficientium & corrumpentium: & constat [illegible] syllogismo: *Qui ex iisdem & per eadem generantur & corrumpuntur, ea non sunt a natura:* Sed *habitus virtutum moralium ex iisdem, & per eadem generantur & corrumpuntur.* Igitur *habitus virtutum non a natura hominibus insunt.* Maior propositio ab Arist. non ponitur. Est [illegible] item nota & manifesta ex doctrina Physica. Nam in rebus naturalibus res ita se habet, vt ea quæ sunt caussæ generantes, non etiam possunt esse caussæ corruptionis: nam generatio & corruptio sunt contrarii effectus, qui non possunt ab vna eadémque caussa naturaliter proficisci. Nam [in r]ebus naturalibus contrariorum effectuum contrariæ [eti]am sunt caussæ. Et Arist. etiam lib. 2. de ortu & inter. c. [illegible] ait, *Idem eodem modo se habens, in rebus naturalib. semper idem producit.* Minor propositio, in qua dicitur, habitus virtutum ex aliis, & per eadem generari & corrumpi, intelligenda est de actionibus. Nã ex crebris actionibus, [si b]onæ sunt generantur boni habitus, & corrũpuntur [mal]i habitus: rursum si actiones illæ sunt malæ, generantur etiam inde mali habitus, & corrũpuntur boni ha[bitus]. Quod Aristo. declarat hoc loco pluribus exemplis [de ha]bitibus tam intellectualibus, quam moralibus. Vt [ex] bene scribendo, pingendo, canendo, ædificando, [ita]do efficitur aliquis bonus scriba, bonus pictor, [bonu]s musicus, ædificator aut textor. Eodem modo se [ql]oque habet in habitibus moralibus virtutum &

IV. Arg.

vitiorum. Nam sæpe agendo ea, quæ sunt iusta, temperata, fortia, liberalia, acquiritur habitus iustitiæ, temperantiæ & fortitudinis. Contra, qui vero, crebro agunt ea quæ sunt iniusta, intemperata; inde etiam sibi contrahunt habitum iniustitiæ & intemperantiæ: quales enim sunt actiones, circa quas crebro versamur, tales etiam inde generantur habitus. Atque hoc confirmat Aristoteles a contrario: Nam, inquit, si habitus a natura nobis inesset, tum non opus esset doctoribus atque magistris, qui nos docerent artes & disciplinas: nam homines nascerentur docti atque artificiales seu artifices: ita etiam si habitus virtutum moralium a natura nobis inesset, nulla opus esset institutione & doctrina, nullis opus esset legibus, quæ nos ad actiones virtutum adhortantur, & assuefaciunt, sed omnes nascerentur boni. Cum igitur habitus tam boni, quam mali virtutum officiorum generentur ex ipsis actionibus, in quibus versamur. Monet Aristoteles, vnumquemque debere diligenter considerare, quid & qualia agat, quibus & qualibus actionibus se assuefaciat. Nam quales ipsæ sunt, talis etiam ipse paulatim euadet, vel bonus vel malus, prout ipsæ actiones, in quibus versatur. Vnde Quintilianus lib. 1. monet adolescentes, vt perpetuo illud Virgilianum dictum in ore habeant, quod est lib. 2. Georgicorum, vbi ait,

Adeo in teneris consuescere multum est.

Et vt Horatianum illud,

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

Hinc etiam factum est, vt consuetudo dicatur quasi altera natura, quod ipsum testatur quotidiana experientia, qua videmus interdum etiam bonos adolescentes paulatim corrumpi, & deteriores fieri, & quodammodo sibi ipsis dissimiles, tantum propter quotidianam conuersationem malorum, & propter malas actiones, in quibus versantur: ita vt paulatim induant, quasi alios mores, & inscii quodammodo efficiantur mali.

CAP.

CAP. 2.

QVoniam igitur hoc negotium susceptum non est contemplationis caussa, vt cetera (spectamus enim non vt quid virtus sit, intelligamus, sed vt boni efficiamur, alioqui vsus eius nullus foret) quæ ad actiones pertinent necesse est consideremus, quemadmodum gerenda sunt. In iis enim situm est, quemadmodum diximus, vt habitus cuiusdammodi fiãt. rectæ ergo rationi conuenienter agere commune est, idq; ponatur: de quo disseretur posterius, & quid sit recta ratio, & quemadmodum affecta sit ad reliquas virtutes. Illud autẽ prius conueniat, omnem de rebus agendis orationem debere populariter, non accurate haberi, vt & initio diximus, quod rationes pro re subiecta exigẽda sunt. Vt autem in rebus salubribus, sic in rebus ad actiones pertinentibus, & in vtilibus nihil inest firmitatis. Cumque eiusmodi sit quæ de genere toto habetur oratio, multo etiam minus limata est, quæ de rebus singulis habetur: quoniam nec sub artem, nec sub præceptionem vllam cadunt. Sed vt in medicina & gubernatoris arte, sic iis semper qui in actione rerum versantur, temporis habẽda ratio est. Verum cum eiusmodi sit præsens disputatio, danda opera est, vt opem feramus. Hoc igi-

ΚΕΦΑΛ. β'.

A Ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι· (οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ, σκεπτόμεθα· ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα· ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς) ἀναγκαῖόν ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς. αὗται γάρ εἰσι κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, κοινὸν, καὶ ὑποκείσθω. ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, B ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος, τύπῳ, καὶ οὐκ ἀκριβῶς, ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν, ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι. τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα, οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος, οὐκ ἔχει τἀκριβές. οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην, οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει. δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας, τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει καὶ τῆς κυβερνητικῆς. ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου, πειρατέον βοηθεῖν. πρῶτον οὖν C

vitiorum. Nam sæpe agendo ea, quæ sunt iusta, temperata, fortia, liberalia, acquiritur habitus iustitiæ, temperantiæ & fortitudinis. Contra, qui vero, crebro agunt ea quæ sunt iniusta, intemperata; inde etiam sibi contrahunt habitum iniustitiæ & intemperantiæ: quales enim sunt actiones, circa quas crebro versamur, tales etiam inde generantur habitus. Atque hoc confirmat Aristoteles a contrario: Nam, inquit, si habitus a natura nobis inesset, tum non opus esset doctoribus atque magistris, qui nos docerent artes & disciplinas: nam homines nascerentur docti atque artificiales seu artifices: ita etiam si habitus virtutum moralium a natura nobis inesset, nulla opus esset institutione & doctrina, nullis opus esset legibus, quæ nos ad actiones virtutum adhortantur, & assuefaciunt, sed omnes nascerentur boni. Cum igitur habitus tam boni, quam mali virtutum officiorum generentur ex ipsis actionibus, in quibus versamur. Monet Aristoteles, vnumquemque debere diligenter considerare, quid & qualia agat, quibus & qualibus actionibus se assuefaciat. Nam quales ipsæ sunt, talis etiam ipse paulatim euadet, vel bonus vel malus, prout ipsæ actiones, in quibus versatur. Vnde Quintilianus lib. 1. monet adolescentes, vt perpetuo illud Virgilianum dictum in ore habeant, quod est lib. 2. Georgicorum, vbi ait,

Adeo in teneris consuescere multum est.

Et vt Horatianum illud,

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

Hinc etiam factum est, vt consuetudo dicatur quasi altera natura, quod ipsum testatur quotidiana experientia, qua videmus interdum etiam bonos adolescentes paulatim corrumpi, & deteriores fieri, & quodammodo sibi ipsis dissimiles, tantum propter quotidianam conuersationem malorum, & propter malas actiones, in quibus versantur: ita vt paulatim induant, quasi alios mores, & inscii quodammodo efficiantur mali.

CAP.

CAP. 2.

QVoniam igitur hoc negotium susceptum non est contemplationis caussa, vt cetera (spectamus enim non vt quid virtus sit, intelligamus, sed vt boni efficiamur, alioqui vsus eius nullus foret) quæ ad actiones pertinent necesse est consideremus, quemadmodum gerenda sunt. In iis enim situm est, quemadmodum diximus, vt habitus cuiusdammodi fiāt. rectæ ergo rationi conuenienter agere commune est, idq; ponatur: de quo differetur posterius, & quid sit recta ratio, & quemadmodum affecta sit ad reliquas virtutes. Illud autē prius conueniat, omnem de rebus agendis orationem debere populariter, non accurate haberi, vt & initio diximus, quod rationes pro re subiecta exigēda sunt. Vt autem in rebus salubribus, sic in rebus ad actiones pertinentibus, & in vtilibus nihil inest firmitatis. Cumque eiusmodi sit quæ de genere toto habetur oratio, multo etiam minus limata est, quæ de rebus singulis habetur: quoniam nec sub artem, nec sub præceptionem vllam cadunt. Sed vt in medicina & gubernatoris arte, sic iis semper qui in actione rerum versantur, temporis habenda ratio est. Verum cum eiusmodi sit præsens disputatio, danda opera est, vt opem feramus. Hoc igi-

ΚΕΦΑΛ. β′.

A Ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι· (οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ, σκεπτόμεθα· ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα· ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς) ἀναγκαῖόν ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς. αὗται γάρ εἰσι κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, κοινὸν, καὶ ὑποκείσθω. ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, B ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος, τύπῳ, καὶ οὐκ ἀκριβῶς, ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν, ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι. τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα, οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος, οὐκ ἔχει τἀκριβές. οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην, οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει. δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας, τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει καὶ τῆς κυβερνητικῆς. ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου, πειρατέον βοηθεῖν. πρῶτον οὖν C

τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι. δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν. τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα. φθείρει τὴν ἰσχὺν ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ, καὶ τὰ σιτία, πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα, φθείρει τὴν ὑγίειαν· τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σώζει. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. ὅ, τε γὰρ πάντας φεύγων καὶ φοβούμενος, καὶ μηδὲν ὑπομένων, δειλὸς γίνεται· ὅ, τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος, ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων, θρασύς. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων, καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος, ἀκόλαστος· ὁ δὲ πάσας φεύγων: ὥσπερ οἱ ἄγροικοι, ἀναίσθητός τις. φθείρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως· ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται. ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις, καὶ αἱ αὐξήσεις, καὶ αἱ φθοραὶ, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει· οἷον ἐπὶ τῆς ἰσχύος. γίνεται γὰρ καὶ ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν, καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν, καὶ μάλιστα δύναται ταῦτα ποιεῖν ὁ ἰσχυρός. οὕτω δ' ἔχει καὶ

tur inprimis intelligendum est, ea que sunt huius generis, & defectu & exsuperatione interire. perspicuis enim testimoniis ingratiam rerum obscurarum utendum est: ut in viribus & valetudine cernimus. nam & profusa & remissa nimium exercitationes labefactant vires: eodemque modo & pocullenta ac esculenta plura atque pauciora, labefactant valetudinem: moderata vero, pariunt, augent, ac tuentur. sic & in temperantia, & in fortitudine, aliisque virtutibus contingit. Qui enim fugit timetque omnia, quique nihil perfert, is timidus: & qui nihil timet omnino, sed adit omnia, is audax exsistit. Itemque qui omni voluptate perfruitur, nullamque praetermittit, intemperans: qui vero omnes fugit, ut solent agrestes, is stolidus iudicandus est. Interit enim temperantia & fortitudo ab exsuperatione atque defectu: a mediocritate vero servatur. Verum non solum ortus, incrementaque, & interitus ex iisdem & ab iisdem efficiuntur, sed in iisdem etiam actiones versabuntur. Etenim aliis in rebus evidentioribus, ita contingit, velut in viribus. nam gignuntur multo cibo capiendo, & multis laborib. perferendis: qua volens viribus efficere potest maxime: sic quoq;

in virtutibus. Nam & temperantes efficimur, nos a voluptatibus abstinendo: & cum ii sumus, ab iis facillime abstinere possumus. itidemque in fortitudine nam cũ & terribilia despicere, & eadem perferre assuescimus, fortes exsistimus: quales cũ sumus, quæ terrorem afferunt, facillime sustinere poterimus.

ἐπὶ τῶν ἐκτῶν. ἐκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, γινόμεθα σώφρονες· καὶ γενόμενοι, μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας. ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν, καὶ ὑπομένειν αὐτά, γινόμεθα ἀνδρεῖοι· καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνησόμεθα, ὑπομένειν τὰ φοβερά.

COMMENTATIONES.

A ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία) Quia præcedenti capite dictum, habitus virtutum generari ex crebris actionibus: ideo in hoc cap agit de actionibus, & ostēdit, quales illæ esse debeant, ex quibus habitus virtutum generantur: sunt autē duæ partes huius cap. Prima constat duab. propositionibus: altera est de qualitate actionũ & habituum, qui inde nascũtur. Primæ partis prima propositio hæc est. *Dicēdum est nobis quoq; deinceps de actionibus, quo pacto sint instituendæ.* Ratio propositionis est duplex. prima sumitur a caussa finali. *Nam finis doctrinæ de moribus non est nuda speculatio de virtutibus: sed potissimũ consistit in actione virtutis, in qua etiam est ciuilis beatitudo, quemadmodum in primo libro dictum est.* Hoc loco Arist. obiter indicat, quod sit discrimē huius doctrinæ, & reliquarum artium & disciplinarũ. Nam in reliquis artibus & scientiis satis est ipsa cognitio & contemplatio: in hac vero non sufficit cognitio & contemplatio virtutis: sed requiritur etiam aliquid amplius, nempe ipsa actio, vt secundum virtutem agamus & viuamus; quemadmodum etiam in artibus mechanicis, nõ sufficit earum habere cognitionem: sed oportet etiam aliquod opus artificiosum efficere. Etenim sola cognitio virtutis non efficit virum bonum & beatum: sed etiam necesse est, vt accedat actio. Vnde Cic. lib. 1. Offic ait, *Omnis laus virtutis in cognitione consistit.* Et Lactant. lib. 6. c 5. ait, *Quemadmodum non est virtus, scire bonum aut malum: ita est virtus bonum facere, malum non facere: sed tamen etiam scientia virtutis requiritur, sed eam subsequi debet actio.* Altera ratio propositionis, quamobrem de actionibus velit agere, sumitur a caussa efficiēte. Nam, inquit, *actiones sunt propria caussa*

Duæ sunt huius capitis partes.

efficientes virtutum, quemadmodum in praecedenti capite dictum fuit. Licet etiam aliae caussae debeant concurrere, veluti naturae bonitas, recta institutio, bona disciplina & diligentia, & assiduus dolor, quae omnia sunt *αἴτια συνεργὰ, i. caussae adiuuantes virtutum.* Nam de natura ait Cicero lib. 3. de Oratore: *Diligentissime hoc est eis, qui alios instituunt, atq; erudiunt videndum, qua sua quenq; natura ferri videatur. Certum est enim, alios ad hanc, alios ad aliam virtutem aut artem a natura magis esse propensos atque aptos.* De disciplina & institutione, quod illa quoque ad virtutis adeptionem plurimum possit, inquit Cicero lib. 1 de Oratore: *Quae bona sunt, possunt fieri meliora doctrina, & quae non optima, acui tamen & erigi possunt:* & Plutarchus in libello de educatione puerorum, inquit, *Doctrina & institutio vitiositatem naturae corrigit.* De diligentia natum est illud Antiphonis dictum, cum ait, τῆς *ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίνεται, i. Omnia diligentiae subijciuntur.* De labore ait Philemon, ἐκ τοῦ φιλοπονεῖν γίνεται ἃ θέλεις κρατεῖν, *i. per assiduum laborem comparantur omnia ea, quaecunq; volumus.* Et Virg. lib. 1. Georg. *Labor improbus omnia vincit.*

B ἐκεῖνο δὲ προδιωμολογείσθω) Altera propositio primae partis huius capitis de methodo & tradendi ratione & explicandi hanc doctrinam. Summa autem propositionis haec est: *In doctrina de actionibus virtutum nō spectanda aut quaerenda est argumentorum subtilitas & necessitas: sed contenti esse debemus probabilibus argumentis.* Ratio propositionis sumitur a materia huius doctrinę, & potest tali syllogismo comprehendi: *Qualis est materia alicuius doctrina, talia etiam debent esse eius argumenta:* Sed *materia de virtutum actionibus est probabilis:* Ergo *argumenta tantum quoq; probabilia esse debent.* Maior propositio nota est ex praecepto Aristotelico, quod in posterioribus analyticis ait: *Quaestionem & eius argumenta siue media, per quae ipsa probatur debere eiusdem esse generis & materiae: vt si quaestio est necessaria, et argumentis necessarijs probetur: si probabilis, tum probabilibus argumentis confirmetur.* Minor propositio confirmatur hoc loco tribus rationibus.

Argumentum.

1. Prima ratio est, quia actiones versantur circa singularia & circumstantias, quarum maxima est varietas

tas

tas & multitudo, adeo vt non possint sub certã aliquam & perpetuam præceptionẽ cadere. Altera ratio est, quia in actionibus agenti præcipue obseruanda est occasio: ea autem quoque est incerta, rara paucis cognita: & vt Hippocrates ait, præceps, & difficulter apprehenditur, facile autem elabitur atque amittitur. Tertia ratio sumitur ab exemplis similium: quemadmodum in arte medica & nautica non sunt eiusmodi præcepta, quæ necessario in omni curatione & nauigatione sunt obseruanda, sed ea varianda sunt pro ratione circumstantiarum, locorum & similium. Ita etiam in doctrina de actionibus virtutum sunt quædam generalia præcepta: sed ea non perpetuo eodem modo se habent: verum accommodãda sunt singulis actionibus & circumstãtiis, in quibus versantur.

II.

III.

C πρῶτον δ' οὖν τοῦτο) Altera pars capitis hæc est, in qua docentur, quales sint vel esse debeant actiones, quę vel antecedunt vel consequuntur habitum virtutis. Dicit autem *eas debere constare mediocritate.* Atque hoc probat a contrario, *nam quæ actiones non constant mediocritate, sed habent vel excessum vel defectum, hæ corrumpunt virtutes.* Hanc rationem declarat exemplis similibus de habitibus corporis, veluti sunt robur & sanitas. Nam nimio exercitio & labore robur corporis frangitur & debilitatur: quod si vero contra corpus omnino non exerceatur, tum robur etiam paulatim languescit & quasi extinguitur: moderato autem labore & exercitio robur & vires corporis augentur & conseruantur. Eodem modo se res habet circa sanitatem. Ea enim nimia abstinentia & nimio cibo corrumpitur: moderato autem cibo conseruatur. Ita etiam in habitibus virtutum excessus & defectus obest: mediocritas autem plurimum prodest, exempli gratia, Fortitudo corrumpitur audacia, quæ est in excessu, quando quis plane nullum periculum extimescit, sed temere etiã quæuis præsentissima pericula adit, is non dicitur fortis, sed potius audax est nominandus: ita etiam corrumpitur nimia timiditate, quæ est in defectu, quando quis omnia pericula extimescit. Sic etiam de temperantia, ea corrumpitur, quando quis modũ excedit in voluptatibus, aut quando omnino omnes voluptates aspernatur, etiam eas, quæ sunt honestæ, naturales & licitæ.

Robur corporis nimio exercitiō frangitur.

efficientes virtutum, quemadmodum in præcedenti capite dictum fuit. Licet etiam aliæ caussæ debeant concurrere, veluti naturæ bonitas, recta institutio, bona disciplina & diligentia, & assiduus dolor, quæ omnia sunt *αἴτια συνεργὰ, i. caussæ adiuuantes virtutum.* Nam de natura ait Cicero lib. 3. *de Oratore: Diligentissime hoc est eis, qui alios instituunt, atque erudiunt videndum, qua sua quemque natura ferri videatur. Certum est enim, alios ad hanc, alios ad aliam virtutem aut artem a natura magis esse propensos atque aptos.* De disciplina & institutione, quod illa quoque ad virtutis adeptionem plurimum possit, inquit Cicero lib. 1 de Oratore: *Quæ bona sunt, possunt fieri meliora doctrina, & quæ non optima, acui tamen & erigi possunt:* & Plutarchus in libello de educatione puerorum, inquit, *Doctrina & institutio vitiositatem naturæ corrigit.* De diligentia natum est illud Antiphonis dictum, cum ait, *τῇ ἐπιμελείᾳ πάντα δοῦλα γίνεται, i. Omnia diligentiæ subiiciuntur.* De labore ait Philemon, *ἐκ τοῦ φιλοπονεῖν γίνεται ὧν θέλεις κρατεῖν, i. per assiduum laborem comparantur omnia ea, quæcunque volumus.* Et Virg. lib. 1. Georg. *Labor improbus omnia vincit.*

B *ἐκεῖνο δὲ προδιωμολογείσθω)* Altera propositio primæ partis huius capitis de methodo & tradendi ratione & explicandi hanc doctrinam. Summa autem propositionis hæc est: *In doctrina de actionibus virtutum nō spectanda aut quærenda est argumentorum subtilitas & necessitas: sed contenti esse debemus probabilibus argumentis.* Ratio propositionis sumitur a materia huius doctrinę, & potest tali syllogismo comprehendi: *Qualis est materia alicuius doctrinæ, talia etiam debent esse eius argumenta:* Sed *materia de virtutum actionibus est probabilis: Ergo argumenta tantum quoque probabilia esse debent.* Maior propositio nota est ex præcepto Aristotelico, quod in posterioribus analyticis ait: *Quæstionem & eius argumenta siue media, per quæ ipsa probatur debere eiusdem esse generis & materiæ: ut si quæstio est necessaria, et argumentis necessariis probetur: si probabilis, tum probabilibus argumentis confirmetur.* Minor propositio confirmatur hoc loco tribus rationibus. Prima ratio est, quia actiones versantur circa singularia & circumstantias, quarum maxima est varie-

Argumentum.

1.

tas

tas & multitudo, adeo vt non possint sub certā aliquam & perpetuam præceptionē cadere. Altera ratio est, quia in actionibus agenti præcipue obseruanda est occasio: ea autem quoque est incerta, rara, paucis cognita: & vt Hippocrates ait, præceps, & difficulter apprehenditur, facile autem elabitur atque amittitur. Tertia ratio sumitur ab exemplis similium: quemadmodum in arte medica & nautica non sunt eiusmodi præcepta, quæ necessario in omni curatione & nauigatione sunt obseruanda, sed ea varianda sunt pro ratione circumstantiarum, locorum & similium. Ita etiam in doctrina de actionibus virtutum sunt quædam generalia præcepta: sed ea non perpetuo eodem modo se habent: verum accommodāda sunt singulis actionibus & circumstātiis, in quibus versantur.

II.

III.

C πρῶτον οὖν τοῦτο) Altera pars capitis hæc est, in qua docent, quales sint vel esse debeant actiones, quę vel antecedunt vel consequuntur habitum virtutis. Dicit autem *eas debere constare mediocritate.* Atque hoc probat a contrario, *nam quæ actiones non constant mediocritate, sed habent vel excessum vel defectum, hæ corrumpunt virtutes.* Hanc rationem declarat exemplis similibus de habitibus corporis, veluti sunt robur & sanitas. Nam nimio exercitio & labore robur corporis frangitur & debilitatur: quod si vero contra corpus omnino non exerceatur, tum robur etiam paulatim languescit & quasi extinguitur: moderato autem labore & exercitio robur & vires corporis augentur & conseruantur. Eodem modo se res habet circa sanitatem. Ea enim nimia abstinentia & nimio cibo corrumpitur: moderato autem cibo conseruatur. Ita etiam in habitibus virtutum excessus & defectus obest: mediocritas autem plurimum prodest, exempli gratia, Fortitudo corrumpitur audacia, quæ est in excessu, quando quis plane nullum periculum extimescit: sed temere etiā quæuis præsentissima pericula adit, is non dicitur fortis, sed potius audax est nominandus: ita etiam corrumpitur nimia timiditate, quæ est in defectu, quando quis omnia pericula extimescit. Sic etiam de temperantia, ea corrumpitur, quando quis modū excedit in voluptatibus, aut quando omnino omnes voluptates aspernatur, etiam eas, quæ sunt honestæ, naturales & licitæ.

Robur corporis nimio exercitio frangitur.

Notandum vero est, quod Aristoteles dicit, *Virtutem constare mediocritate*, contra Stoicos: qui virtutem non mediocritate, sed excessu vel defectu definierunt, & sustulerunt omnes affectus a viro bono, dicentes, eum esse virum fortem, qui plane nihil metuat, & eum esse temperantem, qui plane nullis voluptatibus moueatur: quæ doctrina etiam aduersatur sacris literis, quæ non omnes affectus improbat: sunt enim etiam laudabiles quidam affectus in hominibus.

D ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις) Quemadmodum in præcedenti loco ostensum est, quales sint actiones, quæ antecedunt habitum virtutis, & ex quibus habitus ipsi virtutum generantur: ita in hoc loco ostendit, quales sint actiones, & consequantur habitum virtutis. Dicit autem Arist. actiones illas, quæ antecedunt & cōsequuntur habitum virtutis esse similes aliquo modo, i. ex bonis actionibus quæ antecedūt habitum, generari bonos habitus, & ex bonis habitibus proficisci etiā bonas actiones. Eodem modo etiā ex malis actionibus generari bonos habitus: ex malis vero habitibus proficisci malas actiones. Bonæ autem actiones illæ constant mediocritate, malæ actiones discedunt a mediocritate, vel in excessu, vel in defectu, i. habent vel nimium vel parum. Hāc sententiam declarat exemplo simili & robore, quod est habitus corporis. Quemadmodū enim ex multo cibo & labore corpus acquirit & robur & vires, & efficitur robustum: ita rursus corpus robustum potest multum cibi assumere & multos labores sustinere. Eodem modo se res habet in actionibus & habitibus virtutum. Nam ex actionibus iustis, temperatis, fortibus, liberalibus, habitus acquiritur iustitiæ, temperantiæ, fortitudinis, liberalitatis & efficiuntur inde homines iusti, temperantes, fortes & liberales, & vice versa ab habitibus iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ, proficiscuntur actiones iustæ & temperatæ. Sed hic quæritur: *Si actiones, quæ antecedunt & consequuntur habitum virtutis, sunt similes, quodnam igitur sit discrimen inter eos, qui habitum virtutis sunt secuti, & eos qui nondum sunt secuti habitum virtutis?* Hanc ad quæstionem respondemus, etiamsi actiones illæ, quod ad externam earum speciem attinet, videantur esse similes, tamen

tamen maximum adhuc esse discrimen inter illos, partim quo ad formam essentialem, partim etiam respectu agentis. Nam quod formam essentialem istarum actionum attinet, ea consistit in mediocritate, & nititur recta ratione: & tales solum sunt actiones, quæ ab habitu virtutis proficiscuntur. Etsi enim quæ antecedunt habitum virtutis, quoque debent habere quandam mediocritatem: tamen ea mediocritas non nititur recta ratione, ita vt agens possit firmam rationem reddere, cur hoc vel illo modo agat: sed videtur potius casu aliquo illam mediocritatem in agendo attigisse. Deinde quod ad ipsum agentem attinet, actiones, quæ ex habitu proficiscuntur, coniunctæ sunt cum scientia agentis, formæque eius, προαιρέσει, id est, *electione*, & certo proposito: habent etiam coniunctam voluntatem, quia sunt ei iucundæ: denique fiunt ab agente propter verum finem, propter amorem virtutum, atque ideo propter eiusmodi actiones potest iure vel recte laudari, & vir bonus nominari. Quæ vero actiones antecedunt habitum virtutis, non habent omnes istas proprietates, & propterea nondum possunt iure laudari.

CAP. 3.

HAbituum autem indicia ex voluptate ac dolore, quæ facta consequuntur, accipienda sunt. Nam qui se a corporis voluptatibus abstinet, eoque ipso lætatur, is temperans: qui id moleste fert, is intemperans est. Et qui molesta, quæ sunt, perfert, & eo gaudet, aut certe non fert grauiter, fortis: qui ægre fert, ignauus est. virtus enim moralis in voluptatibus ac doloribus versatur. Nam voluptate impellente, quæ praua sunt gerimus: & dolore ab honestis deducimur.

ΚΕΦ. γ´.

Σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων, τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν, ἢ λύπην τοῖς ἔργοις. ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων, σώφρων· ὁ δὲ ἀχθόμενος, ἀκόλαστος. καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινὰ, καὶ χαίρων, ἢ μὴ λυπούμενός γε, ἀνδρεῖος· ὁ δὲ λυπούμενος, δειλός. περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή. διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν, τὰ φαῦλα πράττομεν· διὰ δὲ τὴν λύπην, τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα,

διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ. ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν. ἔτι δ' εἰ αἱ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη· παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη· καὶ διὰ τοῦτ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας. μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων. ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσιν· αἱ δὲ ἰατρεῖαι διὰ τῶν ἐναντίων πεφύκασι γίνεσθαι· ἔτι, ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει. δι' ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται, τῷ διώκειν ταύτας καὶ φεύγειν, ἢ ἃς μὴ δεῖ, ἢ ὅτε οὐ δεῖ, ἢ ὡς οὐ δεῖ, ἢ ὁσαχῶς ἄλλως ὑπὸ τοῦ λόγου διορίζεται τὰ τοιαῦτα. διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς, ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας. οὐκ εὖ δέ, ὅτι ἁπλῶς λέγουσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσα ἄλλα προστίθεται. ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, τῶν βελτίστων πρακτική· ἡ δὲ κακία, τοὐναντίον. γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερόν· ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις, καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φυγάς, καλοῦ, συμφέροντος,

Itaq; Platonis sententia, institutos esse quodammodo oportet iā inde a pueris, ut iis lætemur, doleamusq; quibus oportet: recta est enim hæc educatio. Iam vero si in actionib. & affectionibus versantur virtutes: omnem autem affectionem actionemq; omnem sequitur voluptas aut dolor: ob eā certe caussam virtus in voluptatibus doloribusq; versabitur. Hoc etiam supplicia quæ per eas sumuntur, indicāt: medicinæ enim quædam sunt. At medicinæ contrariis rebus solent effici. Præterea habitus omnis animi, ut supra diximus, e cuiusmodi deterior & melior gigni solet: cum iis & in iis vim suam obtinet: a voluptatib. autem & doloribus vitiosi nascūtur: propterea quod ea quisquā sequatur aut caveat, vel quæ, vel quando, vel quomodo non oporteat, vel quoquo modo alio ratio præscribat. Itaq; virtutes, vacuitates quasdam affectionum tranquillitatesq; definiūt. Haud probe quidē, quod omnino dicant, nec adiungāt, ut decet, & ut non decet, & quando, & alia quæ adduntur. Ergo hoc ponitur, virtutem huius generis, in voluptatibus doloribusque versari, rebus optimis gerendis idoneam: vitium, contra. Quæ ex his etiam a nobis perspici possunt: quia cum tria sint quæ sequimur, & tria quæ declinamus, honestum, utile,

incun-

iucundum: & tria quæ superioribus contraria sint, turpe, inutile, molestum: cum in iis omnibus vir bonus se recte gerit, & improbus vitiose, tum vel maxime in voluptate. Nam & ea communis est animantium, & ea omnia consequitur, quæ sub appetitionē cadunt. Etenim honestum & utile, iucundum videtur. Præterea quoniam una nobiscum iam inde a paruulo educata est, difficile factu est hāc animi affectionem eluere omnino, qua vita imbuta est. Atque etiam actiones dirigimus voluptate & dolore, alii magis, alii minus. Ob id igitur necesse est, in his versari hoc omne negotium. Non enim parum valet ad actiones, recte aut improbe lætari vel dolere. Præterea difficilius est, ut ait Heraclitus, voluptati obsistere, quam iracundiæ. At semper in re difficiliori ars virtusque versatur. quod enim bene fit, hic præstātius est. Quare ob eam etiam caussam in voluptatibus ac doloribus omnis de virtute & ciuili ratione disputatio consistit. Nam qui his recte utitur, is vir bonus: qui peruerse, improbus futurus est. Atq; virtutē quidem in voluptatib. doloribusq; versari: & quibus ex reb. gignitur, ab iis & augeri eam & interire, si eodem modo non fiant: & tādem a quibus rebus nata sit, in iis munus suum exsequi, hucusq; dictum sit.

ἡδέος· καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, ἀσυμφόρου, λυπηροῦ· περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν, ὁ δὲ κακὸς, ἁμαρτητικός. μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν. κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζώοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ. καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ συμφέρον, ἡδὺ φαίνεται. ἔτι δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται· διὸ καὶ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ. διὰ τοῦτ' οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν πραγματείαν. οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις, εὖ ἢ κακῶς χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι. ἔτι δὲ χαλεπώτερον, ἡδονῇ μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος. περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή. καὶ γὰρ τὸ εὖ, βέλτιον ἐν τούτῳ. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία, καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ πολιτικῇ. ὁ μὲν γὰρ εὖ τούτοις χρώμενος, ἀγαθὸς ἔσται· ὁ δὲ κακῶς, κακός. ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται μὴ ὡσαύτως γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω.

G

H

COMMENTATIONES.

A *σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων*) In hoc cap. explicatur quæstio, de signo vel indicio, ex quo possit aliquis cognoscere, se habitum alicuius virtutis iam esse adeptum. Deinde etiā indicatur, quod sit generale obiectum omnium virtutum moralium. Quod ad primum attinet, notanda est hæc propositio, quæ statim initio capitis ponitur. Signum, *quo cognoscitur vtrum aliquis consecutus sit habitum virtutis, aut nondum sit consecutus, est voluptas & molestia, quæ actiones comitantur, i. si quis voluptatem percipit ex actionibus fortibus aut iustis, aut temperatis: illa voluptas est indicium vel signum, quod iam habitum iustitiæ vel fortitudinis sit consecutus: sin vero molestiam ex talibus actionibus percipit, illa molestia seu ille dolor indicium, quod nondum sit consecutus habitum iustitiæ aut fortitudinis.* Atque hoc signum non tantum valet in virtutibus & vitiis, sed etiā in ceteris artibus: nam cui iucūdum est, opus aliquod artificiosum efficere, ille etiam videtur habitum illius artis esse consecutus, & ipsam artem perfecte tenere. Nam quandiu artifex artem aliquam non tenet, tamdiu etiam cum quadam molestia agit & labore: quemadmodum apparet in illis, qui artem aliquam discunt: vt qui discunt musicam, aut ludere testudine aut pingere, illi ab initio cum difficultate & molestia discunt: vbi vero eam didicerint artem, tum iucundum est illis canere vel ludere aut pingere: quod tamen erat illis prius molestum. Cur autem voluptas & dolor sint signum, quo cognoscitur virtutis habitus, eius rei Aristoteles hanc adfert rationem: *Quia voluptas & dolor sunt generalia obiecta, circa quæ virtutes morales versantur.* Nam ex subiectis optime iudicari potest de perfectione & bonitate potentiarum & habituum. Exempli gratia, Colores sunt obiecta visus. Si quis autem de coloribus recte potest iudicare indicium est, sensum videndi in eo esse integrum & perfectum: ita cantilena est obiectum musicæ: si de ea aliquis recte potest iudicare, etiam existimatur artem musicam tenere. Ita bonus & perfectus iudicatur medicus, qui de morbo recte potest iudicare. Bonus existimatur esse Iureconsultus, qui iure recte potest consilium dare. Et sic de omnibus aliis artibus statuendum

Notanda est hæc propositio.

Voluptas & dolor sunt signa virtutis.

uendum est, quod ex earum obiectis cognosci potest, vtrum aliquis aliquam artem perfecte teneat, nec ne.

B [Greek]) Incipit in hoc loco altera pars huius capitis, qua Aristoteles aliquot argumentis probat, id quod paulo ante dictum est: nempe voluptatem & dolorem esse generalia obiecta virtutum ac vitiorum moralium. I. Arg.

Primum sumitur à virtutis officio, quod est moderari affectibus, ne per illos aut appetamus ea, quæ sunt mala aut turpia: aut abstineamus ab iis, quæ sunt bona & honesta. Ex affectibus autem, qui nos ad aliquid agendum impellunt præcipue sunt ista duo, voluptas & dolor, quorum illa plerunque impellit homines ad mala & turpia quemadmodum Cicero inquit in Catone maiore: *Nullum malum facinus, nullumque scelus est, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impellit.* Dolor autem sive molestia, quæ plerumque adsunt actionibus bonis & honestis, solent homines ab illis abstrahere: quod etiam indicat Hesiodus, cum ait: *Virtutis viam esse arduam & difficilem, cum dolore & sudore coniunctam, quam pauci admodum ingrediuntur. Vitiorum autem viam esse planam, mollem & facilem, quam plerique homines ingrediuntur.* Cum ergo virtutis officium sit, vitia exstirpare, & ad honestas actiones incitare, necesse est, vt hos duos præcipuos affectus, voluptatem scilicet & dolorem, guberne: & moderetur. Hoc argumentum confirmat Aristoteles testimonio & auctoritate Platonis, qui *in lib. 4. de Republ.* monet: *Statim a primis annis pueros assuefaciendos esse, vt circa, hos affectus bene sese habeant, gaudeant & doleant iis rebus & actionibus, per quas oportet gaudere vel dolere.* Atque in hac re affirmat totam vim rectæ educationis & institutionis liberorum positam esse.

C [Greek]) Alterum argumentum sumitur ex loco coniunctorum, *Si virtus moralis versatur circa affectus & actiones:* Igitur *etiam versatur circa ea, quæ affectibus & actionibus sunt coniuncta:* Sed *antecedens est verum:* Ergo *etiam consequens.* Voluptas autem & dolor coniuncta sunt cum actionibus & affectibus: nam nulla est actio, nullus etiam affectus, cui non adsit vel aliqua voluptas, vel aliquis dolor aut molestia: II. Arg.

Igitur *& virtus versatur circa voluptatem & dolorem.*

Arg. III.

Μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις) Tertium argumentum sumitur a pœnis & castigationibus, quib. vitia sunt corrigenda: *omnes autem pœnæ & castigationes cõiunctæ sunt cum dolore & molestia:* Igitur *necesse est, ipsa vitia quæ pœnis sunt corrigenda, cõiuncta esse cum voluptate: nam omnis medicina debet fieri per contraria :* Igitur *etiam recte virtutes dicuntur versari circa voluptates & dolorem, quia debent castigare & corrigere vitia, in quibus est voluptas, quæ contrario remedio, nempe dolore, quæ inest pœnis, sunt corrigenda.*

Arg. IV.

Ἔτι, ὡς καὶ πρῴην εἴπομεν) Quartum argumentum sumitur ab affectu voluptatis & doloris, seu molestiæ: *Quibus rebus habitus morales fiunt vel meliores, vel deteriores, circa eas res etiam versatur virtus moralis. Sed circa voluptatem & dolorem habitus morales fiunt, vel meliores vel deteriores.* Igitur *circa voluptatem & dolorem ẽt versatur virtus moralis.* Maior nota est ex doctrina physica. Nam obiecta, circa quæ potentiæ & habitus animi versantur, interdum iuuant & recreant: interdum etiam lædunt & corrumpunt ipsas potentias, exempli gratia: Color est obiectum visus, sed interdũ lædit visum, vt nimia albedo vel nigredo: color aũt viridis aut color cæruleus recreat visum: ita suauis sonus recreat auditum: vehementior autem sonus lædit & obtundit auditum. Minor probatio in qua dicitur, *Quod habitus fiunt, aut meliores aut deteriores voluptate vel dolore.* Declaratur ab Aristotele: primum ex circumstantiis: nam, inquit, *quando voluptates expetuntur, quæ non sunt expetendæ: aut non expetuntur eo modo, loco, tempore, quo & quando sunt expetendæ, tum corrumpunt mores hominum & reddunt eos deteriores: fiunt enim inde intemperantes: contra vero, quando homines fugiunt & auersantur eas voluptates, quæ sunt fugiendæ, & faciunt illud etiam modo, loco & tempore, quo & quando oportet, redduntur inde meliores & efficiuntur temperantes.* Idem etiam de aliis affectibus & cupiditatibus est statuendum. Nam vehementiores affectus, cum modum excedunt, perturbant animi tranquillitatem & repugnant virtuti morali, quæ consistit in mediocritate. quod Aristoteles obiter confirmat auctoritate quorundam

rundam Philosophorum, qui dixerunt, virtutem esse *ἀπάθειαν, affectuum vacuitatem, ἠρεμίαν*, id est, *animi tranquillitatem*. Eam definitionem Aristoteles non simpliciter dicit esse veram: quoniam virtutes non plane omnibus affectibus sunt destitutæ, sed moderationem in affectibus requirunt & vitiosos affectus corrigunt atq; tollunt. Itaque virtutes morales *μετριοπάθειαν*, i. *moderationem affectuum*, quam *ἀπάθειαν*, *vacuitatem affectuum*, requirunt.

F *γίνοιτο δ' αὖ ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων*) Hoc est quintum argumentum, quo probatur, virtutem moralem versari circa voluptatem & dolorem. Sumitur autem hoc argumentum ex loco adiunctorum, & cõstat tali syllogismo: *Quæ expetenda aut fugienda sunt, circa ea versatur virtus moralis: nã virtutis proprium munus est, regere appetitum, quia alioquin est irrationalis, vt recte & moderate expetat aut fugiat ea, quæ sunt expetenda aut fugienda.* Sed *voluptas & dolor su[nt] in numero expetendorum aut fugiendorum*. Igitur *circa voluptatem & dolorem versatur virtus moralis*. Pro declaratione minoris propositionis Aristoteles tres caussas adfert, quamobrem voluptas tantopere ab hominibus expetatur. Prima caussa est, quia voluptatis appetitus naturaliter omnibus animalib. est insitus: quemadmodum etiam Aristoteles lib. 1. Rhetor. scribit, *ἀνάγκη τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι: πάντα γὰρ ζῶα ἐφίεται αὐτῆς τῇ φύσει*, i. *necesse est voluptatem inter bona numerari: omnia enim animalia naturaliter eam expetunt.* Altera caussa est, quia voluptas omnibus rebus expetendis inest: nam cum sint tria genera expetendorũ: honestum, vtile, iucundum, omnibus illis inest quædam voluptas. Imo horum appetitus est aliquo modo iucundus, magis vero iucunda est horum adeptio. Tertia caussa est, quia voluptas a primis annis simul ac in lucem sumus editi, nobiscum quasi educatur & nutritur: atque adeo omnibus partibus corporis necessaria adhæret, vt difficile sit eam plane tollere, & vt Aristoteles inquit, *ἀποτρίψασθαι*, *abstergere*: sumta metaphora a coloribus, qui non facile iterum eluuntur & absterguntur a lana vel panno, qui coloribus illis est imbutus & tinctus.

G *κανονίζομεν καὶ τὰς πράξεις*) Sextum argumentum

V. Arg. — *Voluptas quare tãtopere ab hominib. expetatur.* — *I.* — *II.* — *III.* — *VI. Arg.*

etiam ex loco adiunctorum sumtum est: quare homines suas actiones solent æstimare & metiri, vt eas suscipiant vel non suscipiant, circa eam rem quoq; versatur virtus moralis, cuius etiam hoc primum munus est, vt doceat nos, quo pacto recte actiones æstimare debeamus. Sed voluptate & dolore homines maiore ex parte actiones quas suscipere aut non suscipere volunt, æstimant: Si n. vident eas esse iucundas, facilius quoq; eas aggrediuntur: si autem vident illis inesse quandam molestiam aut dolorem facile ab iis absterrētur, quemadmodum supra initio huius cap dictum fuit, homines propter voluptatem, quæ actionibus inest, sæpenumero pertrahi ad flagitia & scelera: propter dolorem vero & molestiam ab honestis actionibus abstinere: Igitur *circa dolorem & voluptatem versatur virtus moralis.*

VII. Arg. H ἔτι δὲ χαλεπώτερον) Septimum argumentum sumitur a qualitate rerum, circa quas virtus versatur.

Virtutis proprium est versari circa difficiliora quemadmodum Ouidius:

Tendit ad ardua virtus. Item,

Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt. Item,

Per præceps gloria vadit iter.

Nam in artibus & difficilimis rebus virtutis vis & præstantia magis elucet & conspicitur, quoniam quæ facilia sunt, ea a quibusuis possunt præstari & fieri: Sed *voluptati resistere aut doloribus cedere est difficilimum*: Ergo *circa voluptatem & dolorem versatur virtus moralis.* Minorem probat Aristoteles a testimonio Heracliti per comparationem iræ & voluptatis: Nam Heraclius dixit: *Difficilius esse voluptati, quam iræ resistere*: cum tamen ira sit vehementissimus affectus, qui cito & ex improuiso homini, quasi mentem aufert: verenim Seneca dixit: *Difficile est animum ab ira flectere.* Et Menander inquit, μέγιστος πόνος ἐστὶ τὸ κατέχειν τὴν ὀργήν, *Maximus labor est continere iram*: tamen adhuc difficilius est voluptati resistere, quia voluptas omnes artes & sensus corporis suis illecebris & blanditiis allicit & occupat: vnde etiam, vt est apud Ciceronem de Senectute, Architas Tarentinus dicere solebat, *Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus a natura datam esse, per quam ad*

omne

omne scelus & facinus suscipiendum atque perpetrandum impellitur, quæ etiam caussa est, vt homines frequentius peccent propter voluptatem, quam propter iram. Proinde recte dicitur, quod doctrina de virtutibus moralibus, etiā considerari debet de voluptate & dolore. Quod etiam monet Plato de legib. lib. 1. vbi ait, *Omnem considerationem boni legislatoris, de moribus formandis, etiam circa voluptates & dolores versari.* Nam legum transgressoribus proponuntur pœnæ in quibus est dolor, vt dolore illo pœnarum a sceleribus absterreantur: obedientibus vero proponuntur præmia & laudes, in quibus est voluptas, vt ea voluptate etiam magis ad legum obseruātiam excitentur.

CAP. 4.

QVæret autem aliquis, quo pacto dicamus res iustas agēdo, iustos: & modestas, temperātes fieri oportere: præsertim cum si res agāt iustas, & modestas, iusti iam sint ac temperantes: vt qui grāmatica musicaq; tractent, ii grammatici sint & musici? An ne in artib. quidem ita fit? Fieri enim potest, vt quis quiddam grāmaticū præstet, & fortuito, & alio subiiciēte. Ergo tum grāmaticus erit, si & quid grāmaticum & grāmaticè, hoc est, qua in eo inest grammatica congruēter, fecerit. Iam artium ac virtutū non est eadem ratio. nā quæ ab artib. proficiscuntur, in se quod bene dicitur habent. itaq; satis eis est, si quodā modo fiant. At vero quæ virtutib. gerūtur, non si ea quodāmodo habeāt, iuste tēperateve efficiūtur:

ΚΕΦ. δ'.

A Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγομεν, ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας, δικαίους γίνεσθαι· τὰ δὲ σώφρονα, σώφρονας. εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια, καὶ τὰ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι καὶ σώφρονες· ὥσπερ εἰ τὰ γραμματικὰ καὶ μουσικά, γραμματικοὶ καὶ μουσικοί. ἢ οὐδ' ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει; ἐνδέχεται γὰρ γραμματικόν τι ποιῆσαι καὶ ἀπὸ τύχης, καὶ ἄλλου ὑποθεμένου. τότε οὖν ἔσται γραμματικός, ἐὰν καὶ γραμματικόν τι ποιήσῃ καὶ γραμματικῶς· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐν αὑτῷ γραμματικήν. ἔτι οὐδὲ ὅμοιόν B ἐστιν ἐπί τε τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς. ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα, οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται.

ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων πῶς ἔχων, πράττῃ· πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδὼς ἔπειτ', ἐὰν προαιρούμενος, καὶ προαιρούμενος δι' αὐτά· τὸ δὲ τρίτον, καὶ ἐὰν βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττῃ. ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν, οὐ συναριθμεῖται, πλὴν αὐτὸ τὸ εἰδέναι· πρὸς δὲ τὸ τὰς ἀρετάς, τὸ μὲν εἰδέναι, μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει· τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρόν, ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται· ἅπερ καὶ ἐκ τοῦ πολλάκις πράττειν τὰ δίκαια καὶ τὰ σώφρονα περιγίνεται. C τὰ μὲν οὖν πράγματα δίκαια καὶ σώφρονα λέγεται, ὅταν ᾖ τοιαῦτα, οἷα ἂν ὁ δίκαιος ἢ ὁ σώφρων πράξειε. δίκαιος δὴ καὶ σώφρων ἐστίν, οὐχ ὁ ταῦτα πράττων, ἀλλὰ καὶ ὁ οὕτω πράττων, ὡς οἱ δίκαιοι καὶ οἱ σώφρονες πράττουσιν. εὖ οὖν λέγεται, ὅτι ἐκ τοῦ τὰ δίκαια πράττειν ὁ δίκαιος γίνεται, καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα, ὁ σώφρων. ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα, οὐδεὶς ἂν οὐδὲ μελλήσειε D γίνεσθαι ἀγαθός. ἀλλ' οἱ πολλοὶ ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν. ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες, οἴονται φιλοσοφεῖν, καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι, ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ' οὐδὲν τῶν προσταττομένων. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα, οὕτω θεραπευόμενοι· οὐδ' οὗτοι τὴν ψυχὴν, οὕτω φιλοσοφοῦντες.

sed si is etiam qui faciat, quodam modo affectus faciat: primum, si sciens: deinde, si delectu habito volens, idq; eorum caussa: tertio, si firme constanterque faciat. Hæc autem ut alias artes habere quis dicatur, non connumerantur, præter scientiam: ut virtutes vero, scientia quidem parum aut nihil valet: at non parum reliqua, sed omne momentum habent, utpote quæ frequenti iustorum & moderatorum actione comparentur. Ergo tum res iustæ ac modestæ dicuntur, cum eiusmodi sunt, quales vir iustus, temperansque ageret. Iustus autem & modestus is demum est, non qui eas res gerat, sed qui ita gerat, ut iusti & temperantes faciunt. Hoc ergo vere dicunt, res iustas agendo, iustos: modestas, moderatos viros effici. Quas res non agendo, nemo unquã est futurus bonus. Sed pleriq; cũ hæc non faciũt, ita deniq; se & philosophaturos, & ita probos fore putant, si ad disputationẽ confugiant. Ii simile aliquid faciunt quod ægroti, qui medicos illi quidem audiunt diligenter, sed nihil eorum quæ præscribuntur, faciunt. Quemadmodum igitur illis non bene habiturum est corpus, qui ita curantur: sic nec his animus, qui isto modo philosophantur.

COM-

COMMENTATIONES.

A ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγομεν) Duæ sunt partes huius cap. Prima habet occupationẽ, qua occurrit cuidam dubitationi seu obiectioni, quæ ex antedictis oritur. Altera pars est παραινετικὴ habet admonitionẽ ad eos qui existimant, ad virtutem consequendam sufficere solam cognitionem virtutis, ita vt si quis scit, quid sit virtus, & quæ sint eius species, partes, siue differentiæ: item quæ sint eius proprietates, eum iam habere virtutem. Quod ad primam partem attinet, dictum fuerat, *Habitum virtutis comparari ex actionibus.* Contra hoc affert talem obiectionem: *Effectus sunt posteriores caussis suis efficientibus.* Sed *habitus virtutis sunt caussa efficientes, e quibus proficiscuntur virtutum actiones.* Ergo *habitus sunt priores actionibus: & per consequens falsum est, quod in primo cap. dictum fuit, actiones debere antecedere habitum virtutis.* Maior propositio declaratur ab Aristotele exemplis similibus, de habitibus artium & disciplinarum; quoniam enim nemo potest artis alicuius opus efficere, nisi prius artem istam teneat. Exempli gratia: Qui vult congrue loqui aut scribere, debet prius tenere artem Grammaticam, qui vult bene disputare, prius debet tenere artem Dialecticam: qui bene vult pingere, prius tenere debet pingendi artem, & sic de ceteris: ita etiam videtur se habere res in virtutibus moralibus, vt habitus antecedant actiones; verbi caussa, vt prius aliquis sit præditus habitu iustitiæ, temperantiæ, aut fortitudinis, antequam possit agere ea, quæ sunt iusta, temperata & fortia, quemadmodum etiam videmus se rem habere in rebus naturalibus: fructus enim non antecedunt arborem, sed oportet prius arborem esse bonam, antequam proferat bonos fructus. Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles dupliciter: primum negat propositionem similitudinis de rebus allatæ: deinde negat etiam ipsam ἀπόδοσιν, *additionem.* Nam ꝙ ad propositionẽ attinet, quæ de artibus fuit allata, in qua dicitur, quod necesse sit vt aliquis prius artem teneat, antequam opus aliquod artificiosum faciat, hoc dicit esse falsum, & probat ex varietate caussarum efficientium. Nam, inquit, non sola ars semper est

caussa efficiens alicuius egregii operis: nam interdum etiam fieri potest, vt aliquis casu & fortuito egregium opus efficiat. Item potest etiam aliquis interdum imitatione & ex alterius instinctu egregium opus efficere, etiamsi ipsam artem nondum teneat. Præterea sæpe homines naturali quadam inclinatione, sæpe etiam vsu efficiunt artificiosa opera: etiamsi artes ipsas non teneant, vel possint certas caussas & rationes afferre: quamobrem hoc vel illo modo aliquid fecerint. Solutionem declarat Aristoteles distinctione, quæ est inter hæc duo, *facere aliquid Grammaticum.* & *facere aliquid Grammatice.* Nam Grammatice facere, est in Grammaticam artem aliquid facere; ita congrue loqui & scribere, vt eius possimus rationes ea ipsa Grammatica reddere: Grammaticum vero aliquid facere, est ita loqui & scribere, vt consentaneum quidem arti sit, sed tamen non posse eius reddere rationem cur hoc modo & non aliter sit loquendum aut scribendum; quod plerunque iis accidit, qui tantum vsu linguam aliquam didicerunt, qui congrue quidem loquuntur: sed cur ita loquendum sit, non possunt eius reddere rationem. Eadem etiam distinctio notanda est circa actiones virtutum: nam aliud est iuste agere, fortiter agere, liberaliter agere: & aliud est agere, quæ sunt iusta, fortia, aut liberalia. Is enim dicitur iuste agere, qui ex habitu iustitię agit, & propter tales actiones etiam reuera potest nominari iustus. Iusta autem agere non solum dicitur is, qui ex habitu iustitiæ talia agit: sed etiam qui vel casu & fortuito vel temere & sine certo cõsilio atq; proposito, vel per ignorantiam, vel per simulationem: sed etiã inuitus & coactus, aut alio aliquo modo agit ea, quæ sunt iusta: talis reuera nondum potest dici iustus, quia non ex habitu iustitiæ agit. Itaq; omnis qui agit iuste, etiam agit iusta, & est iustus: sed non omnis qui agit iusta, agit etiam iuste & est iustus. Nam etiam latrones, fures, prædatores, quando spolia, furta & prædam æqualiter diuidunt: habent quædam, quæ sunt iusta, tamen non ideo sunt iusti, neq; etiam dicuntur iuste agere.

B ἔτι οὐδὲ ὅμοιον ἐστὶν ἐπί τε &c.] Hæc est altera pars responsionis ad propositam obiectionem, in qua negat ipsam *ἀπόδοσιν, accommodationem,* similitudinis, & ostendit non

esse

esse eandem rationem in actionibus virtutum, quæ est in artium operibus: propterea, quod illa nō eodem modo considerantur & æstimātur. Nam artium opera considerantur & æstimātur seorsim & per se extra personam artificis, qui ea fecit: neque enim spectatur quo animo & consilio fecerit, aut in quem finem: sed tamen ipsum opus per se remoto artifice spectatur, vtrum bene, secundum artem: an vero male sit factum: ex ipso opere iudicium solet fieri de artifice, vtrum peritus, aut imperitus sit artifex: quemadmodum vulgo dicitur, *Opus commendat artificem*: actiones vero virtutum nō solæ per se considerantur, sed æstimantur ex persona ipsius agentis, quo scilicet animo, qua voluntate & quo fine egerit. Sunt autem præcipue quatuor, quæ in actionibus eiusmodi solent considerari & requiri primum scientia agētis: nam qui ex ignorantia & imprudentia aliquid agit, quod est iustum aut liberale, is nō potest per illam actionem laudari Deinde sumitur προαίρεσις, i. *animi consilium & propositum*, vt non temere vel casu aliquid egerit, sed certo animi proposito. Tertio requiritur finis, vt solius virtutis & honestatis amore egerit: nā qui propter alium finem agit is non potest per illam actionē iure laudari. Quarto requiritur etiam cōstātia in agendo, nimirum vt agens semper cupiat ex virtute agere, quotiescunque ei oblata fuerit occasio Hæ sunt quatuor notę secundū quas considerantur & æstimantur actiones quarum, si vna aliqua defuerit, tū eiusmodi actiones non possunt plene & perfecte propter virtutem laudari. In artiū vero actionibus & operibus tantum vna illa conditio requiritur, nempe artis scientia & peritia.

Quatuor in actionibus sunt consideranda. *I.* *II.* *III.* *IV.*

C τὰ μὲν οὖν πράγματα) Hæc est appendix seu conclusio prædictorum, in qua affirmat, recte actiones virtutum definiri ex persona agētis, & vice versa ex actionibus virtutū etiam recte definiri bonum virū hoc modo; Actio iusta ea dicitur, quæ talis est, qualem solet vir iustus præstare: contra vir iustus est, qui ita agit, quemadmodum iustitia requirit, i. qui sciens & certo consilio & amore iustitiæ, firmo denique & constanti animi proposito, agit ea, quę sunt iusta. Sic etiam de ceteris virtutibus actio temperata est, quæ talis est, qualem solet vir temperans præstare:

& vice versa temperans est, qui agit temperate, secũdum prædictas illas conditiones, quas ipsa virtus requirit: ex his concludit Aristoteles se recte dixisse, quod ex crebris actionibus iustis, fortibus, temperatis, & similium virtutum comparetur habitus iustitiæ, temperantiæ & aliarũ virtutum. Atq; hoc confirmat ex contrario: nam, inquit, qui non agit, quæ sunt iusta aut temperata, is nunquam comparabit sibi habitum iustitiæ vel temperantiæ: sed potius acquiret sibi contrarios habitus: veluti si sæpe agit, quæ sunt iniusta, tandem etiam sibi acquirit habitum iniustitiæ.

D ἀλλ' οἱ πολλοὶ ζῶντα μὲν) Hæc est altera pars cap. in qua reprehendit & refutat falsam persuasionem eorum qui existimant, se tum virtutem esse consecutos, & pro viris bonis se debere haberi, quando multa possunt de virtute disserere & disputare more Philosophorum. Hoc refutat Aristoteles exemplo a simili: Quemadmodũ igitur ægrotus non sanitatem cõsequitur, quando diligenter audit medicos de suo morbo disputantes, aut ipse etiam de suo morbo multa verba potest facere, si non ipse etiam faciat aut agat ea, quæ medici facienda esse præcipiunt. Ita neque virtus, quæ est animi sanitas comparatur disputando, neque vir bonus efficitur, qui de virtute multa potest disserere & disputare, nisi etiam ipsam virtutem transferat ad ipsum vsum, id est, agat ex virtute: nam præcipuus finis doctrinæ, de virtutibus: quemadmodum in secundo cap. dictum fuit, est ipsa actio. Itaque recte Nazianzenus dixit, eum esse sapiẽtem, id est virum dicendum, qui pauca quidem verba de virtute: multa autem exempla iustorum & honestorum factorum ex se profert, & recte etiam quidam Lacedæmonius interrogatus, quid sentiret de disputationibus Philosophorum Atheniensium, quas habebant de virtute, respondit, eos quidem præclaras esse & eruditas; sed tamen inutiles: quia nemo illorum in vita suis actionibus declararet ea, quæ præclare de virtutibus & honestate in suis scholis disputarent & declamarent, volens indicare virtutem, non in multitudine verborum, & in subtilitate disputationum consistere: sed ex ipsis factis & actionibus de ea esse iudicandum.

CAP.

CAP. 5.

His expositis, deinceps videndũ est, quid sit virtus. Quoniam igitur tria sunt in animo, affectiones, facultates, habitus, ex his tribus vnum aliquid virtus erit. Affectiones aũt appello, cupiditatem, iram, timorem, audaciam, inuidiam, gaudium, amicitiã, odium, desiderium, æmulationem, misericordiã, & omnino ea quæ voluptas cõsequitur vel dolor. Facultates autem, quibus ad illas accipiendas apti dicimur: vt per quas irasci possumus, vel dolere, vel misereri. Habitus vero, quibus bene vel male in affectibus animati sumus: velut cum irascimur, si vehementer vel remisse, male habemus: sin mediocriter, bene: itemque in ceteris. Ac affectiones quidem nec virtutes sunt, nec vitia, propterea quod ex affectionibus nec probi nec improbi nominamur: ex virtutibus & vitiis nominamur: quodque affectiones nobis nec laudi dantur, nec vitio. Nec enim qui timet, nec qui irascitur, laudatur: nec qui omnino irascitur, vituperatur, sed qui quodammodo. At vero propter virtutes & vitia laudamur aut vituperamur. Præterea irascimur & timemus absque delectu: virtutes aut ipsæ selectiones sunt quædam, aut non absque animi electione. Ad hæc

ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

A

Μετὰ δὲ ταῦτα τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ, σκεπτέον. ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστὶ, πάθη, δυνάμεις, ἕξεις, τούτων ἄν τι εἴη ἡ ἀρετή. λέγω δὲ πάθη μὲν, ἐπιθυμίαν, ὀργὴν, φόβον, θράσος, φθόνον, χαρὰν, φιλίαν, μῖσος, πόθον, ζῆλον, ἔλεον, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη. δυνάμεις δὲ, καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι, ἢ λυπηθῆναι, ἢ ἐλεῆσαι. ἕξεις δὲ, καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς· οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν· εἰ δὲ μέσως, εὖ· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα. πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν, οὔθ' αἱ ἀρεταὶ, οὔθ' αἱ κακίαι, ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι· κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς ἢ κακίας λεγόμεθα· καὶ ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὔτ' ἐπαινούμεθα, οὔτε ψεγόμεθα. οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος, οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος· οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς. κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. ἔτι ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως. αἱ δ' ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. πρὸς δὲ τού-

B

τοῖς, κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα· κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας, οὐ κινεῖσθαι ἀλλὰ διακεῖσθαί πως. διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν. οὔτε γὰρ ἀγαθοὶ λεγόμεθα, τῷ δύνασθαι πάσχειν ἁπλῶς, οὔτε κακοί· οὔτ' ἐπαινούμεθα, οὔτε ψεγόμεθα καὶ ἔτι δυνατοὶ μέν ἐσμεν φύσει· ἀγαθοὶ δὲ ἢ κακοί, οὐ γινόμεθα φύσει. εἴπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον. εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταί, μήτε δυνάμεις, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι.

C

ὅ, τι μὲν οὖν ἐστι τῷ γένει ἡ ἀρετή, εἴρηται.

affectionibus moueri dicimur: virtutibus & vitiis non moueri, sed quodammodo affici dicimur. Ob easq; caussas ne facultates quidem sunt. Neq; enim eo vel boni dicimur vel mali quod omnino affici possumus, neque laudamur, neq; vituperamur. Praeterea facultate praediti sumus natura, boni vel improbi non efficimur natura, quod supra ostendimus. Quod si nec affectiones sunt virtutes, nec facultates, relinquitur vt ea sint habitus. Ac virtutis quidem, quod sit genus, dictum est.

COMMENTATIONES.

A μετὰ δὲ ταῦτα τί ἐστιν ἡ ἀρετή) Postquam Aristoteles explicasset de caussa efficiente & materiali virtutum moralium iam vlterius progreditur ad caussam formalem, i. ad definitionem virtutis, qua forma & essentia indicatur virtutis. Sunt autẽ omnis definitionis, vt Dialectici praecipiunt, duae principales partes: genus sc. & differẽtia specifica. Genus vero primum locum in omni bona definitione habet, & propterea etiam primo loco est in constituenda definitione quaerendũ: praecipiunt autem Dialectici genus quaerendum esse & sumẽdum ex eodem praedicamento, in quo est ipsum definitum. Cum vero virtus sit in praedicamento qualitatis: ideoq; Arist. quoq; per enumerationem specierum qualitatis genus eius vero inuestigat hoc modo: *Omnia quae sunt in qualitate, vel sunt habitus, vel sunt potentiae,* δυνάμεις, *vel sunt affectus, vel sunt figura, vel forma:* nam hae sunt quatuor species qualitatum: *Virtus autem est in qualitate, & est figura aut forma, neque etiam potentia naturalis, neque affectus:* Igitur relinquitur, *quod virtus sit habitus* ἕξις. In hoc argumento Arist. declarat paucis vocabulis, quid nimirum intelligat per affectus, potẽtias & habitus: *Affectus,* qui a Graecis πάθη nominantur, a Cicerone *perturbationes,*

sunt

ſunt *qualitates animi*, quibus commouētur homines ad aliquid fugiendum aut expetendum, agendum aut non agendum, quæ coniunctam habent, vel voluptatem aliquam, vel moleſtiam ſeu dolorem: veluti ſunt ira, cupiditas, metus, audacia, gaudium, odium, amor, triſtitia & his ſimilia. Quod vero Cicero lib. 4. Tuſcul. quæſt. *Affectus* ſic definit, quo dicit, *Eſſe commotionem animi auerſam a recta ratione contra naturam*. Hæc definitio tātum intelligenda eſt de vehementioribus & immoderatis affectibus, qui perturbant animi tranquillitatem. Tales affectus ſunt vitioſi, & contra naturam, alioqui etiam ſunt multi boni & laudabiles affectus, quæ ſunt ſecundū naturam, & non perturbant, imo potius recreant & oblectant animum hominis. Ex quo apparet falſam eſſe Stoicorum ſentētiam, qui dixerunt omnes affectus eſſe vitioſos, & e natura extirpādos. *Potentia*, quę δυνάμεις appellantur, ſunt qualitates animi, ſecūdum quas dicimur ad eiuſmodi affectus eſſe propenſi, & ſecūdum quos animus excitatur ad aliquid agendum, veluti cum dicimus, aliquem eſſe propenſum ad iram, ad metum, ad odiū, ad miſericordiam. Habitus ſunt qualitates animi firmæ & ſtabiles ex crebris actionib: & longo vſu acquiſitæ: ſecūdū quas circa affectus bene aut male nos habemus. Hæc tria inquit Ariſt. in hoc loco eſſe in animo hominis, non intelligit totum, ſed tantum eam partem animi, qua appetimus aliquid, nempe animam appetitiuam vel appetentem, quæ eſt præcipua ſedes virtutum moralium.

B πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν, οὔθ' αἱ ἀρεταὶ) Hæc ęſt prima refutatio, qua probat quatuor argumētis, quod virtutes non ſint πάθη, i. *affectus*. Primum eſt tale, *Propter affectus, neq; ſumus, neq; dicimur boni vel mali*, quia quæ naturaliter nobis inſunt: propterea non poſſumus boni vel mali nominari. Sed *propter virtutes & vitia ſumus & dicimur boni & mali*: nā virtus efficit virum bonum: & nemo dicitur vir bonus niſi propter virtutē. Ita propter vitia dicimur mali. Igitur *virtutes & vitia non ſunt affectus* τὰ πάθη. Alterum arg. *Propter affectus nemo poteſt ſimpliciter vel laudari vel vituperari: Sed propter virtutem & vitia ſimpliciter poſſumus vel laudari vel vituperari*, quia laus eſt propriū conſequens virtutis, vt in fine 1. lib. dictū eſt,

Quatuor argumenta.

I.

II.

Ergo *virtutes & vitia non sunt affectus.* Quod autem in maiore propositione dicitur, neminem posse simpliciter propter affectus laudari vel vituperari, intelligẽdum est, quatenus affectus nobis naturaliter insunt: ea enim ratione neutro modo se habent secundum Philosophorum opinionem, ita vt neque boni sint, neque mali, nisi quatenus aliquis illis bene vel male vtatur: ideo etiam Aristoteles adiicit alteram particulam *πῶς, aliquo modo:* tũ enim laudatur aliquis propter affectus, si in eis seruet modum vel mediocritatem: si vero modum excedit, vituperatur. Tertiũ argumentũ, *Affectus sunt ἄνευ προαιρέσεως sine electione, & certo animi proposito & consilio: virtutes autem non sunt sine electione & proposito animi:* Ergo *virtutes affectus.* Maior ex eo manifesta est, quia affectus sunt animi quidã motus, qui subito & ex improuiso nobis quodammodo insciis & interdum etiam inuitis existunt: & aliquando rursum etiam subito euanescunt, ita vt non admittant προαίρεσιν, i. *animi consultationem & electionem.* Quartum argumentum sumitur ex consequentibus: etiam *propter affectus animus dicitur κινεῖσθαι, moueri & perturbari: propter virtutes autem animus non dicitur κινεῖσθαι, commoueri aut perturbari:* Sed διακεῖσθαι certo modo conformari & disponi, id est, firmã aliquam & stabilem qualitatem contrahere, per quam apti & idonei efficimur ad aliquid agendum, & propter quam animus dicitur bene vel male dispositus: & homo ipse bonus vel malus redditur & dicitur: Igitur *virtutes non sunt affectus.*

III.

IV.

Tria argumenta.

C Διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν) Hæc est *ἀνασκευή,* i. *refutatio,* quã probat virtutes non esse *δυνάμεις*, id est, *potentias seu facultates*, tribus argumentis: quorum duo priora eadem sunt cum iis, quæ antea habuimus, quibus probauerat virtutes non esse affectus. Primum est tale: *Propter potentias non dicimur boni vel mali*: nemo enim bonus dicitur vel malus, quia potest esse bonus vel malus: Sed quia est bonus vel malus: Sed *propter virtutes dicimur boni vel mali:* Igitur *virtutes & vitia non sunt δυνάμεις.* Alterum argumentum, *Propter potentias neq; laudari neq; vituperari simpliciter possumus*: Sed *propter virtutes iure possumus laudari, & propter vitia iure possumus vitupera-*

I.

II.

vituperari. Ergo *virtutes & vitia non sunt δυνάμεις.* Tertium, *potentiæ seu δυνάμεις naturaliter nobis insunt: virtutes autem nõ naturaliter nobis insunt,* vt in primo cap. fuit probatum. Ergo *virtutes non sunt δυνάμεις.* In hoc argumento obiter notandum est, quod Aristoteles dicit, neminem nasci malum, id non simpliciter verum est: sed tantum philosophice accipiendum: sacræ literæ autem contrarium docent, nos omnes natura esse malos & filios iræ, vt Paulus in epist ad Ephes. ait, & Dauid in Psal. 51 fatetur: *Se in peccato conceptum & natum esse:* & Genes. cap. 8. dicitur, *Quod sensus & cogitationes humani cordis ab adolescentia sua prona sunt ad malum:* Sed de hac corruptione humanæ naturæ Philosophi nihil sciuerunt, vnde habeat suam originem: ideo dixerunt hominem nasci οὐδέτερον i. *neutro modo*, se habentem neq; bonum neque malum, sed talem, qui possit vel malus vel bonus fieri. Et Aristoteles lib. 3. de animo ait, *Animam hominis similem esse fabulæ puræ, cui nihil neq; bonum neq; malum à natura adhuc sit inscriptum, aptum tamen, cui possit vtrumq; inscribi.*

CAP. 6.

Dicendum est autem non solum habitum esse virtutem, sed etiã qualis sit. Hoc igitur confitendum est, virtutem omnem, in quo ipsa sit, eũ probe affectum reddere, officiumq; ac munus eius probe exsequi: vt virtus oculi & ipsum oculum probum efficit, & munus eius. virtute enim oculi probe cernimus. Itemque virtus equi, equum probum efficit, & ad cursum aptum, & ad vehendum eum qui insideat, ad exspectandosque hostes idoneum. Quod si ita est in omnibus, certe hominis virtus habitus erit, quo &

ΚΕΦΑΛ. ϛʹ.

Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἕξις, ἀλλὰ καὶ ποία τις. ῥητέον οὖν ὅτι πᾶσα ἀρετὴ οὗ ἂν ᾖ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσιν· οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ. τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν. ὁμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ, ἵππον τε σπουδαῖον ποιεῖ, καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν, καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην, καὶ μεῖναι τοὺς πολεμίους. εἰ δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχει, ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις, ἀφ' ἧς

A

ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ἀφ᾽ ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. πῶς δὲ τοῦτ᾽ ἔσται, ἤδη μὲν εἰρήκαμεν. ἔτι δὲ καὶ ὧδε ἔσται φανερόν, ἐὰν θεωρήσομεν ποία τίς ἐστιν ἡ φύσις αὐτῆς. ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ καὶ διαιρετῷ ἐστὶ λαβεῖν, τὸ μὲν πλεῖον, τὸ δ᾽ ἔλαττον, τὸ δ᾽ ἴσον· καὶ ταῦτα, ἢ κατ᾽ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἢ πρὸς ἡμᾶς. τὸ δ᾽ ἴσον μέσον τι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. λέγω δὲ τοῦ μὲν πράγματος μέσον, τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ᾽ ἑκατέρου τῶν ἄκρων, ὅπερ ἐστὶν ἓν καὶ ταὐτὸ πᾶσι· πρὸς ἡμᾶς δέ, ὃ μήτε πλεονάζει, μήτε ἐλλείπει. τοῦτο δ᾽ οὐχ ἕν, οὐδὲ τὸ αὐτὸ πᾶσιν· οἷον εἰ τὰ δέκα πολλά, τὰ δὲ δύο ὀλίγα, τὰ ἓξ μέσα λαμβάνουσι κατὰ τὸ πρᾶγμα. ἴσως γὰρ ὑπερέχει τε καὶ ὑπερέχεται. τοῦτο δὲ μέσον ἐστὶ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς, οὐχ οὕτω ληπτέον. οὐ γὰρ εἴ τῳ δέκα μναῖ φαγεῖν πολύ, δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξει. ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ, ἢ ὀλίγον. Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων πολύ. ὁμοίως ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης. οὕτω δὴ πᾶς ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγει, τὸ δὲ μέσον ζητεῖ, καὶ τοῦθ᾽ αἱρεῖται. μέσον δέ, οὐ τὸ τοῦ πράγματος-

B C

vir bonus efficitur, & officio suo ac munere probe fungitur. Hoc autẽ quemadmodum futurum sit, & iam diximus: & nunc ita deniq; perspici poterit, si qualis eius sit natura, considerabimus. Licet quidem in omni natura continuata, ac diuidua, & quod præstat, notare, & quod superatur, & quod æquale est: idque vel pro ipsius rei natura, vel habita ratione nostri. Æquale autem dicitur medium, quod est inter rem quæ præstat, & eam quæ vincitur. Rei autem medium appello id, quod æque abest ab vtroq; extremorum: idq; apud omnes vnum idemq; est. nostri autem ratione mediũ est, quod nec transit modum, nec deserit: id vero nec vnum idemq; apud omnes est: vt si decem nimiũ multa sunt, duo pauca, capiãt sex pro rei media. Æque enim superant atque superantur. Hoc autem medium est proportione arithmetica: at quod nobis medium est, non ita sumendum est. Non enim si cui decem minas edere nimium sit, duas parum, sex minas magister ludi præscripserit. Est enim hoc fortasse nimium vel parum ei qui capiet. Miloni enim parum, tyroni nimium. Itidem fit & in cursu, & in lucta. Ita nimium & parum artifex omnis vitat: mediocritatem exquirit, eamque persequitur. ac mediocritatem non rei quidem,

dem, sed quæ a nobis ducitur. Quod si omnis sciētia ita suum præclare munus exsequitur, si mediocritatem intuetur, ad eamque sua opera omnia refert (hinc solent de operibus bene habentibus prædicare, nec iis detrahi quicquam, nec addi posse: quia nimium & parum omne quod bene est, labefactet, conseruet vero mediocritas) boni autem artifices eo, ut diximus, intuentes, opera sua præstant: virtus autem certior est præstantiorque quam ars omnis, ut & natura: profecto mediocritatis ea sit indagatrix necesse est. De ea loquor, quæ est moralis. ea enim in affectionibus actionibusque consistit, in quibus & nimium & parum, ut mediocritas: ut timere, confidere, cōcupiscere, auersari, irasci, misereri, omnino gaudere & dolere possumus & magis, et minus, & utrumque non recte. At vero quando, in quibus, & in quos decet, cuiusque rei caussa, & quomodo æquum est, mediocre quiddā est ac optimū: quod quidem in virtute situm est. Itemque in actionibus est nimium, parum & mediocre. Virtus vero in affectionibus est actionibusque: in quibus nimio peccatur, & parum in vitio est, mediocre in laude & recte factis. quæ duo virtutis sunt propria. Est igitur mediocritas quædam virtus, cum mediocris sit

D

τοῦ, ἀλλὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς. εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα, καὶ εἰς τοῦτο ἄγουσα τὰ ἔργα (ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὔτ᾽ ἀφελεῖν ἐστὶν, οὔτε προσθεῖναι, ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσότητος σωζούσης.) οἱ δ᾽ ἀγαθοὶ τεχνῖται, ὡς λέγομεν, πρὸς τοῦτο βλέποντες ἐργάζονται· ἡ δ᾽ ἀρετὴ, πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμείνων ἐστὶν (ὥσπερ καὶ ἡ φύσις) τοῦ μέσου ἂν εἴη στοχαστική. λέγω δὲ τὴν ἠθικήν. αὕτη γάρ ἐστι περὶ πάθη καὶ πράξεις. ἐν δὲ τούτοις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον. οἷον καὶ φοβηθῆναι, καὶ θαρρῆσαι, καὶ ἐπιθυμῆσαι, καὶ ἀποστραφῆναι, καὶ ὀργισθῆναι, καὶ ἐλεῆσαι, καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι ἐστὶ καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ ἀμφότερα οὐκ εὖ· τὸ δ᾽ ὅτε δεῖ, καὶ ἐφ᾽ οἷς, καὶ πρὸς οὓς, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὡς δεῖ, μέσον τε καὶ ἄριστον, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον. ἡ δὲ ἀρετὴ, περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστίν. ἐν οἷς ἡ μὲν ὑπερβολὴ ἁμαρτάνεται, καὶ ἡ ἔλλειψις λέγεται, τὸ δὲ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται. ταῦτα δ᾽ ἄμφω τῆς ἀρετῆς. μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, στοχαστική γε

E

F οὖσα τοῦ μέσου. ἔτι τὸ μὲν ἁμαρτάνειν, πολλαχῶς ἐστι. τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον· τὸ δ' ἀγαθὸν τοῦ πεπερασμένου· τὸ δὲ κατορθοῦν, μοναχῶς. διὸ καὶ τὸ μὲν ῥᾴδιον, τὸ δὲ χαλεπόν. ῥᾴδιον μὲν τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ, χαλεπὸν δὲ τὸ ἐπιτυχεῖν. καὶ διὰ ταῦτ' οὖν, τῆς μὲν κακίας ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, τῆς δὲ ἀρετῆς ἡ μεσότης.

Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί.

G ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε. H μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν· καὶ ἔτι τῷ τὰς μὲν ἐλλείπειν, τὰς δ' ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος, ἔν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι. τὴν δ' ἀρετὴν τὸ μέσον καὶ εὑρίσκειν, καὶ αἱρεῖσθαι. διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα, μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή. κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ, ἀκρότης. I οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις, οὐδὲ πᾶν πάθος, τὴν μεσότητα. ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος· οἷον ἐπιχαιρεκακία, ἀναισχυντία, φθόνος· καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων, μοιχεία, κλοπή, ἀνδροφονία. πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, λέγεται τῷ αὐτὰ φαῦλα εἶναι,

indagatrix. Iam peccare licet multis modis: quoniam vt Pythagorei coniiciebant, malum infiniti est, bonum finiti. At vero recte facere vno modo licet. Itaque illud facile, hoc difficile est. Nam & a signo discedere, facile est: at ipsum attingere, magni negotii. Ob eamq; caussam nimium & parum in vitio est, mediocritas in virtute.

Nam est simplex virtus, omnigenum vitium.

Est igitur virtus, habitus animi eligendi iudicio praditus, in mediocritate positus nos attingente, rationeq; sic definita, vt prudens praescripserit. Mediocritas autem duorum vitiorũ est: vnius nimium exsuperãtis, alterius parum progredientis. itemq; ob id, quod alia vitia in affectionibus & actionib. modum exsuperent, alia ab eo deficiant: virtus vero & inueniat, & sequatur mediocritatem. Quocirca virtus natura sua & definitione, qua quid sit explicatur, mediocritas est: praestantia & bonitate extremitas. Sed non omnis actio, neq; omnis affectio mediocritatem admittit. Sunt enim quadam, qua statim cum ipso nomine vitium connexum habent, vt maleuolentia, impudẽtia, inuidia: & in actionibus adulterium, furtum, cades. Hac enim omnia, quaeq; sunt eiusdem generis, quod ipsa per se vitiosa sint, sic dicuntur,

non

non eorum immensi nimium, aut parum magni progressus. Nunquam igitur in iis recte factum, sed semper peccatum existit: nec in talibus bene aut nō bene versari licet, vt adulterare quam aequum est, vel quando, vel quemadmodum oportet: sed omnino quiduis eorum facere, peccare est. Perinde igitur est ac si quis in iniustitia, ignauia, intemperantia mediocritatem, ac nimium & parum requirat. Nam isto quidem modo, & nimium exsuperantis ac deficientis mediocritas esset, & exsuperantis exsuperatio, & deficientis defectio. Vt vero temperantiae, & fortitudinis, nec nimium est, nec parum propterea quod mediocritas quodā modo in summo sita est: sic istorum mediocritas nulla est, nec nimium, nec parum: sed ut quicque gestum est, peccatū est. Omnino enim nec eius quod nimiū est & parum, mediocritas est, nec mediocritatis nimium & parum.

ἀλλ' οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν, οὐδὲ αἱ ἐλλείψεις. οὐκ ἔστιν οὖν οὐδέποτε περὶ αὐτὰ κατορθοῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἁμαρτάνειν. οὐδ' ἔστι τὸ εὖ ἢ μὴ εὖ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ἣν δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὡς μοιχεύειν· ἀλλ' ἁπλῶς τὸ ποιεῖν ὁτιοῦν τούτων ἁμαρτάνειν ἐστίν. ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. ἔσται γὰρ οὕτω γε ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης, καὶ ὑπερβολῆς ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις ἐλλείψεως. ὥσπερ δὲ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, διὰ τὸ τὸ μέσον εἶναί πως ἄκρον. οὕτως οὐδὲ ἐκείνων μεσότης, οὐδὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ἀλλ' ὡς ἂν πράττηται ἁμαρτάνεται. ὅλως γὰρ οὔθ' ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἐστὶν, οὐδὲ μεσότητος ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις.

COMMENTATIONES.

A Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν) Post genus virtutis progreditur Aristoteles ad inuestigandam differentiam specificam, quae iuncto generi definitionem potest constituere. Neq; enim satis est, dicere virtutem esse habitum: nam sunt adhuc plures aliae qualitates, quae sub hoc genere comprehenduntur: sed oportet etiam ostendere, qualis sit habitus, de quo in hoc cap. agit, & primum ostendit, virtutem esse bonum habitum. Deinde ostendit esse habitum, qui consistit in mediocritate. Tertio

integram proponit virtutis definitionem. Postremo explicat quæstionem; vtrū omnes habitus & actiones possint admittere ad laudabilem mediocritatem. Quod ad primum attinet, vocabulum virtutis, si generaliter accipiatur: significat cuiuslibet rei perfectionem, secundum quam ipsa res optime se habet, & munere suo rectissime fungitur. Atq; hoc modo vocabulum virtutis potest tribui omnibus rebus tam animatis, quam inanimatis: omnibusq; animalibus tam ratione præditis, quā ratione destitutis. Nam cuilibet rei naturaliter inest quædam vis & facultas, per quam potest opus suum, ad quod a Deo facta est, perficere. Quæ vis & facultas solet etiam virtus eius nominari, vt herbæ, stirpes plantæ, dicuntur habere suas vires & virtutes: sic gēmæ, lapides, metalla & omnes aliæ res, proprias habent vires & virtutes. Secundum hāc virtutis vocabuli significationem, Cicero lib. 1. de legib. videtur virtutem describere, cum ait: *Virtus nihil aliud est, nisi in se perfecta, & ad summum producta natura.* Et Hippodamus Pythagoreus ait: *Virtus est cuiusq; naturæ extremitas atque perfectio.* Quod autem virtus tale quoddam sit, etiā intelligitur ex eius contrario, nempe ex vitio; tum enim res aliqua dicitur vitiosa, cum male se habet, & suo munere recte fungi non potest. Quod Aristoteles declarat exemplis, *Virtus*, inquit, *oculi est, per quam oculus bene se habet, & potest suo munere bene fungi*, id est, res obiectas cernere & videre. *Vitiosus autem oculus dicitur, qui non potest de coloribus aut obiectis recte iudicare.* Ita virtus equi dicitur, per quam equus bene se habet, & suo munere in currendo & portando, & aliis actionibus bene feliciterque potest fungi: vitiosus autem equus dicitur, qui ineptus est ad ista munera. Atque hæc est generalis vocabuli virtutis significatio, per quam Aristoteles ostendere vult, virtutem non esse simpliciter qualemcunque habitum, sed esse bonum habitum, per quem animus hominis, qui est subiectum virtutis, perficitur, atque adeo ipse homo bonus efficitur, vt propter talem habitum possit vir bonus nominari. Vocabulum virtutis apud Latinos, vt Grammaticis placet, & etiam Cicero lib. 2. Tuscul. quæstio affirmat, a viro nomen habet. Vnde etiam sæpenumero fortitudo, quæ virorum

est propria, & apud Græcos *ἀνδρεία, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, a viro* dicitur, *κατ' ἐξοχὴν propter excellentiam* nominatur *virtus.* Et Plutarchus in vita Camilli scribit apud Romanos, fortitudinem in tanto honore habitam fuisse, vt ea sola virtus nominaretur. Apud Græcos variæ sunt Etymologiæ *τῆς ἀρετῆς, virtutis.* Plato enim in Cratylo dixit: *τὴν ἀρετὴν* dictam esse quasi *αἱρετὴν, expetendam*, a verbo *αἱρέω, expeto*, vel *ἐρατὴν, amabilem*, a verbo *ἐράομαι amo*: quidam etiam *ἀρετὴν* dictam putant *ἀπὸ τοῦ ἄρεος*, a *Marte* vel *bello*, quia in bello maxime opus est virtute: alii etiam *ἀρετὴν* deducūt a verbo *αἴρω, tollo*, quia attollit mentem ad summa & ardua, ipsaque homines quasi in cœlum effert: vnde etiam multi apud veteres propter virtutis præclara facta in numerum deorum fuerunt relati, & inter sydera cœli collocati.

Secunda pars cap.

B *πῶς δὲ τοῦτ' ἔσται* Hæc est altera pars cap. in qua agit de mediocritate, quæ est, vt hoc loco ait, *ἡ φύσις, natura* & essentia, siue caussa formalis ipsius virtutis, sine qua nulla virtus esse potest. Primum autem tractat quæstionem, an sit mediocritas in affectibus & actionibus, circa quas virtus moralis versatur. Deinde ostendit, quo pacto illa mediocritas in virtute sit constituenda: tertio adfert quædam argumenta, quibus probat virtutem consistere in mediocritate. Quod ad primum attinet, esse mediocritatem in affectibus & actionibus, circa quas virtus versatur, probatur tali argumento: *Vbicunque est æquale, ibi etiam est medium*: nam æquale nihil est aliud, quā medium inter duo extrema, plus & minus: Sed *in affectibus & actionibus potest esse æquale aliquid*: Igitur *in affectibus & actionibus potest esse medium seu mediocritas.* Maior est per se manifesta ex natura relatiuorum: nam hæc tria se mutuo respiciunt, plus, minus & æquale, & neutrum sine altero perfecte potest intelligi. Minor tātum hoc modo probatur: *Quæcunq; sunt continua & diuidua*, i. quæcūq; possunt diuidi, *in iis sunt hæc tria, plus, minus & æquale.* Nam omnis diuisio vel partitio alicuius cōtinui fit in partes, vel maiores, vel minores, vel æquales: Sed *affectiones & actiones possunt diuidi*: Ergo *in affectib. & actionib. reperiuntur hæc tria, plus, minus & æquale.* Quod ad minorem propos. attinet, sciendū est affectiones per se non

Argum.

Probatio minoris Argum.

posse diuidi, quia non sunt in quantitate: omnis autem diuisio fit ratione quantitatis: sed dicuntur diuidi per accidens, ratione nimirum motus & temporis, quæ illis accidunt, & admittunt aut deprimũt. Vnde etiam vocabula quantitatis, nunquam illis attribuuntur, vt cum dicimus: *Gaudium, magnus color, breue gaudium, iræ furor breuis, longa spes, mediocris voluptas, diuturnus amor, longus amor*, quæ Epitheta seu adiectiua proprie tantum competunt corporibus quantitatis ratione: sed tamen rebus incorporeis attribuuntur, quatenus æstimantur tempore & magnitudine quæ sunt in qualitate.

C καὶ τοῦτο ἢ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα) In his verbis Aristoteles explicat alterum, quod hic est cõsiderandum; nempe quo pacto mediocritas in virtute sit æstimanda & spectanda, pro cuius explicatione notanda hæc est distinctio. Medium est duplex, vel est τοῦ πράγματος, *rei*, vel πρὸς ἡμᾶς, *quoad nos*, quod dicitur medium personæ. Medium rei dicitur illud, quod consideratur solũ respectu earum rerum quale est mediũ, æqualiter distans a suis extremis. Exẽpli gratia, *Centrum circuli dicitur esse medium pũctum in circulo*: & illud æqualiter distat a circumferentia circuli. Atque hoc medium rei dicitur habere proportionem arithmeticam, in qua termini semper æqualiter a se mutuo distant, vt 1.2.3.4.5.6.7.8 9.&c. hi numeri æqualibus interuallis a se mutuo distant: nam alter alterum sola vnitate excedit: medium autem personæ dicitur, quod pro ratione personarum non habet plus vel minus, etiamsi non in omnibus personis sit vnum & idem, idque propter personarum, aut aliarum etiam circumstantiarum varietatem. Atque hoc medium dicitur habere proportionem Geometricam, in qua non simplex aut nuda spectatur aut seruatur æqualitas: sed spectatur similitudo rerum pro circumstantiarum varietate, vt quando maior merces datur ei, qui integrum diem laborauit, quam ei qui vnam aut duas solum horas laborauit. Huius medii Aristoteles adfert exemplum ex arte γυμναστικῇ τροφῇ, in qua ipsi præfecti Athletarum solebant suis discipulis seu Athletis certam cibi mensuram: sed omnibus eandem, cuilibet pro ratione virium & valetudinis, roboris, corporis: itaq; Miloni robustissimo Athletæ maior

maior quantitas cibi præſcribebatur, quam alicui Tyroni, qui non eſſet adeo robuſto corpore præditus, quẽadmodum etiam iſtam proportionem ſeruant adhuc hodie medici, quod nimirum non eandem quantitatem in medicamentis præſcribunt ægrotis & ſanis, pueris & adultis; ſed obſeruant vniuſcuiuſque vires & robur: nam ſi puero medicina in tanta quantitate præſcriberetur, quanta præſcribi ſolet adulto, cuius ſunt vires firmiores, magis inde puer læderetur & extingueretur, quam ſanaretur. Cum ergo quæritur, quodnam medium in virtute & virtutum actionibus locum habeat. Ad hoc reſpondet Ariſtoteles, virum prudentem in actionibus debere fugere extrema, i. nimium & parum, & eligere medium perſonæ, quod ſibi & ſuæ conditioni, aliiſque circumſtantiis eſt accommodatum: neque enim eadem vel liberalitas, vel prudentia, vel temperantia, vel fortitudo ſimpliciter ab omnibus poteſt poſtulari: ſed conſideranda eſt hic qualitas & conditio perſonarum: maior enim liberalitas in diuite, quam in paupere, in Cæſare quam in Principe requiritur: ſic maior temperantia requiritur in ſtudioſo quam in milite, in muliere quam in viro: maior prudentia in conſule, quam in ſenatore: maior fortitudo in Hectore quam in Paride. Ita etiam de aliis circumſtantiis eſt ſtatuendum: maior modeſtia requiritur in templo, quã in campo aut foro: maior ſobrietas tempore luctus, quam tempore gaudii. Cur autem in actionibus virtutum potius medium perſonæ, quam rei ſit conſiderãdum, cauſſa eſt, quia virtus a ſuis extremis non æquali prorſus interuallo diſtat: ſed ſemper vni extremorum vicinior eſt quam alteri: Exempli gratia: *Fortitudo vicinior eſt audaciæ, quam timiditati: liberalitas vicinior eſt prodigalitati, quam auaritiæ. Contra parſimonia vicinior eſt auaritia, quam prodigalitati.*

D *εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη*) Poſtquam oſtendiſſet Ariſtoteles in actionibus & affectibus eſſe mediocritatem, & eam conſiderandam eſſe reſpectu perſonæ agentis: iam vlterius progreditur & probat tribus rationibus & argumentis, quod in iſta mediocritate conſiſtat virtus. Primũ argumentum ſumitur a comparatione artium & virtutum, eamque probat a maiore ad minus, hoc modo: Sin

Tria argumenta.

1.

in artibus & operibus artium earum perfectio & bonitas æstimatur ex mediocritate, multo magis hoc faciendum est in virtutibus, earumque actionibus, quia sunt præstantiores, quam sint artes & artium opera: Sed antecedens est verum: Ergo *& consequens.* Assumtio probatur a facto artificum: omnes enim artifices id potissimum in operibus suis efficiendis spectant, vt superflua auferant, addunt vero ea, quæ desunt. vbi autem nihil est superfluum & nihil deest, illud opus dicitur suam habere mediocritatem. Deinde probatur a communi hominum iudicio: tum enim homines artificum opera solent cõmendare, quando ita sunt effecta & elaborata, vt nihil possit addi vel demi ad eorum perfectionem. Quod vero Aristoteles dicit, virtutem & naturam præstantiorem esse arte; illud primum de arte verum est propter quinque caussas: Prima est, quia virtutes sunt stabiliores & diuturniores quã artes, quemadmodum lib. 1. ca. 10. fuit dictum, *Nam virtutis nulla potest esse obliuio.* Altera caussa, quia virtus tantum est in viris bonis & facit virum bonum: artium vero cognitio potest et esse in malis & improbis hominibus, & non reddit virum bonum: sed artificem tantu bonum. Tertia caussa est, quia virtutibus nemo potest abuti: artium autem maximus est vsus. Quarta caussa est, quia artes tantum inseruiũt commoditatibus huius vitæ: virtutes vero etiam ad beatam vitam aliquid conferunt. Quinta ratio seu caussa est, quia artes sunt tantum ministræ & ancillę virtutis. Deinde quod ad naturam attinet, ea præstantior est, arte propter duas præcipuas caussas. Prima est, quia ars tantummodo imitatrix est ipsius naturæ: natura aũt ex seipsa & sua vi aliquid agit seu efficit, neq; opus habet artium ministerio. Altera caussa est, quia opera naturæ habent in se quandam vim & facultatem, aliquid operãtem: artium vero opera sunt quasi mortua, & in seipsis non habent propriam quandam vim.

II. Arg. — Ἐ λέγω δὲ τὴν ἠθικήν) Alterum argumentum, quo probatur virtutem in mediocritate consistere, sumitur exemplo adiunctorum; *In qua re præcipue consistit rectitudo & laus affectuum & actionum, in ea etiam consistit virtus: Sed in mediocritate consistit rectitudo & laus affectuum & actionum: Igitur in mediocritate consistit virtus.*

Minor

Minor declaratur ab Aristotele exemplo per cōtrarium: nam in quibus affectibus & actionibus nō versatur mediocritas ratione circumstantiarum, sed excessus vel defectus in illis etiam nulla est rectitudo & laus, sed potius peccatum & reprehēsio. Si quis maius vel minus metuit aut irascitur, aut misseretur, gaudet aut dolet, quam deberet illis in affectibus, peccat, & meretur reprehensionem. sic etiam in actionibus, si vel modum excedit, vel infra modum consistit, neq; singulas circumstantias obseruat, is propter tales actiones non potest laudari, sed magis meretur reprehensionem. Ex quibus manifestum, virtutis proprium in affectibus & actionibus mediocritatem, quantum fieri potest, spectare & tenere.

F ἔτι τὸ μὲν ἁμαρτάνειν) Tertium argumentum sumitur a natura virtutis & medii. Nam *medium in qualibet re vel actione, est tantum vnum & simplex. Atqui ex virtute agere, etiam tantum vno modo possumus.* Igitur *virtus est medium quiddam, & per consequens consistit in mediocritate.* Maior per se nota est, quod nimirum in omnibus rebus vnum tantum possit dari medium. Exempli gratia: In circulo sunt finita puncta: sed tamen vnum est punctum medii, quod dicitur centrum. Sic linea aliqua constat ex pluribus punctis: sed ex illis omnibus vnum tātum punctum est, in quo linea possit in duas æquales partes diuidi, & illud punctum dicitur esse medium lineæ. Minor propositio in qua dicitur, quod vno tantum modo possumus ex virtute recte agere & per cōsequēs, quod virtus sit vnum quoddam & finitum, probatur quatuor rationibus; Prima sumitur ab auctoritate & testimonio Pythagoræorum, qui duos statuerunt ordines rerum in tota hac vniuersitate: Omnia enim quæ sunt, ea vel sunt bona, vel sunt mala. In ordine bonorum collocarunt vnum & finitum. Hinc ergo sic argumentatur Aristoteles. *Quod bonum est, id est vnum & finitum: Virtus est bonum quiddam:* Igitur *virtus est vnum quiddam:* & per consequens, *Ex vno tantum modo ex virtute recte possumus agere.* Altera ratio sumitur *a contrario,* ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, *Virtuti contrarium est vitium.* Igitur *etiam contraria erunt vtriusque consequentia: Nam si vitium est varium & multiplex:* Igitur *virtus erit vnū quoddam & simplex;*

III. Arg.

Argum.

& si variis modis possumus peccare atque errare. Igitur *vno modo tantum possumus recte agere in qualibet re.* Tertia ratio sumitur ex loco adiunctorũ. *Si virtus esset quoddã multiplex & varium, tum facile esset ex virtute agere: Sed non est facile ex virtute agere:* Ergo *virtus non est varium quiddam, sed vnum tantum & simplex.* Declaratur hoc argumentum similitudine desumta a sagittariis. Quemadmodum difficile est scopum attingere, quia vna tantum est recta linea, quæ ducit ad scopum: facile autem est a scopo aberrare, quia infinitæ sunt lineæ ex scopo aberrare: ita difficile est, ex virtute agere, quia vno tantum modo secundum eam possumus agere recte, facile autem est peccare: quia variis modis possumus circa aliquam actionem errare: ideo Aristoteles etiam lib. 1. magnorum moralium & Plato lib. 4. de republ dicit: *Vitium esse multiforme, virtutem vero esse vniformem.* Quarta ratio sumitur a testimonio cuiusdam Poetæ, qui dixit; *Vno tantum modo homines posse bonos, multis vero modis esse malos*; cui similis est Iuuenalis sententia, in Satyr. 13. vbi inquit:

Rari quippe boni numero vix sunt totidem, quot

Thebarum portæ vel diuitis ostia Nili. i. vix sunt septem boni.

Argum.

Tertia pars cap. Virtutis definitio.

G ἔστιν ἡ ἀρετὴ ἄρα ἕξις) Tertia hæc est huius capitis pars, in qua ex dictis colligit integram virtutis definitionem; quæ talis est: *Virtus est habitus cum electione consistens in mediocritate.* In hac definitione genus est *habitus*, ἕξις, de quo in præcedenti cap. pluribus dictum est: intelligitur vero habitus animi, non corporis: quia virtus moralis est animi & non corporis bonum atq; perfectio. Differentiæ sunt duæ Prima differentia est qua dicitur, quod sit habitus coniunctus cum electione seu consilio & animi proposito, aliquid agendi: per hanc differentiam virtus moralis separatur a virtutibus intellectualibus, in quibus non spectatur ἡ προαίρεσις, *animi electio, voluntas, propositum & consilium.* Deinde excludũtur etiam omnia ea, quæ suscipiuntur aut fiũt temere, casu, naturaliter & coacte: nam in his omnibus etiam nulla est προαίρεσις. Altera differentia est, qua dicitur, quod sit in mediocritate: hæc differentia est specifica, per quam virtus reuera separa-

separatur a suo contrario, i. a vitio: in eo enim nulla est mediocritas. sed in omni vitio, vel est excessus, vel defectus a mediocritate. Qualis autem ista mediocritas esse debeat, declaratur duabus sequentibus particulis: quarum prima est, quod dicit, *Esse mediocritatem* πρὸς ἡμᾶς, *relatam*, id est, *accommodatam & conuenientem nostræ personæ, & ei actioni, circa quam versamur.* Altera particula est, qua dicitur, *Quod sit mediocritas definita recta ratione viri prudentis: neq; enim illud rectum est, quod cuilibet suadet ratio: sed istud demum rectum est in actionibus: quod ratio viri prudentis suadet ac iubet.* Atque hoc modo rursum excluduntur vitia, quæ etiam nunquam fiunt ratione, sed peruersa & mala ratione: prudentiæ etiam proprium munus est, quemadmodum infra in *lib. 6. cap. 13.* ostenditur rectam rationem in omnibus actionibus indicari.

Η μεσότης δὲ δύο κακῶν) Postrema hæc est huius capitis pars, in qua explicantur tres quæstiones, quarum duæ in hoc textu coniunguntur. Prima est, *Quarum rerum respectu virtus dicatur esse mediocritas, quia omne medium dicitur respectu aliorum esse medium.* Ad hãc quæstionem respondet Aristoteles: virtutem dici mediocritatem respectu duorum extremorum, quæ sunt vitia, & sibi mutuo tanquam contraria opposita; quorum vnum habet *excessum*, ὑπερβολὴν: alterum *defectum* habet τὴν ἔλλειψιν, quæ duo Cicero nominat *Nimium* & *Parum*: ab Aristotele etiam aliquando vocantur μᾶλλον καὶ ἧττον, *maius & minus*. Altera quæstio est: quare virtus a Pythagoreis dicatur esse ἀκρότης, *extremitas*, quædam, cum tamen sit μεσότης, i. *mediocritas*: nam hæc duo videntur pugnare, esse extremum & medium. Ad hanc quæstionem per διάκρισιν, *distinctionem* Aristoteles respondet: *Virtus, consideratur dupliciter, vel secundum suam essentiam & naturam seu definitionem*, & tunc dicitur esse μεσότης, *mediocritas*: vel consideratur secundum suam ποιότητα, i. *qualitatem* seu *bonitatem*, & tunc dicitur esse ἀκρότης quædam, seu *extremum* & *summum quiddam*. Nam virtus in rebus humanis est in supremo ordine bonorum: vnde etiam dicitur, quod inter humana bona nihil sit præstantius & excellentius ipsa virtute, quemadmodum etiam eius con-

I. Virtus quarum rerum respectu dicatur mediocritas.

II. Virtus quare dicatur extremitas:

trarium, nempe vitium est in supremo ordine malorum.

Quæstio III. I ὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται) Tertia quæstio huius loci est, *Vtrum in omnibus & affectibus & actionibus possit dari & reperiri bona aliqua, & laudabilis mediocritas?* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles negando, & inquit: *Non omnis actio, neque omnis affectus recipit mediocritatem, quæ possit esse bona vel laudabilis.* Ratio responsionis est, quia quidam affectus: & quædam actiones, per se & sua natura sunt mali & vitiosi, ita vt nunquam possit in illis dari aut reperiri bona aliqua mediocritas. Atque id probat tribus argumentis. Primum est tale: *Quæ non propter excessum vel defectum, sed simpliciter sunt mala & vitiosa, in illis non potest dari bona mediocritas.* Alterum argumentum, *in quibus affectibus & actionibus nunquam potest fieri, vt in illis aliquis recte agat, sed necesse est in illis semper peccare: in illis etiã non potest dari mediocritas*: Sed *in quibusdam affectibus & actionibus nunquam potest aliquis agere recte*: Sed *necesse est vt semper in illis peccet.* Igitur *in quibusdam affectibus & actionibus non potest dari bona mediocritas.*

Arg. I.

Arg. II.

Minorem propositionem probat, quia bonitas & vitiositas talium affectuum & actionum non est ratione circumstantiarum, sed sua natura sunt mali & vitiosi, ita, vt non possint reuocari ad bonam mediocritatem. Pro declaratione horum duorum argumentorum notandæ sunt duæ distinctiones vna affectuum, altera actionum.

Affectuũ alii boni, alii mali. Affectus alii per se sua natura & semper sunt boni, & proinde non propter mediocritatem, sed per se laudantur: imo non requirunt mediocritatem, vt *Amor erga Deum, timor Dei, odium vitiorum atq; scelerum, amor parentum, liberorum, coniugum, misericordia erga afflictos & calamitosos.* In his & similibus enim laudatur mediocritas, sed ipsi per se sunt laudabiles. Alii n. affectus per se & sua natura atque semper sunt mali & vitiosi, adeo vt nõ possint admittere laudabilẽ mediocritatem: Semper enim siue magni, siue parui, siue mediocres fuerint, merentur reprehensionem, veluti *Inuidia, maleuolentia, superbia, odium, immisericordia, libido, desperatio*: tales affectus semper sunt vitiosi: alii denique affectus sunt neutri, qui per se & natura sua, nec boni sunt nec mali, sed

Alii neutri.

eatenus

quatenus solum sunt boni, quatenus modum seruant: mali autem quatenus modum excedunt, vt *Ira, amor, gaudium, voluptas, lætitia, metus, cupiditas*. Hi affectus, si mediocritatem seruant, sunt boni: si vero modum deserunt, efficiuntur vitiosi. Similis etiam est distinctio actionis: quædam enim actiones sua natura semper & per se sunt vitiosæ, & nunquam admittunt laudabilem mediocritatem, ita vt possint absque turpitudine & reprehensione admitti, sed in illis semper necesse est peccare eum, qui eas admittit, vt *Furari, scortari, latrocinari, mentiri, peierare, decipere, inebriari, iniuriam facere*. Hæ & similes actiones semper sunt vitiosæ, & non possunt per aliam mediocritatem laudari. Quædam sua natura per se & semper sunt bonæ & laudabiles, in quibus semper bene agit is, qui eas admittit, vt *Deum colere, honorare parentes, veritatem dicere, bene viuere, neminem lædere, bonis legibus parere*. Quædam vero denique sua natura sunt indifferentes & intermediæ, quæ per se neque bonæ, neque malæ sunt, sed propter mediocritatem sunt bonæ & laudabiles: propter excessum vero & defectum sunt vitiosæ, vt *Edere, bibere, dormire, dare, accipere, emere, vendere*. In hisce & similibus actionibus, quando modum seruamus, possumus laudari: sin vero modum trãsgredimur, possumus vituperari aut reprehendi. Tertium argumentum: *Si in affectibus & actionibus per se malis posset dari bona mediocritas, tum etiam in virtutum extremis concedenda esset aliqua mediocritas, & oporteret dicere, quod sit aliqua mediocris auaritia, aut intẽperantia, aut iniustitia, quæ possit laudari propter illam mediocritatem*. Sed *consequens est falsum, quoniam in extremis virtutum nulla est extremitas*. Igitur *etiã falsum est antecedens*. Minor probatur: Primum: si in extremis virtutum esset aliqua mediocritas, tum non amplius essent aut dicerentur extrema: non enim posset aliquid eodem respectu simul esse medium & extremum. Deinde si in extremis virtutum est aliqua mediocritas: Igitur istius mediocritatis erunt rursum alia extrema constituenda, quia non potest esse mediocritas sine extremis: atqui hoc modo extremorum essent alia extrema, & progressio abiret in infinitum, quæ omnia sunt

Actiones aliæ malæ semper, aliæ bonæ.

Aliæ indifferentes.

Arg. III.

I.

II.

absurda. Tertio probatur hoc ab *ἀναλογίᾳ* medii & extremorum: nam quemadmodum se habet mediocritas ad extrema: ita etiam se habent extrema ad medium secundum naturam relatiuorum: sed mediocritati, i. virtuti non insunt extrema, i. vitia: alioquin enim in virtute esset vitium: igitur neque extremis inest mediocritas: alioquin enim in vitio esset virtus. Etenim vt liberalitati non potest inesse auaritia: ita etiam auaritiæ non potest inesse liberalitas: alioquin enim dicēdum esset, aliquam auaritiam liberalitatem esse, aut liberalitatē auaritiam. Ex quo etiam hoc intelligitur, vitia semper esse vitia, & nunquam posse aliqua moderatione excusari, vt fiant honesta & licita: quemadmodum maior pars hominum conatur sua vitia & peccata aliquo prætextu virtutis excusare.

ΚΕΦ. ζ'.

Δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν. ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις, οἱ μὲν καθόλου κενώτεροί εἰσιν. οἱ δὲ ἐπὶ μέρους, ἀληθινώτεροι. περὶ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα αἱ πράξεις. δέον δὲ ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν. ληπτέον οὖν ταῦτα ἐκ τῆς διαγραφῆς.

A περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάρρη ἀνδρεία μεσότης· τῶν δ' ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ, ἀνώνυμος· πολλὰ δ' ἐστὶν ἀνώνυμα. ὁ δ' ἐν τῷ θαρρεῖν ὑπερβάλλων, θρασύς· ὁ δὲ τῷ μὲν φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, τῷ δὲ θαρρεῖν

B ἐλλείπων, δειλός. περὶ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας οὐ πάσας, ἧττον δὲ καὶ περὶ τὰς λύ-

CAP. 7.

HÆc autem non solum in vniuersum dicenda sunt, sed singula etiam conuenit accōmodare. Cum enim de actionibus verba fiunt, quæ ad genus vniuersum accōmodantur, inaniora sunt: quæ autē ad partes, veriora. In singulis enim rebus actiones versantur, quibus consentire debet oratio. Hæc igitur ex subiecta sunt descriptione sumenda. Ac in metu quidem & cōfidentia, fortitudo mediocritas est. ex modū transeuntibus; qui non metuēdo exsuperat, vacat nomine (sunt aūt multa vacantia nomine) qui aūt confidit plus quā par sit, audax nominatur. at qui nimiū timet, parūque confidit, ignauus dicitur. In voluptatibus aūt & doloribus non omnibus; minus tamen in dolo-

ribus mediocritas est, temperantia: nimium, intemperantia. Qui porro voluptatibus deficiant, non admodum multi reperiuntur, ut ne nomen quidem habuerint: appellentur sane stupidi. Iam in dandis accipiendisque pecuniis mediocritas, liberalitas dicitur: quæ modum transit, prodigalitas: quæ ab eo deficit, auaritia & illiberalitas. Contrarioque modo in iis ultra modum progrediuntur, ab eoque deficiunt. Prodigus enim largiendo modum transit, & accipiendo abest ab eodem. At vero auarus in accipiendo nimius est, in dando parcus. Et hæc quidem nunc populariter ac summatim exponimus, hoc ipso contenti, post disseremus subtilius. Versantur etiam in pecuniis alii habitus, mediocritas quidem, magnificentia: (nam inter magnificum & liberalem hoc interest, quod ille in magnis, hic in paruis cernitur) nimium, luxus indecorus, ac infamis: parum, sordes: differuntque ab iis quæ sunt liberalitatis. Quid autem differant, posterius docebimus. Porro in honore & infamia mediocritas, magnitudo animi: exsuperantia, qui inflatus animus dicitur: defectio, pusillus animus. Quam autem rationem liberalitatem ad magnificentiam habere dicimus, paruis differentē, eandem habet ad

τας, μεσότης μὲν σωφροσύνη, ὑπερβολὴ δὲ ἀκολασία. ἐλλείποντες ἢ περὶ τὰς ἡδονὰς οὐ πάνυ γίνονται. διόπερ οὐδ' ὀνόματος τετυχήκασιν· ἔστωσαν ἢ ἀναίσθητοι. περὶ δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν ἐλευθεριότης· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις, ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία. ἐναντίως δὲ αὐταῖς ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν. ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος, ἐν μὲν προέσει ὑπερβάλλει, ἐν δὲ λήψει ἐλλείπει· ὁ δὲ ἀνελεύθερος, ἐν μὲν λήψει ὑπερβάλλει, ἐν δὲ προέσει ἐλλείπει. νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ. ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν διορισθήσεται. περὶ ἢ τὰ χρήματα εἰσὶ καὶ ἄλλαι διαθέσεις, μεσότης μὲν, μεγαλοπρέπεια. ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς διαφέρει ἐλευθερίου. ὁ μὲν γὰρ περὶ μεγάλα, ὁ δὲ περὶ μικρά· ὑπερβολὴ δὲ ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία· ἔλλειψις ἢ μικροπρέπεια· διαφέρουσι ἢ αὗται τῶν περὶ τὴν ἐλευθεριότητα. ᾧ δὲ διαφέρουσιν, ὕστερον ῥηθήσεται. περὶ δὲ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν, μεσότης μὲν μεγαλοψυχία· ὑπερβολὴ ἢ χαυνότης τις λεγομένη· ἔλλειψις δὲ μικροψυχία. ὡς δὲ λέγομεν ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τὴν ἐλευθεριότητα, περὶ μικρὰ διαφέρουσαν, οὕτως ἔχει τις καὶ πρὸς

τὴν μεγαλοψυχίαν περὶ
τιμὴν οὖσαν μεγάλην, αὕτη
περὶ μικρὰν οὖσα. ἔστι γὰρ ὡς
δεῖ ὀρέγεσθαι τιμῆς καὶ μᾶλλον
ἢ δεῖ, καὶ ἧττον. λέγεται δ' ὁ μὲν
ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι,
φιλότιμος· ὁ δ' ἐλλείπων, ἀ-
φιλότιμος· ὁ δὲ μέσος, ἀνώ-
νυμος. ἀνώνυμοι δὲ καὶ αἱ δια-
θέσεις πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου,
φιλοτιμία. ὅθεν ἐπιδικάζον-
ται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας.
καὶ ἡμεῖς δὲ ἔστι μὲν ὅτε τὸν μέ-
σον φιλότιμον καλοῦμεν. ἔστι
δ' ὅτε ἀφιλότιμον. καὶ ἔστιν ὅ-
τε μὲν ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότι-
μον, ἔστι δ' ὅτε τὸν ἀφιλότι-
μον. διὰ τίνα δ' αἰτίαν
τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἑξῆς
ῥηθήσεται. νῦν δὲ περὶ τῶν λοι-
πῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγη-
G μένον τρόπον. ἔστι δὲ καὶ περὶ
ὀργὴν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις
καὶ μεσότης. σχεδὸν δὲ ἀνωνύ-
μων ὄντων αὐτῶν, τὸν μέσον
πρᾶον λέγοντες· τὴν μεσό-
τητα, πρᾳότητα καλέσομεν.
τῶν δ' ἄκρων, ὁ μὲν ὑπερβάλ-
λων, ὀργίλος ἔστω· ἡ δὲ κα-
κία, ὀργιλότης. ὁ δὲ ἐλλείπων,
ἀόργητός τις· ἡ δ' ἔλλειψις,
H ἀοργησία. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι
τρεῖς μεσότητες, ἔχουσαι μὲν
τινα ὁμοιότητα πρὸς ἀλλή-
λας· διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων.
πᾶσαι μὲν γάρ εἰσι περὶ λόγων
καὶ πράξεων κοινωνίαν· δια-
φέρουσι δὲ, ὅτι ἡ μέν ἐστι πε-
ρὶ τὸ ἀληθὲς τὸ ἐν αὐτοῖς,
αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ. τούτου δὲ,

*magnitudinē animi quæ in ma-
gnis honorib. versatur, illa qu[æ]
in paruo honore cernitur. Lice[t]
enim & vt decet, honorem ap-
petere, & plus & minus quam
decet. Qui nimium appetit, am-
bitiosus: qui non satis, inambi-
tiosus: at qui modum tenet, va-
cat nomine. Atq; etiam habiti-
bus nullum nomen impositum
est, nisi quod ambitiosi vocatur
ambitio. Hinc extremi de me-
dia regione inter se controuer-
santur, estque cum nos eum qui
modum tenet ambitiosum: est
cum eundem inambitiosum no-
minemus. Atq; alias ambitio-
sum laudamus, alias inambi-
tiosum. Quod quamobrē facia-
mus, deinceps explicabitur. Nūc
quomodo proposuimus, disfera-
mus de ceteris. In ira exsuperā-
tia est, defectio, & mediocritas.
Cumq; eorum non fere exstent
nomina, eum qui modum tenet,
mansuetum: & mediocritatem,
mansuetudinem nominabimus.
Extremorum is qui vltra mo-
dum progreditur, iracundus: &
vitium, iracundia appelletur.
Qui aūt parum irascitur, lentus:
vitium, lentitudo dicitur. Sunt
etiam tres aliæ mediocritates,
inter se similes aliquo modo, sed
tamen inter se differunt. Nam
in sermonum actionumq; socie-
tate versantur: differunt, quod
vna in veritate, aliæ duæ in vi-
tæ iucunditate cernuntur, cuius*

iucun-

iucunditatis pars altera iocis tribuitur, altera omnib. iis, quæ vitam attingunt. Quamobrem de iis etiam dicendum est, quo facilius in omnibus mediocritatem esse laudabilem perspiciamus, & extrema nec recta, nec laudanda, sed vituperanda. Et quanquam permulta eorum vacent nomine, tamen danda opera est, ut iis sicut aliis nomina imponamus, quo & res dilucidior, & magis consentanea sit. Igitur in vero qui modum adhibet, verax: & mediocritas, veritas dicatur. Simulatio in maius progrediens, arrogantia: & qui eam habet, arrogans: in minus vero, dissimulatio & dissimulator. In iucunditate porro quæ ad iocum accommodatur, qui modum adhibet, festiuus seu urbanus habendus est: & habitus, urbanitas & festiuitas: at quæ modum egreditur, scurrilitas: & in quo ipsa inest, scurra dicitur. Qui vero a iocis deficit, rusticus: habitus, rusticitas est. Quod autem attinet ad reliquam vitæ iucunditatem, qui ita iucundus est, ut oportet, comis: mediocritas, comitas dicitur. Qui modum egreditur, nulla caussa ductus, nimium obsequens: si emolumenti sui caussa, assentator habendus est. At qui discedit a modo, seque tristem in omnib. præbet, is morosus & difficilis. Atque etiam in affect. omnib. iisque attributis mediocritates reperiuntur. Verecundia enim non est virtus,

τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ, τὸ δὲ ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον. ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν, ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετόν, τὰ δ᾽ ἄκρα οὔτε ὀρθὰ οὔτε ἐπαινετά, ἀλλὰ ψεκτά. ἔστι μὲν οὖν καὶ τούτων τὰ πλείω ἀνώνυμα· πειρατέον δ᾽ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν, σαφηνείας ἕνεκεν καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου. I περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθές, ὁ μὲν μέσος ἀληθής τις, καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω· ἡ δὲ προσποίησις, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον, ἀλαζονεία· καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν, ἀλαζών· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰρωνεία, καὶ εἴρων. περὶ δὲ τὸ ἡδὺ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ, ὁ μὲν μέσος, εὐτράπελος· καὶ ἡ διάθεσις, εὐτραπελία. ἡ δὲ ὑπερβολὴ, βωμολοχία· καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν, βωμολόχος. ὁ δ᾽ ἐλλείπων, ἄγροικός τις καὶ ἡ ἕξις, ἀγροικία. περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ τὸ ἐν τῷ βίῳ, ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὢν, φίλος καὶ ἡ μεσότης, φιλία. ὁ δ᾽ ὑπερβάλλων εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος· εἰ δ᾽ ὠφελείας τῆς αὑτοῦ, κόλαξ. ὁ δ᾽ ἐλλείπων καὶ ἐν πᾶσιν ἀηδὴς, δύσερίς τις καὶ δύσκολος. K εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς παθήμασι καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη μεσότητες. ἡ γὰρ αἰδὼς, ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν,

ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ αἰδήμων. καὶ γὰρ ἐν τούτοις, ὁ μὲν λέγεται μέσος· ὁ δ' ὑπερβάλλων, ὡς καταπλὴξ, ὁ πάντα αἰδούμενος. ὁ δ' ἐλλείπων, ἢ ὁ μηδὲ ὅλως, ἀναίσχυντος· ὁ δὲ μέσος, αἰδήμων. νέμεσις δὲ μεσότης φθόνου καὶ ἐπιχαιρεκακίας. εἰσὶ δὲ περὶ λύπην καὶ ἡδονὴν τὰς ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τοῖς πέλας γινομένας. ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν. ὁ δὲ φθονερὸς ὑπερβάλλων τοῦτον, ἐπὶ πᾶσι λυπεῖται· ὁ δὲ ἐπιχαιρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι, ὥστε καὶ χαίρειν. ἀλλὰ περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ ἄλλοθι καιρὸς ἔσται. περὶ δὲ δικαιοσύνης, ἐπεὶ οὐχ ἁπλῶς λέγεται, μετὰ ταῦτα διελόμενοι, περὶ ἑκατέρας ἐροῦμεν, πῶς μεσότητές εἰσιν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν.

attamen laudatur, & qui pudore afficitur. Nam his in rebus alius medius dicitur, alius exsuperans: vt pauidus, qui omni ex re pudore afficitur: alius a modo deficiens aut quem nullo modo pudet, impudens: qui autem modum adhibet, verecundus dicitur. Indignatio vero mediocritas est inuidiæ, & maleuolentiæ. Cernuntur autem in ægritudine, & voluptate ex rebus, quæ proximis eueniunt. Indignatur enim qui dolet, cum indigni rebus secundis fruuntur. Inuidus hunc exsuperans, dolet rebus omnibus. At maleuolus tantum abest ab eo vt doleat, vt etiã lætetur. Sed de his quidem alius est mihi ad dicendum constitutus locus. De iustitia autem, quando non vno modo dicitur, deinceps diuisione adhibita, quemadmodum mediocritates vtraque sint, disseremus: itemque de virtutibus, quæ rationi attributæ sunt.

COMMENTATIONES.

Post virtutis definitionem, quæ in duobus præcedentibus fuit capitibus tradita Aristoteles optimo ordine progreditur ad diuisionem & enumerationem singularum virtutum moralium, vna cum earum extremis, quæ omnia in hoc cap. enumerantur, & quasi in tabula proponuntur, quam Aristoteles hoc loco nominat διαγραφὴν, *i. delineationem*: sumta metaphora a pictoribus, qui prius solent delineare & adumbrare præcipuas partes alicuius picturæ & imaginis: postea vero singulas illas partes diligentius & accuratius [illegible] coloribus illustrant. Dicit

cit autem Aristoteles, se ideo omnes virtutũ species, cum earum extremis velle in tabula proponere, vt intelligatur verum esse, quod in præcedenti cap. generatim fuit dictum: *Virtutem esse mediocritatem inter duo extrema collatam.* Caussam adiicit, *quia in doctrina practica, quæ circa actiones versatur, satis non est generatim aliquid præcipere: sed oportet etiam illa generalia & vniuersalia præcepta accommodare singularibus: quoniam omnes actiones versantur circa singularia præceptorum, atque certitudo ipsis singularibus est deprehendenda atq; cognoscenda.* Atq; hæc velut exordii loco ab Aristotele præmittuntur ante ipsam enumerationem virtutum. Notandum vero hoc loco, diuersas fuisse Philosophorũ opiniones & sententias de diuisione & numero virtutum. Stoici enim, vt est apud Plutarchum *in libello de virtute morali*, dixerũt: *Vnam tantum esse virtutem, sed habere varias appellationes, secundum varia obiecta, circa quæ versatur, & varias actiones, quas producit, quemadmodum vnus tantum ignis est, sed tamẽ diuersas habet operationes pro diuersitate materiæ in quam agit: nã vt ignis dissoluit ceram, indurat lutum, liquefacit glaciem & niuem, exsiccat humiditatem terræ; ita vnicus tantum est visus, sed suam operationem ad diuersas res applicat.* Hæc opinio de vnitate virtutis, si recte intelligatur, nõ est omnino absurda. Nam vna tantum est recta ratio, quæ ostendit mediocritatem in omnium virtutum actionibus: ea autem est ipsa prudentia, quæ propterea a Pythagoræis dicitur mater omniũ virtutum. Et ipse quoque Aristoteles *infra lib.6.* ait, *Eum qui reuera prudens est, habere omnem virtutem.* Præterea virtutũ tanta est inter se necessitudo & connexio, vt qui eam reuera habet, is etiam dicatur ceteras habere. Vnde Cicero *lib.2. Tuscul. quæst.* ait, *Si confessus fueris, te vnam virtutem non habere, nullam es habiturus.* Plato autem, Aristoteles, Cicero, & Peripatetici Philosophi statuerũt, *Plures esse virtutis species, quarum omnium licet vna tantummodo sit forma essentialis, nempe ipsa mediocritas, tamẽ singularum diuersæ & distincta sunt proprietates & certa rationes, quibus vna ab altera potest separari.* Itaq; vocabulum virtutis dixerunt habere naturam generis & complecti sub se plures & diuersas species. Et Plato qui-

Numerus virtutũ diuersus apud Philosophos.

Prudentia mater omnium virtutum.

dem atque Cicero quatuor primarias virtutis species posuerunt, quæ vulgo cardinales virtutes vocantur, ad quas omnes reliquæ virtutes, tanquam ad sua capita possunt referri, quarum prima est prudentia, sub qua comprehenduntur, *Sapientia, ars, scientia, & intellectus*. Altera est *fortitudo*, sub qua continentur, *magnanimitas, patientia, perseuerantia, constantia, confidentia, tolerantia*. Tertia est *iustitia*, quę, vt Cicero tradit *lib. 1 de Inuentione*, sub se complectitur, *religionem, pietatem, obseruantiam, veritatem, vindicationem, & gratitudinem*, quibus etiam adduntur adhuc aliæ duæ: *liberalitas & magnificentia*. Quarta est *temperantia*, ad quam pertinent *continentia, modestia, castitas, clementia, humilitas, comitas, vrbanitas & humanitas*. Atque hæ sunt quatuor primariæ virtutes, quæ sub se reliquas species complectuntur. Aristot. vero plures in hoc cap. virtutum species enumerat, atq; id facit docendi caussa, vt melius possint intelligi, & a se mutuo separari. Itaque etiam in his libris non vnam tantum, sed plures virtutum diuisiones tradit. Nam in fine præcedentis libri, & initio huius libri duplices fecit virtutes: quarum aliæ dicũtur ἠθικὴ aliæ διανοητικαί, quæ sunt in anima rationali: in hoc capit. aliam ponit diuisionem. Dicit enim *virtutes alias moderari affectibus: alias vero gubernare actiones*. In quinto libro dicit virtutem aliam esse vniuersalem, aliam particularem: In sexto libro virtus alia dicitur esse φυσικὴ, *naturalis*: alia acquisita. In septimo libro alia dicitur *perfecta*, alia *imperfecta* & *incoata*. Idem in eodem libro: virtus alia dicitur esse *diuina* seu heroica, alia vero *humana*. Exstant aliæ etiam virtutum diuisiones seu differentiæ. Nam virtutes aliæ dicuntur *Theologicæ*, quæ præcipue spectant religionem & cultum diuinum: aliæ autem dicuntur *Politicæ*, quæ pertinent ad ciuilem hanc vitam. Item virtutes aliæ dicuntur *Bellicæ*, castrenses & militares, vt est fortitudo: aliæ *Vrbanæ*, togatæ & ciuiles, vt prudentia & iustitia.

Virtutes cardinales.

Virtutũ varia diuisiones.

Α περὶ μὲν οὖν φόβους] Incipit hoc loco catalogus & enumeratio τῶν ἀρετῶν, *virtutum moralium*. In qua enumeratione notandum est, duo præcipue esse, quibus virtutes illæ a se mutuo distinguuntur, affectus scilicet & actiones. Nam virtutum officium est affectus & actiones in

guber-

gubernare atque regere, ne modum excedant, aut infra modum subsistant. Affectus autem quibus virtutes moderantur sunt præcipue quatuor, nempe *Metus*, cui contraria est *Fiducia*, in his consistit *Fortitudo*. Deinde *Voluptas*, cui contrarius est *Dolor*, in his consistit *Temperantia*. Tertio *Cupiditas honoris*, in qua cernitur *animi magnitudo*, & *modestia circa honores*. Quarto est *Ira*, huic consideratur *mansuetudo*. Actiones autem quas virtus gubernat, Vel versantur circa pecuniarum tractationem in accipiendo & erogando: in his cōsistit *liberalitas*, & *magnificentia*: vel versantur circa contractus & commercia: in quibus habet locum *iustitia*: Vel pertinent ad quotidianam conuersationem quæ consistit vel in Seria vel in Lubrica sermonis & actionis communicatione, in qua tres præcipue virtutes requiruntur. *Veritas*, *Comitas*, & *Vrbanitas*. Hac ex diuisione cōstat duas esse virtutes morales, quas Aristoteles ordine cum suis extremis enumerat. Prima ergo species in hoc catalogo seu in hac enumeratione virtutum est fortitudo, quæ a Græcis dicitur *ἀνδρεία*, cuius duo sunt extrema: vnum in excessu, quod nominatur θρασύτης, *audacia* vel *temeritas*, cui etiam cognata est ἡ ἀφοβία, *metus vacuitas*: alterū extremum est in defectu, & dicitur δειλία, *timiditas* vel *ignauia*, affectus quem hæc virtus moderatur & metus periculorum, cui contraria est *Fiducia*: actiones eius sunt pericula & labores cum ratione sustinere & perferre.

Affectus quibus virtutes moderantur quatuor.

Fortitudo.

B περὶ ἡδονὰς ἢ καὶ λύπας) Altera virtus dicitur σωφροσύνη, *temperantia*, cuius obiecta sunt voluptas & dolor corporis. Actiones eius sunt voluptates honestas moderate expetere, illisq; vt decet, frui: extrema duo sunt: vnum in excessu, quod dicitur ἀκολασία, *intemperantia*: alterum in defectu, quod tamen certo nomine caret; quia raro reperiuntur, qui minus expetunt voluptates, quam deberent: pōt aūt, vt ait Ari. nominari, ἀναισθησία, i. *sensuū destitutio*.

Temperantia.

C περὶ δὲ δόσιν χρημάτων) Tertia virtus est ἡ ἐλευθεριότης, *liberalitas* seu *beneficentia*: eius obiecta sunt χρήματα, *pecunia*, & omnes opes atque possessiones, quæ pecunia æstimari & comparari possunt: eius extremum in excessu dicitur ἀσωτία, *profusio* seu *prodigalitas*: extremum in defectu ἀνελευθερία, *illiberalitas* seu *auaritia*

Liberalitas.

actiones eius sunt recte in dandis & accipiendis pecuniis se gerere: Quemadmodum autem prodigalitas excedit in dando, & deficit in accipiendo: ita contra auaritia excedit in accipiendo, & deficit in dando. Et hoc est quod Aristoteles dicit, hæc duo extrema contrario modo se habere erga mediocritatem.

Magnificentia.

D περὶ δὲ τὰ χρήματα) Quarta virtus dicitur μεγαλοπρέπεια, *magnificentia.* Eius obiecta sunt magnæ opes & facultates, & sic differt a liberalitate, quæ versatur circa mediocres, & etiam paruas aut exiguas opes & facultates. Actio eius propria est magnos sumtus in res magnas decenter facere. Extremum in excessu dicitur, ἀπειροκαλία, i. *imperitia decori in faciendis sumtibus*: alio nomine etiam βαναυσία nominatur, i. *inepta splendoris in magnis sumtibus faciendis affectatio.* Extremum in defectu vocatur μικροπρέπεια, id est, *indecora parsimonia in vitandis magnis sumtibus.*

Magnanimitas.

E περὶ δὲ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν) Quinta virtus dicitur μεγαλοψυχία, *magnanimitas* vel *animi magnitudo.* Obiectum eius, circa quod versatur, sunt honores. Actiones sunt moderate honores magnos expetere. Extremum in excessu nominatur χαυνότης, i. *animi elatio, fastus, arrogantia,* & *animi timiditas,* & quasi *inflatio.* Extremum in defectu dicitur μικροψυχία, *pusillanimitas,* & *animi deiectio.*

Modestia circa honores.

F ὡς δὲ λέγομεν ἔχει) Sexta virtus, quæ hoc loco recensetur apud Græcos certo & proprio nomine caret: a Latinis appellatur *Modestia circa honores.* Nã versatur hæc etiam circa honores: sed paruos & vulgares, atq; sic differt a præcedẽti virtute, id est, a magnanimitate: quod illa versatur circa magnos honores Et ideo Aristoteles dicit, hanc virtutem ita sese habere ad magnanimitatem, quemadmodum se habet liberalitas ad magnificẽtiam. Eius sunt duo extrema: vnum in excessu φιλοτιμία, *ambitio & honoris cupiditas vel studium.* Alterum in defectu ἀφιλοτιμία, *contemtus honorum.* Hæc duo extrema, quia eorum medium proprio nomine caret: interdum pro ipso medio, id est, pro virtute ponuntur, & tum accipiuntur in bonam partem: atque inde fit, vt aliquando φιλότιμος interdũ dicitur is, qui moderate honores respuit, interdum vero is, qui nimium honores contemnit.

G In

G ἔτι δὲ καὶ περὶ ὀργὴν) Septima virtus nominatur πρᾳότης, *mansuetudo* seu *clementia* aut *lenitas*. Eius obiectum est ira, quam hæc virtus moderatur. Actiones sunt iram coercere & frænare recta ratione. Extremum in excessu nominatur ὀργιλότης, i. *iracundia*. Extremum in defectu dicitur ἀοργησία, *vacuitas iræ*, quæ a Cicerone in Epistolis nominatur *lentitudo*: in Partitionibus oratoriis *mollities animi* nominatur.

Ira.

H εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς) Hoc loco Aristoteles alias virtutes coniungit, octauam scil. nonam & decimam, propterea, quia in obiecto conueniunt. Omnes enim versantur, περὶ τὴν κοινωνίαν τῶν λόγων καὶ τῶν πράξεων, *circa communicationem sermonis, & actionum in quotidiana conuersatione*. Vnde etiam nominantur ἀρεταὶ ὁμιλητικαί, *virtutes conuersatrices*, quia ostendunt, quo pacto, & in sermonibus & in actionibus, ita nos erga alios gerere debeamus, vt nostra conuersatio illis sit grata & iucunda. Nam duobus his modis præcipue homines inter se communicāt, sermone nimirum, qui homini ideo datus est, vt possit mentem & voluntatem suam alteri significare. Deinde actionibus & factis differunt illæ tres virtutes, quas deinceps enumerabit, præcipue ipso fine. Nam vel respiciunt solam virtutem, vel respiciunt iucunditatem. Nam hæc duo in sermonibus & actionibus nostris spectare debemus, vt nimirum nihil simulate, fucose, dolose, & fallaciter dicamus vel agamus: & vt ea, quæ a nobis dicuntur vel fiunt, aliis quoque sint iucunda & grata. Ea autem virtus, quæ verum in sermone & actionibus spectat, nominatur veritas & candor, seu integritas. Quæ autem iucunditatem spectant, earum sunt duæ: vna dicitur Comitas seu Humanitas, quæ proprie respicit iucunditatem in seriis negotiis & actionibus. Altera dicitur Vrbanitas, quæ iucunditatem spectat in ludendo & iocando, quando non tractamus seria negotia. Has ergo tres virtutes vna cum earum extremis, Aristoteles ideo se quoque vna cum ceteris voluisse enumerare ostendit, vt magis intelligatur, quod mediocritas etiam in talibus actionibus & sermonibus sit laudanda, extrema autem vituperanda.

Sermo cur datus homini.

In sermone qua spectāda.

Veritas.

Comitas.

Vrbanitas.

I περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς) Octaua igitur virtus est, quæ

ἀλήθεια, id est, *veritas*, nominatur, cuius obiectum est ipsum verum: cui contrarium est falsum & mendacium. Actiones vero eius sunt, tam in sermone, quam in factis verum sequi, mēdacium autem fugere. Duo autem sunt eius extrema: vnum in excessu, quod vocatur *ἀλαζονεία*, *arrogantia* siue *iactantia*. Alterum est in defectu & nominatur *εἰρωνεία*, *dissimulatio* vel *extenuatio*. Vtrūq; autem extremum generali nomine dicitur *προσποίησις*, *affictio*, qua affingimus nobis vel maiora vel minora, quam reuera sunt.

[Vrbani]tas. Nona virtus dicitur *εὐτραπελία*, *vrbanitas*, seu *festiuitas*. Obiecta eius sunt ludi & ioci, qui animi recreandi gratia suscipiuntur. Actiones eius sunt, honeste & moderate ludere aut iocari. Extremum in excessu nominatur *βωμολοχία*, id est, *scurrilitas*. In defectu dicitur *ἀγροικία*, i. *rusticitas* seu *inurbanitas*.

Decima virtus dicitur ab Aristotele *φιλία*, vocabulo improprio: a Latinis autem nominatur *humanitas*, *comitas*, *affabilitas*. Obiectum eius virtutis est in seriis congressionibus & negotiis. Actiones sunt, ita cum aliis conuersari, & sermones nostros actionesque ita instituere, vt dicta & facta nostra ipsis sint grata & iucunda. Eius sunt quoque duo extrema, vnum in excessu, cuius duo sunt nomina: vel enim dicitur *ἀρέσκεια*, *assentatio* & *placendi studium*: vel dicitur *κολακεία*, *adulatio*: alterū extremum dicitur in defectu, quod nominatur *δυσκολία*, *morositas* & *inhumanitas*.

Iustitia. Vndecima virtus moralis, cuius ad finem capitis meminit, est *δικαιοσύνη*, id est, *iustitia*. Cuius obiecta sunt omnia bona & mala externa, quæ homines inter se distribuunt aut commutant. Hæc etiam duo habet extrema: nempe plus & minus, id est, excessum & defectum: sed vnico vocabulo iniustitiæ continentur: quia iniustus simul vtroque modo in excessu & defectu peccat, diuerso tamen respectu. Actiones iustitiæ sunt, bona vel mala externa commutare vel distribuere.

K *εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι*) Hæc est veluti appendix enumerationis præcedentium virtutum, in qua duas alias mediocritates commemorat, quæ licet prope non possint virtutes nominari, tamen cum virtutibus magnam

gnam habent similitudinem, quia etiam sunt laudabiles, & habent sua extrema, quæ sunt vitiosa. Dicit autem eas potius affectus esse nominandas, quam virtutes. Primus affectus nominatur *αἰδώς*, id est, *verecundia*, quam Cicero in Partitionibus oratoriis dicit *Esse custodem omnium virtutum*. Cuius extremum in excessu nominatur *κατάπληξις*, id est, *stupor seu consternatio animi*. Extremum in defectu nominatur *ἀναισχυντία*, *impudentia*, quę expultrix est omnium virtutum. Alter affectus appellatur *νέμεσις*, *indignatio* siue *dolor*, ob secundam fortunam malorum & improborum hominum. Eius extremum in excessu dicitur *φθόνος*, *inuidia* seu *liuor*, quando bonis in viris videmus secundam fortunam. Extremum in defectu nominatur *ἐπιχαιρεκακία*, *maleuolentia*, a Latinis, quando gaudemus aliorum malis & infortuniis.

Verecundia.

Indignatio.

CAP. 8.

CVm autem tres sint habitus, duo vitiosi, quorum unus immoderatus est, alter modo deest, & una virtus in mediocritate posita, sunt illa omnia inter se quodam modo contraria. Nam extremi & medio habitui sunt, & inter se contraria, & medius extremis. Quemadmodum enim si aequale cum minore comparetur, maius est: sin cum maiore, minus: sic medii habitus, si cum iis qui absunt a modo, conferantur, superant: si cum iis qui modum transeūt, deficiunt: tum in affectionibus, tum in actionibus. Fortis enim si cum ignauo conferatur, audax: si cum audace, ignauus videtur. Itemq; temperans,

ΚΕΦΑΛ. η'.

ΤΡιῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, μιᾶς δὲ ἀρετῆς, τῆς μεσότητος, πᾶσαι πάσαις ἀντίκεινταί πως. αἱ μὲν γὰρ ἄκραι, καὶ τῇ μέσῃ καὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι εἰσίν, ἡ δὲ μέση ταῖς ἄκραις. ὥσπερ γὰρ τὸ ἴσον πρὸς μὲν τὸ ἔλαττον, μεῖζον· πρὸς δὲ τὸ μεῖζον, ἔλαττον· οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις, πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις, ὑπερβάλλουσι· πρὸς δὲ τὰς ὑπερβολάς, ἐλλείπουσιν, ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν. ὁ γὰρ ἀνδρεῖος, πρὸς μὲν τὸν δειλόν, θρασὺς φαίνεται· πρὸς δὲ τὸν θρασύν, δειλός. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων,

πρὸς μὲν τὸν ἀναίσθητον, ἀκόλαστος· πρὸς δὲ τὸν ἀκόλαστον, ἀναίσθητος. ὁ δ' ἐλευθέριος πρὸς μὲν τὸν ἀνελεύθερον, ἄσωτος· πρὸς δὲ τὸν ἄσωτον ἀνελεύθερος. διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸ μέσον οἱ ἄκροι, ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον, καὶ καλοῦσι τὸν ἀνδρεῖον, ὁ μὲν δειλὸς θρασύν, ὁ δὲ θρασὺς δειλόν. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνάλογον. A οὕτω δ' ἀντικειμένων ἀλλήλοις τούτων, πλείων ἐναντιότης ἐστὶ τοῖς ἄκροις πρὸς ἄλληλα, ἢ πρὸς τὸ μέσον. πορρωτέρω γὰρ ταῦτα ἀφέστηκεν ἀλλήλων, ἢ τοῦ μέσου. ὥσπερ τὸ μέγα τοῦ μικροῦ, καὶ τὸ μικρὸν τοῦ μεγάλου, ἢ ἄμφω τοῦ ἴσου. ἔτι πρὸς μὲν τὸ μέσον ἐνίοις ἄκροις ὁμοιότης τις φαίνεται, ὡς τῇ θρασύτητι πρὸς τὴν ἀνδρείαν, καὶ τῇ ἀσωτίᾳ πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα· τοῖς δὲ ἄκροις πρὸς ἄλληλα πλείστη ἀνομοιότης· τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων, ἐναντία ὁρίζονται· ὥστε καὶ μᾶλλον ἐναντία, τὰ πλεῖον ἀπέχοντα. B πρὸς δὲ τὸ μέσον ἀντίκειται, ἐφ' ὧν μὲν μᾶλλον ἡ ἔλλειψις, ἐφ' ὧν δὲ ἡ ὑπερβολή· οἷον ἀνδρείᾳ μὲν οὐχ ἡ θρασύτης ὑπερβολὴ οὖσα, ἀλλ' ἡ δειλία ἔλλειψις οὖσα. τῇ δὲ σωφροσύνῃ, οὐχ ἡ ἀναισθησία ἔνδεια οὖσα, ἀλλ' ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα. διὰ δύο δ' αἰτίας τοῦτο συμβαίνει· μίαν μὲν

si cum stupido, intemperans: si cum intemperante, videbitur stupidus. Et liberalis cum auaro comparatus, prodigus: cum prodigo, auarus habebitur. Ideoque a se protrudunt extremi medium, vterque ad alterum, appellantque fortem, audax ignauum, ignauus audacem. eademque est ratio ceterorum. Hæc cum ita sint inter se contraria, maior quidem extremorum inter ipsa, quam cum medio repugnantia est: quandoquidem longius absunt alterum ab altero, quam a medio. quemadmodum magnum a paruo longius abest, & paruum a magno, quam vtrumque ab æquali. Iam quædam extrema ad medium videntur quadam similitudine accedere, vt audacia ad fortitudinem, luxus ad liberalitatem. extremis autem inter ipsa dissimilitudo maxima est. At ea quæ plurimum alia ab aliis absunt, contraria definiuntur. Ita fit vt magis etiam inter se contraria sint, quæ plus distant. Medio autem in nonnullis magis repugnat parũ, in quibusdam nimium. Vt magis est fortitudini contraria non audacia quidem, quæ modum transit: sed ignauia, quæ a modo deficit. Et temperãtia, non stoliditas, cũ sit defectio: sed intemperantia, quæ exsuperãtia est. Id quod ob duas caussas accidit: vna, quæ

na, quae ex re ipsa ducitur. nam quia propius est atque similius alterum extremum medio, idcirco non ipsum, sed contrarium magis opponimus: veluti quoniam similior est ac vicinior audacia fortitudini, dissimilior ignauia, ideo hanc magis opponimus. Quae enim plus absunt a medio, ipsi magis repugnare videntur. Atque haec quidem vna caussa est ex rei natura sumta: a nobis ipsis ducta est altera. Nam quas ad res sumus procliuiores, eae videntur medio magis contraria: vt quia propensiores sumus ad voluptates: idcirco ad intemperantiam sumus, quam ad modestiam, procliuiores. Quapropter ea magis contraria dicimus, ad quae maior fit accessio. ob idque magis est intemperantia, quae exsuperantia est, contraria temperantiae.

τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· τῷ γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον. οἷον, ἐπεὶ ὁμοιότερον εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ θρασύτης καὶ ἐγγύτερον, ἀνομοιότερον δὲ ἡ δειλία, ταύτην μᾶλλον ἀντιτίθεμεν. τὰ γὰρ ἀπέχοντα πλεῖον τοῦ μέσου, ἐναντιώτερα δοκεῖ εἶναι: μία μὲν οὖν αἰτία αὕτη ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. ἑτέρα δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν. πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται. οἷον, αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς· διὸ εὐκατάφοροί ἐσμεν μᾶλλον πρὸς ἀκολασίαν, ἢ πρὸς κοσμιότητα. ταῦτ' οὖν μᾶλλον γίνεται. καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα, ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ σωφροσύνῃ.

COMMENTATIONES.

Hæc est postrema huius libri pars, in qua explicantur quædam quæstiones, pertinentes ad mediocritatē, eiusque naturam melius intelligendam Quæstio autem huius cap. hæc est: Quia virtus dicitur mediocritas inter duo extrema, quæ sunt vitia: ideo quæritur, quo pacto hæc tria, nempe virtus & eius extrema duo, ergo se mutuo sint affecta. Hanc quæstionem declarat Aristoteles triplici *ἀντιθέσει*, i. *oppositione & comparatione*: quarum prima est medii cum extremis: virtutis cum duobus vitiis. Altera est duorum extremorum inter se: tertia est extremorum cum ipsa virtute. Hac autē triplici *ἀντιθέσει* præcipue hoc vult ostendere, quod scilicet virtus cum suis

Virtus & eius extrema, quo pacto sint inter se affecta?

extremis, id est, vitiis ita pugnat, vt nunquam simul possint esse in eodem homine, sed semper vnum expellere alterum: ita vt vbi sit virtus, non possit vitium habere locum, & vice versa, vbi vitium sit, non esse locum virtuti. Vnde dicitur recte virtus esse fuga vitiorum, vt est in illo versu:

Virtus est vitium fugere & sapientia prima
Stultitia caruisse.

Medium quo pacto suis extremis opponatur.

Quod igitur ad primam αὐτίθεσιν huius loci attinet, eius hæc est propositio. Medium in affectibus & actionibus opponitur suis extremis, καθ' ὑπερβολὴν, *secundum exsuperantiam*: nam medium superatur ab excessu: superat autem ipsum defectum. Exempli gratia: Fortitudo in audendo superatur ab audacia. Nam audax plus audet quam fortis: Ipsa fortitudo vero superat timiditatem, quia fortis plus audet quam timidus. Sic liberalis in dando superatur a prodigo, quia prodigus plura dat, quam liberalis: superat vero auarum, quia liberalis plus dat, quam auarus. Quod autem medium hoc modo suis extremis opponatur, probat Aristoteles a medii natura. Nam quemadmodum dictum est, medium nihil aliud est, quam æquale. Quemadmodum autem æquale se habet ad sua extrema, nempe ad id, quod est maius & minus: ita etiam virtus se habet ad sua extrema. Æquale autem superatur a maiore, & superat id, quod est minus. Igitur etiam virtus hoc modo affecta est ad sua extrema. Ex hac prima αὐτιθέσει apparet, virtutem non opponi suis extremis simpliciter, quemadmodum sibi opponuntur bonum & malum, vita & mors, lux & tenebræ: sed tantum opponi illis ratione ὑπεροχῆς, *exsuperantiæ*, quod de vno extremo plus participat, quam de altero. Vnde etiam fit, vt ipsa quoque extrema, id est, vitia, interdum conentur medium, id est, virtutem e suo loco depellere, & in eius locum succedere: quasi essent virtutes. Exempli gratia: Audax vult videri & haberi fortis, & fortem reprehendit tanquam timidum. Sic prodigus vult videri & haberi liberalis, & quia plus dat, quam liberalis, liberalem reprehendit tanquam auarum. Hæc αὐτίθεσις notanda est, vt melius virtutes a vitiis discernere possimus. Sæpe enim, vt Horatius ait: *Fallit vitium specie virtutis.*

Et

Et Cicero in Partitionibus de eadem re nos admonet, cum scribit, *Cernenda sunt ea diligenter, ne fallant nos ea vitia, quæ dicuntur virtutem imitari.*

A οὕτω δ' ἀντικειμένων ἀλλήλοις) Hæc est altera ἀντίθεσις, id est, comparatio seu oppositio huius loci. Comparat enim inter se duo extrema, & ostendit, quo pacto erga se mutuo sint affecta. Propositio huius comparationis hæc est: *Extremorum*, id est, *vitiorum maior est inter se pugna & contrarietas, quam medii cum extremis, i. virtutis cum vitiis.*

Extrema quo pacto sint inter se affecta.

Probatur hæc propositio duabus rationibus: prima sumitur a natura contrariorum: *Quæ longius a se mutuo distant, ea sibi magis sunt contraria.* Nam contraria definiuntur esse ea, *Quæ plurimum a se mutuo distant;* Sed *duo extrema a se mutuo longius distant, quam a medio:* Igitur *duo extrema sibi magis sunt opposita, quam ipsi medio.*

Minor propositio declaratur exemplo simili, quo etiam antea vsus est: *Quemadmodum se habent paruum & magnum ad æquale; ita se habent extrema ad suum medium:* Sed *paruum a magno magis distat quam ab æquali:* Ergo *etiam duo extrema magis a se mutuo distant, quam a suo medio.*

Altera ratio: *In quibus maior est dissimilitudo, ea etiam magis sibi sunt mutuo opposita:* Sed *inter extrema maior est dissimilitudo, quam inter medium & extremum.* Ergo *etiam duo extrema magis sibi sunt opposita & contraria.* Minor declaratur exemplis. Nam audax magis opponitur timido, & prodigus auaro. Et vice versa; timidus magis opponitur forti, & auarus prodigo, quam vterque suo medio. Etenim vterque fortis & audax audet adire periculum; timidus autem plane non audet adire periculum: itaque vterque liberalis & prodigus dat: auarus autem nihil dat: igitur magis opponitur liberali quam prodigus.

B πρὸς δὲ τὸ μέσον) Hæc est tertia ἀντίθεσις, oppositio & comparatio huius loci, qua ostendit, quomodo extrema affecta sint erga medium, id est, ad virtutem.

Extrema quomodo affecta sint erga medium.

Propositio huius comparationis hæc est: *Extrema non æqualiter ipsi medio opponuntur, sed vnum magis, alterum*

vero minus ei aduersatur, interdum quidem defectus, interdum vero excessus. Exempli gratia; Fortitudini magis opponitur timiditas & ignauia, quam audacia; contra temperantiæ magis opponitur intemperantia quam *ἀναισθησία, stupor in aspernandis voluptatibus.* Huius autem diuersæ oppositionis Aristoteles duas cõmemorat caussas. Prima sumitur ex caussa rerum. Nam quæ sibi mutuo magis sunt similia, ea quoque minus inter se pugnant. Sed quædam extrema minorem habent cum medio similitudinem: Ergo etiam minus ei sunt opposita Et hoc est, quod Aristoteles etiam supra dixit, *Medium nõ æquali interuallo secundum Arithmeticam proportionem inter sua extrema esse positum.* Et propterea etiam in definitione virtutis dixit, mediocritatem non simpliciter, sed quoad nos considerari in virtutibus, nempe secundum proportionem Geometricam. Altera caussa sumitur ex nobis ipsis. Nam ea extrema siue vitia, ad quę nostra natura magis est procliuis & propensa, ea etiam sunt deteriora, & propterea a medio, id est, virtute remotiora: quia enim nostra natura corrupta & deprauata est, ideo etiã magis inclinat ad ea, quæ sunt mala, quemadmodũ simile semper ad alterum pergit simile, vnde vulgo dicitur, *Simile simili gaudet.* Præterea appetitus, vt in fine libri primi dictum, semper suæ naturæ repugnat, & aduersatur nostræ rationi Hanc caussam declarat Aristoteles exempl :Nã quia natura magis propensi sumus ad ignauiam, quam ad audaciam, magis ad auaritiam, quam ad prodigalitatem; magis ad intemperantiam, quam ad voluptatum fugam: ideo illa vitia sunt deteriora, quia virtuti magis aduersantur. Ex quo etiam intelligitur falsum Stoicorum dogma esse, qui dixerunt, Omnia peccata esse paria. Nam necesse est ea peccata, quæ minus cum virtute pugnant, leuiora esse iis, quæ magis virtuti aduersantur.

Obiectio: Sed obiiciat aliquis: *Si extrema non æqualiter a medio distant: sed quædam sunt medio viciniora; quædam vero remotiora:* Igitur *virtus non reuera dicitur esse medium inter duo extrema.*

Solutio. Ad hoc respondemus; quemadmodum & in definitione dictum fuit, virtutis medium in virtutibus non simpliciter considerari ratione distantiæ, qua a suis extremis distat, sed considerari respectu nostri. Idque secundum

cundum proportionem Geometricam, cuius etiam non semper sunt æqualia & paria interualla, sicut in proportione Geometrica. Præterea quod ad ipsa extrema attinet, etiamsi non paribus semper interuallis a suo medio, id est, virtute distent, sed aliquando defectus, aliquando excessus magis ipsi virtuti aduersetur: tamen plerunque excessus deterior est, quam defectus, quia excessus plus potest nocere, & minus corrigi, quam defectus. Vnde etiam Cicero in lib. *de Orat.* ait: *Sum aliq; modus, nam magis offendit nimium quam parũ.* Et Socrates ad Nicoclem scribit, *Optimum est seruare modum. Quoniam autem is non semper haberi potest, ideo potius eligendus est defectus, quam excessus:* & caussam addit: nam inquit, *mediocritates, magis vim suam habent in eo, quod est parum, quã in eo, quod est nimium.*

CAP. 9. KEΦ. ζ'.

Satis dictum esse arbitror, virtutem moralem esse mediocritatem, quoq; modo esset: ac mediocritatem quidem esse inter duo vitia, id est, nimium & parum: eamque talem esse, propterea quod indagatrix esset modi, qui in affectionibus actionibusque reperiretur. Quo circa difficile est virtute excellere. Est enim difficile, reperire in omni re medium: vt circuli medium non cuiuslibet est, sed periti, reperire. Itemque irasci quiuis potest, & facile largiri pecunias, sumtusque facere: cui vero rectum est, quantum, quando, qua de caussa, quoque modo, nec cuiusnis est, nec facile. Id vero est bonum, & rarum, & laudabile, & honestum. Quare qui me-

Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς· καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι τοῦ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν, ἱκανῶς εἴρηται. διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι. ἑκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν, ἔργον. οἷον κύκλου τὸ μέσον οὐ παντὸς, ἀλλὰ τοῦ εἰδότος. οὕτω δὲ καὶ τὸ ὀργισθῆναι παντὸς, καὶ ῥᾴδιον, καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι. τὸ δὲ ᾧ, καὶ ὅσον, καὶ ὅτε, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὡς, οὐκ ἔτι παντὸς, οὐδὲ ῥᾴδιον. διόπερ ἐστὶ τὸ εὖ, καὶ σπάνιον, καὶ ἐπαινετὸν, καὶ καλόν. διὸ δεῖ τὸν

A

B

στοχαζόμενον τοῦ μέσου, πρῶτον μὲν ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου, καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὼ παρῄνει τό·

Τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε

Νῆα. τῶν γὰρ ἄκρων, τὸ μέν ἐστιν ἁμαρτωλότερον· τὸ δ' ἧττον. ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, κατὰ τὸν δεύτερον, φασὶ, πλοῦν, τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν. τοῦτο δ' ἔσται μάλιστα τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν λέγομεν. σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν. ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν· τοῦτο δ' ἔσται γνώριμον ἐκ τῆς ἡδονῆς, καὶ τῆς λύπης τῆς γινομένης περὶ ἡμᾶς. εἰς τοὐναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ. πολὺ γὰρ ἀπαγαγόντες τοῦ ἁμαρτάνειν, εἰς τὸ μέσον ἥξομεν. ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθοῦντες ποιοῦσιν. ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ, καὶ τὴν ἡδονήν. οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν. ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονὴν καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν. οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι, ἧττον ἁμαρτησόμεθα. ταῦτ' οὖν ποιοῦντες, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, μάλιστα δυνησόμεθα τοῦ μέσου τυγχάνειν. χαλεπὸν δ' ἴσως τοῦτο, καὶ μάλιστ' ἐν τοῖς καθ' ἕ-

diocritatem inuestigat, & exquirit, primū ab eo debet quod magis ei contrarium est discedere: quemadmodum Calypso monebat:

Procul a fumoq; regas, vndisq; carinam.

Extremorum enim alterū grauius peccatum est, leuius alterum. Quoniam igitur medium apprime tenere difficilimū est, secūdo, vt aiunt, cursu minima mala sumenda sunt. Quod fiet ea potissimum ratione, quam dicebamus. Videndum est etiam quę ad vitia simus procliuiores. Alii enim ad alia procliues sumus. Quod ex ea voluptate & ęgritudine quę nobis accidit, intelligemus. Se autē quisq; in contrariam partem debet deducere. longe enim abducti a delinquendo, veniemus ad mediocritatem. quod quidem faciunt ii, qui ligna contorta in rectum dirigūt. In omni autem negotio maxime quod iucundum est & voluptas cauenda est. Quippe de qua non veniamus incorrupti ad iudicādum. quocirca quo animo senes illi erga Helenā affecti fuerunt, eodem nos esse debemus erga voluptatē, ad omniaq; vox illorum vsurpanda est. sic enim dimissa illa et abiecta, minus aberrabimus. vt ergo rem in pauca cōferam, hęc si faciamus, facilime poterimus consequi mediocritatem. arduū hoc forsitan, prąsertim in rebus sin-

gulis

gulis. neque enim facile est praescribere, quonam modo, quibus, qua de caussa, & quandiu sit irascendum. nos enim interdum eos, qui minus succensent quam deceat, laudamus, clementesque appellamus: interdum & acerbius irascentes viros nuncupamus. Sed qui paulum a recto digreditur, non est in vitio, neque magis, neque minus: sed qui plus euagatur: quoniam minime latere potest. Atqui vituperandus quatenus quispiam, quantumque sit, non est facile oratione definire: nec enim aliud quicquam eorum quae sub sensum cadunt: quippe cum in rebus singulis consistant haec omnia, & de his rebus sensus sit iudicium. Ergo iam hoc quidem perspicuum est, & medium habitum in omnibus esse laudabilem, deflectendumque esse nunc ad id quod nimium est, nunc ad id quod parum. sic enim mediocritatem, quodque bene habeat, nos facilime consequemur.

ἕκαστον· οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι, πῶς, καὶ τίσι, καὶ ἐπὶ ποίοις, καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον, καὶ γὰρ ἡμεῖς ὁτὲ μὲν τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν καὶ πρᾴους φαμέν· ὁτὲ δὲ, τοὺς χαλεπαίνοντας, καὶ ἀνδρώδεις ἀποκαλοῦμεν. ἀλλ' ὁ μὲν μικρὸν τοῦ εὖ παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον, οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον· ὁ δὲ πλέον. οὗτος γὰρ οὐ λανθάνει. ὁ δὲ μέχρι τίνος, καὶ ἐπὶ πόσον ψεκτὸς, οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀφορίσαι· οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν. τὰ δὲ τοιαῦτα, ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. τὸ μὲν ἄρα τοσοῦτον δηλοῖ, ὅτι ἡ μέση ἕξις ἐν πᾶσιν ἐπαινετή. ἀποκλίνειν δὲ δεῖ, ποτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολὴν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν. οὕτω γὰρ ῥᾷστα τοῦ μέσου καὶ τοῦ εὖ τευξόμεθα.

COMMENTATIONES.

A ὅτι μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ] In hoc cap. primum agit de difficultate consequendi medii in affectibus & actionibus: deinde tradit quaedam generalia praecepta, quo pacto ad mediocritatem sit aliquo modo perueniēdum, quod difficile sit, medium in affectibus tenere & consequi. Probat ex medii natura, de qua etiam supra in definitione dictum fuit. Quia enim medium in qualibet inest tantum vnum, extrema autem sunt multiplicia & varia, ideo etiā difficilius illud potest reperiri, quod Arist. supra

Medium inuenire difficile.

Declaratur exemplo scopi

declarauit exẽplo metæ vel scopi. Difficilius est scopum attingere, quam a scopo aberrare, quia vnica tantum est linea recta, quæ telum aut sagittam ad scopum defert: facilius autem est a scopo aberrare, quia infinitæ sunt lineæ, quæ telum aut sagittam a scopo auertunt. Ita etiam difficilius est medium in actionibus & affectibus seruare, quam ab eo aberrare. Item hoc loco declarat exemplo de centro, medii scilicet puncti, quod est in circulo. Illud punctum, quia tantum est vnicum, non potest facile reperiri, nisi a perito aliquo mathematico: ita etiam de eo inueniendo Euclides in lib. 3. peculiare proposuit problema. Cur autem difficile sit in virtute reperire medium, caussa est in circumstãtiis actionum, quarum prope infinita est varietas. ita vt, quod in singulis est bonũ, præclarum, laudabile & pulcrum, non possit ab omnibus statim animaduerti. Atque hoc declarat Aristoteles exemplo: *Tam in affectibus, quam in actionibus facile est,* inquit, *& cuiusuis irasci, metuere, gaudere, dolere, sumtus facere, pericula adire, bona distribuere & commutare*: Sed *ista omnia eo modo, loco & tempore atque fine agere quemadmodum oportet, istud non est cuiusuis, sed tantum eorum, qui iis virtutibus præditi sunt, secundum quas ista recte fieri debent.*

& centri.

B διὸ δεῖ τὸ στοχαζόμενον τοῦ μέσου) Hæc est altera pars cap. quæ continet tria præcepta generalia, de consequenda mediocritate. Primum præceptum est, *Ab eo extremo, quod medio magis aduersatur, etiam magis est recedendum, & declinandum ad id, quod videtur medio esse propinquius & minus ei aduersari.* Exempli gratia: Quia auaritia magis aduersatur liberalitati, quam prodigalitas: ideo etiam magis ab auaritia est cauendum: quam a prodigalitate. Item quia intemperantia magis aduersatur temperantiæ, quam cupiditas circa voluptates: ideo magis nobis ab intemperantia debemus cauere, quam ab altero illo vitio, quod tẽperantiæ minus repugnat. Hoc præceptum Aristoteles confirmat tali ratione: *In quo extremo seu vitio magis peccatur, ab eo magis recedendum, si ad mediocritatem volumus peruenire*: Sed *circa illud extremum, quod medio, i. virtuti magis aduersatur, magis etiam peccatur.* Igitur *ab eo extremo magis est recedendum.*

Mediocritatis consequenda tria præcepta.

Confirmatio huius præcepti.

Maior

Maior confirmatur duabus rationibus. Prima sumitur a testimonio Homeri ex præcepto, quod Nympha Circe declarat Vlyssi in patriam nauigaturo, quemadmodum habetur lib 12. Odyss. cum Vlyssi nauigandum esset inter duos periculosos scopulos, qui sunt in mari Siculo, nempe inter Charibdim & Scyllam, iussit ipsa Circe nauem magis deflectere a Charibdi tanquam scopulo magis periculoso. Idem inquit Aristoteles, nobis quoque in virtute faciendum est, cuius mediocritatem etiamsi non possimus semper attingere; tamen tutius est ab eo extremo siue vitio magis recedere, quod virtuti magis aduersatur, quia in eo etiam magis peccatur: & declinare ad alterum extremum, in quo minus peccatur. Id tamen cauendum est, ne dum vnum extremum nimis vitamus, incidamus in alterum, ne obiici possit nobis id, quod in Prouerbio dicitur: *Incidit in Scyllā, qui vult vitare Charibdim.* Quod interdum etiam accidere solet hominibus imperitis & incautis, de quibus dicitur: *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt:* veluti si qui nimium vitare vult prodigalitatem, incidat in auaritiā, aut nimium volens vitare timiditatē, incidat in audaciam & temeritatem. Atq; hæc est prima probatio maioris propositionis. Altera probatio sumitur e duabus vulgatis dictis & prouerbiis, quorum primum est, *Inter duo mala, minus malum est eligendum.* Sic inter duo extrema, quæ sunt vitia, deflectere oportet ad id, quod est minus vitium, si mediocritatem nō possumus statim attingere. Alterum prouerbium est, *Vtendum est.* Vtendum est aliquando altera nauigatione, id est, si non possumus statim primam vitam virtutis ingredi, quæ est omnium tutissima nauigatio in actionibus, confugiendum est ad alteram nauigationē, quæ est paulo difficilior & periculosior. Nam prima nauigatio dicitur ea, quæ vtitur ventis secundis. Secunda autem nauigatio, quæ habet ventos nonnihil aduersos. Ad hunc modum etiam scribit Cicero ad Brutum, inquiens, *Qui prima sectatur, i summa & optima, sed ea attingere non potest, ei tamen honestum est in secundis aut tertiis consistere.*

Confirmatio maioris.

Secunda confirmatio maioris.

C σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ) Alterum præceptum perueniendi ad mediocritatem est tale: *Ad quæ vitia quisque vi-*

II. Præceptum.

det se a natura magis esse propensum, ab iis maxime sibi debet cauere, & contẽdere in cõtrarium. Qui enim paulatim propius ad mediocritatem accedit. Exempli gratia: Qui videt se propensum esse ad auaritiam, debet contendere ad eius contrarium, i. prodigalitatem, & sic incipiet paulatim fieri liberalis. Hoc præceptum declaratur exemplo simili: Quemadmodum illi, qui volunt curua & distorta ligna rectificare, solent ea in cõtrariam partem torquere: ita qui volunt ab aliquo vitio liberari, debent contẽdere ad illud vitiũ, quod ei ex diametro est oppositum & cõtrarium. Signum autem siue indicium, quo cognoscitur, ad quæ vitia a natura simus procliuiores est voluptas & dolor seu molestia, quam ex illis percipimus: nam e quibus vitiis maiorem sentimus voluptatem, ad ea etiam nostra natura est magis propensa.

Vnde cognoscatur ad quæ vitia simus procliuiores.

III. Præceptum.

D ἐν παντὶ δ' μάλιστα φυλακτέον) Tertium præceptum: *In omnibus actionibus & negotiis suscipiendis cauendum est, ne eas æstimemus voluptate & iucunditate, quæ illis inest, vt illius gratia illas suscipiamus.* Ratio præcepti est, quia voluptas naturam nostram ita corrumpit, vt si eam adhibeamus in consilium, nunquam possimus recte de honestis actionibus iudicare. Nam hæc plerunq; adiunctam sibi habent aliquam molestiam, laborem & sudorem, vt Hesiodus dicit. Ideo Cicero inquit in Catone maiore: *Impedit consilium voluptas rationi inimica, & mentis perstringit oculos.* Et lib. 2. Offic. *Voluptates sunt blandissimæ dominæ, quæ sæpe animos nostros a virtute detorquent, & ab honestis actionibus abstrahunt.* Hoc præceptum Aristot. confirmat primo exemplo seniorum Troianorum, qui simile cõsilium dederunt Priamo: nimirum vt Helenam licet formosam, tamen potius remitteret Græcis: quam vt propter eam regnum suum in tantum discrimen coniiceret: idem ergo, inquit Aristot. nobis faciendum est in voluptate, quæ licet sit iucunda & grata naturæ nostræ, tamẽ propter periculum, quod nobis ab ea imminet, est ablegãda, i. respuenda, neque quicquam eius gratia est faciendum. Quod etiam Horatius præcipit, cum ait;

Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas.

Deinde confirmatur hoc præceptum ab effectu & consequente. Nam inquit, si voluptatem in actionibus suscipiendis

cipiendis, non in consilium adhibuerimus, sed eam ablegauerimus, minus circa actiones peccabimus, & facilius ad mediocritatem perueniemus.

Ἔστι χαλεπὸν δ' ἴσως τοῦτο) Hæc est appēdix præcedentium trium præceptorum de mediocritate in virtutibus consequenda, qua ostendit, difficile esse de his præcepta dare, propter duas potissimū caussas. Prima caussa est quia actiones nostræ versantur circa singularia & circumstantias, quæ quia infinitam prope habent varietatem, non possunt certis præceptis ita comprehendi, vt quid in singulis actionibus secundum singulas circumstantias personarum, locorum, temporum, & aliorum faciendum sit, accurate & exquisite possit percipi. Nā præcepta sunt tantum vniuersalia, quibus deinde quælibet debent accommodari singularia pro circumstantiarum ratione: Qua in re magis opus est bono iudicio, prudentia & vsu, atq; experientia rerum: quam præceptorum multitudine. Imo etiam singularia sensu potius cognoscenda & diiudicanda sunt, quam ratione. Altera caussa est inconstantia & varietas hominum in iudicando. Alii enim aliter de iisdem rebus solent iudicare: quemadmodum vulgo dicitur: *Quot capita, tot sententiæ.* Imo interdum idem homo non semper idem de eadem re aut actione iudicat aut statuit propter circumstātiarum varietatem. Declarat hoc Aristoteles exemplo. Nam interdum homines solent laudare eos, qui minus irascuntur, & nomināt eos mansuetos & placidos: interdum vero eosdem solent reprehendere, tāquam molles & effœminatos: sic etiam propter idem factum interdum alicui magis, alicui minus succensere & irasci. Sed potest aliquis obiicere, quid faciendum sit in tanta incertitudine, varietate & difficultate actionum, vt medium attingamus? Ad hoc respondet Aristoteles ex primo præcepto antea tradito, nimirum deflectendum esse interdum ad excessum: interdum vero ad defectum, prout alterutrum eorum ipsi medio, id est, virtuti magis vel minus aduersatur, atque sic facilius & propius ad ipsam mediocritatem perueniemus.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. III.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων Βιβλίον γʹ.

ΚΕΦ. αʹ.

A ΤΗΣ ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης, καὶ ἐν μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινομένων· ἐν δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμης, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου, τὸ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι· χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε τὰς τιμὰς καὶ B τὰς κολάσεις. δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ ἢ δι᾽ ἄγνοιαν γινόμενα. βίαιον δὲ οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη οὖσα, ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων, ἢ ὁ πάσχων. οἷον εἰ πνεῦμα κομίσαιτό ποι, ἢ C ἄνθρωποι κύριοι ὄντες. ὅσα δὲ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται, ἢ διὰ καλόν τι. οἷον εἰ τύραννος προστάττοι αἰσχρόν τι πρᾶξαι, κύριος ὢν γονέων καὶ τέκνων· καὶ πράξαντες μὲν σώζοιντο· μὴ πράξαντες δὲ, ἀποθνήσκοιεν. ἀμφισβήτησιν ἔχει, πότερον ἀκούσιά ἐ-

CAP. I.

CVm ergo virtus in affectionibus actionibusq; versetur, ac in rebus quas quis libens facit laus & vituperatio consistat: in iis quas inuitus, venia, interdum etiam misericordia: profecto rerum quæ libenter & inuite fiunt, vis explicanda est iis, qui in virtutis cognitione versantur. Id vero conditoribus etiam legum ad honores pœnasque decernendas utile est. Inuite igitur res fiunt, quæ vi aut ignorantia geruntur: vi autem id fit, cuius caussa extrinsecus eiusmodi adhibetur, ad quam nihil adiumenti adferat, qui illud facit aut patitur. vt si quo ventus impulerit, aut rerũ potiti homines. At vero quæ metu maiorũ malorum, aut rei cuiusdam honestæ caussa fiunt, velut si tyrannus in sua potestate habẽs parentes & liberos, proponat turpe aliquid faciendũ, hac lege, vt si faciamus, incolumes sint ac salui: sin minus, interficiantur: vtrũ libentes an inuiti faciamus,

magna

magna est quæstio. idem contingit & in iacturis, quæ fiunt tempestatibus orientibus. omnino enim libens nemo iaciat: salutis autem suæ ac ceterorum caussa, omnes qui quidem sana mente sint. Sunt igitur mixtæ huiusmodi actiones: sed iis quæ libenter fiunt similiores. expetuntur enim tum cum geruntur. at vero qui finis est actionis, tempori tribuitur: libens igitur ac inuitus agere dicendus est cum agit, Libenter agit: quippe in quo principium positum sit commouendarum partium, quæ actionibus eiusmodi perficiẽdis quasi instrumenta adhibentur. quarum autem rerum in quoq; positum est principium, eas vt agat & non agat, ea profecto libenter fiunt. quanquam omnino forsan inuite fiunt. quandoquidem nemo quicquam eorum per se expetit. Dantur autem interdum laudi hæ actiones, cũ homines magnarum ac præstãtium rerum caussa, turpe aliquid aut triste perferunt: sin contra faciant, vituperantur. nam res fœdissimas rei nullius honestæ aut certe mediocris caussa sustinere, vitiosi hominis est. sunt autem quædam in quibus non laudi, sed veniæ locus relinquitur, cum ea quis facit quæ non sunt facienda, iis impulsus malis quæ & humanam naturam longe superant, & nemo possit sustinere. Sunt autem quædam fortasse ad quæ impelli nemo possit: potiusque oppetenda mors est,

τινὰ ἢ ἑκούσια. τοιοῦτον δέ τι συμβαίνει καὶ περὶ τὰς ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολάς. ἁπλῶς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀποβάλλεται ἑκών. ἐπὶ σωτηρίᾳ δ' αὑτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν, ἅπαντες οἱ νοῦν ἔχοντες. μικταὶ μὲν οὖν εἰσὶν αἱ τοιαῦται πράξεις. ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις· αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε ὅτε πράττονται· τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως, κατὰ τὸν καιρόν ἐστι. καὶ τὸ ἑκούσιον δὴ καὶ τὸ ἀκούσιον ὅτε πράττει, λεκτέον. πράττει δὲ ἑκών· καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὀργανικὰ μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν, ἐν αὐτῷ ἐστιν. ὧν δ' ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχή, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν καὶ μή. ἑκούσια δὴ τὰ τοιαῦτα· ἁπλῶς δ' ἴσως ἀκούσια. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο καθ' αὑτὸ τῶν τοιούτων οὐδέν. ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ ταῖς τοιαύταις ἐνίοτε καὶ ἐπαινοῦνται, ὅταν αἰσχρόν τι ἢ λυπηρὸν ὑπομένωσιν ἀντὶ μεγάλων καὶ καλῶν. ἂν δ' ἀνάπαλιν, ψέγονται. τὰ γὰρ αἴσχισθ' ὑπομεῖναι ἐπὶ μηδενὶ καλῷ ἢ μετρίῳ, φαύλου. ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπαινος μὲν οὐ γίνεται, συγγνώμη δ' ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξῃ τις ἃ μὴ δεῖ, ἃ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει, καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομείναι. ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθνητέον,

D

E

παθόντα τὰ δεινότατα. καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι. ἔστι

F δὲ χαλεπὸν ἐνίοτε τὸ κρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον καὶ τί ἀντὶ τίνος ὑπομενετέον. ἔτι δὲ χαλεπώτερον τὸ ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσιν. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολύ ἐστι, τὰ μὲν προσδοκώμενα λυπηρά, ἃ δ᾽ ἀναγκάζονται αἰσχρά. ὅθεν ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίνονται περὶ τοὺς ἀναγκασθέντας ἢ μή. τὰ δὴ ποῖα φατέον βίαια; ἢ ἁπλῶς μὲν, ὁπότ᾽ ἂν ἡ αἰτία ἐν τοῖς ἐκτὸς ᾖ, καὶ ὁ πράττων μηδὲν συμβάλληται. ἃ δὲ καθ᾽ αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε αἱρετά, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ πράττοντι, καθ᾽ αὑτὰ μὲν, ἀκούσιά ἐστι· νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε, ἑκούσια. μᾶλλον δὲ ἔοικεν ἑκουσίοις. αἱ γὰρ πράξεις ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα· ταῦτα δὲ ἑκούσια. ποῖα δ᾽ ἀντὶ ποίων αἱρετέον, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι. πολλαὶ γὰρ διαφοραί εἰσιν

G ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα. εἰ δέ τις τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ φαίη βίαια εἶναι, ἀναγκάζειν γὰρ ἔξω ὄντα· πάντα ἂν εἴη οὕτω βίαια. τούτων γὰρ χάριν πάντα πάντες πράττουσι. καὶ οἱ μὲν βίᾳ καὶ ἄκοντες, λυπηρῶς· οἱ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ, μεθ᾽ ἡδονῆς. γελοῖον δὴ τὸ αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκτός. ἀλλὰ μὴ αὑτὸν, εὐθήρατον ὄντα ὑπὸ τῶν

grauissimis toleratis cruciatib. Etenim ridicula videntur, quæ ad eadem maternam Alcmæonem Euripidis impulerunt. Difficile autem est interdum, quid cui præponendum sit, quidque pro quo ferēdum iudicare. Difficilius etiā est, stare in eo quod sit iudicatum. Fere enim quæ exspectantur, molesta interueniunt: & quæ impellunt, turpia. Hinc laudem & reprehensionem coacti aut non coacti, consequuntur. Quæ igitur vi dicenda sunt fieri? an omnino cum caussa extrinsecus est, & qui facit nihil adiuuat? quæ autem per se sunt, inuite fiunt, nunc vero & horum caussa expetēda, eorumq; in agente principium est, per se inuite fiunt: nunc vero, horumque caussa, libenter: potiusque libenter facta videntur: nam in rebus singulis actiones versantur: ea vero libenter fiunt. quæ autem quibus sint anteponenda, non est facile exponere Multa enim sunt rerum singularum differentia. quod si quis iucunda & pulcra, violenta dixerit, quod cum extra sint, cogant: itidem violenta rerum omnia; horum enim caussa omnes omnia faciunt: cum molestia, qui per vim inuitique faciunt: qui vero iucunditate incitati, cum voluptate. Ridiculum ergo est accusare quæ externa sunt. non seipsum, qui a rebus eiusmodi fa-

cile capiatur: resq; præclaras sibi, fœdas attribuere iucunditati. Igitur apparet, vi id fieri, cuius principium extra sit, nihil eo cui vis infertur, adiuuante. Quod autem fit ignoratione, nō omne libenter fit: at inuiti facimus, quod molestum est, & cuius nosmet pœnitet. Nam qui per ignorantiam fecerit quidlibet, nec se id egisse moleste ferat, non fecit ille quidem libenter quod ignorauit: nec rursum inuitus, cum minime ægre ferat. Is igitur quem facti per ignorantiam pœnitet, inuitus: quem nō pœnitet, quoniam diuersus ab illo est, non libenter facere dicatur. quoniā enim ab altero differt, aptius est habere suum nomen. Aliud etiam videtur per ignorātiam facere, aliud ignorantem. Non enim ebrius aut iratus videtur per ignorationem facere, sed per eorum quicquam quæ diximus: nec sciens tamen agit, sed ignorans. Ac ignorat quidem improbus omnia, quæ facienda sunt, quæque fugienda: iniustique & omnino mali ex eo errore nascuntur. Nec dicatur statim inuitus agere, si quis quod vtile sit ignoret. non enim in electione ignorantia inuite facti caussa est, sed peccati. neque rerum vniuersarum, siquidem ob eam culpantur: sed rerum singularum, in quibus versatur actio. In his enim locus est & venia & misericordia.

βιαίων, καὶ τῶν μὲν καλῶν ἑαυτόν, τῶν δ' αἰσχρῶν τὰ ἡδέα. ἔοικε δὴ τὸ βίαιον εἶναι, οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος. τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν οὐχ ἑκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν, ἀκούσιον δέ, τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ. ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν πράξας ὁτιοῦν, μηδὲν δὲ δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ πράξει, ἑκὼν μὲν οὐ πέπραχεν, ὅ γε μὴ ᾔδει. οὐδ' αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενός γε. τοῦ δὴ δι' ἄγνοιαν, ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ ἄκων δοκεῖ. ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερος, ἔστω οὐχ ἑκών. ἐπεὶ γὰρ διαφέρει, βέλτιον ὄνομα ἔχειν ἴδιον. ἕτερον δὲ ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν, τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν. ὁ γὰρ μεθύων, ἢ ὀργιζόμενος, οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων· οὐκ εἰδὼς δέ, ἀλλ' ἀγνοῶν. ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ὧν ἀφεκτέον, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν, ἄδικοι καὶ ὅλως κακοὶ γίνονται. τὸ δὲ ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι, οὐκ εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον. οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια αἰτία τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας. οὐδ' ἡ καθόλου· ψέγονται γὰρ διά γε ταύτην· ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις. ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἔλεος, καὶ συγγνώμη.

L ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν, ἀκουσίως πράττει. ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι αὐτά, τίνα, καὶ πόσα ἐστί, τίς τε δή, καὶ τί, καὶ περὶ τί, ἢ ἐν τίνι πράττει. ἐνίοτε δὲ καὶ τίνι, οἷον ὀργάνῳ· καὶ ἕνεκα τίνος, οἷον σωτηρίας· καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα, ἢ σφόδρα. ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειε, μὴ μαινόμενος· δῆλον δὲ ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα· πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; ὃ δὲ πράττει, ἀγνοήσειεν ἄν τις, οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτούς, ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόρρητα ἦν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά. ἢ δεῖξαι βουλόμενος, ἀφεῖναι, ὡς ὁ τὸν καταπέλτην. οἰηθείη δ᾽ ἄν τις καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι· ὥσπερ ἡ Μερόπη· καὶ ἐσφαιρῶσθαι τὸ λελογχωμένον δόρυ· ἢ τὸν λίθον κίσηριν εἶναι, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ πίσας ἀποκτεῖναι ἄν· καὶ θῖξαι βουλόμενος, ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι, πατάξειεν ἄν. περὶ πάντα δὴ ταῦτα τῆς ἀγνοίας οὔσης, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, ὁ τούτων τι ἀγνοήσας, ἄκων δοκεῖ πεπραχέναι. καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κυριωτάτοις. κυριώτατα δ᾽ εἶναι δοκεῖ, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις καὶ οὗ ἕνεκα. τοῦ δὴ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου, ἔτι δεῖ τὴν πρᾶξιν λυπηρὰν εἶναι καὶ ἐν μεταμελείᾳ.
M Ὄντος δ᾽ ἀκουσίου τοῦ βίᾳ καὶ δι᾽ ἄγνοιαν, τὸ ἑκού-

quoniam qui eorum aliquid ignorat, facit inuite. Sed forte nō malum est, quæ, quotq; sint ea, exponere: tum, quisnam, quidq; agat, tum qua in re versetur actio: interdum etiam quo quæ sit instrumento, cuiusq; rei caussa, vt salutis: & quo tandem modo, vt remisse, an vehementer. Atque hæc quidem omnia nemo ignorare possit, modo ne sit insanus. Perspicuum id quidem est de eo qui agat: quoniam quis se ignorabit ipsum? Quid autem agat, aliquis ignoret, vt cum sibi aiunt excidisse, aut se nesciisse arcana esse, vt Æschylus mysteria: aut cum vellet monstrare, misisse telum, vt is qui catapultam putet etiam quis filium hostem esse, vt Merope: & hastam orbicularem, quæ lanceæ formam habeat: aut lapidem esse pumicem: & interficiat qui salutis caussa ferit, & qui tangere velit, pulset, vt qui luctantur. Cum igitur in his omnibus ignoratio versetur, in quibus actio, qui eorum aliquid ignorauit, fecisse videtur inuitus ac maxime qui rerum ignarus erit principatum obtinentium. Principatum autem tenent, in quibus est actio, & cuius caussa reliqua sunt. quod ergo fit ignoratione cum inuite factum dicatur, præterea tædeat ac pœniteat actionis oportet. Cum vero inuite factum sit, quod vi fit, & per ignorationem, liben-

ter fieri videatur, id cuius principium quisq; continet, sciens res singulas, in quibus actio versetur forsan enim non recte dicuntur ab inuitis fieri, quæ vel ira fiunt, vel cupiditate. Primū enim nullum aliud animal, neque pueri libenter facient. deinde nihilne eorum quæ per iram vel cupiditatem facimus: an vero honesta libenter, turpia inuite? annon id ridiculum sit, cum præsertim vna sit eorum caussa? Absurdum vero fortassē ab inuito ea fieri dicere, quorū appetitione teneri decet. Atqui decet & irasci quibusdam de rebus, & nonnullarum duci cupiditate: vt valetudinis & doctrinæ. videntur etiam molestiā afferre, quæ inuiti facimus: quæ vero cupide, oblectationem. Iam vero quod tandem erit discrimen, inter ea quæ per rationem, & quæ per iram peccātur, quia ab inuitis fiant. Vtraq; enim fugienda sunt: nec minus videntur esse hominis sine ratione affectiones: actionesq; hominis ab ira, & a cupiditate proficiscuntur. Atqui illas absurdum est in inuite factis ponere.

σιον δόξειεν ἂν εἶναι, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι τὰ καθ᾽ ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται τὰ ἀκούσια εἶναι τὰ διὰ θυμὸν ἢ δι᾽ ἐπιθυμίαν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ζώων ἑκουσίως πράξει, οὐδ᾽ οἱ παῖδες. εἶτα πότερον οὐδὲν ἑκουσίως πράττομεν τῶν δι᾽ ἐπιθυμίαν ἢ θυμόν· ἢ τὰ καλὰ μὲν ἑκουσίως· τὰ δ᾽ αἰσχρὰ, ἀκουσίως. ἢ γελοῖον, ἑνός γε αἰτίου ὄντος. ἄτοπον δὲ ἴσως τὸ ἀκούσια φάναι, ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι. δεῖ δὲ καὶ ὀργίζεσθαι ἐπί τισι, καὶ ἐπιθυμεῖν τινῶν, οἷον ὑγιείας καὶ μαθήσεως. δοκεῖ δὲ, τὰ μὲν ἀκούσια, λυπηρὰ εἶναι· τὰ δὲ κατ᾽ ἐπιθυμίαν ἡδέα. ἔτι δὲ τί διαφέρει τῷ ἀκούσια εἶναι τὰ κατὰ λογισμὸν ἢ θυμὸν ἁμαρτηθέντα. φευκτὰ μὲν γὰρ ἄμφω. δοκεῖ δὲ οὐχ ἧττον ἀνθρωπικὰ εἶναι τὰ ἄλογα πάθη· αἱ δὲ πράξεις τοῦ ἀνθρώπου, ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. ἄτοπον δὴ τὸ τιθέναι ἀκούσια ταῦτα.

N

COMMENTATIONES.

A *Τῆς ἀρετῆς δὲ περὶ πάθη)* Postquam in præcedentibus libris generatim explicatum est, partim de fine moralis, quæ est beatitudo, partim etiam de virtute, cuius actiones sunt caussæ efficientes politicæ beatitudinis, iā consequens erat, vt de singularum virtutum actionibus propriis explicarem, vt inde intelligi posset, per quas actio-

nes sibi hæc beatitudo possit comparari. Antequam vero Aristoteles id faciat, prius quædam tradit de principiis & fontibus, i. cognatis siue adiunctis actionum humanarum, secundum quæ ipsæ actiones solent æstimari, vtrum reuera sint bonæ an malæ, laudandæ an vituperandæ. Neque enim omnis actio, quæ externa quidem specie & facie videtur esse bona vel mala, etiam reuera & sua natura talis est: sed sepe numero, actiones quidem externa specie videntur esse bonæ & laudabiles, quæ tamen, si diligentius considerentur & æstimentur, deprehendentur esse vitiosæ & dignæ reprehēsione. Sunt enim duo præcipue consideranda, quando de actionibus recte iudicare, statuere & pronuntiare volumus, scientia nempe siue notitia ipsius agentis: deinde ipsius voluntas. Oportet enim non solum agentem scire quid agat, sed etiam idipsum velle, & vice versa, non solum oportet eum velle agere quæ agit, sed oportet eum quoque scire, quid agat. Quod si vero alterum horum abfuerit, non poterit reuera propter suam actionem vel laudari, etiam si fuerit bona, vel reprehendi, si fuerit mala. Notanda est ergo hæc distinctio in actionibus duplex: vna ratione cognitionis seu notitiæ, secundum quam actiones dicuntur fieri, vel a Scientibus, vel ab Ignorantibus. Altera ratione voluntatis. Nam actiones dicuntur fieri vel a Volentibus, vel ab Inuitis & coactis: & quæ a volentibus fiunt, ea fiunt vel Sponte, vel Non sponte: item vel fiunt Deliberato consilio & proposito ἐκ προαιρέσεως, *ex electione*: vel fiunt Absque præcedenti deliberatione, consilio & proposito ἄνευ προαιρέσεως, *sine electione*. Hæc ergo qua ratione in actione sint consideranda, & quomodo secundum ista actiones sint æstimandæ & iudicandæ Aristoteles explicat in prioribus quinque capitibus, & docet, quid sit spontaneum, quid inuitum, ἀκούσιον: quid consultatio, βούλευσις: quid electio, προαίρεσις: quid voluntas, βούλησις: quid voluntatis humanæ libertas in actione, quam Theologi vocant liberum arbitrium, Græci αὐτεξούσιον. In altera parte vsque ad decimum caput agit de fortitudine, & eius extremis, id est, vitiis, quæ ei opponuntur: in tertia parte vsque ad finem libri explicat de temperantia, & eius contrariis vitiis.

In iudicio actionum duo consideranda.

Contenta in libro tertio.

Duæ

Duæ sunt primi capitis partes. Prima est κατασκευαστική, id est, propositionem continet rei, de qua vult agere. Altera est ὁριστική, id est, continet definitiones, quarum sunt tres. Primum definit, quid sit inuitum violentum: deinde quid sit inuitum per ignorantiam. Tertio quid sit spontaneum, seu, vt alii vocant, voluntarium. Propositio primæ partis hæc est: *Philosopho morali in doctrina de virtutibus etiam explicandum est de spontaneo & inuito.* Ratio propositionis est duplex: *Propter quam rem actiones laudantur vel vituperantur, item veniam & misericordiam aut pœnam merentur, de ea etiam morali Philosopho in doctrina de virtutib. est agendum.* Sed *propter spontaneũ & inuitum actiones laudantur vel vituperantur, merentur veniam vel pœnam.* Igitur *de his morali Philosopho in hac doctrina est agendum.*

Arg. I.

Altera ratio: *Quæ res vtilis & necessaria est legumlatoribus in constituendis pœnis vel præmiis factorum; eam etiam Philosophus moralis in doctrina de virtutum actionibus debet considerare: nam Philosophia moralis est fons & origo, & maxima pars ciuilis scientiæ & legum fundamentum. Sed cognitio spontanei & inuiti vtilis & necessaria est legumlatoribus in constituendis præmiis aut pœnis:* Igitur *de his etiam Philosopho morali est agendum.* Minor propositio per se nota est: non enim eadẽ pœna afficiendus est, is, qui inuitus, & is, qui volens peccauit. Imo ille, sc. inuitus, sæpe meretur veniam; hic autem nunquam. Vnde in lege Cornelia scribitur: *Qui hominem occidit, si non animo occidẽdi fecit, absolui potest.* imo etiam lege diuina tales absolui possunt, qui non volentes homicidium perpetrarunt, *vt habetur cap. 35. Num. & ca. 19. Deut.* Et Deus ipse populo Israelitico sex ciuitates constituit, ad quas tales deberent habere refugium.

Arg. II.

B δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι) Hæc est altera pars cap. in qua agitur de inuito & spontaneo. Notanda autem est hæc diuisio. Omne factum aut est Inuitum, i. ἀκούσιον, aut est Spontaneum ἑκούσιον. Inuitum vel est Violentũ βίαιον, vel est Profectũ ex ignorantia δι' ἄγνοιαν. Spontaneum vel Coniunctam habet voluntatẽ agentis, *vt in hominib.* vel est sine voluntate agẽtis, *vt in brutis animalibus, quæ sponte quidem agunt, sed carẽt voluntate.* Inuitũ dicitur, quod

Diuisio factorum

Inuitum.

quispiam vel Vi coactus, vel per Ignorantiam admittit: Nam ad actionem spontaneam in homine duo requiruntur: primum notitia, vt sciat quid agat: deinde voluntas, vt consentiat ei actioni. Itaq; in qua actione hæc duo non concurrunt, ea non dicitur esse spontanea: sed inuita. Violentum τὸ βίαιον, seu actio violenta dicitur, cuius principium, hoc est, caussa mouens est extra agentem, ita, vt ad eam actionẽ, is, qui agit, nihil plane adiumenti conferat: vt Virg. 1. Æneid. ait: *Tres naues Æneæ vi ventorum abreptas fuisse & allisas scopulis*. Item in secundo libro de Cassandra filia Priami, *quod per vim crinibus fuerit ab hostibus e templo rapta*. Sic de Lucretia Liuius in prima Decade, *quod vi fuerit stuprata a Sexto Tarquinio*. & in lib. 2. Macha. cap. 5. scribitur: *quod rex Antiochus quosdam Iudæos violenter hedera coronauerit, & pertraxerit ad sacrificium Bacchi*. Ex hac definitione violenti possumus colligere tres conditiones, quæ repertuntur, vt actio aliqua reuera possit violenta nominari. Prima est, vt principium seu caussa mouens sit extra agentem: nam quę ab internis principiis mouentur, tales actiones non sunt violentæ. Altera est, vt principium illud externum sit satis validum & sufficiẽs ad illam actionem perficiendam. Tertia, vt agens vel patiens plane nullũ consensum aut adiumentum ad illam actionem præbeat. Cum vero vna aliqua ex his conditionibus abest, non potest illa actio plane violenta nominari.

Sponta-neum. *Violen-tum.* *Actio vt dicatur violenta quæ requirantur.*

Occupa-tio. C. ὅσα δὲ διὰ φόβον] Hæc est occupatio, qua explicatur quæstio de actionibus, quæ tantum suscipiuntur caussa euitandi alicuius magni mali, aut consequendi magni boni, quæ alioquin, si hæc non essent, etiam a nobis non susciperentur. De his quæritur, vtrum spontaneæ an inuitæ sint nominandæ: veluti si tyrannus alicui mandauerit, vt turpe quippiam faciat, quod nisi fecerit, fore, vt ipse & liberi occidãtur. Ita si mercator oborta tempestate, pro salute sua, & aliorum qui simul nauigant, ad exonerandam nauem proiiciat suas merces in mare: aut si quis coactus promittat latroni certam aliquã summam pecuniæ pro redimenda vita. De his & similibus actionibus, quæritur: *an omnino sint spontanea & voluntaria: an vero coacta omnino & inuita*: Ad hãc quæstionem hoc

Actiones mixtæ quæ.

loco

eco Aristoteles respondet, & dixit, esse mixtas actiones, partim spõtaneas seu voluntarias, partim inuitas: nam bifariam hæ actiones considerantur, vel ἁπλῶς simpliciter, vel respectu caussæ finalis, propter quã fiunt, quia vbi agẽti datur optio, vtrum velit faciat, tum magis voluntariæ, quam inuitæ sunt nominandæ. Si vero cõsiderantur ratione finis & temporis, quare & quando fiant, tum magis sunt inuitæ nominandæ, quam voluntariæ: quia nemo vltro & sua sponte eas susciperet, si voluntas eius omnino esset libera. Quod autem actiones, quæ considerantur respectu caussæ finalis, magis sint voluntariæ, quam inuitæ: probat Aristoteles tribus rationibus seu argumentis. Primum, *Quarum actionum fines & circumstantia sunt in nostra potestate & electione, quemadmodum antea dictum est, earum actiones sunt spontanea magis, quam inuita.* Sed *talium actionum finis & circumstantia sunt in nostra potestate & electione, quemadmodum antea dictum est*: Ergo *tales actiones magis sunt spontanea quam inuita.* Sed hoc loco duę occurrunt obiectiones. Primum enim sic aliquis possit obiicere: *Nemo volens eligit malũ*: Sed, *in his actionibus est aliquid mali.* Ergo *nemo volens eas eligit, & per consequens non sunt voluntaria.* Primum, electio & voluntas per se quidem sunt tantum rerum bonarum: verum quando inter duo mala minus malum eligitur, tum illud malum habet rationem boni. Altera obiectio, *Pœnitentia post factum ostendit factum illud non fuisse voluntarium*: Sed *tales actiones plerunq; sequitur pœnitentia*: Igitur *non sunt voluntaria dicenda.* Ad hoc respondet Aristoteles, pœnitentiam, quæ sequitur post factum, nõ mutare naturam facti: nam actiones æstimantur & iudicãtur ratione eius temporis, quo fiunt, & non ratione eius temporis, quod consequitur. Proinde pœnitentia, quæ factum subsequitur, non potest ipsum factum reddere inuitum.

Actiones consideratas respectu finis magis esse volũtarias quã inuitas.

I. Arg.

D καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν) Hoc est secundũ argumentum quo probatur, tales actiones potius voluntarias, quam inuitas esse nominandas à definitione voluntarii. *Quarum actionum principium & caussa est in ipso agẽte, hæ magis spontanea, quam inuita sunt nominanda.* Sed, *talium actionum, quia mixta nominantur, principium & caussa sunt*

II. Arg.

in agente. Igitur *tales actiones potius spontanea, quam inuita sunt nominanda.* Maior, vt diximus, sumta est a definitione spontanei, quæ circa finem huius capitis ponitur. Minor declaratur a contrario, quia, inquit, principium mouendi membra, quæ sunt instrumēta actionum, est in ipso agente: potest enim agens mouere membrum, i. manum vel pedem ad actionem, aut non mouere, i. potest agere aut nō agere. Exempli gratia: fur potest manum admouere rei alienæ: potest etiam manum non admouere. Sic mercator etiam potest manus admouere mercibus, quas in mare proiicit; potest etiam manus prohibere, ne abiiciat merces.

Quod vero Aristoteles membra nostra vocat *instrumenta actionum,* notandum est, vt in membris nostris admouendis & vtendis simus cautiores, ne admoueamus illa malis actionibus, quemadmodum etiam Apostolus Paulus ad Rom. cap. 6. monet Christianos, vt accommodent membra sua, vt seruiant non peccato, sed inseruiant Deo ad gloriam Dei. Itaque etiam membra nostra vocat *arma iustitiæ & iniustitiæ, & serua sanctificationis & immunditiæ:* prout illa enim regūtur & mouentur a voluntate hominis, ita etiam vel bene, vel male agunt. Itaque cohibenda sunt & arcenda a malis actionibus, & admouenda bonis.

Membra non admouēda malis actionibus.

III. Arg. Ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ ταῖς τοιαύταις) Tertium argumentum, *Propter quas actiones recte interdum laudari & vituperari possumus, hæ magis spontaneæ, quam inuitæ sunt nominandæ: nam propter inuitas actiones nemo potest iure & merito laudari & vituperari:* Sed *propter huiusmodi mixtas actiones interdum aliqui iure, & recte possunt vel laudari vel vituperari:* Igitur *huiusmodi mixtæ actiones magis sunt spontaneæ, quam inuitæ nominandæ.*

Actionū mixtarum species quatuor.

Minor probatur ab Aristotele per distributionem, qua facit quatuor species mixtarum actionum.

I. Solon.

Prima est, quando propter magnum aliquod bonum consequendum, aut magnum aliquod malum euitandum facimus, quod minus videtur honestum & rectum, vt de Solone scribitur, quod simulauerit aliquando insaniam, & furioso similis nudus in forum processerit, tantum vt legem quandam perniciosam abrogaret, propter

quod

quod fuit laudatus. Ita Herodotus scribit de Zopyro, qui faciem suam turpiter dilacerauit, nares & aures sibi ipsi amputauit, & ad Babylonios profugit, simulans, a suis commilitonibus sibi hoc factum esse, tantum eo nomine, vt facilius posset vrbem Babylonem suo regi Dario prodere. *Zopyrus.*

Ita de Scæuola scribit Liuius, quod in conspectu regis Porsennæ, qui Romam obsidebat, sibi ipsi manum adusserit, vt hac constantia hostibus horrorem incuteret, & patriam suam obsidione liberaret. Eiusmodi facta etiamsi aliquo modo videantur turpia, tamen laudem merentur, quia fiunt propter aliquod aliud magis bonum consequendum. *Scæuola.*

II. Altera species mixtarum actionum est, quando propter exiguum aliquod bonũ aliquid admittimus, quod minus nos decet. Tales actiones sunt merito reprehendendæ; nam non facile debemus adduci, vt præter decorum aliquid faciamus, nisi videamus, inde bonum posse non tam nobis quam aliis euenire. Adulatorum vero & leuium hominum est propter pinguem (vt dicitur) offam quæuis pati opprobria, & quasuis tolerare vexationes atque contumelias.

Sic etiam auarorum hominum proprium est propter exiguum lucrum ea facere, quæ minus ipsorum personam decent. Vnde reprehenditur Imperator Vespasianus quod propter sordidum quæstum etiam e lotio tributum exegerit. In sacris Esau reprehenditur, quod propter pulmentum vendidit suo fratri Iacobo primogenituram. *Vespasianus.* *Esau.*

III. Tertia species mixtarum actionum est, quando propter maximos cruciatus & dolores aliquid admittitur, quod est præter officium viri boni, vt si quis in graui tortura prodit suum amicum vel socium: aut si quis propter aliam aliquam necessitatem, quam nullo modo potuit euitare, aliquid facit, quod eius personam minus decet, tum potest excusari propter necessitatem & vim, quæ fuit ei allata. Sic Cicero excusat Caium Rabirium, quod apud Regem Ægypti mutauit vestitum Romanum, & vsus est pallio, propterea quod non poterat alia ratione apud Regem pecuniam suam *Caius Rabirius.*

IV. postulare & eam recuperare. Quarta species mixtarum actionum est, quod coacti aliquid facimus, admittimusve, quod nulla ratione potest excusari, sed potius perferenda mors fuisset, quam tale aliquid committere, veluti, si quis dicat, se coactum fuisse religionem abnegare, prodere patriam, falsum dicere testimonium, adulterium, homicidium cõmittere, aut furtum: nam ad talia committenda nulla ratione debet quisquam adduci, sed potius quæuis extrema, etiam ipsam mortem pati. Ideo laudatur Themistocles, quod mori potius voluerit, quã contra patriam, licet ingratam, arma sumere. Hinc laudantur sancti Martyres, qui potius crudelissima supplicia pati voluerunt, quam abnegare fidem. Et recte vxor Herculis cuidam tyranno, qui ei minabatur, quod eam velit cogere ad suam libidinem, *qui potest cogi, nescit mori*, respondet. Et Aristoteles hoc loco dicit, *Esse rationes ridiculas, quas Alcmaeon affert apud Euripidem, pro excusatione matricidii.*

Themistocles. *Martyres.* *Vxor Herculis.*

F ἐστὶ δ᾽ χαλεπὸν ἐνίοτε) Hæc est appendix eorum, quæ de mixtis actionibus dicta sunt; in qua primum ostẽdit difficultatem iudicandi & statuendi, quid in eiusmodi actionibus sit faciendum. Deinde concludit hunc locum per distinctionem violenti. Quod ad primum, difficultas iudicandi & statuendi, quid in actionibus faciendum, aut non faciendum sit, exsistit propter quatuor potissimum caussas. Primum propter comparationem, quæ inter bona & mala est instituenda. Nam agenti proponuntur duo bona, aut duo mala, quorum alterum est eligendum. Quia autem illa talia sunt, vt alia sint magis, alia minus bona vel mala, inde oritur difficultas iudicandi & statuendi, vtrum ex illis sit eligendum, aut repudiandum: quia non statim in omnibus rebus possumus videre, quid in illis magis vel minus bonum aut malum sit. Imo propter hebetudinem nostri intellectus, sæpenumero specie boni decipimur, & eligimus illud, quod nobis quidem bonum esse videtur, sed tamen reuera, & sua natura, bonum nõ est. Altera caussa est, quia ignoramus, quis sit futurus euentus nostrarum actionum. Is enim est plerunque incertus, & nõ potest a nobis prouideri. Multa enim sæpe nobis agentibus accidunt, de quibus nihil plane

Difficultas iudicãdi quid faciẽdum in actionibus, vnde? *I.* *II.*

plane cogitare potuimus. Tertia caussa difficultatis est inconstantia & mutabilitas voluntatis humanæ. Nam ad actiones virtutum maxime requiritur cōstantia: quia autem plerunque constantiæ sunt cum molestia aliqua: ideo voluntas facile mutatur, & homines sæpe in mediis actionibus subsistunt, & patiuntur se iterum auocari, etiāsi initio bene iudicauerint, & agere cœperint. Quarta caussa difficultatis est varietas & multitudo circumstantiarum, quæ in omnibus actionibus tanta est, vt difficilimum sit videre, quid in omnibus illis circumstantiis agendum, eligendum aut statuendum sit, quod simpliciter sit rectum. Sæpenumero vno quasi momēto circumstantiæ illæ variantur & mutantur. Atq; hoc est primum, quod in hac appendice habetur de difficultate.

III.

IV.

Alterum est distinctio. Nam violentum est duplex, vel dicitur Simpliciter violentū, cuius nimirum principium est omnino extra agentem, ita vt ipse agens, neq; voluntatem, neq; aliud aliquid adiumenti, ad ipsam actionem conferat, vt si quis ligatis manibus & pedibus deportetetur in carcerem illa deportatio est violēta plane, quia agens ad eam neque voluntatem, neque aliud aliquid adiumenti contulit. Aliud autem violentum dicitur secundum quid, κατά τι, quando metu quidem & necessitate cogimur ad aliquid faciendum, quod alioqui non faceremus, si volūtas nostra esset plane libera. Sed tamen eiusmodi actio non dicitur prorsus violenta, quia aliquo modo nostram quoque, licet ægre, ad illas accommodamus voluntatem, & nostrum assensum: nam coacta voluntas est etiam voluntas. Et propterea tales actiones aliquo modo dicuntur voluntariæ, propterea quia agenti datur optio, vt inter duo mala alterum eligat, & ipse agens eligit id, quod minus est malum, licet inuitus & coactus: ideo eius actio aliquo modo voluntaria dicitur. Potuisset enim eligere alterum, quod maius erat malum. Itaque consideratione temporis, quando tales actiones eliguntur & suscipiuntur, & consideratione etiam ceterarum circumstantiarum, quarum electio fuit penes agentem, eiusmodi actiones non immerito dicuntur esse voluntariæ, etiamsi non sint simpliciter voluntariæ.

Violētum ἁπλῶς.

Violētum κατά τι.

Voluptas an cogat hominem ad peccata.

G εἰ δὲ τις τὰ ἡδ.) Altera occupatio hæc est, qua refutat opinionem corũ, qui dicebãt, voluptatem & iucunditatem. quæ inest malis actionibus, cogere homines ad peccatum: quemadmodũ & Plato videtur variis in locis hoc ipsum aliquo modo affirmare: cum ait: *neminẽ sua sponte esse malum & improbum: sed ad peccãdũ aliquo modo cogi, vel a voluptate vel a dolore, tãquam dominis, qui imperium in nos habent.* Et Cic. lib. 1. Of. idẽ aliquo modo affirmat, cum ait: *voluptates esse blandissimas dominas, quæ sæpe hominum animos a virtute detorquẽt.* Et Plato, *improbitatem*, dicit, *esse morbum animi, & quemadmodum nemo sua sponte ægrotat, quoad corpus suum attinet: ita etiã neminem sua sponte esse improbum & animo ægrotare.* Itaq; dicebant aliqui Philosophi, τὰ ἡδέα εἶναι βίαια, i. *iucunda esse violenta, seu habere vim cogendi homines ad aliquas actiones suscipiendas.* Hanc obiectionem seu opinionem Aristot. hoc loco ostẽdit falsam esse, & eam breuiter aliquibus rationib. refutat.

Negatur I. Prima ratio sumitur ab absurdo consequente: *Si voluptas aut iucunditas cogit homines ad actiones suscipiendas*: Igitur *omnes actiones hominũ erunt violentæ nominandæ, quia nullam actionẽ homines suscipiunt, cui nõ existiment aliquid iucunditatis, aut iam inesse, aut postea consecuturũ.* Nam in quib. actionib. inest molestia & dolor, & e quibus nulla speratur iucunditas siue vtilitas, quæ coniunctã habet iucunditatem, tales actiones homines non suscipiunt: quia aũt consequens est absurdũ. Ergo *etiam absurdum est antecedens.* Etenim *si hominum oẽs actiones sunt violentæ*, Ergo *nulla erit hominũ libertas in agendo*, quod consimiliter est absurdum.

II. Alterum arg sumitur a repugnantibus, *quia simul aliquid põt esse iucundum & violentum: nam vbicunq; est vis, & affertur, ibi est molestia quædam & dolor.* Itaq; *si actiones sunt iucundæ, non erunt violentæ*: aut *si sunt violentæ, non erunt iucũdæ*. Falsum est ergo, quod dicũt, *iucũda esse violenta.*

III. Tertium arg. *ad quæ natura nostra vltro & sua sponte fertur, ea nõ violenta nominanda: Sed ad ea, quæ iucunda sunt, natura nostra vltro & sua sponte fertur* Igitur *iucunda non sunt violenta*: & per consequens, *iucunditas seu voluptas, quæ inest prauis actionib. non violenter cogit homines ad peccandum.* Ex hoc arg. Arist. colligit, ridiculã & ineptã esse eorum excusatione,

Qui

qui ad excusanda sua peccata dicũt, se a voluptate & iucũditate fuisse ad illa perductos, & q. vi coactos, vt admitterẽt ea, cũ tamen ipsi seipsos vltro capiendos præbeant. Vnde Cic. de Senec. ait, *Escã malorũ voluptas, qua homines capiuntur, vt hamo pisces.* Sicuti n. pisces non coacti escã, quæ hamo est affixa, petunt & arripiunt, sed vltro eã apprehendunt, & capiuntur: ita hoẽs ea vltro, quæ iucunda & suauia sunt, appetũt, & hoc modo capiũtur. Vnde Arist. hoc loco dicit, hominẽ esse εὐθήρατον, i. *facilem venatu & captu a voluptatib* Quartum arg. sumitur a cõtrario. Nã honesta & turpia sunt contraria. Inquit ergo Arist. *absurdum est dicere, hominem honestarũ actionũ esse caussam, cũ tamen vtraq; actiones ab ipso homine proficiscantur.* Itaq; si honestarũ actionũ homo sibi cãm attribuit, ẽt turpium actionũ cãm sibi debet asscribere, quia principiũ motus ab eodẽ proficiscitur fonte. V. arg. sumitur a definitione violẽti. Nam violentum est, *cuius principium est extra agentem, & ad quod is, qui vim patitur, nihil adiumenti confert:* Sed *turpes actiones, quibus inest voluptas, non habent extremum principium; neq; etiam ipse agens nihil adiumenti ad eas confert.* Igitur *non sunt violentæ nominanda.*

IV.

V.

Ἡ τὸ δὲ δι᾽ ἀγν. Hactenus explicata est prima species inuiti, quæ nominatur inuitũ violentũ ἀκούσιον βίαιον: sequitur iã altera species inuiti, quæ nominatur Inuitũ per ignorantiam: quia aũt ignorantia, qua homines sępenumero conãtur sua peccata & errata explicare, est multiplex: ideo Arist. duplici distinctione explicat, quænã ignorantiã possit vel nõ possit mereri excusationem vel veniã Prima distinctio hæc est: Ignorãtia, vel habet sequentẽ Dolorẽ, vel Pœnitentiã post admissum factũ, & nominatur ἄγνοια ἐπίλυπος, vt Oedipus, postq̃ inscius & ignorans suũ interfecisset patrem, & postea matrẽ quam et non agnouerat, in vxorem duxisset, cognito hoc peccato, ita pœnituit, vt ẽt sibi ipsi erueret oculos. Ista pœnitentia, quæ subsecuta fuit factum Oedipi, eius factũ reddidit ἀκούσιον inuitum, quia per hanc pœnitentiam ostẽdit, se neq; sciuisse, quid ageret, neq; etiam voluisse idipsum agere: propterea talis ignorantia veniã meretur. Vel ignorantia nõ habet subsequentem dolorem & pœnitentiã: veluti si quis ignorãs interfecit hostem: talis ignorantia non reddit factum

Quæ ignorantia possit mereri excusationem.

inuitum: etiamsi enim agēs ignorarit quid egerit, tamen quia non pœnitet eum sui facti, signum est, quod non defuerit ei voluntas. Itaque eius actio non plane inuita, non tamen omnino voluntaria potest nominari: sed est mixta, magis tamen voluntaria quam inuita.

I ἕτερον δ' ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν) Altera hæc est distinctio ignorantiæ, sumta a persona agentis. Agens (inquit) vel dicitur agere Ignorans, vel Per ignorantiam, vel ex ignorantia. Ignorans agere dicitur is, qui tunc, quando agit, ignorat quidem, quid agat: sed tamen ignorantia illa non præcipua caussa est eius actionis: verum aliud quiddam per quod sibi ignorantiam accersiuit. Exempli gratia, homo ebrius, quando inter pocula vi c: feratur, gelascit, blasphemat, canit, tumultuatur, contumelias dicit aduersus suos intimos amicos, aut vicinum in conuiuio verberat, arcana sua reuelat, & multa alia agit. quæ si sobrius esset nunquam faceret, ignorans quidem hæc & similia facit: sed ipsa ignorantia non est vera & propria caussa talium actionum, sed potius eius ebrietas, per quam ignorātiam illam accersiuit. Per ignorantiam autem siue ex ignorantia agere dicitur is, cui ipsa ignorantia fuit caussa actionis malæ aut peccati, vt qui per ignorantiam fuit inebriatus, quia nondum sciuerat, neque cognouerat eam vim vino inesse, vt posset inebriari. Ita Iacob Patriarcha per ignorantiam dormiuit cum Lia sorore sponsæ suæ, quia fuit a socero suo Labano deceptus, & in tenebris non potuit eam agnoscere. In hac altera distinctione notandum est, quod prior ignorātia non meretur excusationem seu veniam, neque reddit factum agentis inuitum, quia ipse agens propria sua culpa, & volens sibi ignorantiam illam nimia vini ingurgitatione accersiuit. Probat hoc Aristoteles auctoritate Pittaci sapientis, qui duplicem pœnam statuit iis, qui ex ebrietate deliquissent. vnam propter illam ebrietatem, quod nimio vino vsi essent: alteram propter delictum, quod per ebrietatem commiserunt. Posterior autem ignorantia, quando ipsa ignorantia est caussa delicti, meretur veniam & reddit factum inuitum, si nimirum habeat subsequentem pœnitentiam: quia caussa peccati seu delicti, non est in voluntate agentis, sed extra agentem,

Ignorans quis agere dicatur.

Per ignorantiam quis.

Vtrum vtraq; ignorantia veniam mereatur.

tem, nimirum ipsa in re, aut circumstantia aliqua rei, quam agens ignorauit: veluti si quis conscendit mœnia, ignorans, lege hoc esse prohibitum: aut si quis nō comparuit in iudicio, quia ignorauit, eo die, vel ea hora habitum fuisse iudicium.

K *τὸ δ' ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι*) Tertia distinctio ignorantiæ sumitur ab ipsis rebus, circa quas agens, eiusque actio versatur. Ignorantia alia est *τῆς καθ' ὅλου*, id est, *rei vniuersa*, seu vniuersalis, quæ alias dicitur *Ignorantia iuris*. Alia vero *τῆς καθ' ἕκαστα, rerum singularium*, quæ alias nominatur *Ignorantia facti*. Ignorantia vniuersalis dicitur quando agens ea ignorat, quæ maxime deberet scire, vt cum ignorat, quid in actione, quam suscipere vult, sit honestum aut turpe, vtile aut inutile, eligendum aut fugiendum, vel, vt breuius dicatur, cum agens ignorat finem suæ actionis. Dicitur autem *Ignorantia iuris*, qua ignorantur ea quæ vnusquisq; antequam actionem susciperet, merito & iure scire deberet, aut saltem de illis interrogare & inquirere. Vocatur etiam a Latinis, *ignorantia affectata, suprema, crassa*. Aristoteles hoc loco eam nominat *ἄγνοιαν ἐν προαιρέσει*, *ignorantiam coniunctam cum electione agentis*. Item ignorantiam *τοῦ τέλους finis*, *τοῦ καλοῦ honesti*, *τοῦ συμφέροντος, vtilis*. Hæc ignorantia dicitur vniuersalis, quia versatur non solum circa vnam aut alteram circumstantiam actionis, sed circa totam actionem. Nam qui finem suæ actionis ignorat, eum necesse est circa totam suam actionem errare: quandoquidem finis est caussa formalis cuiusque actionis, a qua ipsa dicitur esse, vel bona, vel mala. Imo ad finem omnis actio est dirigenda, quemadmodum dicitur. *Quicquid agis prudenter agas & respice finem.* Hæc autem ignorantia non reddit actionem inuitam, neq; meretur veniam aut excusationem, quia caussa delicti & peccati non est ipsa ignorātia: sed potius voluntas & malitia agentis, qui noluit inquirere & scire ea, quæ facile potuisset & debuisset, antequā actionem susciperet, si modo serio de illa cogitasset. Itaque cum propriam suam culpam ignorauit, & volens ignorare voluit, eius actio quoque dicitur *Voluntaria*. Multi enim reperiuntur, qui adeo malo & peruerso ingenio sunt prædicti, vt nolint discere ea, quę sunt honesta

Ignorantia vniuersalis iuris

An mereatur veniam.

& recta: existimantes se posse per talem ignorantiam excusari, & pœnas suorum delictorum effugere. Verum hæc ignorantia per se est peccatum, & digna reprehensione atque castigatione. Vnusquisque enim debet scire quid sit sui officii, & quid sit honestum, & turpe, rectum vel non rectum: aut si nescit, debet de eo inquirere; quod qui non facit, videtur sibi ipsi affectare ignorantiam, & propter talem merito est puniendus. Ignorantia particularis dicitur, quando agens ignorat quasdam circumstantias rerum singularium, vel personarum, loci, temporis, & similium, in quibus totius actionis præcipua vis consistit, quas tamen per se, ante actionem non potuit præuidere aut præcauere. Hæc nominatur *Ignorantia facti*, quia agens ignorat ipsum factum, quod admittit, vt Oedipus cum patrem obuium interfecisset, ignorauit se patrem interfecisse, quia eum antea nunquam agnouerat. Sic Isaac cum benedictionem primogenituræ conferret in Iacobum, qui tamen non erat primogenitus, ignorauit se Iacobo benedicere, putans eum esse Esau, quia fuit cæcus. Hæc ignorantia caret dolo, nec fuit nostra culpa aut negligentia accersita, reddit actionem inuitam, & meretur veniam: quia voluntas agentis non est caussa delicti: Imo agẽs habuit sibi finem bonum propositum: Sed ignorantia alicuius circumstantiæ eum inter agendum impediuit, quo minus eum finem, quam sibi habebat propositum, assequeretur.

Ignorantia particularis siue facti.

An mereatur veniam.

L ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι) Quoniam dictum fuit, ignorantiam rerum singularium, id est, circunstantiarum interdum ipsum factum excusare & mereri veniam, si agentem sui facti pœniteat: ideo Aristoteles eas hoc loco enumerat circumstantias, & exemplis declarat, quo pacto earum ignorantia possit mereri excusationem. Enumerantur autem octo circumstantiæ: quarum prima est τὸ πραττόμενον, id est, rei quæ agitur. Potest enim fieri, vt aliquispiam agat per imprudentiam, quod tamen noluit agere, imo ignorauit, se illud egisse. Huius exemplum ponit Æschylum Poetam Tragicum. *Is enim in quadam Tragœdia imprudens & inscius quædam protulit de sacris Cereris, quæ nefas erat reuelare & publice dicere, propter quod factum etiam accusatus fuit apud Areopagitas.*

Enumeratio circũstantiarum, quæ factum ignorãtia particularis excusant.

I.

gitas. Defendit autem se ignorantia, quod nimirum ignoraueit, ea inter arcana Cereris contineri. Eodem modo, inquit Aristoteles, esset interdum hominibus interloquendum, per imprudentiã, verba quædam excidere quæ tamen non in animo habebant proferre. Altera circumstantia est personæ eius, cum qua nobis est negotium, quæ etiam interdum, qualis sit, possumus ignorare. Cuius rei exemplum est in Actis Apost. c. 23. de Paulo Apostolo: *qui quẽdam ex sacerdotibus durius appellauit, & nominauit eum parietem dealbatum, reprehensus propter hoc maledictum, defendit se ignorantia: fratres, ne sciebam quod summus pontifex esset.* Huius rei exemplum affert de Merope Arist. *quæ dicitur fuisse filia Atlantis, quæ cum obuiam haberet Cresphontem filium suum, existimabat esse hostem.* Tertia circumstantia est obiectũ, circa quod versamur, *vt Circes conuiuio excepta a Tantalo comedit carnem humanam, existimans fuisse carnem ferinã.* Quarta circũstantia est loci, *vt si quis cadit ligna in aliqua sylua prohibita, ignorans esse prohibitũ in ea sylua ligna cadere.* Quinta circũstantia est tẽporis, *veluti si quis non cõparuerit in iudicio ignorans, eo die iudiciũ fuisse habitum.* Sexta circũstantia est instrumentũ, quo vtimur in agendo: veluti, *si quis alterum lædit hasta, ignorans eam fuisse tam acutã, aut proiiciat aliquem lapide, quem ipse existimauit esse pumicem.* Septima circumstãtia pertinet ad caussam finalẽ, propter quã actio est suscepta, vt, *si præceptor castigat puerũ, vt inde melior euadat: ipse aũt redditur deterior: aut si medicus ægroto præscribat medicinã sanitatis caussa, ægrotus autem inde moriatur.* Octaua circumstãtia est modus agendi: vt, *si quis leuiter voluit alterũ attingere: sed grauiter eum percutiat, quod interdum digladiatoribus colludentibus solet accidere.* Harum circumstantiarũ quędã sunt Primariæ, quæ vocãtur ab Arist. κυριώτατ), nempe res ipsa, quæ agitur, & finis propter quã actio suscipitur, quædam vero sunt Minus principales, vt sunt reliquæ. Omnes tamen ipsam actionem plurimum possunt, vel adiuuare, vel impedire, vel etiam variare, & propterea earum notitia agenti maxime est necessaria, si modo actio eius bona & recta sit futura. Contra vero naturæ ignorantia, agenti plurimum ad perdẽdam actionem nocet, & si abiit dolus & malitia, potest agentem excusare, si

II. III. IV. V. VI. VII. VIII.

Circumstantia primaria.

Minus principales.

actione aberrauit & deliquit: monet tamen Aristoteles has circumstantias non posse omnes simul ignorari ab agente, nisi forte agens sit plane stultus aut mente captus.

M ὄντος δ' ἀκουσίου τοῦ βιαίου) Hactenus explicatæ sunt duæ definitiones, quarum prima fuit de inuito violento. Altera inuiti per ignorantiam. Quibus definitionibus ostensum, quænam actiones proprie possint inuitæ nominari, & excusationem & veniam mereri. Sequitur iam tertia quæ explicatur, quid sit τὸ ἑκούσιον, *spontaneum* seu *voluntarium*, quod inuito opponitur. Ἑκούσιον, id est, spontaneum dicitur id, cuius principium est in agente, qui etiam scit omnes actionis circumstantias Vulgo sic definitur: Voluntaria actio est, cuius principium est in volente & sciente, quando nimirum agens scit, quid agat, & ad eam actionem suam præbet quoque voluntatem & consensum. Hinc apparet ad voluntariam actionem duo potissimum requiri nempe notitiam & cognitionem rei agendæ: deinde voluntatem, vt agens quoq; actionem illam velit. In qua autem actione illa duo non concurrunt, ea non dicitur voluntaria, sed inuita. Quod autem Aristoteles dicit, *ad voluntariam actionem requiri, vt agens etiam sciat τὰ καθ' ἕκαστα*, id est, *singularia*: id intelligendum est de circumstantiis, in quibus illa versatur actio: nam, vt antea dictum fuit, earum ignorantia reddit factum inuitum.

Spontaneum.
Voluntaria actio.

N ἴσως γὰρ οὐ καλῶς) Hoc loco noua exsistit occupatio, qua Aristoteles refutat eorum opinionem, qui dixerunt, *ea, quæ homines ex ira, cupiditate, aut alio aliquo vehementiore affectu faciunt esse ἀκούσια*, i. *inuita, ac ideo mereri veniam*. Hanc opinionem falsam esse probat Aristoteles sex argumentis. Primum, *si ea quæ ex cupiditate, aut alio aliquo affectu fiant, non sunt spontanea, sed inuita*. Igitur *nullum animal imo nec pueri quidem quicquam sponte dicuntur facere*. Nam omnia, quæ agunt, ea ex aliqua cupiditate aut affectu agunt: neq; enim ex ratione possunt agere: quia vel omnino ratione carent, *vt bruta animalia*: vel vsu rationis carent, *vt pueri*. Hæc autem quia sunt absurda. Igitur *etiam absurdum est antecedens*. Secundum, *si ea, quæ per cupiditatem, iram, aut aliam fiunt affectum, sunt*

An facta ex ira, cupiditate, &c. sint inuita, & mereantur veniam. Negatur

I.

II.

sunt ἀκούσια, inuita. Igitur *non solum turpia facta, sed etiam multa honesta facta, quæ etiam ex cupiditate aut affectu aliquo proficiscuntur, erunt inuita nominanda, & sic omnes actiones hominum, tam bonæ, quam malæ, essent inuita nominanda, & hoc modo etiam tolleretur omnis libertas hominis in actionibus, quæ omnia sunt absurda.* Tertium argumentum, *Si omnia, quæ per iram, cupiditatem, aut alium affectum fiunt, sunt inuita:* Igitur *ea etiam inuita sunt nominanda, quæ vir bonus ex officio facere debet:* Vnde sequeretur, *virum bonum facere inuitum officium, quando cupit officium facere.* Sic etiam sequeretur, *quod aliquis diceretur inuitus expetere sanitatem, diuitias, doctrinam, laudem, virtutem, gloriam, & his similia:* is item diceretur, *inuitus amare patriam, parentes, vxorem, liberos, amicos:* idem diceretur inuitus, *irasci improbis & sceleratis hominibus, inuitus gaudere, & lætari rebus secundis, dolere rebus aduersis, meliora sperare.* omnia enim ista coniuncta sunt cum aliqua cupiditate aut affectu. Quartum argumentum, *Si omnia, quæ per iram & cupiditatem fiunt, sunt inuita;* Igitur *etiã sunt λυπηρὰ, i. molesta, & coniuncta cum dolore: omne enim inuitum est etiam molestum.* Sed *ea, quæ ex cupiditate & ira fiunt, nõ sunt molesta: sed potius iucunda ipsi agenti:* Igitur *non sunt inuita.* Nam quod ad cupiditatem attinet, eam esse iucundam testatur illud oraculum Delphicum, de quo supra lib. 1. cap. 8. est dictum. Nam in eo Oraculo dicitur, *quod iucundissimum & suauissimum sit consequi ea, quæ quis cupit & amat.* Quod autem in ira sit etiam aliqua voluntas, probat Aristot lib 2. Rhetor tribus rationibus: *quia omnis vindicta est iucunda: ira autem est cupiditas vindictæ.* Deinde a testimonio Homeri, qui in 18. lib. Iliados scribit, *iram Achilli fuisse dulciorem melle.* Tertio ab exemplo iratorum, qui interdum etiam diutius immorantur in vltione, vt se quasi oblectent in ea. Quintum argumentum, *Si omnia, quæ per iram, cupiditatem, aut alium affectum peccantur, sæpe sunt fugienda & reprehendenda, ac ea quæ ratione peccantur.* Igitur *non sunt distinguenda, quod hæc sint inuita, illa vero spontanea: aut illa spontanea, & hæc inuita:* Sed *vtrobique vbique eadem est ratio:* Itaque *falsum est omnia, quæ ex affectu fiunt, esse inuita, illa vero spontanea: aut illa spon-*

III.

IV.

V.

tamen, & haec inuita. Sextum argumentum, *Quae ex affectu humano proficiscuntur, ea non possunt inuita nominari, quia eorum principium est in ipso homine.* Sed *quae ex ira aut cupiditate fiunt, ea ex humano affectu proficiscuntur: nam isti affectus etiamsi sint irrationales, tamen etiã dicũtur esse humani affectus, quia sunt in animo hominis.* Itaque *etiam suum principium habent in homine.* Ex quo sequitur, quod ea, quae ex ira, aut cupiditate fiunt, nõ possunt inuita nominari. Nam, *ut supra dictum est,* ea proprie dicuntur ἀκούσια, quae proficiscuntur ab externo & violento principio: quorum autem principium est internum, hoc est, in ipso agente, ea sunt spontanea nominanda.

ΚΕΦ. β'. CAP. 2.

A Διωρισμένων δὲ τοῦ τε ἑκουσίου καὶ τοῦ ἀκουσίου, περὶ προαιρέσεως ἕπεται διελθεῖν. οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ, καὶ μᾶλλον τὰ ἤθη κρίνειν τῶν πράξεων. ἡ προαίρεσις δὴ, ἑκούσιον μὲν φαίνεται. οὐ ταυτὸν δὲ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον. τοῦ μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες καὶ τὰ ἄλλα ζῶα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὔ. καὶ τὰ ἐξαίφνης ἑκούσια μὲν λέγομεν κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ. οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν ἐπιθυμίαν, ἢ θυμὸν, ἢ βούλησιν, ἤ τινα δόξαν, οὐκ ἐοίκασιν ὀρθῶς λέγειν. οὐ γὰρ κοινὸν ἡ προαίρεσις καὶ τῶν ἀλόγων. ἐπιθυμία δὲ καὶ θυμὸς καὶ ὁ ἀκρατὴς, ἐπιθυμῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δ' οὔ. ὁ ἐγκρατὴς δ' ἀνάπαλιν. προαιρούμενος μὲν, ἐπιθυμῶν δ' οὔ. καὶ προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντιοῦται.

Expositis iis, quae & libenter & inuiti homines faciunt, sequitur ut de animi electione dicamus. Nam & virtuti coniuncta esse maxime, & mores quales sint magis quam ipsae actiones, indicare videtur. Electio igitur res videtur esse quae libeat, non tamen idem est, sed quod libet, patet latius. libenter n. facta cõmunia sunt puerorum & aliorũ animantium: deligẽdi iudicium non est. Et quae repente fiunt, libẽti animo fieri dicimus: eligente nequaquam. Nec recte videntur dicere ii, qui electionem vel cupiditatem aiunt esse, vel iram, vel voluntatem, vel quandam opinionẽ. Non n. communis electio est expertiũ rationis: cupiditas & ira sunt: & impotens cupiditate, non electione agit: cõtraq; continens, delectu, non cupiditate: praeterea delectui contraria cupiditas est, cupiditati cupiditas non est.

Cupidi-

Cupiditas etiam voluptatis est, & ægritudinis: electio nec voluptatis, nec ægritudinis, multo etiam minus ira. quoniam minime videntur quæ per iram fiunt, electione fieri. Nec volūtas quidem, etiamsi ad eam proxime accedere videatur. nō enim ea nobis eligimus, quæ fieri nequeunt. quod si quis hæc se eligere dicat, insanus esse videatur. At volumus ea etiam quæ fieri non possunt, vt immortalitatem. Et voluntas in iis etiam cernitur, quæ perfici non possint per eum qui illa vult: vt cum aliquis vult histrionem quendam aut athletam vincere. At nemo talia eligit, sed quæ per se putat posse fieri. Iam vero finem potius spectat voluntas, electiò ea quæ ad finem pertinent: vt valere volumus, deligimus autem quibus valetudinem adipiscamur: & beati esse volumus, idq; prædicamus. At si illud nos deligere dicamus, ineptū fuerit. Omnino enim eligimus de rebus quæ sunt in nostra potestate. Nec opinio etiam esse possit, quoniam in rebus omnibus cernitur opinio, nec minus in æternis, & quæ fieri non possunt, quam in iis quæ in nobis sita sunt. Præterea opinio falso ac vero, non malo ac bono, quibus electio potius, diuiditur. Omnino igitur idem esse quod opinio, nec id forte quisquam asserit, nec vero idem quod quædam opinio. Ex

ἐπιθυμία δ' ἐπιθυμίᾳ οὔ. καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία, ἡδέος καὶ ἐπιλύπου· ἡ προαίρεσις δ' οὔτε λυπηροῦ, οὔθ' ἡδέος. θυμὸς δ' ἔτι ἧττον. ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν, κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησίς γε· καίπερ σύνεγγυς φαινόμενον. προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων· καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι. βούλησις δ' ἐστὶ τῶν ἀδυνάτων, οἷον ἀθανασίας· καὶ ἡ μὲν βούλησίς ἐστι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' αὐτοῦ πραχθέντα ἄν. οἷον ὑποκριτήν τινα νικᾶν ἢ ἀθλητήν. προαιρεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐδεὶς, ἀλλ' ὅσα οἴεται ἂν γενέσθαι δι' αὐτοῦ. ἔτι δ' ἡ μὲν βούλησις, τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον· ἡ δὲ προαίρεσις, τῶν πρὸς τὸ τέλος· οἷον ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν· καὶ εὐδαιμονεῖν βουλόμεθα μὲν, καὶ φαμέν. προαιρούμεθα δὲ λέγειν οὐχ ἁρμόζει. ὅλως γὰρ ἔοικεν ἡ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν εἶναι. οὐδὲ δὴ δόξα ἂν εἴη. ἡ μὲν γὰρ δόξα δοκεῖ περὶ πάντα εἶναι, καὶ οὐδὲν ἧττον περὶ τὰ ἀΐδια καὶ τὰ ἀδύνατα, ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν. καὶ τῷ ψευδεῖ καὶ ἀληθεῖ διαιρεῖται. οὐ τῷ κακῷ καὶ ἀγαθῷ, ἡ δὲ προαίρεσις τούτοις μᾶλλον. ὅλως μὲν οὖν δόξῃ ταὐτὸν ἴσως οὐδὲ λέγει οὐδεὶς, ἀλλ' οὐδὲ τινι. τῷ γὰρ

προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ ἢ τὰ κακὰ, ποιοί τινές ἐσμεν· τῷ δὲ δοξάζειν, οὔ. καὶ προαιρούμεθα μὲν λαβεῖν ἢ φυγεῖν, ἤ τι τῶν τοιούτων. δοξάζομεν δὲ, τί ἐστιν, ἢ τίνι συμφέρει, ἢ πῶς· λαβεῖν δὲ ἢ φυγεῖν, οὐ πάνυ δοξάζομεν. καὶ ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται, τῷ εἶναι οὗ δεῖ μᾶλλον, ἢ τῷ ὀρθῶς. ἡ δὴ δόξα, τῷ ἀληθῶς. καὶ προαιρούμεθα μὲν, ἃ μάλιστα ἴσμεν ἀγαθὰ ὄντα· δοξάζομεν δὲ, ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν. δοκοῦσί τε οὐχ οἱ αὐτοὶ προαιρεῖσθαι τὰ ἄριστα καὶ δοξάζειν. ἀλλ' ἔνιοι δοξάζειν μὲν, ἄμεινον διὰ κακίαν δ' αἱρεῖσθαι οὐχ ἃ δεῖ. εἰ δὲ προγίνεται δόξα τῆς προαιρέσεως, ἢ παρακολουθεῖ, οὐδὲν διαφέρει· οὐ τοῦτο γὰρ σκοποῦμεν. ἀλλ' εἰ ταὐτόν ἐστι δόξῃ τινί. τί οὖν ἢ ποῖόν τι ἐστὶν, ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων οὐθέν ἐστιν. ἑκούσιον μὲν δὴ φαίνεται. τὸ δ' ἑκούσιον, οὐ πᾶν προαιρετόν. ἀλλ' ἆρά γε τὸ προβεβουλευμένον. ἡ γὰρ προαίρεσις, μετὰ λόγου καὶ διανοίας. ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε καὶ τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

bonorum enim vel malorum electione cuiusdammodi sumus, ex opinione non sumus. Et deligimus vel assequi, vel declinare, aut quippiam eius generis. At quid quicquid sit, aut quam ad rem, aut vt conducat, opinamur: assequendum autem aut vitandum non admodum opinamur. Præterea electio laudatur, quod sit eius rei cuius magis opus sit, vel quod recte fiat. At opinio, quod vere. Atque ea deligimus, quæ scimus optima: ea opinamur, quæ non plane scimus. Nec iidem videntur eligere & opinari, quæ sunt optima: sed nonnulli sunt, qui cum melius sentiant, impulsi vitio, quæ sequenda non sunt, sequuntur. nec vero, quod antecedat opinio electionem, aut consequatur, quicquam interest: non enim id agimus, sed vtrum sit idem quod aliqua opinio. Quid igitur, aut quale est, quandoquidem nullum est superiorum? Apparet quidem libenter factum esse, nec tamen quicquid libenter fit, id omne eligendum est, sed id cuius antegressa est deliberatio. Nam cum ratione & mente coniuncta est electio: id quod etiam nomen significat. dictum est enim eligendum, quod sit præ aliis eligendum.

COMMENTATIONES.

Α *διωρισμένων τοῦ τε ἑκουσίου*) In hoc cap. agitur, *περὶ τῆς προαιρέσεως, de electione*, quæ in virtutum actionibus

præcipuo

præcipue solet spectari: nimirum, quo animi proposito & consilio aliquid ab altero sit factum: quoniam in definitione virtutis dictum fuit, *virtutem esse habitum electionum*, id est, *cum electione seu proposito animi coniunctum*. Possumus autẽ hoc caput in quatuor partes commode distribuere: quarum prima continet πρόθεσιν *propositionem rei explicandæ*: altera habet διάκρισιν *distinctionem* inter προαίρεσιν, & ἑκούσιον *inter electionem & spontaneum*: tertia est ἀνασκευὴ *refutatio falsarum opinionum de* προαιρέσει: quarta est ὅρος definitio electionis. Propositio ergo huius capitis est: *Dicendum nobis quoq; est aliquid* περὶ προαιρέσεως *de electione*. Ratio prima sumitur ex loco coniunctorum: *Quanam est virtuti maxime coniuncta, de ea etiam in hac doctrina, quæ est de virtutibus, explicandum est*. Sed προαίρεσις *maxime coniuncta est actionibus virtutis*. Igitur *de ea quoq; est agendum*. Minor manifesta est ex definitione virtutis, in qua vocabulum προαιρέσεως etiam ponitur, quod nimirum sit habitus electiuus, cum electione animi coniunctus. Quod etiam Cicero *lib. 3. de finib.* affirmat, vbi ait: *Virtutis proprium esse, habere delectum earum rerum, quæ sunt secundum naturam*. Et Aristoteles *infra lib. 8. cap. 13.* ait: *Virtutis præcipuam vim esse in* προαιρέσει. Et supra *lib. 2. cap. 5.* dixit: *Virtutem aut esse* προαιρέσεις, *aut non esse sine* προαιρέσει. Altera ratio sumitur ex loco proprii: *Quicquid mores hominum maxime indicant, de eo etiam in hac doctrina, quæ est de moribus, explicandum*. Sed προαίρεσις *maxime indicat mores hominum, ita vt ex ea magis possimus de iis iudicare, quales sint, quam ex ipsis actionibus*. Igitur *de ea quoq; hic est agendum*. Minor probatur, quia actiones sæpenumero sunt simulatæ & fictæ, adeo vt ex illis non possimus certo virum bonum cognoscere. Nam multi hypocritæ etiam bonorum virorum actiones imitantur, quorum actiones sæpe, quod ad externam faciem attinet, sunt splendidiores, quam sunt actiones bonorum virorum. Quod etiam in adulatoribus apparet, qui externis officiis & obsequiis interdum etiam viros bonos & amicos superant, cum tamen reuera non ament eos, quibus adulantur. προαίρεσις autem est certior index virtutis & morum, licet non facile possint ab omnibus cognosci. La-

Partes huius capit. 4. sunt.

Propositio.

ter enim in corde hominis, & a solo Deo, qui est *καρδιογνώστης cordiũ scrutator*, cognoscitur. Hoc loco etiam obiter notandũ est, quod istud vocabulũ Græcum *προαίρεσις* nõ eodem modo a Latinis interpretibus redditur: alii enim vertunt *animi propositum*, alii *consilium*, alii *institutum*, alii *delectum*: in scholis tamen fere receptum est vocabulũ *electionis*, quod propius ad Grçci vocabuli significationem accedit. Nam *αἱρεῖν* καὶ *αἱρεῖσθαι* significat eligere: & compositum *προαιρεῖσθαι* est vnum præ aliis eligere. Quidam etiam Grçcum vocabulum maluerunt retinere in docendo, quod paulo est efficacius, quam Latinum. Cicero hoc vocabulum *ἐκ προαιρέσεως* lib. 1. Offic. vertit, *consulto & cogitato aliquid agere*.

Interpretatio vocabuli προαιρέσεως.

Spontaneum & electio quid differant.

B ἡ προαίρεσις δ' ἑκούσιον.) Hæc est altera pars huius capit. in qua distinguit hæc duo vocabula *τὸ ἑκούσιον spontaneum*, καὶ *τὴν προαίρεσιν electionem*, & ostendit spontaneũ latius patere: atque ideo quodammodo genus esse *τῆς προαιρέσεως electionis*. Probat autem hoc duabus rationibus: Prima ratio est, quia electio tantum tribuitur hominibus adultis, qui certo consilio & ratione aliquid agunt. Spontaneum autem non solum adultis hominibus, sed etiam pueris & bestiis potest attribui, qui agunt quidem sponte: non autem ex consilio & ratione. Altera ratio est, quia spontaneũ etiam potest attribui actionibus repentinis, quç subito sine antecedẽte deliberatione suscipiuntur: nam tales actiones etiam dicuntur fieri sponte & a volentibus. *προαίρεσις* autẽ non potest de talibus actionibus dici: ea enim requirit deliberationem. Ex hoc discrimine etiam intelligitur, ꝙ *τὸ ἑκούσιον* rectius spontaneũ, quam voluntarium Latine possit dici: quandoquidem etiam bestiis attribuitur, in quibus nulla est voluptas: nõ enim proprie dicuntur aliquid velle, sed impetu quodam naturæ rapi & ferri ad ea, quæ cupiunt.

1.

2.

Opiniones variæ philosophorũ de προαιρέσει.

C οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν.) Hæc est tertia pars, in qua refutat quatuor opiniones quorundam Philosophorum de *προαιρέσει*, quorum aliqui dixerunt, *προαίρεσιν* nihil aliud esse quã *ἐπιθυμίαν*: alii dixerunt, eam esse *θυμὸν vehementem animi commotionem*, qualis est in ira & indignatione: alii dixerunt, eam nihil aliud esse, quam *βούλησιν, voluntatem*: alii deniq; dixerunt, eã esse *δόξαν, animi quandam*

ilam opinionem. Has quatuor opiniones Aristot. ordine refutat. Et primum, quod προαίρεσις non sit ἐπιθυμία, id est, *cupiditas*, comprobat 4. argum. Prima ratio hæc est: *Cupiditas communis est homini cum bestiis. προαίρεσις aũt solius est hominis, nec potest bestiis tribui, quia carent ratione & consilio, quæ ad προαίρεσιν requiruntur.* Igitur προαίρεσις nõ est cupiditas. Altera ratio sumitur ab exemplo cõtinentis & incontinentis: *Continens, cum obtemperat rationi, agit ἐκ προαιρέσεως, & non ex cupiditate, quia resistit prauis cupiditatibus: contra incontinens, quando peccat, agit ex cupiditate, & nõ ex electione. quia cupiditas eius vincit προαίρεσιν: agit enim ea, quæ nõ volebat agere.* Ergo *cupiditas & προαίρεσις non sunt eadem.* Tertia ratio: *Cupiditas cupiditati circa eandẽ rem cupere & non cupere.* Sed *recta προαίρεσις praua cupiditati semper repugnat.* Igitur *προαίρεσις non est cupiditas.* Quarta ratio: *Quorũ diuersa sunt obiecta, circa quæ versantur, illa nõ sunt eadem: cupiditatis aũt & προαιρέσεως sunt diuersa obiecta: nã προαίρεσις propriè versatur circa ea, quæ ratio iudicat esse honesta, bona & vtilia: cupiditas autẽ versatur circa ea, quæ sensibus sunt iucunda aut iniucunda.* Igitur *προαίρεσις non est cupiditas.*

1.

προαίρεσις non est cupiditas.

2.

3.

4.

D θυμὸς δ᾽ ἔτι ἧττον.) Hæc est altera pars refutationis, qua probatur, quod προαίρεσις nõ sit idem, quod θυμός, id est, *ira aut vehementior animi commotio.* Sumta autem est hæc probatio ex loco comparatorũ a maiore ad minus: *Si προαίρεσις nõ est cupiditas.* Igitur *multo minus est θυμὸς, id est, ira.* Sed *antecedens verũ est, quemadmodũ iam 4. rationibus est probatũ.* Igitur *verum est antecedens.* Probatur consequentia, quia προαίρεσις cum cupiditate sunt quædam cõmunia, nempe ꝙ admittit temporis moram: nõ enim subito existit in animo, sed paulatim excitatur, & fit maior. Præterea ẽt admittit cõsultationẽ & deliberationẽ: cum ira aũt nihil habet cõe, quia est celerrimus & vehementiss. affectus, q subito totũ hoẽm occupat, & tãdẽ paulatim fit remissior: deinde ira non audit roẽm aut cõsultationẽ hoũm mentis, sed eã anteuertit, queadmodũ Virg. lib. 2. Æn. dicit: *Furor iraq́; mentẽ Præcipitant.* Et Eurip. ait: *nemo in ira recte al. quid consultat aut deliberat.*

Non ira.

E ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησις.) Hęc est tertia refutatio, ꝙ προαίρεσις non sit idem, quod voluntas, cum qua tamen ma-

Non voluntas.

gnam habeat cognitionem. Quia primum vtraque non sunt, nisi in homine. Deinde, quia vtraq; sunt appetitio quædam cum ratione. Tertio, quia προαίρεσις nunquam est sine voluntate: nam quæcunq; eligimus, ea etiam volumus. Quod autem electio non sit voluntas, probat tribus argumentis. Primum: *Voluntas potest esse τῶν ἀδυνάτων, rerum impossibilium.* Exempli gratia: Multi homines vellent se esse immortales: multi senes vellent, se iterum esse iuuenes: quemadmodum apud Virg. Euander: *O mihi præteritos referat si Iupiter annos!* multi alia quędam volunt, quæ tamē illis contingere non possunt. Sed *προαίρεσις non est τῶν ἀδυνάτων: nam qui eligit impossibilia, is videtur esse fatuus & stultus.* Igitur *voluntas & προαίρεσις non sunt eadem.* Secunda ratio: *προαίρεσις est proprie solum earum rerum, quæ per nos putamus posse agi & fieri. Voluntas autem sæpe etiam est earum rerū, quas tamen nos ipsi agere non volumus: veluti cum in certaminibus & spectaculis diuersa est spectatorum voluntas: alii enim huic, alii alteri parti fauent, & victoriam optant.* Ex hoc argumento intelligitur etiam, quod voluntas versatur circa aliena: vt cum præceptor vult, vt discipulus discat: magistratus vult, vt subditi obediant legibus: medicus vult, vt ægrotus conualescat. *Electio autem proprie versatur circa ea, quæ ad nos pertinent.* Igitur, &c. Tertiū argu. *Voluntas proprie est ipsius finis, quem expetimus & consequi petimus. προαίρεσις proprie est eorū mediorum, quæ pertinent ad finē.* Vnde etiā de fine non dicimur deliberare, sed simpliciter eum expetere & velle: de mediis autē deliberamus, quo pacto per illa possimus finem illum propositū consequi. Exempli gratia: Ægrotus sanitatem tanquā finem simpliciter vult & expetit: media autem, per quæ eam possit consequi, eligit, & de illis deliberat. Ita Imperator, qui bellū gerit, finem belli, id est, victoriam expetit consequi. Sic beatitudinē simpliciter expetimus tanquā finem: virtutem autem & actiones virtutum eligimus tanquam media, per quæ ad beatitudinem possimus peruenire.

(Margin: I. / II. / III.)

Non opinio. F οὐδὲ δὴ δόξα εἴη.) Hęc est quarta pars refutationis, qua ostendit, quod προαίρεσις non sit idem quod δόξα, id est, opinio. Hæc refutatio est duarum partium. In prima generatim ostendit, quod electio non sit opinio. Prima

pars

pars probatur duob. argum. Primũ ſumitur ab obiectis: *Opinio poteſt verſari circa omnia, tam ea, quæ ſunt, quam quæ non ſunt.* Item, *circa æterna & caduca, circa diuina & humana, naturalia & artificialia, poſſibilia & impoſſibilia, aliena & nota:* nam de his omnibus poſſumus concipere aliquas opiniones. *προαίρεσις autem tantũ verſatur circa res agendas & eas maxime, quæ per nos poſſunt effici.* Secundum arg. *Opinio æſtimatur & laudatur vel reprehenditur propter veritatẽ & falſitatem earum rerũ, de quibus eſt apud animũ concepta.* Vnde opinio alia dicitur Vera, quæ nimirũ conſentit cũ natura rei ſubiectæ: alia dicitur Falſa, quæ diſſentit a rei natura. *προαίρεσις autẽ æſtimatur bonitate & vitioſitate ratione finis, quẽ reſpicit & mediorũ, per quæ ad finem propoſitum peruenire cupimus.* Vnde *bona electio* dicitur, quæ bonum finem & bona media ſibi habet propoſita. Mala autem προαίρεσις dicitur, quæ finem malum reſpicit. Sed obiiciat aliquis: *vulgo ſolere dici, aliquem habere bonam vel malam opinionem.* Igitur *opinio etiam bonitate & malitia diſtinguitur.* Ad hoc reſpondendum eſt, tales elocutiones eſſe improprias. Nam opinio per ſe non dicitur bona vel mala: ſed bona dicitur, quatenus eſt vera & conſentiens rei: mala autem opinio dicitur, quatenus eſt falſa. Omne enim verum etiam eſt bonum, & omne falſum eſt malum.

I. *II.* *Obiectio.* *Solutio.*

G ὅλως μὲν οὖν δόξῃ.) Hæc pertinent ad alteram partem huius quartæ refutationis de opinione, quod nimirum προαίρεσις etiam non ſit eadẽ cum aliqua opinione. Atq; hoc probat 5. argumentis. Primum, *propter opinionem non dicimur tales eſſe, qualia ſunt ea, quæ opinamur.* Exempli gratia: *Nemo propterea eſt iuſtus, temperans, doctus, diues, quia opinatur ſe talem eſſe, aut quia opinionem de his rebus habet.* Sed *propter προαίρεσιν dicimur eſſe tales, qualia ſunt ea, quæ eligimus, vt qui eligit ea, quæ ſunt iuſta, dicitur eſſe iuſtus: qui eligit, quæ ſunt mala aut iniuſta, etiam dicitur malus & iniuſtus.* Ergo *προαίρεσις non eſt eadem cum opinione aliqua.* Alterum argum. *Quorum fines ſunt diuerſi, ea non ſunt eadem: nam quælibet res ad peculiarẽ & proprium finem a Deo eſt condita.* Sed *opinionis & electionis ſunt diuerſi fines: nam opinionis finis eſt cognitio rei: electionis autẽ finis eſt actio. Ideo non eligimus aliquid, vt illud vel conſe-*

Non eadẽ cum aliqua opinione. *I.* *II.*

gnam habeat cognitionem. Quia primum vtraque non sunt, nisi in homine. Deinde, quia vtraq; sunt appetitio quædam cum ratione. Tertio, quia προαίρεσις nunquam est sine voluntate: nam quæcunq; eligimus, ea etiam volumus. Quod autem electio non sit voluntas, probat tribus argumentis. Primum: *Voluntas potest esse τῶν ἀδυνάτων, rerum impossibilium.* Exempli gratia: Multi homines vellent se esse immortales: multi senes vellent, se iterum esse iuuenes: quemadmodum apud Virg. Euander: *O mihi præteritos referat si Iupiter annos!* multi alia quędam volunt, quæ tamē illis contingere non possunt. Sed *προαίρεσις non est τῶν ἀδυνάτων: nam qui eligit impossibilia, is videtur esse fatuus & stultus.* Igitur *voluntas & προαίρεσις non sunt eadem.* Secunda ratio: *προαίρεσις est proprie solum earum rerum, quæ per nos putamus posse agi & fieri. Voluntas autem sæpe etiam est earum rerū, quas tamen nos ipsi agere non volumus: veluti cum in certaminibus & spectaculis diuersa est spectatorum voluntas: alii enim huic, alii alteri parti fauent, & victoriam optant.* Ex hoc argumento intelligitur etiam, quod voluntas versatur circa aliena: vt cum præceptor vult, vt discipulus discat: magistratus vult, vt subditi obediant legibus: medicus vult, vt ægrotus conualescat. *Electio autem proprie versatur circa ea, quæ ad nos pertinent.* Igitur, &c. Tertiū argu. *Voluntas proprie est ipsius finis, quem expetimus & consequi petimus. προαίρεσις proprie est eorū mediorum, quæ pertinent ad finē.* Vnde etiā de fine non dicimur deliberare, sed simpliciter eum expetere & velle: de mediis autē deliberamus, quo pacto per illa possimus finem illum propositū consequi. Exempli gratia: Ægrotus sanitatem tanquā finem simpliciter vult & expetit: media autem, per quæ eam possit consequi, eligit, & de illis deliberat. Ita Imperator, qui bellū gerit, finem belli, id est, victoriam expetit consequi. Sic beatitudinē simpliciter expetimus tanquā finem: virtutem autem & actiones virtutum eligimus tanquam media, per quæ ad beatitudinem possimus peruenire.

I. II. III. (margin)

Non opinio. F *οὐδὲ δὴ δόξα εἴη.*) Hęc est quarta pars refutationis, quæ ostendit, quod προαίρεσις non sit idem quod δόξα, id est, opinio. Hæc refutatio est duarum partium. In prima generatim ostendit, quod electio non sit opinio. Prima

pars

pars probatur duob. argum. Primũ sumitur ab obiectis: *Opinio potest versari circa omnia, tam ea, quæ sunt, quam quæ non sunt.* Item, *circa æterna & caduca, circa diuina & humana, naturalia & artificialia, possibilia & impossibilia, aliena & nota:* nam de his omnibus possumus concipere aliquas opiniones. *προαίρεσις autem tantũ versatur circa res agendas & eas maxime, quæ per nos possunt effici.* Secundum arg. *Opinio æstimatur & laudatur vel reprehenditur propter veritatẽ & falsitatem earum rerũ, de quibus est apud animũ concepta.* Vnde opinio alia dicitur Vera, quæ nimirũ consentit cũ natura rei subiectæ: alia dicitur Falsa, quæ dissentit a rei natura. *προαίρεσις autẽ æstimatur bonitate & vitiositate ratione finis, quẽ respicit & mediorũ, per quæ ad finem propositum peruenire cupimus.* Vnde *bona electio* dicitur, quæ bonum finem & bona media sibi habet proposita. Mala autem προαίρεσις dicitur, quæ finem malum respicit. Sed obiiciat aliquis: *vulgo solere dici, aliquem habere bonam vel malam opinionem.* Igitur *opinio etiam bonitate & malitia distinguitur.* Ad hoc respondendum est, tales elocutiones esse improprias. Nam opinio per se non dicitur bona vel mala: sed bona dicitur, quatenus est vera & consentiens rei: mala autem opinio dicitur, quatenus est falsa. Omne enim verum etiam est bonum, & omne falsum est malum.

I.

II.

Obiectio.

Solutio.

G ὅλως μὲν οὖν δόξα.) Hæc pertinent ad alteram partem huius quartæ refutationis de opinione, quod nimirum προαίρεσις etiam non sit eadẽ cum aliqua opinione. Atq; hoc probat 5. argumentis. Primum, *propter opinionem non dicimur tales esse, qualia sunt ea, quæ opinamur.* Exempli gratia: *Nemo propterea est iustus, temperans, doctus, diues, quia opinatur se talem esse, aut quia opinionem de his rebus habet.* Sed *propter προαίρεσιν dicimur esse tales, qualia sunt ea, quæ eligimus, vt qui eligit ea, quæ sunt iusta, dicitur esse iustus: qui eligit, quæ sunt mala aut iniusta, etiam dicitur malus & iniustus.* Ergo *προαίρεσις non est eadem cum opinione aliqua.* Alterum argum. *Quorum fines sunt diuersi, ea non sunt eadem: nam quælibet res ad peculiarẽ & proprium finem a Deo est condita.* Sed *opinionis & electionis sunt diuersi fines: nam opinionis finis est cognitio rei: electionis autẽ finis est actio. Ideo non eligimus aliquid, vt illud vel conse-*

Non eadẽ cum aliqua opinione.

I.

II.

quamur agendo, vel fugiamus & euitemus. Ergo *opinio & electio non sunt eadem.* Tertiũ arg. *Opinio laudatur propter veritatem, quando scil. consentit cum natura rei: vituperatur autẽ propter falsitatem, quando dissentit a re, id est, cum aliter de re opinamur, quã ipsa sit.* Sed *electio laudatur propter rectitudinẽ & bonitatem: vituperatur autem propter prauitatem & vitiositatem.* Igitur *electio & opinio nõ sunt eadem.* Quartũ arg. *Opinio est de rebus incertis, quarũ non habemus veram & certam notitiam, sed tantum qualemcunq; incoatam cognitionem: atq; ideo opinio dicitur, quod sit imbecillior & timidus assensus. Electio autem est earum rerum, de quibus propter antegressam deliberationem aliquo modo sumus certi: nam quæ plane incerta sunt, ea nemo eligit nisi stultus.* Ergo *opinio & electio non sunt eadem.* Quintum arg. *Si opinio idem esset quod electio, tunc ii, qui optimam habent opinionem, optima quoq; eligerent:* sed videmus ea non fieri. *Maior quidem hominum pars optimas habet opiniones de rebus apud animũ conceptas: tamen propterea non optima eligunt, sed sæpe contrarium faciunt.* Igitur *opinio & electio non sunt eadem.* His argumentis Aristoteles breuiter annectit quæstionem: *vtrum opinio antecedat electionem: an vero ex electione opinio exsistat?* Ad hoc respondet Aristoteles, hanc quæstionem ad præsentem disputationem non magnopere pertinere: quia satis est scire, electionem non esse eandem cum opinione, tamen naturali ordine dicimus, opinionem debere præcedere electionem: quia opinio pertinet ad cognitionem: electio vero ad appetitũ, quoniam, vt vulgo dicitur: *Ignoti nulla est cupido.* Vt igitur cognitio debet præcedere consultationem, quia de rebus plane ignotis nemo suscipit consultationem, ita etiam opinio debet antecedere electionem.

III. IV. V.

Opinio vtrum sit ex electione, an eã antecedat.

Ἢ τὶ ἆρ ἢ ποῖόν τι ἐστιν.) Hæc est postrema pars cap. in qua definit tandem, quid sit προαίρεσις. Duas autem adfert definitiones: Vna est ipsius rei: altera est nominis. Prima hæc est, προαίρεσις ἐστιν ἑκούσιον προβεβουλευμένον, id est, *electio est spontaneum prius deliberatum.* Hanc definitionem ad finem sequentis cap. aliis verbis declarat, vbi ait: προαίρεσίς ἐστιν ὄρεξις βουλευτικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν, *electio est appetitio deliberata eorum, quæ sunt in nostra potestate.* Ex

Definitio προαιρέσεως.

hisque

his duabus propositionibus, i. *definitionibus*, colligimus, tria requiri ad προαίρεσιν. Primum liberam voluntatem eligentis: nam ideo dicitur esse ἑκούσιον, id est, *spontaneum quoddam*, seu spontanea appetitio, quæ non est coacta aut violenta. Deinde requiritur etiam notitia eius rei, quam eligimus, vel expetimus. Nam dicitur esse nō simplex, sed consultata & deliberata appetitio. Itaq; necesse est, eam coniunctam esse cum notitia rei, quæ expetitur. Tertio requiritur etiam, vt ea res, quam expetimus, talis sit, vt possit per nos, & nostro studio comparari aut effici. Nam quæ plane impossibilia sunt, ea non sunt eligenda. Altera definitio huius loci tantum continet nominis explicationem. Nam Aristoteles dicit idem esse προαιρετὸν, i. *eligibile*, quod præ cæteris est eligendū. Nam deriuatur a præpositione πρὸ, quod significat *Præ*, & a verbo αἱρέω, i. *eligo*: vnde est προαιρεῖσθαι, *præ aliis eligere*.

Tria requisita προαιρέσεως.

CAP. 3.

VTrumne vero de omnibus consultatur, ac in consultationem cadunt omnia: an de quibusdam non capitur consilium? Dicendum est fortassis de iis consultari, non de quibus stultus aliquis vel insanus deliberet, sed de quibus is qui sana mente est. Sed de rebus æternis nemo consultat, vt de mundo, de diametro latereque non commetiendis: nec de iis quæ in motu sunt, semper autem eodem modo eueniunt, siue necessitate, siue natura, aut alia caussa, vt sunt solis conuersiones & ortus: neque de iis, quæ alias aliter eueniunt, quales sunt siccitates & imbres: nec vero de iis quæ fortuito fiunt, vt thesauri inuentio:

ΚΕΦ. γ'.

A

Βουλεύονται δὲ πότερα περὶ πάντων, καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστιν, ἢ περὶ ἐνίων οὐκ ἔστι βουλή. λεκτέον δ' ἴσως βουλευτὸν, οὐχ ὑπὲρ οὗ ἂν τις βουλεύσαιτο, ἠλίθιος ἢ μαινόμενος, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ὁ νοῦν ἔχων. περὶ δὲ τῶν ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύεται· οἷον περὶ τοῦ κόσμου, ἢ τῆς διαμέτρου καὶ τῆς πλευρᾶς, ὅτι ἀσύμμετροι. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν κινήσει, ἀεὶ δὲ κατὰ ταὐτὰ γινομένων, εἴτ' ἐξ ἀνάγκης, εἴτε φύσει, ἢ διά τινα ἄλλην αἰτίαν, οἷον τροπῶν, καὶ ἀνατολῶν. οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως, οἷον αὐχμῶν καὶ ὄμβρων· οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης, οἷον θησαυροῦ εὑρέσεως.

ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπικῶν πάντων, οἷον πῶς Σκύθαι ἄριστα πολιτεύοιντο, οὐδεὶς Λακεδαιμονίων βουλεύεται. οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τούτων δι' ἡμῶν οὐθέν. βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν· ταῦτα δὲ καὶ ἔστι λοιπά. αἰτίαι γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, φύσις, καὶ ἀνάγκη καὶ τύχη· ἔτι δὲ νοῦς, καὶ πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου. τῶν δ' ἀνθρώπων ἕκαστοι βουλεύονται περὶ τῶν δι' αὐτῶν πρακτῶν. καὶ περὶ μὲν τὰς ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν, οὐκ ἔστι βουλή, οἷον περὶ γραμμάτων. οὐ γὰρ δι-

B

στάζομεν πῶς γραπτέον. ἀλλ' ὅσα γίνεται δι' ἡμῶν, μὴ ὡσαύτως δ' ἀεί, περὶ τούτων βουλευόμεθα· οἷον περὶ τῆς κατὰ ἰατρικὴν καὶ χρηματιστικήν, καὶ περὶ κυβερνητικὴν μᾶλλον ἢ γυμναστικήν, ὅσῳ ἧττον διηκρίβωται. καὶ ἔτι περὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως. μᾶλλον δὲ καὶ περὶ τὰς τέχνας ἢ τὰς ἐπιστήμας· μᾶλλον γὰρ περὶ αὐτὰς διστάζομεν. τὸ βουλεύεσθαι δὲ ἐν τοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἀδήλοις δὲ πῶς ἀποβήσεται, καὶ ἐν οἷς

C

ἀδιόριστον. συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα, ἀπιστοῦντες ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οὐχ ἱκανοῖς διαγνῶναι. βουλευόμεθα δ' οὐ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη. οὔτε γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται, εἰ ὑγιάσει· οὔτε ῥήτωρ, εἰ πείσει· οὔτε πολιτικός, εἰ

at ne res quidem omnes humanæ. veluti quomodo optime rempublic. Scythæ administrare possint, Lacedæmoniorũ nemo deliberat: nihil n. eorum per nos fieri potest. At de iis consilium capimus, quæ sunt in nostra potestate ut gerantur: quæ etiã sola reliqua sunt. Nam caussæ videntur, natura, necessitas, fortuna: prætereaq; mẽs, & quicquid per hominẽ fit. Singuli aũt homines de iis consultant, quæ per se ipsi efficere possunt. Nec vero de artibus ac scientiis certis & seipsis consiliũ capitur: quales sunt literæ, quæ quonã modo scribendæ sint, minime dubitamus. Sed quæ per nos efficiuntur, non aũt semper eodem modo, de iis consultamus. ut de iis quæ medicina, numulariorũ & gubernatoris artes tractant potius, quam quæ gymnastice, quo minus certa sunt. similis est ratio cæterarum: sed sæpius de iis quæ ab artibus, quã quæ a scientiis proficiscuntur: propterea quod magis ea veniunt nobis in dubium. cõsultatio autem in iis est quæ plerunq; eveniunt, incertum tamẽ quo inclinare debeant: in infinitis etiam. Ad res autem magnas consultores adhibemus, nobis ipsi diffisi, quasi minus ad statuendum idoneis. Cõsultamus autem non de finibus, sed de pertinentib. ad fines. Neq; n. medicus an curet, consultat: aut orator, an persuadeat: vel civilis, an

legibus

legibus bene instituat, vel alii artifices de fine: sed ii propositū sibi finem, quomodo, & quibus rebus assequantur, inquirunt. Quod si cōpluribus ad eum peruenire posse constet, tum qua facilime & optime possit, considerant: sin vna perfici queat, quē admodum per hanc assequātur, ad illamq; perquā peruentant, eousq; dum ad primam caussam veniant, quæ in inueniendo postrema est. Nā qui consultat eodem modo quo diagramma inquirere, ac retexere videtur. Constat aūt non oēm quæstionē esse deliberationem, quales sunt mathematicæ: deliberationem vero oēm esse quæstionē: quodq; retexendo postremū est, id primum esse gignendo. quod si in id inciderint, quod fieri nequeat, vt, si pecuniis sit opus, nec possint suppeti, tum se abstrahunt: sin aūt fieri posse constiterit, ad efficiendū aggrediuntur. Atqui ea fieri possunt, quæ per nos efficiantur. nam quæ amicorum opera fiunt, per nos fiunt quodam modo, quia principium in nobis situm est. Quæruntur autem alias instrumenta, alias vsus eorum, itēq; in reliquis: interdum quare, aliquādo quo pacto, aut qua ratione res confici queat. Homo itaque videtur, vt dixi, principium esse actionum: consilium autē in iis versari, quæ ab eo agi possunt. At actiones aliorū caussa sunt. Nunquā igitur cadet in deliberationem finis,

εὐνομίαν ποιήσει, οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδεὶς περὶ τοῦ τέλους. ἀλλὰ θέμενοι τέλος τι, πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται, σκοποῦσι· καὶ διὰ πλειόνων μὲν φαινομένου γίνεσθαι, διὰ τίνος ῥᾷστα καὶ κάλλιστα ἐπισκοποῦσι· δι' ἑνὸς δὲ ἐπιτελουμένου, πῶς διὰ τούτου ἔσται· κἀκεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωσιν ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον, ὃ ἐν τῇ εὑρέσει ἔσχατόν ἐστιν. ὁ γὰρ βουλευόμενος ἔοικε ζητεῖν καὶ ἀναλύειν τὸν εἰρημένον τρόπον, ὥσπερ διάγραμμα. φαίνεται δὲ ἡ μὲν ζήτησις, οὐ πᾶσα βούλευσις, οἷον αἱ μαθηματικαί· ἡ δὲ βούλευσις πᾶσα ζήτησις· καὶ τὸ ἔσχατον ἐν τῇ ἀναλύσει, πρῶτον εἶναι ἐν τῇ γενέσει. κἂν μὲν ἀδυνάτῳ ἐντύχωσιν, ἀφίστανται· οἷον εἰ χρημάτων δεῖ, ταῦτα δὲ μὴ οἷόν τε πορισθῆναι. ἐὰν δὲ δυνατὸν φαίνηται, ἐγχειροῦσι πράττειν· δυνατὰ δέ, ἃ δι' ἡμῶν γένοιτο ἄν. τὰ γὰρ διὰ τῶν φίλων, δι' ἡμῶν πως ἐστίν. ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν ἡμῖν. ζητεῖται δὲ ὁτὲ μὲν τὰ ὄργανα, ὁτὲ δὲ ἡ χρεία αὐτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ὁτὲ μὲν δι' οὗ, ὁτὲ δὲ πῶς, ἢ διὰ τίνος. ἔοικε δή, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων· ἡ δὲ βουλὴ περὶ τῶν αὑτῷ πρακτῶν. αἱ δὲ πράξεις, ἄλλων ἕνεκα. οὐκ ἂν οὖν εἴη βουλευτὸν τὸ τέλος,

D

E

ἀλλὰ τὰ πρὸς τὰ τέλη. οὐδὲ δὴ τὰ καθ' ἕκαστα· οἷον εἰ ἄρτος τοῦτο, ἢ πέπεπται, ἢ πεποίηται ὡς δεῖ. αἰσθήσεως γὰρ ταῦτα. εἰ δὲ ἀεὶ βουλεύσεται, εἰς ἄπειρον ἥξει. βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν τὸ αὐτὸ πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν. τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθὲν, προαιρετόν ἐστι. παύεται γὰρ ἕκαστος ζητῶν πῶς πράξει, ὅταν εἰς αὑτὸν ἀναγάγῃ τὴν ἀρχὴν, καὶ αὑτοῦ εἰς τὸ ἡγούμενον. τοῦτο γὰρ τὸ προαιρούμενον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, ἃς Ὅμηρος ἐμιμεῖτο· οἱ γὰρ βασιλεῖς ἃ προέλοιντο ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ. ὄντος δὲ τοῦ προαιρετοῦ, βουλευτοῦ, ὀρεκτοῦ, τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν. ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι γὰρ κρίναντες, ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλευσιν. ἡ μὲν οὖν προαίρεσις τύπῳ εἰρήσθω, καὶ περὶ ποῖά ἐστι, καὶ ὅτι τῶν πρὸς τὰ τέλη.

F

sed quæ ad fines conducunt: nec res singulæ quidem: ut sitne hoc panis, & recténe concoctus, an confectus sit: quoniam hæc cadunt sub sensum: ac si semper deliberaret quis, in infinitum progrederetur. quod autem in deliberationem cadit, & in delectum, eadem sunt, nisi quod iam definitum est deligendum. Quod enim de consilio iam iudicatum est, eligẽdum est. Tum enim quisque desinit, quomodo quicque gerat exquirere, cum principium ad se retulerit, & ad eam sui partem quæ tenet principatum. hæc enim pars deligit. quod ex veteribus etiã rebusp. quas imitatus est Homerus, perspicitur. Quæ enim reges elegerant, de iis ad populum referebant. quoniam autem deligendum est, quod per deliberationem expetendum est in iis, quæ in nostra sunt potestate, profecto electio erit deliberata appetitio eorum, quæ in nostra sunt potestate. Iudicio enim ad deliberationem adhibito, consultationi cõgruenter appetimus. Ac electio quidem, quid sit, quibus in rebus versetur, esseq; rerum, quæ ad fines spectant, plane dictum sit.

COMMENTATIONES.

A βουλεύονται δὲ πότερα περὶ πάντων) In hoc cap. agitur de cõsultatione & deliberatione, quæ ab Arist. βουλεύσεις, hoc loco & in Rhetoricis συμβουλὴ nominatur: & necessario omnem rectam electionem ac actionẽ debet præcedere. In hoc enim differt stultus a sapiẽte, quod stultus temere & sine consilio eligit & agit: sapiens autem nihil absque consilio suscipit & agit. Sunt enim certi quidam gradus,

Stultus a sapiente quid differat.

per

per quos ordine ad alicuius rei electionē, susceptionem & actionem debemus progredi, & non temere & imprudenter in actiones irrumpere. Primus gradus est *cognitio* siue *notitia rei*, quam volumus suscipere aut agere. Nam quam rem ignoramus, eam non recte possumus expetere, multo minus agere. Secundo loco cognitionem subsequitur βύλησις, *voluntas*, quæ ab ipsa cognitione excitatur. Quam enim rem cognouimus esse bonam & vtilem, eam debemus quoq; velle. Tertio sequi debet ἡ βύλευσις, *consultatio & deliberatio*. Neq; enim statim debemus obsequi volūtati nostræ, & ea eligere aut agere, quę ipsa vult. quia voluntas sępe potest decipi falsa bonitatis specie earum rerum, quæ primo offeruntur. Vnde etiam fit, vt homines sæpe velint ea, quæ non debent velle, quia ipsis sunt exitiosa, & habēt malum quoddā latens, quod non ita statim prima fronte & primo aspectu potest cerni & animaduerti. Itaq; prius debemus ea, quæ voluntas appetit, diligenter examinare, qualia sint, & consultare atq; deliberare de mediis, quo pacto possint legitima ratione & facile comparari. Quarto loco sequitur ἡ γνώμη, i *animi sentētia & decretum*, quod ex deliberatione proficiscitur. Postquam enim de re aliqua bene & recte deliberauimus, & ex illa deliberatione deprehendimus, eam esse aut futuram nobis vtilem & bonam, debemus iam apud animum nostrum statuere & decernere, quod velimus eam rem suscipere & agere: atque hæc est quasi conclusio consultationis. Quinto loco sequitur ἡ προαίρεσις, *electio rei deliberatæ & conclusa*. Quam sexto loco sequitur ἡ πρᾶξις, *ipsa actio*, per quam ea, quæ cognouimus, voluimus, cōsultauimus, decreuimus & elegimus, etiam agimus & in effectum producimus. Atque hi sunt gradus, per quos ordine ad actionem aliquam est progrediendum Ex quibus fere pręcipuum locum habet ἡ βύλευσις, consultatio & deliberatio, de qua in hoc cap. agitur.

Gradus rerum agēdarum. *1. Cognitio.* *2. Voluntas.* *3. Consultatio.* *4. Decretum.* *5. Electio.* *6. Actio.*

Sunt aūt tres partes huius cap. In prima agitur de obiecto consultationis: in secunda de modo cōsultandi: in tertia de differētia, quæ est inter προαίρεσιν & βύλευσιν, *inter electionem & consultationē*. De prima parte, βύλευσις, i. *cōsultatio, est diligēs inquisitio mediorū, per quæ in agēdo ad finem propositū videtur posse perueniri.* Alii hoc modo defi-

Tres sunt partes huius cap. *Consultatio quid.*

niũt: *consultatio est inquisitio rationis, qua de rebus agendũs dubiis atq; incertis, aliquid inuenitur certum, & determinatum.* Obiectum consultationis ab Aristotele nominatur βυλόυτὸν, i. *consultabile*, id est, omne id, de quo consultatur. Quæritur autem hoc loco, *Vtrum omnia sint βουλόυτὰ, an tantum aliqua*, i. *vtrum de omnibus rebus, an vero tantum de aliquibus liceat consultare & deliberare.* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles, primum generatim per distinctionem, partim negando, partim affirmando. Ea inquit, non sunt βυλόυτὰ, *consultabilia*, de quibus consultat homo imprudens aut mente captus. Hac responsione vult indicare: primum consultationem non esse de omnibus rebus, sed tantum de aliquibus: deinde ad recte consultandum requiri prudentiam. Deinde declarat, hanc responsionem speciali enumeratione eorum, quæ vel cadunt, vel non cadunt in deliberationem & consultationem: ac primum enumerat quatuor genera rerum, quæ non cadunt in consultationem, & de quibus frustra suscipitur consultatio & deliberatio. Primum genus est eorum, quæ sunt ἀίδια, *sempiterna & perpetua*, vt sunt omnia diuina, quæ nunquam possunt se aliter habere, vt *Dei omnipotentia, bonitas, misericordia, sapientia, iustitia:* de his non est consultandum, vel deliberandum, alioqui vocarentur in dubium, quod est impium: item ea, quorum contraria nunquam possunt esse vera: vt *bis duo non esse quatuor*, ista perpetuo pugnant, & non potest nisi vnum ex illis esse verum. Quod vero Aristoteles in hoc genere rerum quoque numerat mundum, quod ille etiam sit sempiternus; id facit ex falsa opinione, quam habuit de mundi æternitate. Nos vero ex sacris literis scimus, mundum & initium habuisse, & etiam finem habiturum. Alterum genus est eorum, quæ sunt φυσικὰ, *naturalia*, quæ Aristoteles intelligit per ea, quæ sunt in motu, quia natura definitur, *quod sit principium motus.* Sunt autem duplicia naturalia, quantum ex verbis Arist. hoc loco colligere licet: Quædam enim semper eodem modo fiunt, vt *ortus & occasus solis & reliquorum syderum.* Item ea, quæ ab illis pendent, vt sunt *solstitia, æquinoctia, quæ semper fiunt in iisdem punctis*: sic etiam fiunt *eclipses solis & lunæ, oppositiones & coniunctiones*

Vtrum omnia sint βυλόυτὰ?

Res quæ non cadũt in consultationem.

1. Diuina.

2. Naturalia.

ctiones planetarum, vicissitudines temporum, veris, æstatis, autumni, hyemis, vicissitudo dierum & noctium. Hæc & similia, quia semper eodem modo fiunt, nec possunt humano consilio mutari, ideo de illis non est consultandũ. Quædam vero non quidem semper eodem modo fiunt: sed tamen etiam non possunt hominum voluntate aut consilio mutari, vel impediri, vt *sunt siccitates, pluuia, venti, tempestates, sterilitates, æstus, frigora, tonitrua, fulgura, & his similia.* Tertium genus est eorum, quæ a fortuna pendent, & nominantur τυχικά. Hæc propter tres caussas nõ cadunt in deliberationem. Primum, quia non habẽt certas caussas & rationes, propter quas possint inuestigari & sciri, vel etiam præcaueri & euitari atq; mutari. Deinde quia, vt Cic *lib. 2. de diuin.* ait: fortuna aduersatur rationi: omnis autem consultatio niti debet ratione: alioqui est inanis & superuacanea. Tertio, quia fortuita sunt ἀόριστα, i. *non habent certum finem propositum, propter quem fiunt, aut ad quem tendunt.* Omnis autẽ consultatio ad certum aliquem finem, tanquam ad scopum est dirigẽda. Quartum genus est eorum, quæ etiamsi sint humana, tamen vel ad nos nõ pertinent, vt *quo pacto Rex Galliarum debeat suum regnum administrare, de eo nemo nimirũ consultat, quia ad nos non pertinet:* vel per nos non possunt fieri: vt *quo pacto Rhenus ab agro Argentoratensi sit deriuandus:* vel sunt alioqui certa, ita vt non habeant opus deliberatione: partim quia sensibus percipiuntur, vt *an nix sit alba, an ignis sit calidus, an mel dulce:* partim quia habent sua certa præcepta, secundum quæ debent fieri, quæ præcepta agens non debet in dubium vocare, sed simpliciter in agendo sequi. Quo pacto sit formandus syllogismus in prima figura, de eo non est deliberandum, sed sequenda sunt præcepta, quæ de prima figura traduntur.

3. Fortuita.

4 Humana quadam.

B ἀλλ' ἔστιν γίνετ) δὲ) Hactenus enumerauit ea, quæ non cadunt in deliberationem: iam ostendit, quęnam sint ea, de quibus est deliberandum. Ponit autem eorum quinque genera. Primum est τῶν πρακτῶν, id est, *rerum agendarum.* Quia non omnis consultationis finis est πρᾶξις, i. *actio:* ideo etiam ea, quæ sub actionem cadunt, veniunt in deliberationem, quomodo nimirum sint agenda, vt ipsa

Quæ res cadant in deliberationem.

L.

II. actio possit finem suum consequi. Alterum genus est eorum, quæ sunt ἐφ' ἡμῖν, i. in nostra potestate, & quæ per nos possunt agi. Itaque etiam de iis frustra a nobis suscipitur deliberatio. Tertium genus est eorum, quę sunt οἰκεῖα, i. *quæ proprie ad nos pertinent, neque sunt aliena a nostro officio.* Quisq; enim debet sollicitus esse de iis, quæ ad suum officium pertinent, quo pacto ea velit agere: de alienis autem non debet esse sollicitus, quemadmodũ homines curiosi & πολυπράγμονες plerunq; facere solent, qui magis de aliorum negotiis, quam de suis propriis solliciti sunt.

III.

IV. Quartum genus est eorum, quorum euentus dubius est atq; incertus, cuiusmodi sunt omnia, vt dicũt ἐνδεχόμενα, i. *contingentia*, quæ non semper eodem modo eueniunt, in quibus recte gerendis & efficiendis plurimum valet humana prudentia & industria. Atq; huc pertinẽt omnes artes πρακτικαὶ, *practicæ*. quarum magna est incertitudo, quod ad euentũ attinet, propter circumstantiarũ varietatẽ: itaq; in his magna opus est prudentia & diligẽtia in deliberando, quo pacto optime singula possint geri atq; fieri, ἡ πολιτικὴ, *ars administrandæ rei*, item οἰκονομικὴ, *ars administrandæ rei familiaris*, *ars medica*, *ars nautica*, *ars imperatoria, seu militaris*.

V. Quintum genus est eorum, quę nondũ certo definita sunt atq; determinata, quo pacto fieri debeant: ideoq; de illis diligenter est consultãdum, quo pacto sint agenda, pręsertim cum nondum habeant certa præcepta, secundum quæ est instituẽda actio. Atq; hæc sunt genera rerum, quæ in consultationẽ venire, aut non venire solent, quæ omnia Arist. refert ad 5. caussas efficientes; quarũ prima est principalis *Deus*: altera ἡ φύσις, *natura*: ἡ τέχνη, tertia *ars*: quarta ἡ βούλησις, *volũtas*: quinta est *fortuna & casus*. Ex his aũt omnibus ea solũ cadunt in deliberationẽ, quę ab arte & volũtate hõim effici possũt.

C συμβούλους δὲ π.) Hæc est altera pars cap. in qua agit de ratione & modo consultandi: quæ doctrina ẽt maxime necessaria est. Nã si nõ bono modo cõsultatio suscipitur, ẽtsi de reb. necessariis & vtilib. instituta, tamẽ nullus erit vsus, & frustra erit suscepta. Sũt aũt tria hic cõsideranda, quæ sunt principales partes omnis bonę consultationis, nempe principiũ, mediũ & finis, i. qui recte de aliqua re cõsultare & deliberare volũt, debent hæc tria diligenter consi-

Consultationis bonæ partes principales.

considerare: *primum*, vnde initiũ faciendum sit in consultando: *deinde*, quando in ipsa consultatione sit procedendum: *tertio*, quid post finitam consultationẽ sit faciendum, seu, vbi in ipsa consultatione sit consistendum. Non enim oportet consultationem progredi in infinitum: sed necesse est, vt habeat suũ quoq; finem & terminum. In principio consultationis duo sunt obseruanda: Primum, si res grauis & ardua est, sunt adhibendi socii consultationis συμβούλοι, qui sua consilia etiam nobis communicẽt. Nemo enim sibi debet & suæ prudentiæ fidere nimium, quasi solus rem aliquã possit perfecte cognoscere, & de ea statuere, sed etiã audire debet aliorum consilia. Inquit enim Euripid. εἷς ἀνὴρ οὐ πάντ' ὁρᾷ, *vnus vir non omnia cernit & intelligit*. Et in prouerbio dicitur, *oculi plus vident quã oculus*, id est, plures melius possunt rem aliquam examinare & perpendere, quam vnus. Præcipue vero hoc faciendũ est in nostris priuatis & propriis rebus, in quibus plerunq; propter innatã φιλαυτίαν cæcutimus & erramus, quia nimium tribuimus nostris affectibus. Vnde etiam fit, vt sæpenumero quoq; fieri solet, vt alioqui prudentes melius possint aliis, quam sibiipsis consilia dare. Sed hic quæritur, *quinam sint adhibendi in consilium?* Respondemus, viri boni, prudentes, & amici. Nam in bono & fideli consultatore hæc tria debent concurrere, si bonum nobis sit daturus consilium: *probitas, prudentia, & beneuolentia*. De probitate inquit Salomon in prouerb. cap. 9. *Consilia impiorum sunt fraudulenta*. Et Syracides cap. 29. inquit: *A consiliario malo serua animam tuam*. De prudentia inquit Syrac. cap. 8. *Cum fatuis consilium non habeas*. De amicitia seu beneuolentia inquit Salomon in prouerb. cap. 29. *Anima recreatur bono consilio amici*. Et Syrac. cap. 8. *Coram extraneo ne facias consilium*. Alterum præceptum est: Initio consultationis proponendus est certus aliquis finis, ad quem, tanquam ad scopum tota dirigenda est consultatio: alioquin deliberatio esset infinita, & frustra susciperetur. Et sane in omni consultatione primum omniũ finis ille spectandus est, quia a fine omnis consultatio & actio æstimatur esse bona vel mala. Ipse denique finis in omni consultatione & actione habet rationẽ principii,

Principiũ. συμβούλοι adhibendi.

Quinam in consiliũ adhibendi.

Finis in consultatione proponendus.

quemadmodum Aristoteles ait *lib. 6. cap. 5. Principia rerum agendarum sunt ea ipsa, cuius gratia aguntur: quia in omni actione magis spectatur, cur aliquid factum sit, quam quid aut quomodo factum sit.* Sicut etiam Diuus Augustinus *lib. 22. contra Faustum* scribit *cap. 43. Ratio iustitiæ non tantum quid factum sit, verum etiam quare factum sit, intuetur.* Notandum vero est hoc loco, quod nulla deliberatio aut consultatio suscipitur de fine: sed vt Aristoteles inquit, *oportet finem statuere*, θέμενοι, *apponere tanquam certum*: alioquin enim finis etiam vocaretur in dubium, & ipsa consultatio nihil haberet certi, ad quod respiceret, aut in quo quiesceret. Itaq; omnis consultatio & deliberatio suscipienda est de mediis, quo pacto per illa ad finem propositum possimus peruenire: quod Aristoteles declarat tribus argumentis similibus. Etenim medici finis est sanitas. De hoc fine non deliberat, an velit ægrotum sanare: sed tantum de mediis, quomodo possit sanitatem ægroto restituere. Sic etiam oratoris finis est persuadere auditoribus, de hoc non deliberat, an velit persuadere: nam hoc omnino vult, sed tantum inquirit de argumentis, quibus persuasionem illam velit efficere. Eodem modo politicus & legislator finem sibi habet propositum, vt possit bonam legum constitutionem in suam Rempub. inducere. De hoc fine plane non dubitat, neque etiam de eo deliberat: sed tantum deliberat & consultat, quibus legibus, & quibus modis velit & possit Rempub. optime constituere. Ergo in omni consultatione finem simpliciter debemus velle & expetere: de mediis autem, per quæ ad finem est perueniendum, est deliberandum.

De mediis deliberandum.

D ὲ χεῖναι διὰ τινὸς ἔως ἂν ἔλθωσιν.) Hęc pertinent ad alteram partem consultationis, quæ suscipitur de mediis, per quę ad finem propositum est veniendum. In hoc duo præcipue sunt consideranda. Primum, *per qua media possimus finem illum consequi*: deinde, *quomodo illis mediis sit vtendum.* Quod ad primum attinet, tria sunt videnda: Primum, multitudo mediorum, *vtrum vno an pluribus, vel paucioribus mediis possimus id, quod volumus, consequi.* Alterum est, qualitas mediorum, *vtrum illa sint facilia, honesta, licita, possibilia, an contra*: tertio, *institutum*

stituendus est delectus in his mediis. Nam facilia præferenda sunt difficilioribus, pauciora pluribus, honesta & licita inhonestis & illicitis. Quod ad alterum attinet de vsu mediorum, tria præcepta sunt tenenda. Primum præceptum. Ab eo medio initiũ faciendum est, sine quo ad cetera non possumus commode peruenire: atque illud medium plerunque se offert primo loco in deliberatione. Ideo Aristoteles inquit, *istud medium esse ἔσχατον extremum in inuentione, primum autem in actione.* Exempli gratia: Est aliquis pater, qui habet filium, quem cupit ita educare, vt possit aliquando Christi Ecclesiæ inseruire: consultat igitur & deliberat secum, qua ratione, & quibus mediis possit hoc consequi. Ad eam rem offerunt se plura media, nimirum, filium ducendum esse ad scholas, emendos ei esse libros: & quia in suo oppido scholas non habet, offertur ei hoc medium, vt eum ableget ad aliquam Academiam, in qua possit literis operam dare, & etiam Theologiæ professores tandem audire: ad hæc & ad alia videt sibi necessarios esse sumtus, vt possit filium suum in aliqua Academia alere, & omnia necessaria ad victum, vestitum & libros suppeditare. Ab hoc medio, quod postremo se offert, ipse initium facit in agendo, & primum omnium cogitat de sumtibus, vnde velit eos accipere: nam sine illis non potest reliqua ad manus sumere. Alterũ præceptum. Considerandum quoque est, *vtrum illud negotium, quod proposuimus, possit per nos solos geri & effici, an vero non possit:* nam si per nos solos non possit effici, debemus nobis adiungere *συνεργοὺς, adiutores & socios laborum.* Nam (vt in prouerbio dicitur) *multorum manus leuant onus.* Et Homerus lib. 10. Iliades de Vlysse scribit, quod noluerit solus exsequi illud munus, quod ei ab Agamemnone erat iniunctum. Sed postulabat sibi adiungi socium Diomedem, existimans, se hoc modo facilius posse negotium illud exsequi. Quemadmodum autem in consultando, vt antea dictum fuit, non debemus quoslibet nobis assumere, sed tantum eos, qui valent prudentia, & qui sunt viri boni, & nobis amici: ita etiam in agendo & negotiis gerendis solum nobis adiungere debemus homines industrios, bonos, & nobis fauentes. Quæ autem per tales

I. Præceptum. A quo medio initiũ faciendũ.

II. Præceptum.

agimus, ea etiam per nos fieri dicuntur: siquidem talium actionum (vt Aristoteles ait) caussa & principium est a nobisipsis: Agunt enim a nobis rogati, vel vltro nostri amore adducti. Tertium præceptum: Considerandum quoque est, quibus instrumētis opus sit ad actionem aliquam perficiendam, & quomodo illis instrumentis sit vtendum. Nam ad omnes actiones fere aliqua instrumenta requiruntur. Vnde etiam Aristoteles in Dialecticis nominat αἴτια σύνεργα, id est, *caussas cooperantes & adiuuantes τῶν πράξεων actionum*. Duplicia autem illa instrumenta sunt, vt est apud Aristotelem *lib. 1. Polit.* Vel enim sunt ἔμψυχα, *animata*, vt, *seruus, bos, equus, asinus*: vel sunt ἄψυχα *inanimata*, vt, *malleus, bipennis, aratrum, currus.*

III. Præceptum.

Instrumenta.

Definitio deliberationis.

Ε κἂν μὲν ἀδυνάτῳ ἐντύχωσιν.) Hæc pertinent ad vltimam partem deliberationis, quam nominamus finem & terminum, in quo consultatio desinit. De hac parte traditur hoc præceptum. Post finitam deliberationem considerare oportet, vtrum ea, de quibus consultauimus, sint δυνατὰ *possibilia*: vel ἀδύνατα *impossibilia*: hoc est, *vtrum possint per nos & nostros effici, an non effici?* Si sunt ἀδύνατα impossibilia, debemus ea omittere, & a proposito nostro discedere. Nam, vt Demosthenes ait, stultitia vel potius insania est velle agere id, quod est supra nostras vires. Sin vero sunt δυνατὰ, & videmus ea fieri posse, debemus ea aggredi, & rebus ipsis manus admouere, & quidem mature, ne occasio rei amittatur. Itaque seruandum est præceptum illud Isocratis, quo ait: *Delibera diu*, βουλεύου βραδέως: *perfice autem cito ea, quæ debuisti.* Vel vt Salustius: *Antequam incipias consulto: postquam vero consulueris, mature facto opus est.* Atque hæc dicta sunt de tribus partibus bonæ & rectæ consultationis. Sed quædam etiam hoc loco in textu, quia habent aliquid obscuritatis, sunt notanda: Primum, quod comparat consultationem cum Mathematicorum ἀναλύσει *refutatione*. Nam quemadmodum Mathematici in demonstrandis suis problematibus & theorematis per ἀνάλυσιν inuestigant omnes caussas, donec ad primam caussam peruenerint, quod Aristotel. secundo loco Physicorum nominat αἴτιον ἀρχικὸν, ita etiam in deliberando o-

Quædam sunt notanda in textu.

I.

do omnia media diligenter sunt inuestiganda, donec ad illud extremum medium perueniatur, a quo actio est incipienda. Et quemadmodum in ἀναλύσει Mathematicorum ea caussa, quæ postremo loco est inuenta, est primũ principium in compositione rei: ita in consultando medium, quod postremo loco in inuestigatione deprehenditur, est primum in actione: nam ab eo initium agenti est faciendum. Secundo loco notandum est, quod dicit, non omnem *ζήτησιν inquisitionem*, esse *βούλευσιν consultationem*. Nam inquisitio & consultatio differunt vt genus & species: omnis enim, qui consultat & deliberat, etiam inquirit: nõ autem omnis inquirens etiam consultat. Deinde, inquisitio potest de quacunque re institui: consultatio autem tantũ est instituenda de rebus agendis, & de iis, quæ per eos possunt effici vel fieri. Tertio, inquisitio finẽ habet scientiam & cognitionem rei quæsitæ. Consultationis autem finis est actio rei, de qua consultauimus. Tertium, quod hic notandum, est, quod ait, *hominem esse principium seu caussam suarum actionum:* cuius dicti hæc est ratio, quia actiones proficiscuntur ab electione, quæ præcedentem habet consultationẽ, & coniuncta est cum voluntate & appetitu rationali, q̃ omnia, quia sunt in homine, nempe in animo hominis, & sunt veluti fontes actionũ humanarum: ideo recte ipse homo dicitur caussa & principiũ esse suarũ actionum. Itaq; falsa est Stoicorũ opinio, qui dixerunt: *Omnia fatali quadã necessitate fieri.* Falsa est ẽt Epicureorũ opinio, qui fortunæ omnia tribuunt. Sed tamẽ etiam obiter hoc discrimẽ est notandum, quod actiones aliæ sunt Bonæ, aliæ Malæ. Malarum actionum caussa recte ipsi homini asscribitur, quia omnia ea, vnde illa proficiscũtur, vt est ratio, voluntas, electio, & appetitus, sunt in homine corrupta, ita vt ex seipso sine auxilio diuino nihil possit boni agere. Bonarum autem actionum caussam non possumus simpliciter soli homini asscribere, sed in primis Deo, qui sancto suo Spiritu operatur in nobis, ipsum velle & perficere id, quod est bonum, vt ait Apostolus ad Philippenses cap. 2. Et notanda est Augustini sententia, qui in Enchiridio sic scribit: *Totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam præparat adiuuandam, & adiuuat præ-*

II. *III.* *Actiones bonæ & malæ vnde.*

paratam, nolentem præuenit, vt velit, volentem subsequitur, ne frustra velit. IV. Quarto loco notandum est, quod dicit, *de singularibus non esse deliberandum*: hoc intelligi debet, quatenus de singularibus quæritur τὸ ὅτι ἐστὶ, an sit illud ipsum, quod esse videtur, vt *an lac sit album, an panis, quem in manibus habeo, sit panis, & an ille panis sit bene coctus & præparatus, an lapis sit durus, an mel dulce, & his similia*: de talibus enim non est deliberandum, sed standum iudicio sensuum: cum primum enim sensibus offeruntur, ab illis etiam diiudicantur, qualia sint: veluti qui gustat mel, statim sentit, quod sit dulce: qui gustat fel, statim sentit, quod sit amarum: qui tangit lapidem, sentit quod sit durus. Sunt enim sensus principium omnis cognitionis, ad quorum iudicium sæpenumero etiam in vniuersalibus declarandis fit prouocatio, quæ alioquin nullis rationibus possent demonstrari. Vnde etiam dicitur, nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.

F βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετόν.) Hæc est postrema pars, in qua primum ostendit communionem & differentiam inter προαίρεσιν & βούλευσιν, *inter electionem & consultationem*: deinde concludit definitionem προαιρέσεως. *Consultatio & electio quid differant & conueniant.* Consultatio & electio conueniunt præcipue ipso subiecto: vtraque enim versatur circa τὰ πρακτὰ, circa *res agendas*: de illis enim primum consultamus & deliberamus, quo pacto fieri debeant: deinde easdem eligimus & suscipimus ad agendum, postquam nimirum ex consultatione deprehendimus, eas tales esse, vt possint & debeant a nobis fieri. Differunt autem præcipue tribus modis. 1. Qualitate primum: nam de quibus deliberamus, ea adhuc sunt incerta: quæ autem eligimus, ea sunt aliquo modo certa, id est, determinata & definita propter præcedentem deliberationem. 2. Deinde differunt τῷ χρόνῳ, tempore: nam βούλευσις *consultatio* debet antecedere προαίρεσιν *electionem*. Quod Aristoteles probat duabus rationibus: Prima ratio est, *quia ordo naturæ id postulat, vt nihil eligamus, nisi prius eius principium seu caussam, quamobrem illud eligere velimus, reduxerimus ad mentem & animum nostrum, id est, nisi prius de eo diligenter iudicauerimus & statuerimus, vtrum expectan-*

spectandum & eligendum sit, nec ne. Secunda ratio sumitur ab auctoritate & testimonio Homeri, qui scribit in secundo Iliados, *& apud priscos Græcos hunc ordinem seruatum fuisse, vt nihil eligerent aut susciperent, antequam de eo diligenter deliberassent & consultassent.* Atque eius rei ponit exemplum Agamemnonem regem Græcorum, qui cum noctu habuisset somnium de committendo prælio cum Troianis, prius illud somnium retulit ad duces exercitus, vt de eo consultarent & deliberarent, & post habitam consultationem demum ipsos milites armari iussit, & aciē instruere. Igitur ordine naturæ primum locum habet ἡ βούλευσις: secundum προαίρεσις: tertium ἡ πρᾶξις actio. Tertio, *ὑποκειμένῳ subiecto*: nam βούλευσις est solius mentis operatio, & non opus habet appetitu: imo sæpenumero ab appetitu & affectibus impediuntur bonæ consultationes. προαίρεσις vero non est solius mentis operatio: sed coniunctum quoque habet appetitum & voluntatem: volentes enim & cupientes aliquid eligimus. Deinde concludit Aristoteles, definitionem προαιρέσεως, & integram eius ponit definitionem, & paulo aptiorem, quam fuit ea, quæ in præcedenti capite proponebatur. Est autem hæc definitio: *προαίρεσίς ἐστιν ὄρεξις βουλευτικὴ ἐφ' ἡμῖν: Electio est deliberata & consultata appetitio eorum, quæ nostra in potestate sunt*, id est, *quæ per nos possunt fieri.* Hanc definitionem confirmat ex loco coniugatorum: nam inquit, τὸ προαιρετὸν ἐστὶ βουλευτὸν ὀρεκτὸν τῶν ἐφ' ἡμῖν, id est, *id, quod est eligendum, & cadit in deliberationem & expetitionem eorum, quæ sunt in nostra potestate.* Ex his intelligitur, quod ipsa προαίρεσις non est simplex & nuda voluntas, aut appetitio alicuius rei: sed habet præcedentem consultationem, qua examinatur, quare aliquid sit eligendum aut faciendum, quæ dispositio non fit sine diligenti mentis ratiocinatione. Vnde etiam 6. lib. cap. 2. προαίρεσις dicitur esse ὄρεξις διανοητικὴ, *appetitus cum ratiocinatione mentis.*

3.

Electionis definitio.

ΚΕΦ. δ'.

A Ἡ δὲ βούλησις, ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστὶν, εἴρηται· δοκεῖ δὲ, τοῖς μὲν τἀγαθοῦ εἶναι. τοῖς δὲ τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ· συμβαίνει δὲ τοῖς μὲν τὸ βουλητὸν τἀγαθὸν λέγουσι, μὴ εἶναι βουλητὸν ὃ βούλεται ὁ μὴ ὀρθῶς αἱρούμενος. εἰ γὰρ ἔσται βουλητὸν, καὶ ἀγαθόν. ἦν δὲ, εἰ οὕτως ἔτυχε κακόν. τοῖς δ' αὖ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν, τὸ βουλητὸν λέγουσι, μὴ εἶναι φύσει βουλητὸν, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν. ἄλλο δ' ἄλλῳ φαίνεται· καὶ εἰ

B οὕτως, ἔτυχε τἀναντία. εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἆρα φατέον ἁπλῶς μὲν καὶ κατ' ἀλήθειαν βουλητὸν εἶναι τἀγαθὸν ἑκάστῳ δὲ, τὸ φαινόμενον; τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ, τὸ κατ' ἀλήθειαν εἶναι· τῷ δὲ φαύλῳ, τὸ τυχόν. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων, τοῖς μὲν εὖ διακειμένοις, ὑγιεινά ἐστι τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα· τοῖς δ' ἐπινόσοις, ἕτερα· ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ καὶ γλυκέα, καὶ θερμὰ, καὶ βαρέα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστα. ὁ σπουδαῖος γὰρ ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται. καθ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν, ἴδιά ἐστι καλὰ καὶ ἡδέα. καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος, τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν. τοῖς πολλοῖς δὲ ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε

CAP. 4.

Voluntatem autem finis esse diximus, sed aliis esse videtur vere boni: aliis boni quod videatur. Atqui euenit iis, qui voluntarium bonum esse dicant, non voluntarium esse id, quod velit minus recte expetens. si enim voluntarium erit, bonum etiam erit. at erat fortasse malum. Iis autem qui aiunt voluntarium esse, quod bonum videatur, voluntarium non esse natura, sed quod cuique visum sit. atqui aliud alii, & si ita res ferat, etiam contraria videntur. quæ si minus probantur, confitendumne est omnino ac reuera bonum voluntarium esse? cuique vero quod videatur? Ac viro quidem bono, id bonum quod vere est: improbo, quod occurrit, videtur: ut corporibus probe affectis, salubria sunt ea, quæ reuera sunt eiusmodi: quæ autem in morbis sunt, alia: itemque amara, & dulcia, & calida, & grauia, & cetera omnia. Nam & bene de singulis vir bonus iudicat, & facile quid in re quaque veri sit, perspicit. Propria est enim sua cuiusque habitus & honestas, & voluptas, excellitque vir bonus plurimum in perspiciendo quid in quaque re veri sit, quasi rerum omnium mensura & norma. At vero multitudo a voluptate de-

cipi

cipi videtur: quippe cũ non bona sit, esse videatur. Itaq; plerique voluntatem appetunt, vt bonũ: dolorẽ aspernantur, vt malum.

γίνεσθαι. οὐ γὰρ οὖσα, ἀγαθὸν φαίνεται. αἱροῦνται οὖν τὸ ἡδὺ, ὡς ἀγαθόν· τὴν δὲ λύπην, ὡς κακὸν φεύγουσι.

COMMENTATIONES.

A ἡ δὲ βούλησις, ὅτι μὲν τοῦ τέλους) In hoc cap. agitur de voluntate, quæ etiam pertinet ad προαίρεσιν, ad electionem. Omnia enim, quæ eligimus, & volumus: ita vt a προαιρέσει voluntas tanquam sit separata: atque propterea recte ea quoq; refertur & numeratur inter actionum principia. Primum, quia actiones etiam ex voluntate agentis æstimantur: quemadmodum Cic. lib. 3. Off. ait, *id quod recte fit, ita demum iustum est, si est voluntarium.* Et Seneca in Epist. ait: *Actio recta non est, nisi recta fuerit voluntas: & voluntas non erit recta, nisi habitus animi, a quo ea proficiscitur, fuerit rectus.* Et Anshelmus inquit: *Non est iustus, qui facit quod debet, si non vult quod facit: neque est cuentus, etiamsi recte agas, si non vis recte agere.* Deinde numeratur etiam inter actionum principia, quia sola voluntas bene & male agendi, sępe non minus solet laudari vel reprehendi, quam ipsæ actiones. Vnde vulgo dicitur,

Voluntas recte refertur inter actionum principia.

Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Est autem voluntas *animæ rationalis spontanea boni alicuius appetitio.* In hac definitione genus est appetitio ἡ ὄρεξις: ea enim latius patet quam voluntas. Primum, quia appetitio est etiam in brutis animantibus. Deinde, quia etiam est in rebus naturalibus, vt *in herbis, plantis & stirpibus, quæ appetunt alimenta.* Imo etiam in rebus inanimatis, vt cum dicimus, *Ignem sursum ferri, lapidem vero deorsum.* Voluntas autem est tantum in hominibus, & ideo additur hæc differentia, quod sit appetitio animæ rationalis: tribuitur enim tantum iis, in quibus est ratio. Itaque subiectum voluntatis, cui ipsa inest, est anima rationalis. Tertio additur etiam hæc differentia, quod dicitur esse spontanea appetitio, quia ad veram voluntatem requiritur spontaneus animi motus vltro se inclinans ad ea, quæ expetit. Nam voluntas quatenus vult, debet esse libera: ea enim quæ est coacta, etiamsi

Voluntas quid.

I.

II.

III.

aliquo modo etiam sit voluntas: veluti, quando inter duo mala cogimur alterum ex ipsis velle, tamen non est plena voluntas, sed mixta: *quemadmodum in 1. cap. dictum fuit.* Quarto, notanda est & hæc differentia, quæ tertio loco in definitione ponitur, qua dicitur, *quod sit appetitio alicuius boni.* Hæc differentia pertinet ad obiectũ voluntatis, quod Aristot. nominat βουλητόν, quasi *volibile*, id est, *quod cadit in voluntatem: seu ea res, quam quis vult.* De hoc autem præsenti præcipue cap. agitur, ac primum referuntur duæ falsæ opiniones de voluntatis obiecto: deinde Aristot. exponit suam de ea re sententiam. Prima opinio de obiecto voluntatis, quam hoc loco refutat, est eorũ, qui dixerunt, *tantum verum bonum est obiectũ voluntatis*, id est, homines non velle, nisi ea, quę reuera sunt bona. Hanc opinionẽ refutat duobus argum. Primum ab absurdo: *Si tantum verum bonum est obiectum voluntatis:* igitur *etiam id, quod homines mali volunt, erit verum bonum: aut erit obiectum voluntatis eorum.* Sed *vtrunq; est falsum: nam quæ homines mali volunt, etiam ea sunt mala: & quicquid aliquis vult, illud etiam dicitur esse subiectum eius voluntatis: quia voluntas circa illa versatur: alioquin inde sequeretur, quod aliquis diceretur aliquid velle, quod tamen non vult: quod est absurdum.* Alterũ argum, *Si solum verum bonũ est voluntatis obiectum:* igitur *homines non possunt mala velle:* & per consequens, *nulla voluntas hominum esset mala: imo nulli homines, in quibus est voluntas, essent mali, quia vellent id, quod est verum bonum: qui autem volunt ea, quæ sunt bona, etiam ipsi aliquo modo sunt boni, ratione bonæ voluntatis.* Altera opinio, quę hoc loco refutatur, est eorũ, qui dixerunt, tantum φαινόμενον ἀγαθὸν, id est, *apparens bonum esse obiectum voluntatis*, id est, *homines solum ea velle, quæ videntur ipsis esse bona: reuera autem non sunt bona.* Hanc opinionem etiam duobus argum. refutat ab absurdo: *Si solum apparens bonum est obiectum voluntatis:* igitur *nihil erit reuera & sua natura bonum atq; expetendum.* Sed *hoc dicere est absurdum, impiũ, & contumeliosum in ipsum Deum, quasi Deus nihil creasset, quod reuera & sua natura sit bonum.* Sed hoc aduersatur sacris literis: nam cap. 1. Genes. scribitur: *Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & ecce, erant valde bona.*

[Margin: *Prima opinio de obiecto voluntatis refutatur.* — I. — II. — *Secunda.* — *I. Argumentum.*]

Alte-

Alterum arg. *Si solum apparens bonum est obiectum voluntatis: igitur voluntas non habet certum obiectum: nam τὰ φαινόμενα ἀγαθὰ apparentia bona sunt incerta, quia etiam aliis aliter possunt videri, ita vt quod mihi videtur esse bonum, alteri videatur esse malum:* imo sæpe eidem homini talia bona etiam possunt videri mala pro varietate circumstantiarum.

II.

B εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει.) Hæc est altera pars cap. in qua Aristot. de obiecto voluntatis suam sententiam explicat, cuius hæc est propositio: *Voluntatis obiectum est, quicquid bonũ vel reuera est, vel esse videatur, ita vt simpliciter obiectum voluntatis sit id, quod bonum est.* Sed notandum est hoc discrimen, quod quemadmodum differt vir bonus a malo, ita etiam diuersa est vtriusq; voluntas, & diuersum obiectũ voluntatis vtriusq;. Nam voluntatis viri boni obiectũ est verum bonũ: quia enim voluntas est bona, ideo etiam non vult nisi verũ bonum. Voluntatis autem viri mali obiectũ est bonũ apparens, quod speciẽ habet boni, etiamsi reuera tale non sit. Hanc distinctionem declarat Aristot. similitudine, sumta a corporibus nostris: quorũ alia sunt sana & bene affecta: alia vero sunt morbida & male affecta: quemadmodũ autem sanis corporibus & morbosis non eadẽ videntur esse calida & frigida, amara & dulcia, grauia & leuia: ita etiam viro bono & viro malo non eadem videntur esse bona: & propterea non est vtriusq; eadẽ voluntas, neq; idem obiectũ voluntatis eorũ. Deinde confirmat hoc ipsum ex loco proprio. Nam viri boni est recte de rebus bonis posse iudicare: igitur etiã potest verum bonum velle, quia non vult, nisi quod iudicat esse bonũ. Ideo autẽ vir bonus potest recte iudicare de vero bono, quia iudicat ex ꝓprio habitu, ex sua virtute. Vnde vir bonus a Plat. dicitur etiam *canon & mensura rerũ:* vir autem malus, quia habet corruptũ iudicium, non potest recte de rebus bonis iudicare: æstimat enim res ex voluntate, quę corrumpit iudiciũ hominis, ita vt verum bonũ videre, aut de eo recte iudicare nõ possit. Quemadmodũ Cicer. ait in Catone maiore: *Impedit consiliũ voluptas rationis inimica, aut mentis perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium.* Et in 2. lib. de finib. ait: *qui voluptati deditus est, huic omnia sen-*

Voluntatis obiectũ quodnam Aristot.

su, non ratione sunt iudicanda, eaque dicenda optima, quæ sunt suauissima. Itaq; cum vir malus verum bonum videre aut intelligere non potest, etiam nō potest illud velle: & quanquam interdum fortasse vellet, id, quod reuera bonum est, tamen non per se, sed per accidens illud vult, quatenus nimirum videtur esse bonum, & non quatenus est verum bonum.

ΚΕΦΑΛ. ε'.

A Ὄντος δὴ βουλητοῦ μὲν τοῦ τέλους, βουλευτῶν δὲ καὶ προαιρετῶν τῶν πρὸς τὸ τέλος, αἱ περὶ ταῦτα πράξεις κατὰ προαίρεσιν εἶεν ἂν καὶ ἑκούσιοι· αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι περὶ ταῦτα· ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετή, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία· ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ τὸ μὴ πράττειν· καὶ ἐν οἷς τὸ μή, καὶ τὸ ναί. ὥστ' εἰ τὸ πράττειν καλὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ τὸ μὴ πράττειν, ἐφ' ἡμῖν ἔσται, αἰσχρὸν ὄν. καὶ εἰ τὸ μὴ πράττειν καλὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ πράττειν, αἰσχρὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν. εἰ δ' ἐφ' ἡμῖν τὰ καλὰ πράττειν, καὶ τὰ αἰσχρά, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν. τοῦτο δ' ἦν, τὸ ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς εἶναι. ἐφ' ἡμῖν ἔσται τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις

B εἶναι. τὸ δὲ λέγειν, ὡς

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός, οὐδ' ἄκων μάκαρ·

ἔοικε τὸ μὲν ψευδεῖ, τὸ δ' ἀληθεῖ. μακάριος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄκων· ἡ δὲ μοχθηρία, ἑκούσιον.

CAP. 5.

Quoniam autem voluntarium, in fine: quæ vero in deliberationem & delectum cadunt, in iis cernuntur, quæ ad finem ferūt: efficitur vt actiones, quæ in illis versantur, omnes eligendæ sint, libenterq; fiant. atque in iis versantur virtutis actiones. Virtus autem ipsa, itemque vitium, in nostra sunt potestate. quas enim res vt agamus, eas etiam vt ne agamus: quasq; vt nō agamus, easdem vt agamus, in nobis situm est. Ita si in nobis est agere quippiam, cum honestum sit, & non agere erit in nobis, cum turpe sit: & si non agere cum sit honestum, erit quoq; in nobis situm id agere, cum turpe sit. Quod si in nobis situm est, vt honesta quæ sunt, & turpia faciamus, eodemque modo vt ne faciamus. hoc autem est bonos & malos esse: certe probi, improbiue simus, est id in nobis. at vero dicere, quod

Nolens beatus nemo, nec volens malus:

illud falsum, hoc verū videtur. Nam & nemo est beatorum inuitus, & vitium voluntarium est.

aliogui

alioqui a nobis paulo ante posita in controuersiam vocanda: negandusq; homo erit auctor esse & procreator actionum quasi liberorũ. quæ si perspicua sunt, neq; ea possumus ad alia referre principia, nisi ad ea, quæ in nobis sita sunt, certe quorum in nobis sita sunt principia, ea in nostra sunt potestate, atque voluntate. testes huius rei sunt, & priuatim singuli, & ipsi legislatores, qui sumunt supplicium de iis qui praua non vi, nec per ignorantiam admittunt, cuius non sint auctores ipsi: honorant autem qui præclara faciunt, vt hos adhortentur, illos deterreant. atqui nemo quenquam ad ea hortatur, quæ nec sunt in nostra potestate, nec nostræ voluntatis: vt nihil attinet inducere, vt caleamus, vel doleamus, vel esuriamus, aut aliud quiduis eius generis patiamur: quia nihilominus ea perferemus. etenim ignorantia caussam in eo vindicant, si sua culpa nescierit: vt in vinolentos duplex pœna constituta est: quod principium in eis, ne vino obruantur, situm est. quod quidem caussa est ignorationis. quinetiam puniunt aliquid ignorantes, quæ eorum legibus continentur, quæ ipsa & cognosces debent, nec sunt difficilia: itemque in ceteris, si qui per negligentiam aliquid videantur ignorare, quod in eis situm erat, vt ne ignorarent:

ον. ἢ τοῖς γε νῦν εἰρημένοις ἀμφισβητητέον, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐ φατέον ἀρχὴν εἶναι, οὐδὲ γεννητὴν τῶν πράξεων, ὥσπερ καὶ τέκνων. εἰ δὲ ταῦτα φαίνεται, καὶ μὴ ἔχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀναγαγεῖν παρὰ τὰς ἐφ' ἡμῖν, ὧν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῖν, καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσια. τούτοις δ' ἔοικε μαρτυρεῖσθαι καὶ ἰδίᾳ ὑφ' ἑκάστων, καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν νομοθετῶν. κολάζουσι γὰρ καὶ τιμωροῦνται τοὺς δρῶντας μοχθηρὰ, ὅσοι μὴ βίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν, ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι. τοὺς δὲ τὰ καλὰ πράττοντας τιμῶσιν, ὡς τοὺς μὲν προτρέψοντες, τοὺς δὲ κωλύσοντες. καίτοι ὅσα μήτ' ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ, μήθ' ἑκούσια, οὐδεὶς προτρέπεται πράττειν, ὡς οὐδὲν πρὸ ἔργου ὄντος πεισθῆναι μὴ θερμαίνεσθαι, ἢ ἀλγεῖν, ἢ πεινῆν, ἢ ὁτιοῦν τῶν τοιούτων. οὐθὲν γὰρ ἧττον πεισόμεθα αὐτά. καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν κολάζουσιν, ἐὰν αἴτιος εἶναι δοκῇ τῆς ἀγνοίας, οἷον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπιτίμια. ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι. τοῦτο δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας. καὶ τοὺς ἀγνοοῦντάς τι τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ἃ δεῖ ἐπίστασθαι, καὶ μὴ χαλεπά ἐστι, κολάζουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅσα δι' ἀμέλειαν ἀγνοεῖν δοκοῦσιν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ὂν τὸ μὴ ἀγνοεῖν.

C

τοῦ γὰρ ἐπιμεληθῆναι κύριοι. D ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός τις ἐστίν, ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι· ἀλλὰ τοῦ τοιούτους γενέσθαι αὐτοὶ αἴτιοι, ζῶντες ἀνειμένως, καὶ τοῦ ἀδίκους ἢ ἀκολάστους εἶναι, οἱ μὲν κακουργοῦντες, οἱ δὲ ἐν πότοις καὶ τοῖς τοιούτοις διάγοντες. αἱ γὰρ περὶ ἕκαστα ἐνέργειαι, τοιούτους ποιοῦσι. τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν μελετώντων πρὸς ἡντινοῦν ἀγωνίαν ἢ πρᾶξιν. διατελοῦσι γὰρ ἐνεργοῦντες. τὸ μὲν ἀγνοεῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐνεργεῖν περὶ ἕκαστα αἱ ἕξεις γίνονται, κομιδῇ ἀναισθήτου. ἔτι δ' ἄλογον, τὸν ἀδικοῦντα μὴ βούλεσθαι ἄδικον εἶναι· ἢ τὸν ἀκολασταίνοντα, ἀκόλαστον. εἰ δὲ μὴ ἀγνοῶν τις πράττει ἐξ ὧν ἔσται ἄδικος, ἑκὼν ἄδικος ἂν εἴη. οὐ μὴν ἐάν γε βούληται, ἄδικος ὢν παύσεται καὶ ἔσται δίκαιος. οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν, ὑγιής. καὶ εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἑκὼν νοσεῖ, ἀκρατῶς βιοτεύων, καὶ ἀπειθῶν τοῖς ἰατροῖς. τότε μὲν οὖν ἐξῆν αὐτῷ μὴ νοσεῖν. προεμένῳ E δὲ οὐκ ἔτι, ὥσπερ οὐδ' ἀφέντι λίθον, ἔτ' αὐτὸν δυνατὸν ἀναλαβεῖν. ἀλλ' ὅμως ἐπ' αὐτῷ τὸ βαλεῖν καὶ ῥῖψαι. ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐπ' αὐτῷ. οὕτω δὲ καὶ τῷ ἀδίκῳ καὶ τῷ ἀκολάστῳ, ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξῆν τοιούτοις μὴ γενέσθαι, διὸ ἑκόντες εἰσί· γενομένοις δὲ οὐκ ἔξεστι μὴ εἶναι. οὐ

quandoquidem in eorũ erat potestate, ut darẽt operam. quanquam aliqui forte sunt eiusmodi, ut ne dent operam: eorum q; culpa accidit, ut tales fiãt, dum dissolute uiuũt: & ut iniusti & intemperantes sint: illi, dũ fraude & dolo agunt: hi, dum degũt uitam in cõpotationibus, alijsq; generis eiusdem. nã quæ in quaq; re opera ponitur, tales homines efficit. Quod ex iis perspicitur, qui ad quoduis certamen, vel actionem se exercent: semper enim id agunt. Ignorare ergo ex opera in re quaque posita gigni habitus, est plane stupidi. absurdum etiam sit, facientem iniuriam, nolle iniustum esse: & intemperate uiuentem, intemperantem. Atqui si quis sciens gerit ea, ex quibus erit iniustus, fiet iniustus. Nec tamen si velit quidem, cum sit iniustus, esse desinat, fiatq; iustus: quoniam ne ægrotus quidem, valens: qui si ita fors tulerit, volens ægrotat, libidinose uiuens, nec medicis credẽs. At tum illi quidem licebat morbum declinare: at posteaquam se prodidit, iam non licet. ut is qui lapidem eiaculatus est, non põt iam reuocare, quanquã esset antea in eius potestate ne iacularetur, cũ in ipso situm esset principium: sic iniusto ac libidinoso ab his uitiis declinare initio licuit: ideo volentes faciunt. at posteaquã eiusmodi extiterunt, iã non esse nõ licet: nec vero

vero animi solum, sed & in nonnullis, quos etiam culpamus, corporis vitia libenter fiunt. Nam a natura tributas deformitates nemo vituperat: at quae se exercendi incuria & negligentia suscipiuntur, dantur vitio. eadem est infirmitatis ratio, turpitudinis, & debilitationis membrorum. nemo enim oculis privato natura, aut morbo, aut vulnere, probrum obiicit, sed misericordia potius commovetur: cui autem ex vinolentia, aut alia intemperantia hoc evenerit, is culpatur ab omnibus. quae ergo vitia corporis in nostra sunt potestate, culpantur: quae non sunt, non item. quod si ita est, in ceteris etiam quae crimini dantur vitia, ea in nostra fuerint potestate. Quod si quis dixerit, omnes sequi quod bonum esse videatur: illam autem aestimationem non in eorum esse potestate, sed qualis quisque sit, ei talem finem videri: ac si sibi quisque comparandi habitus caussa est quodam modo, profecto & existimationis erit sibi caussa quodam modo. Sin nemo sua culpa flagitiosa facit, sed ignarus finis, existimans per ea optime sibi cessurum: finisque appetitio non est spontanea, sed ita natus quisque sit oportet, ut quasi aspectum habeat, quo bene iudicabit, atque id quod vere bonum est, sequatur. Atque is bene natus est, cui hoc natura bene habet.

μόνον δ' αἱ τῆς ψυχῆς κακίαι ἑκούσιοί εἰσιν, ἀλλ' ἐνίοις καὶ αἱ τοῦ σώματος, οἷς καὶ ἐπιτιμῶμεν. τοῖς μὲν γὰρ διὰ φύσιν αἰσχροῖς, οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ, τοῖς δὲ δι' ἀγυμνασίαν καὶ ἀμέλειαν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀσθένειαν, καὶ αἶσχος, καὶ πήρωσιν. οὐδεὶς γὰρ ἂν ὀνειδίσειε τυφλῷ φύσει, ἢ ἐκ νόσου, ἢ ἐκ πληγῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεήσαι. τῷ δ' ἐξ οἰνοφλυγίας ἢ ἄλλης ἀκολασίας, πᾶς ἂν ἐπιτιμήσαι. τῶν δὴ περὶ τὸ σῶμα κακιῶν αἱ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐπιτιμῶνται, αἱ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν, οὔ. εἰ δ' οὕτω, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἱ ἐπιτιμώμεναι τῶν κακιῶν ἐφ' ἡμῖν ἂν εἶεν. εἰ δέ τις λέγοι **F** ὅτι πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ, τῆς δὲ φαντασίας οὐ κύριοι, ἀλλ' ὁποῖός ποθ' ἕκαστός ἐστι, τοιοῦτο καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ. εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἑαυτῷ τῆς ἕξεως ἐστί πως αἴτιος, καὶ τῆς φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος. εἰ δὲ μηδεὶς αὑτῷ αἴτιος τοῦ κακὰ ποιεῖν, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν τοῦ τέλους ταῦτα πράττει, διὰ τούτων οἰόμενος αὑτῷ τὸ ἄριστον ἔσεσθαι. ἡ δὲ τοῦ τέλους ἔφεσις οὐκ αὐθαίρετος, ἀλλὰ φῦναι δεῖ, ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα, ᾗ κρινεῖ καλῶς, καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται· καὶ ἔστιν εὐφυής, ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκε.

τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κάλλιστον, καὶ ὃ παρ' ἑτέρου μὴ οἷόν τε λαβεῖν, μηδὲ μαθεῖν, ἀλλ' οἷον ἔφυ, τοιοῦτον ἕξει. καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα. εἰ δὴ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, τί μᾶλλον ἡ ἀρετὴ τῆς κακίας ἔσται ἑκούσιον; ἀμφοῖν γὰρ ὁμοίως, τῷ ἀγαθῷ καὶ τῷ κακῷ, τὸ τέλος φύσει, ἢ ὅπως δή ποτε φαίνεται καὶ κεῖται· τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς τοῦτ' ἀναφέροντες, πράττουσιν ὅπως δή ποτε, εἴτε δὴ τὸ τέλος μὴ φύσει ἑκάστῳ φαίνεται οἱονδήποτε, ἀλλά τι, καὶ παρ' αὐτό ἐστιν· εἴτε τὸ μὲν τέλος φυσικόν, τῷ δὲ τὰ λοιπὰ πράττειν ἑκουσίως τὸν σπουδαῖον, ἡ ἀρετὴ ἑκούσιόν ἐστιν, οὐθὲν ἧττον καὶ ἡ κακία ἑκούσιον ἂν εἴη. ὁμοίως γὰρ καὶ τῷ κακῷ ὑπάρχει τὸ δι' αὑτὸ ἐν ταῖς πράξεσι, καὶ εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει. εἰ οὖν ὥσπερ λέγεται, ἑκούσιοί εἰσιν αἱ ἀρεταί· καὶ γὰρ τῶν ἕξεων συναίτιοί πως αὐτοί ἐσμεν· καὶ τῷ ποιοί τινες εἶναι, τὸ τέλος τοιόνδε τιθέμεθα· καὶ αἱ κακίαι ἑκούσιοι ἂν εἶεν. ὁμοίως γάρ. κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν εἴρηται ἡμῖν τό τε γένος τύπῳ, ὅτι μεσότητές εἰσιν, καὶ ὅτι ἕξεις· ὑφ' ὧν τε γίνονται, καὶ ὅτι τούτων πρακτικαί, καὶ καθ' αὑτάς· καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἑκούσιοι, καὶ οὕτως

Est enim hoc & maximum & præstantissimum, quodq; nemo nec accipere ab alio possit, nec discere: sed qualecunq; a natura cuique tribuitur, tale obtinebit. atque si bene ac præclare hoc a natura constitutum sit, ea demum perfecta veraq; fuerit bonitas naturæ. Si hæc, inquam, vera sunt, cur virtus potius, quam vitium volentis erit, cum utrique & bono & malo finis eodem modo, vel natura, vel quomodocunque videatur ac ponatur: reliquaque conferentes agant quomodocunque? Siue igitur finis non natura qualiscunque cuique videtur sed aliquid etiam est in ipso: siue finis naturalis est, ob idque quod vir bonus volens cetera gerat, virtus voluntaria est: vitium nihilominus futurum est voluntarium. Improbo enim eadem ratione inest facultas per se ipsum agendi, etsi non in fine, at in actionibus. si ergo virtutes voluntariæ sunt, ut dicitur, quod caussas adiuuamus habituum, quodque quales sumus, talem etiã finem ponimus: vitia quoq; volũtaria fuerint. Eadem enim ratio est. Ac cõmuniter quidem de virtutibus diximus, & plane genere mediocritates eas esse, & habitus, & a quibus gignantur, eorum esse effectrices, idque per se: eas etiã in nostra esse potestate, & volũtarias, atq; ita,

G

ut

ut recta ratio praescripserit. Nec vero sunt actiones voluntariae & habitus eodem modo. Nam principio ad finem in nobis sitae sunt actiones, rerum singularum tenentibus scientiam: habitum vero ab initio. Rerum vero singularum non est nota accessio, ut etiam in aegrotationibus. Sed quoniam sic secusve iis uteremur, in nobis erat, idcirco dicuntur esse voluntaria. De singulis autem nunc ab initio, quae sint, in quib. & quemadmodum versentur, disseramus: & una eademque opera quot sint, intelligetur. ac primum de fortitudine.

ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος προστάξῃ. οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκούσιοί εἰσι, καὶ αἱ ἕξεις. τῶν μὲν γὰρ πράξεων ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους κύριοί ἐσμεν, εἰδότες τὰ καθ᾽ ἕκαστα· τῶν ἕξεων δὲ τῆς ἀρχῆς. τῶν καθ᾽ ἕκαστα δὲ ἡ πρόσθεσις οὐ γνώριμος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀρρωστιῶν. ἀλλ᾽ ὅτι ἐφ᾽ ἡμῖν ἦν οὕτως, ἢ μὴ οὕτω χρήσασθαι, διὰ τοῦτο ἑκούσιοι, ἀναλαβόντες δὴ περὶ ἑκάστης, εἴπωμεν τίνες εἰσί, καὶ περὶ ποῖα, καὶ πῶς. ἅμα δ᾽ ἔσται δῆλον καὶ πόσαι εἰσί. καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρείας. H

COMMENTATIONES.

A ὄντος δὴ βουλητοῦ μὲν τοῦ τέλους) In hoc cap. explicatur quaestio de libertate voluntatis humanae circa actiones, tam bonas quam malas, quam libertatem latini Theologi vocant *liberum arbitrium*, Graeci Theologi vocant αὐτεξούσιον. De hac autem quęstione diuersae fuerũt Philosophorum opiniones. Nam Stoici, & qui ante eos vixerũt alii quidam Philosophi, vt Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristippus, & multi alii dixerũt, *Omnia ab hominibus fieri fatali quadam necessitate, quemadmodum ab aeterno ita fuerit decretum & constitutũ, seu praefinitum, ita vt in hominis arbitrio non positum sit, hoc vel illud agere, aut non agere, bonum vel malum esse, bene vel male agere: sed necessario eũ talem esse, aut talia agere, quemadmodum ab aeterno fataliter fuit determinatum & cõstitutum.* Platonici autẽ dixerunt, *in hominis quidem voluntate & potestate esse sitam bene agere: atq; ideo homines, cum bene agunt, sponte agere & virtutũ actiones spontaneas esse atq; volũtarias: ad vitia autẽ & malas actiones homines quodãmodo inuitos & nolentes pertrahi & rapi, a vehementiorib.*

1. Stoicorũ opinio de libero arbitrio.

2. Platonicorum.

cupiditatibus: atq; ideo peccata non esse spontanea, & homines non sponte esse malos. Hanc opinionem conatur probare ex aliquibus dictis Platonis: nam in Tymeo & Minone scribit, *quoddam sponte sit malum:* & in lib. 9. de legib. *Omnes mali inuiti sunt mali:* & in lib. 5. de legib. *Omnis iniustus non est sponte iniustus.* Ex his & similibus dictis Platonis quædam conantur probare, *quòd omnia vitia seu peccata sint inuita & non voluntaria:* cum tamen hæc verba Platonis non ita simpliciter sint accipienda, sed alium habeant sensum. Vtraque autem hæc opinio non solum repugnat doctrinæ morali: sed etiam valde est perniciosa. Primum, quia reddit homines securos, vt de vita recte instituenda minus sint solliciti. Nam si omnia necessario & quodam fato ab hominibus fiunt: igitur non opus est aliqua educatione, institutione, & admonitione ad virtutem. Igitur frustra etiam traduntur leges & præcepta de moribus formandis, & actionibus recte instituendis. Deinde hæc opinio præbet hominibus occasionem excusandi sua peccata & scelera, quasi necessitate quadam ad ea fuerint compulsi, & propterea non possint aut debeant reprehendi & puniri. Tertio, per hanc opinionem tolluntur omnia præmia & omnes pœnæ, item laudes & reprehensiones. Neque enim dignus est laude, reprehensione, aut præmio is, qui non libera voluntate, sed necessitate quadam impulsus bene aliquid fecit. Sicuti etiam non potest iure reprehendi aut puniri, qui inuitus aut necessitate aliqua coactus peccauit. Ex his facile intelligitur, explicationem huius quæstionis de libertate voluntatis in actionibus in hac doctrina morali non solum vtilem, sed etiam necessariam esse.

Refutatur vtraque opinio.

Notandum autem est, ea, quæ hoc loco sub Aristotele dicuntur de libertate voluntatis humanæ circa actiones bonas, solum intelligenda esse de externis & ciuilibus actionibus, quæ ad hanc vitam, ad ciuilem honestatem, & ad virtutes morales pertinent. Nam quod attinet ad voluntatem hominis in rebus & actionibus spiritualibus, & ad animæ æternam salutem pertinentibus: veluti sunt, *Deum vere cognoscere, amare, timere, inuocare, colere, ei credere & obedire.* Sciendum est, circa tales actio-

Liberum arbitriũ in spiritualibus nullum.

[illegible] Vnde Paulus ad Ephes. ait: *Fidem esse donum Dei, & non ex hominibus.* Saluator noster Ioan. 6. inquit: *Nemo potest ad me venire, nisi pater meus traxerit eum.* Et Ioan. 5. inquit: *Sine me nihil potestis facere.* Et Paul. in 2. Epist. ad Corinth. cap. 3. *Non sumus,* inquit, *idonei de nobisipsis cogitare quicquam, tanquã ex nobisipsis, sed si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo est.* Imo quicquid boni etiam in his ciuilibus & externis actionibus præstamus, id quoq; diuinæ gratiæ & benignitati est adscribendũ. Quemadmodum Paul. 1. ad Corinth. cap. 4. ait: *Quid habes, quod non accepisti, quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis.* Et Iacob. sua Epist. cap. 1. ait: *Omne bonum est a Deo patre luminũ.* Atq; hæc generatim sint dicta de huius cap. quęstione, & quomodo intelligenda sint ea, quæ de libertate voluntatis humanæ circa actiones ab Aristotele proponuntur.

Possunt autẽ huius cap. tres constitui partes, ita vt prima sit *κατασκευαστικὴ confirmatoria,* qua probat virtutes & vitia esse in hominis potestate & arbitrio: secunda *ἀνασκευαστικὴ refutans,* in qua refutat aliquas obiectiones: tertia est ἐπιλογικὴ ἢ συμπερασματικὴ, in qua per ἐπίλογον concludit omnia, quæ hactenus generatim de virtutibus dicta fuerunt, & hoc modo aditum sibi facit ad specialem singularum virtutum & vitiorum explicationem.

Partes huius cap.

Actiones sunt in hominis potestate atque arbitrio, id est, in hominis voluntate & arbitrio positum est bene vel male agere, vel bonũ vel malum esse. Probatur ex loco caussarum 3. *Quorũ caussæ & principia sunt in hominis voluntate & arbitrio, ea ipsa quoq; sunt in eius voluntate: nam qualis caussa, talis etiam effectus, & effectus imitantur naturam caussarũ.* Itaq; *si caussa est voluntaria, etiam effectus est voluntarius.* Sed *virtutum atq; vitiorum & a-*

Argum.

actionū, quæ inde proficiscuntur, caussæ atq; principia sunt in hominis voluntate atq; arbitrio. Igitur et *ipsæ virtutes & vitia, eorūq; actiones sunt in hominis potestate atq; arbitrio.* Minor probatur: *quia actionū atq; habituum caussa & principia sunt voluntas, consultatio, & ea quæ consequitur electio: quæ omnia sunt in ipso homine.* Declaratur hoc argum. ex natura contrariorū: eorū enim eadē est ratio, *etenim, inquit, sicut in nobis situm est aliquid facere, & in nobis situm est, illud non facere.* Et vice versa: *si in nobis situm est aliquid nō facere, et situm est in nobis id facere.* Itaq; *si in nostra potestate est aliquid facere, quod est honestū, etiā in nostra potestate erit facere aliquid, quod est turpe:* & rursum, *si in nostra potestate est, nō facere id, quod est honestū, etiam in nostra potestate erit, nō facere id, quod est turpe.* Atqui facere honestū nihil aliud est, quā esse bonū: & facere turpia, nihil aliud est, q̄ esse malū: ex quo sequitur, *etiā in nostra potestate esse, vt simus boni & mali.* Bonū aūt esse, nihil aliud est, q̄ virtute pditum esse: malū vero esse, est vitiis deditū esse. Igitur *virtutes & vitia sunt in nostra potestate*, qa volūtas humana vtroq; modo æqualiter se ad illa habet, ita vt possit ea velle, & possit ea nō velle. Sed ēt hoc notandū est, hanc libertatē voluntatis humanæ circa actiones bonas vel malas intelligendā esse de iis, qui non tantū sibi habitū contraxerūt in virtutibus & vitiis. Tum enim eorū voluntas adhuc est libera, &, vt antea dictum fuit, æqualiter se habet ad contraria obiecta: postquā vero contractus est habitus alicuius virtutis aut vitii, tum voluntas nō amplius est libera, vt possit vtrumuis æqualiter velle aut nō velle, sed solum alterū vult, alterum vero non vult. Exempli gratia: Antequam aliquis iustitiæ habitum consecutus est, eius voluntas æqualiter se habet ad iusta & iniusta: potest enim velle ea, quæ iusta sunt: potest etiam ea non velle. Quando vero acquisitum habitum iustitiæ habet, tum semper vult ea, quæ sunt iusta, & ab iniustis abhorret. Ita qui habitū temperantiæ acquisiuit, ille semper vult & amat sobrias & temperatas actiones, fugit & auersatur intemperatas actiones. Et sic de ceteris virtutibus. Eadem ratio est etiam in vitiis: in quo est habitus auaritiæ, is semper auare agit etiam in minimis rebus, non potest suam auaritiam tegere. Itaque vir bonus propter habi-

Probatio minoris.

tum

tum virtutis ſemper vult bona: vir malus & improbus propter habitum vitiorum ſemper vult mala.

B τὸ δὲ λέγειν ὡς οὐδεὶς ἑκών.) Hęc eſt altera pars cap. in qua Ariſtot. occurrit trib. obiectionibus eorum, qui ad excuſanda ſua peccata dixerunt, *non eſſe in hominis voluntate & arbitrio poſitũ, vt poſſit a vitiis abſtinere, & non abſtinere, ſed eos quodammodo inuitos & contra ſuam voluntatem peccare.* Ac prima obiectio deſumta eſt ex Plat. qui in Tymæo ſic ſcribit: *Nemo ſponte eſt malus, ſed propter malum habitum corporis & malam educationem malus fit.* Similis eſt etiam ſententia cuiuſdam Poetæ, cuius verba videtur Ariſtoteles hoc loco allegare, qui dixit: *Nemo ſponte eſt improbus, neq; inuitus beatus*, id eſt, bonus. Ponitur enim conſequens pro antecedente. Ex his nonnulli conantur concludere, quod ἡ κακία *improbitas ſeu vitiũ*, ſit quiddam ἀκούσιον *inuitum & inuoluntarium*, & quod homines propter ſuam voluntatẽ ſint mali & improbi. Ad hanc obiectionem reſpondit partim per conceſſionem, partim per negationem: Nam concedit, quod nemo inuitus & propter ſuam voluntatem ſit bonus atq; beatus: negat autem priorem partem obiectionis, qua dicitur, quod nemo ſit ſua ſponte malus, & ponit contrariã propoſitionem, nempe quod ἡ μοχθηρία, improbitas hominũ non ſpõtanea ſit, ἑκούσιον τι, ſiue voluntariũ quoddam, & quod homines ſua ſponte ſint mali atq; improbi. Atq; hoc ita probat: *Si improbitas hominum non eſt ſpontanea. Igitur homo non poteſt dici cauſſa & principium ſuarum actionũ: & ita omnia, quæ hactenus de principiis actionũ humanarum dicta fuerunt, erunt incerta, dubia & falſa.* Præterea *ſi homo non eſt principium & cauſſa malarum actionum, quas agit, & quæ ab ipſo proficiſcuntur, tum neceſſe fuerit, hominum peccata & actiones malas ad alia principia & alias cauſſas referri.* Sed *hoc fieri non poteſt: ſiquidem & ea ipſa principia, vnde actiones illæ proficiſcuntur, ſunt in ipſo homine, & non extra hominem.* Itaque *etiam non poſſunt ad alium, quam ad ipſum hominẽ referri.* Sed obiiciat aliquis hoc loco, *cur Plato aperte ſcripſerit, neminem ſua ſponte eſſe malum & improbum, & neminem velle ea, quæ ſunt mala.* Ad hæc reſpondemus: Platonem non voluiſſe tollere omnem libertatem

Tres obiectiones.

I. Obiect.

Solut.

Argum. I.

Obiectio.

Reſp.

humanæ voluntatis in prauis & malis actionibus, sed tantum hoc voluisse ostendere, quod in eiusmodi actionibus recta ratio inuita, & contra naturę ordinem subiiciatur prauo appetitui, a quo ipsa superatur & vincitur, & simul etiam rapitur voluntas, vt appetitui consentiat. Itaq; homines, qui hoc modo peccant, non omnino inuiti & nolentes peccant, sed volentes, quatenus patiuntur se vinci a prauis affectibus, & illis tandē consentiunt. Proinde etiam eorum improbitas & malitia nō est inuita, sed voluntaria: atq; ideo etiam merito pœnas propter sua scelera luunt. Propterea voluit Plato commonefacere, vt fortiter huiusmodi prauis affectibus & cupiditatibus resistant, neq; præbeant illis assensum.

Arg. II. C τοιῦτοις δ' ἔοικε μαρτυρεῖν.) Alterum arg. hoc est, quo Aristot. probat, *actiones virtutum & vitiorum esse in hominis potestate & arbitrio.* Sumtum autem est a fine legū, omnisq; disciplinę & educationis. Nam *si actiones virtutum & vitiorū non sunt in hominis voluntate & potestate, tum leges frustra feruntur, & omnis institutio & disciplina frustra suscipitur: quia hæc omnia eo pertinent, vt homines excitētur ad virtutes, & auocētur a vitiis.* Sed *consequens est falsum: nam quotidiana experientia testatur legū disciplinæ & educationis magnam vim esse ad studium virtutis & honestarum actionum in omnibus excitandum.* Multi enim honoribus & prẹmiis incitantur, vt virtuti studeant: multi etiam minis & pœnis, quæ legibus sanciuntur, absterrentur a sceleribus: quæ omnia nō possent fieri, si virtutes aut vitia, id est, bene & male agere, nō essent in hominis potestate & voluntate. Nam quæ sunt in hominis potestate & arbitrio, de iis frustra feruntur leges, aut dantur pcepta, aut instituūtur cohortationes vel dehortationes ad illa suscipiēda vel omittenda. Quod Aristot. declarat exemplis actionū naturalium, vt *esurire, frigere, calere.* Nam frustra conatur aliquis aut pcipere, aut persuadere esuriēti, ne esuriat, aut frigēti, ne frigeat, aut febrili calore æstuanti ne caleat, q a tales actiones nō sunt in nostro arbitrio & potestate, vt eas possimus suscipere vel deponere, quotiescunq; volumus. Vnde ēt in prouerbio veteres dixerunt: *ventrem non habere aures, neq; saturari verbis.* Deinde declaratur hoc argu. ēt a facto legum

Arg. III.

lato-

latorũ: *Si enim actiones virtutũ non essent in hominis potestate & voluntate, tum legumlatores iniuste agerent, quod puniunt eos, qui deliquerũt, aut eos, qui ex ignorantia cuius ipsi caussa sunt, peccant: quemadmodũ eos, qui ex ebrietate peccarunt, duplici pœna afficiendos esse iudicant, partim propter ipsam ebrietatẽ, quia vltro & sua sponte se inebriarunt, partim ẽt quod per ebrietatẽ sibi ignorantiam accersiuerũt, & ex ea peccauerunt. Imo puniunt eos etiã, qui peccauerunt ex ignorantia earũ legum, quas merito debuissent, & facile potuissent scire.* His ipsis pœnis legũlatores demonstrant, non omnia vitia & peccata esse *ἀκούσια inuita*: sed pleraq; esse *ἑκούσια*, id est, *spontanea & voluntaria*: & propterea iure & merito puniẽda. Sed hoc loco videntur posse quędam obiici: *Vitia sunt contra naturam.* Ergo *non sunt voluntaria.* Resp. natura nostra dupliciter consideratur, vel secundũ primum eius statũ, qualis initio a Deo fuit condita, integra scil. & perfecta: atq; hoc modo vitia maxime sunt contra naturam: vel consideratur secundũ præsentem statũ & conditionẽ, qualis est nunc, nempe ꝑ peccatũ corrupta & deprauata. Huic naturæ vitia non repugnant: imo cũ nostra natura sit corrupta, maxime ad vitia est propensa. *Quemadmodũ etiam in fine 2. lib. dictũ est.* Deinde obiicitur: *Vitia sunt contra rationem.* Ergo *non sunt voluntaria.* Resp. Negatur consequẽtia, quia voluntas nõ est sola in ratione hominis: sed ꝓcipue in eius appetitu: vitia aũt non sunt contra appetitũ. Tertio obiicitur: *Vitia quadã proficiscuntur a temperamento corporis, quod est naturale.* Exẽpli gratia: *Cholerici studiosi natura propensi sunt ad iracundiam: phlegmatici ad ignauiã & timiditatẽ: sanguinei ad luxuriam: iuuenes ad intemperantiam: senes ad auaritiam, & sic de aliis. Hæc, quia a natura proficiscuntur: ideo non videntur esse in hominis potestate & voluntate.* Resp. Temperamentũ corporis, ꝙ est a natura, non est principalis caussa vitiosarũ actiorũ: sed tantũ quædã propensio & inclinatio, per quã alii ad hęc, alii vero ad alia vitia facilius pertrahuntur. Voluntas autem & electio sunt magis proprię & proximæ nostrarũ actionũ, tam bonarum quã malarũ. Itaq; vitia & peccata magis voluntati nostræ, quã temperamẽto naturali sunt ascribenda, & ꝓpterea ẽt recte dicuntur esse voluntaria:

Obiect. I.
Resp.
Obiect. II.
Solut.
Obi. III.
Solut.

quia volũtas debeat isti prauæ inclinationi, q̃ a temperaméto corporis exsistit, adhibita ratione diligẽtius & fortius resistere. Vnde etiam Aristot. supra in fine 2. lib. hoc præceptum dedit, *vt quisq; videat, ad quæ vitia magis a natura sit propensus, vt iis magis resistat, & in contrariam partem ipsam naturam flectere conetur: quemadmodum ligna curua, quando ea rectificare volumus, in contrariam partem sunt flectenda & torquenda.*

Altera pars obiectionis.

D ἀλλ᾽ ἴσως τοιοῦτός τις ἐστιν.) Hæc est altera pars obiectionis aduersariorũ, qui ad excusanda sua peccata sic argumentantur: *Quales sunt habitus, tales etiam inde proficiscuntur actiones: nam qualis est caussa, talis etiam effectus.*

Argum.

Sed *hominum improborum & malorum habitus sunt mali: quia talis quisq; est, quali est praditus habitu*: & contra, *qualis quisq; est, tali etiam est praditus habitu.* Ergo *improborum & malorum hominum actiones non possunt esse, nisi mala.* Et per consequens: *homines mali non possunt nisi male agere: atq; ideo eorum peccata videntur esse ἀκούσια inuita.*

Solutio.

Ad hanc obiectionẽ respondet Aristot. partim per concessionẽ ὁμολογίαν, partim per translationẽ μετάστασιν. Euentum esse, quod actiones similes sint suis habitibus, a quibus proficiscuntur, & quod nemo possit aliter agere, quam secundum eum habitum, quo est præditus. Quod autẽ alius bono, alius vero malo habitu sit præditus, secundum quẽ bene vel male agit, eius rei caussa est in ipso agente, qui ex malis actionibus malũ habitum sibi acquisiuit: ideoq; quando postea ex ipso malo habitu etiam male agit, non potest excusari, quasi inuitus egerit ea, quæ sunt mala, quia volens & sua sponte sibi vitiosum illum habitum ex vita dissoluta & malis actionibus contraxit. Etenim manifestum, *quemadmodum aliquoties in præcedentibus libris dictum fuit*, ex crebris actionibus tam bonis, quam malis generari habitus: ita vt qui dicere velit, se illud ignorare, nõ videatur sensu esse præditus. Etenim apparet hoc ex iis, qui se in certaminibus & artibus, aut similibus studiis assidue exercent, quod nimirum ex crebris illis exercitiis sibi acquirant habitum aliquem in illis certaminibus & artibus, in quibus sese exercent, vt qui sæpe se exercet canendo, cõtrahit sibi habitum in arte musica, per quem postea potest cane-

Ex crebris actionibus habitus.

re be-

re bene. Sic, qui frequenter se exercet pingendo, contrahit sibi habitum in arte pictoria, & efficitur bonus pictor. Similis ratio est etiam in actionibus moralibus, qui sæpe interest compotationibus & commessationibus, tandem efficitur intemperans. Sic, qui sæpe agit ea, quæ sunt iniusta, efficitur iniustus, & contrahit sibi habitum iniustitiæ. Quemadmodum etiam absurdum est, eum, qui iniuriam facit, non velle dici iniustum: aut qui intemperanter & dissolute viuit, non velle dici intemperantem: ita etiam absurdum est, eum, qui ex vitioso habitu peccauerit, se velle excusare, quasi inuitus peccauerit, cum tamen ipse volens, & sua sponte istum vitiosum habitum sibi comparauerit. Proinde, si quis non ignorat, se ea agere, ex quibus possit fieri iniustus, certe non inuitus, sed sponte efficitur iniustus, & eius iniustæ actiones non sunt inuitæ, sed spontaneæ potius nominandæ, propter quas etiam iure est reprehendẽdus & puniendus. Quod si vero iterum aliquis obiiciat: *eum, qui semel iniustitiæ habitum contraxit, & factus est iniustus, non posse postea fieri iustum, & ab iniustis actionibus abstinere, etiamsi maxime velit, & propterea eius actiones non esse voluntarias, sed inuitas nominandas.* Hanc consequentiam negat Aristoteles, & ostendit, nõ posse peccata, quæ sic committantur, isto prætextu excusari, quia agens non potuerit aliter agere. Atque hoc declarat duobus exemplis similibus: Primũ exemplum sumitur a morbis corporis, qui ex intemperantia contrahuntur, vt sunt *febres, podagra, dolores capitis, hydrops, & pleriq; alii morbi.* Etsi enim ii, qui talibus morbis laborant, inuiti ægrotent, & mallent non ægrotare, tamen dicuntur volentes ægrotare, qui sibi istos morbos per suam intemperantiam sponte accersiuerunt. Imo etiam sæpe iure & merito comprehendũtur per tales morbos, & obiiciũtur illis, qui dignas pœnas luant suæ intẽperantiæ. Nam si tẽperanter vixissent, & medicorũ consiliis obtemperassent, nunquã in eiusmodi morbos incidissent. Similiter ẽt se res habet in aliis damnis & malis, q̃ nobis nostra culpã, & nostro vitio cõtingunt, ꝓpter quæ merito rẽphendimur, ẽtsi inuiti & nolẽtes eiusmodi damna & mala sentiamus, vt si quis ex ebrietate decidit per

Instantia.

Solutio.

scalas, frangit crus, cogitur postea claudicare, ista claudicatio merito reprehenditur in eo, quia propria sua culpa eam contraxit. Ita si quis ex digladiatione amittit oculum, atq; accipit magnum vulnus, ista mala possunt ei merito & iure vitio verti: quoniam volens & sua sponte ea sibi accersiuit: potuisset enim a digladiationibus abstinere. Quod si vero ex aduerso aliquo casu fortuito, vel morbo, vel a natura alicui talia mala & damna acciderunt, non potest propter illa merito reprehendi, quia mala naturalia & fortuita potius commiserationem & veniam, quam reprehensionem merentur.

Homines non posse sua peccata excusare.

E ὥσπερ οὐδ᾽ ἀφέντι λίθον.) Hoc est alterũ exemplũ, quo probat Aristot. non posse homines sua peccata excusare, quãdo dicunt, se nõ potuisse aliter agere ꝓpter malũ habitũ, ex quo egerunt. Sumtũ est aũt exemplũ hoc a proiectione lapidis. Quemadmodũ is, qui lapidẽ proiecit, & e manib. emisit, nõ põt amplius eũ retrahere, etiamsi feratur in aliũ locũ, q̃ ipse ꝓiiciens voluerit, veluti in fenestrã, aut in alterius caput: nihilominus tamen proiectio illa dicitur voluntaria, & ꝓiiciens tenetur p̃stare damnũ, quia in eius voluntate erat ꝓiicere lapidẽ nec ne: nisi .n. sponte lapidẽ sustulisset, & manibus ꝓiecisset, nõ intulisset damnũ alteri: etiamsi aũt noluerit damnũ alteri inferre ista proiectione: tamẽ ꝓiectio dicitur voluntaria, & tenetur istud damnũ resarcire. Eodẽ modo, qui ex iniustis & intẽperatis actionib. sibi acquisiuerũt habitum intemperantiæ, hi, etiamsi ꝑ contractũ habitũ non possint aliter quã iniuste & intẽperanter agere: tamẽ nihilominus ipsorũ actiones dicuntur esse spõtaneę & voluntariæ, & sunt rep̃hendẽdæ, quia sua sponte & volentes ex malis actionib. ẽt malos istos habitus sibi acquisiuerunt.

Vitia animi & corporis triplicia. Naturalia. Fortuita.

Hoc loco ẽt obiter hæc distinctio est obseruãda, ꝙ vitia animi & corporis sunt triplicia: alia sunt Naturalia, vt: *si quis nascitur fatuus aut stupidus, cæcus aut claudus, aut alio aliquo membro mancus*: alia sunt Fortuita, quę vel ex morbo, vel aliquo aduerso casu homini cõtingunt, vt: *si quis ex graui aliquo morbo, vt ex doloribus capitis, ex paralysi* der Tropff oder Schlag: *aut apoplexia* der Schlag / daran der gantz Leib verstarret / *amittit memoriã & intelligentiã, aut visum ex morbo, vel vulnere, vel aliquo ictu, & si quis ex lapsu*

fran-

frangit aliquod membrum: alia vero sunt Voluntaria, quæ nostra culpa & nostro vitio contrahuntur, *vt si quis ex compotationibus & crebris commessationibus comparat sibi habitum intemperantiæ, perdit valetudinem efficitur podagricus: si quis ex temulentia aut petulantia frangit crus, efficitur claudus.* Ex tribus generibus duo priora genera nemini possunt tanquam probrum obiici, quia non ipsius culpa sunt contracta. Ideoque Aristoteles ait: *tales propter eiusmodi vitia potius commiseratione, quam reprehensione dignos esse.* Tertium vero genus vitiorum est dignum reprehensione, quia nostra culpa est contractum. Et Plato in Protagora videtur idem discrimen facere, vbi ait: *Vitia naturalia corporis in aliis non esse reprehendenda, sed toleranda.* Et Persius ait: *Eos stultos esse, qui luscum derident*, Vberſichtig/ Græce μύωψ, Einäugig. Sed hic etiam hoc obseruandum est, vt qui talia vitia sibi a natura inesse viderint, se intra limites officii sui contineant, ne occasionem aliis præbeant, vt possint ea vitia illis obiici: veluti *si balbus aliquis multa velit garrire, & aliorum sermones atq; orationes interpellare, maxime exponet se ludibrio*: ita *si claudus velit saltare, aut lippus iudicare de coloribus, hoc est contra decorum, & præbet aliis occasionem, vt tales contemnantur.*

Voluntaria.

Εἰ δέ τις λέγοι ὅτι πάντες ἐφίενται) Hæc est tertia occupatio, qua occurrit nouæ obiectioni aduersariorum, qui ad excusanda sua peccata & vitia dicebant, ea esse ἀκούσια, *inuita*, & propterea non reprehendenda aut punienda. Obiectio autem talis est: *Phātasia*, i. *imaginatio, quam homines putant actionem aliquam esse bonam, & rem bonam, est caussa, quæ homines impellit, vt eam rem & actionem expetant aut suscipiant. Hac autem Phantasia*, id est, *imaginatio non est in hominis voluntate & arbitrio, sed est naturalis quadam animi facultas*: Igitur *ea, quæ homines per hanc phantasiam decepti peccant, vel in expetendis aut suscipiendis actionibus, ea peccata nō videntur adscribenda voluntati & arbitrio: sed potius huic naturali phantasia, per quam decepti putauerunt, rem aliquam vel actionem esse bonam, quæ tamen non est bona.* Ex quo etiam sequeretur, *Peccata hominum non esse plane voluntaria.* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles per distinctionem:

Respons. 1.

Septima, *is proprie dicitur εὐφυὴς, i. a natura bene informatus, cui datus ille mentis oculus, per quem possit videre, i. intelligere id, quod reuera est bonum.* Octaua, *εὐφυΐα, bonitas naturæ est facultas recte iudicandi, & expetendi verum bonum, seu verum finem in actionibus.* Nona *hæc facultas est pulcerrimum & præstantissimum bonum, quod non ab ijs accipitur: sed naturæ donum est, quod diuinitus aliquibus contingit.* Decima, *finis actionum æqualiter omnibus est propositus, sed non eodem modo ab omnibus expetitur, neq; eodem modo omnes homines ad eum contendunt.* Vndecima, *vitium non minus est spontaneum, quã virtus.* Duodecima, *homo malus & improbus non minus sponte in actionibus versatur, quam vir bonus.* Decimatertia, homines recte dicuntur συναίτιοι esse i. caussæ adiuuantes suorum habituum ex sententia Platonis. Postrema, quali habitu quisque præditus est, talem sibi quoque proponit: ex quo sequitur, quod vir bonus sibi bonum finem proponit in suis actionibus: vir malus autem malum sibi in actionibus suis propositum habet finem.

G *κοινῇ μὲν οὖν περὶ τ.*) Hæc est postrema huius cap. pars, quæ tria continet. Primum *ἀνακεφαλαίωσιν* repetitionem præcipuorum capitum, quę hactenus generatim de virtutibus fuerunt explicata: nempe de virtutis definitione, quod sit habitus. Deinde de præcipua eius differentia, quod sit mediocritas. Tertio de caussa efficiente, quod nimirum habitus virtutum generentur ex crebris actionibus. Quarto de effectu, quod nimirum a virtutibus proficiscuntur bonæ actiones. Quinto de qualitate actionũ virtutis, quod nimirum sint in nostra potestate, & sint spontaneæ, & fiant secundũ rectam rationem. Atque hoc est primum, quod hic continetur. Alterum pertinet ad discrimen, quod est inter habitum virtutis & actiones virtutum, ratione τῆς ἑκουσίας, spontanei, quo discrimine ostendit, non eodem modo habitus & actiones virtutum esse spontaneas. Nam habitus virtutum ratione principii, quando in nobis generantur, dicuntur esse spontanei, quia actiones illæ, ex quibus generantur, sunt spontaneæ. Postquam vero habitus iam sunt generati & confirmati, ita vt radices in animo hominis egerint, non sunt amplius in hominis voluntate & potestate, vt possit

Habitus virtutis & actio quid differant.

coe

eos pro suo arbitrio iterũ vel mutare, vel omnino deponere. ipsæ autem actiones, ex quibus generantur habitus, & postea ab habitibus proficiscuntur, siue bonæ sint, siue malæ, omnino sunt spontaneæ. Hoc discrimen declaratur exemplo morborum, qui initio quidem sunt quodammodo in hominis arbitrio & potestate, quatenus videlicet eos potest temperantia & sobrietate præcauere, ne in eo generentur: postquam vero morbi iam sunt generati, & valuerunt in corpore, non potest homo iis pro suo arbitrio quouis tempore liberari. Hinc monemur, vt diligenter videamus, quales sint actiones illæ, & qualia sint exercitia, in quibus nos versamur. Nam quales illæ sunt, tales etiam in nobis generantur habitus, & tales quoque nos paulatim efficimur siue boni, siue mali. Tertium quod hic habetur est μετάβασις, transitus ad specialem singularum virtutum explicationem, facto initio a fortitudine.

H καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρείας) In hoc loco incipit altera pars huius libri, qua Aristoteles ingreditur specialem singularum virtutum explicationem. Eam autem a fortitudine incipit, cuius rei plures ab interpretibus afferuntur caussæ, quarum hæ quatuor sunt præcipuæ.. Prima est, quia cum virtutis proprium sit, versari circa res arduas & difficiles, *quemadmodum lib.2.cap.3. dictum fuit.* Nulla autẽ virtus versatur circa magis ardua & difficilia, quam fortitudo: igitur videtur merito ceteris virtutibus anteponenda esse. Altera caussa est, quia fortitudinis maximus vsus est, & in rebus maximis atque difficilimis, vt in propugnanda & conseruanda religione, libertate, patria, & amplificandis regnis & imperiis, in propulsandis & vindicandis hostibus, in defendendis iis, qui nobis sunt carissimi, vt sunt parentes, coniuges, liberi, propinqui, amici, ciues, quorum omnium salutem & incolumitatem vir bonus non minoris facere debet, quam suam propriam. Vnde etiam Plato fortitudinem nominat *σωτηρίαν τινά, salutem quandam generis humani,* propter quem eius vsum ipsa κατ' ἐξοχὴν, interdum generis nomine, i. virtutis a scriptoribus appellatur, quasi ipsa sola esset virtus: quemadmodum etiam apud Virg. lib. 12. vbi Æneas ad filium suum Ascanium inquit:

Secunda pars huius libri tertii.

I.

Cur a fortitudine incipiat.

II.

actionũ, quæ inde proficiscuntur, caussæ atq; principia sunt in hominis voluntate atq; arbitrio. Igitur *et ipsæ virtutes & vitia, eorũq; actiones sunt in hominis potestate atq; arbitrio.* Minor probatur: *quia actionũ atq; habituũ caussæ & principia sunt voluntas, consultatio, & ea quæ post eas electio: quæ omnia sunt in ipso homine.* Declaratur hoc argum. ex natura contrariorũ: eorũ enim eadẽ est ratio, *etenim, inquit, si in nobis situm est aliquid facere, & in nobis situ est, illud non facere.* Et vice versa: *si in nobis situ est aliquid nõ facere, et situ est in nobis id facere.* Itaq; *si in nostra potestate est aliq. facere, quod est honestũ, etiã in nostra potestate erit facere aliquid, quod est turpe:* & rursum, *si in nostra potestate est, nõ facere id, quod est honestũ, etiam in nostra potestate erit, nõ facere id, quod est turpe.* Atqui facere honestũ nihil aliud est, quã esse bonũ: & facere turpia, nihil aliud est, q̃ esse malũ: ex quo sequitur, *etiã in nostra potestate esse, vt simus boni & mali.* Bonũ aũt esse, nihil aliud est, q̃ virtute pditum esse: malũ vero esse, est vitiis deditũ esse. Igitur *virtutes & vitia sunt in nostra potestate,* qa volũtas humana vtroq; modo æqualiter se ad illa habet, ita vt possit ea velle, & possit ea nõ velle. Sed ẽt hoc notandũ est, hanc libertatẽ voluntatis humanæ circa actiones bonas vel malas intelligendã esse de iis, qui non tantũ sibi habitũ contraxerunt in virtutibus & vitiis. Tum enim eorũ voluntas adhuc est libera, &, vt antea dictum fuit, æqualiter se habet ad contraria obiecta: postquã vero contractus est habitus alicuius virtutis aut vitii, tum voluntas nõ amplius est libera, vt possit vtrumuis æqualiter velle aut nõ velle, sed solum alterũ vult, alterum vero non vult. Exempli gratia: Antequam aliquis iustitiæ habitum consecutus est, eius voluntas æqualiter se habet ad iusta & iniusta: potest enim velle ea, quæ iusta sunt: potest etiam ea non velle. Quando vero acquisitum habitum iustitiæ habet, tum semper vult ea, quæ sunt iusta, & ab iniustis abhorret. Ita qui habitũ temperantiæ acquisiuit, ille semper vult & amat sobrias & temperatas actiones, fugit & auersatur intemperatas actiones. Et sic de ceteris virtutibus. Eadem ratio est etiam in vitiis: in quo est habitus auaritiæ, is semper auare agit etiam in minimis rebus, non potest suam auaritiam tegere. Itaque vir bonus propter habitum

Probatio minoris.

tum virtutis semper vult bona: vir malus & improbus propter habitum vitiorum semper vult mala.

Tres obiectiones.

B τὸ δ' ἦ λέγειν ὡς οὐδεὶς ἑκών.) Hęc est altera pars cap. in qua Aristot. occurrit trib. obiectionibus eorum, qui ad excusanda sua peccata dixerunt, *non esse in hominis voluntate & arbitrio positũ, ut possit a vitiis abstinere, & non abstinere, sed eos quodammodo inuitos & contra suam voluntatem peccare.* Ac prima obiectio desumta est ex Plat. qui in Tymæo sic scribit: *Nemo sponte est malus, sed propter malum habitum corporis & malam educationem malus fit.* Similis est etiam sententia cuiusdam Poetæ, cuius verba videtur Aristoteles hoc loco allegare, qui dixit: *Nemo sponte est improbus, neq; inuitus beatus,* id est, bonus. Ponitur enim consequens pro antecedente. Ex his nonnulli conantur concludere, quod ἡ κακία *improbitas seu vitiũ,* sit quiddam ἀκούσιον *inuitum & inuoluntarium,* & quod homines propter suam voluntatẽ sint mali & improbi. Ad hanc obiectionem respondit partim per concessionem, partim per negationem: Nam concedit, quod nemo inuitus & propter suam voluntatem sit bonus atq; beatus: negat autem priorem partem obiectionis, qua dicitur, quod nemo sit sua sponte malus, & ponit contrariã propositionem, nempe quod ἡ μοχθηρία, improbitas hominũ non spõtanea sit, ἑκούσιον τι, siue voluntariũ quoddam, & quod homines sua sponte sint mali atq; improbi. Atq; hoc ita probat: *Si improbitas hominum non est spontanea. Igitur homo non potest dici caussa & principium suarum actionũ: & ita omnia, quæ hactenus de principiis actionũ humanarum dicta fuerunt, erunt incerta, dubia & falsa.* Præterea *si homo non est principium & caussa malarum actionum, quas agit, & quæ ab ipso proficiscuntur, tum necesse fuerit, hominum peccata & actiones malas ad alia principia & alias caussas referri.* Sed *hoc fieri non potest: siquidem & ea ipsa principia, unde actiones illæ proficiscuntur, sunt in ipso homine, & non extra hominem.* Itaque *etiam non possunt ad alium, quam ad ipsum hominẽ referri.* Sed obiiciat aliquis hoc loco, *cur Plato aperte scripserit, neminem sua sponte esse malum & improbum, & neminem velle ea, quæ sunt mala.* Ad hæc respondemus: Platonem non voluisse tollere omnem libertatem

I. Obiect.

Solut.

Argum. I.

Obiectio.

Resp.

humanæ voluntatis in prauis & malis actionibus, sed tantum hoc voluisse ostendere, quod in eiusmodi actionibus recta ratio inuita,& contra naturę ordinem subiiciatur prauo appetitui, a quo ipsa superatur & vincitur, & simul etiam rapitur voluntas, vt appetitui consentiat. Itaq; homines, qui hoc modo peccant, non omnino inuiti & nolentes peccant, sed volentes, quatenus patiuntur se vinci a prauis affectibus, & illis tandē consentiunt. Proinde etiam eorum improbitas & malitia nō est inuita,sed voluntaria:atq; ideo etiam merito pœnas propter sua scelera luunt. Propterea voluit Plato commonefacere, vt fortiter huiusmodi prauis affectibus & cupiditatibus resistant, neq; præbeant illis assensum.

Arg. II. C τοιῦ[illegible] δ' ἐοικε μαρτυρεῖν.) Alterum arg. hoc est, quo Aristot. probat, *actiones virtutum & vitiorum esse in hominis potestate & arbitrio.* Sumtum autem est a fine legū, omnisq; disciplinę & educationis. Nam *si actiones virtutum & vitiorū non sunt in hominis voluntate & potestate, tum leges frustra feruntur, & omnis institutio & disciplina frustra suscipitur: quia hæc omnia eo pertinent, vt homines excitētur ad virtutes, & auocētur a vitiis.* Sed *consequens est falsum: nam quotidiana experientia testatur legū disciplinæ & educationis magnam vim esse ad studium virtutis & honestarum actionum in omnibus excitandum.* Multi enim honoribus & pręmiis incitantur, vt virtuti studeant: multi etiam minis & pœnis, quæ legibus sanciuntur, absterrentur a sceleribus: quæ omnia nō possent fieri, si virtutes aut vitia, id est, bene & male agere, nō essent in hominis potestate & voluntate. Nam quæ sunt in hominis potestate & arbitrio, de iis frustra feruntur leges, aut dantur pcepta, aut instituūtur cohortationes vel dehortationes ad illa suscipiēda vel omittenda. Quod Aristot. declarat exemplis actionū naturalium. vt *esurire, frigere, calere.* Nam frustra conatur aliquis aut pcipere, aut persuadere esuriēti, ne esuriat, aut frigēti, ne frigeat, aut febrili calore æstuanti ne caleat, q a tales actiones nō sunt in nostro arbitrio & potestate, vt eas possimus suscipere vel deponere, quotiescunq; volumus. Vnde ēt in prouerbio veteres dixerunt: *ventrem non habere aures, neq; saturari verbis.*

Arg. III. Deinde declaratur hoc argu. ēt a facto legumlato-

latorũ: *Si enim actiones virtutũ non essent in hominis potestate & voluntate, tum legumlatores iniuste agerent, quod puniunt eos, qui deliquerũt, aut eos, qui ex ignorantia cuius ipsi caussa sunt, peccant: quemadmodũ eos, qui ex ebrietate peccarunt, duplici pœna afficiendos esse iudicant, partim propter ipsam ebrietatẽ, quia vltro & sua sponte se inebriarunt, partim ẽt quod per ebrietatẽ sibi ignorantiam accersiuerũt, & ex ea peccauerunt. Imo puniunt eos etiã, qui peccauerunt ex ignorantia earũ legum, quas merito debuissent, & facile potuissent scire.* His ipsis pœnis legũlatores demonstrant, non omnia vitia & peccata esse ἀκούσια *inuita*: sed pleraq; esse ἑκούσια, id est, *spontanea & voluntaria*: & propterea iure & merito puniẽda. Sed hoc loco videntur posse quędam obiici: *Vitia sunt contra naturam.* Ergo *non sunt voluntaria.* Resp. natura nostra dupliciter considèratur, vel secundũ primum eius statũ, qualis initio a Deo fuit condita, integra scil. & perfecta: atq; hoc modo vitia maxime sunt contra naturam: vel consideratur secundũ præsentem statũ & conditionẽ, qualis est nunc, nempe ꝑ peccatũ corrupta & deprauata. Huic naturæ vitia non repugnant: imo cũ nostra natura sit corrupta, maxime ad vitia est propensa. *Quemadmodũ etiam in fine 2. lib. dictũ est.* Deinde obiicitur: *Vitia sunt contra rationem.* Ergo *non sunt voluntaria.* Resp. Negatur consequẽtia, quia voluntas nõ est sola in ratione hominis: sed ꝑcipue in eius appetitu: vitia aũt non sunt contra appetitũ. Tertio obiicitur: *Vitia quædã proficiscuntur a temperamento corporis, quod est naturale.* Exẽpli gratia: *Cholerici studiosi natura propensi sunt ad iracundiam: phlegmatici ad ignauiã & timiditatẽ: sanguinei ad luxuriam: iuuenes ad intemperantiam: senes ad auaritiam, & sic de aliis. Hæc, quia a natura proficiscuntur: ideo non videntur esse in hominis potestate & voluntate.* Resp. Temperamentũ corporis, quod est a natura, non est principalis caussa vitiosarũ actiorũ: sed tantũ quædã propensio & inclinatio, per quã alii ad hęc, alii vero ad alia vitia facilius pertrahuntur. Voluntas autem & electio sunt magis proprię & proximæ nostrarũ actionũ, tam bonarum quã malarũ. Itaq; vitia & peccata magis voluntati nostræ, quã temperamẽto naturali sunt ascribenda, & ꝑpterea ẽt recte dicuntur esse voluntaria:

Obiect. I.

Resp.

Obiect. II.

Solut.

Obi. III.

Solut.

quia volũtas debeat isti prauæ inclinationi, q̃ a temperaméto corporis exsistit, adhibita ratione diligẽtius & fortius resistere. Vnde etiam Aristot. supra in fine 2. lib. hoc præceptum dedit, *vt quisq; videat, ad quæ vitia magis a natura sit propensus, vt iis magis resistat, & in contrariam partem ipsam naturam flectere conetur: quemadmodum ligna curua, quando ea rectificare volumus, in contrariam partem sunt flectenda & torquenda.*

Altera pars obiectionis. *Argum.* D ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός τις ἐστιν.) Hæc est altera pars obiectionis aduersariorũ, qui ad excusanda sua peccata sic argumentantur: *Quales sunt habitus, tales etiam inde proficiscuntur actiones: nam qualis est caussa, talis etiam effectus.* Sed *hominum improborum & malorum habitus sunt mali: quia talis quisq; est, quali est præditus habitu*: & contra, *qualis quisq; est, tali etiam est præditus habitu.* Ergo *improborum & malorum hominum actiones non possunt esse, nisi malæ.* Et per consequens: *homines mali non possunt nisi male agere: atq; ideo eorum peccata videntur esse ἀκούσια inuita.*

Solutio. Ad hanc obiectionẽ respondet Aristot. partim per concessionẽ ὁμολογίαν, partim per translationẽ μετάστασιν. Euentum esse, quod actiones similes sint suis habitibus, a quibus proficiscuntur, & quod nemo possit aliter agere, quam secundum eum habitum, quo est præditus. Quod autẽ alius bono, alius vero malo habitu sit præditus, secundum quẽ bene vel male agit, eius rei caussa est in ipso agente, qui ex malis actionibus malũ habitum sibi acquisiuit: ideoq; quando postea ex ipso male habitu etiam male agit, non potest excusari, quasi inuitus egerit ea, quæ sunt mala, quia volens & sua sponte sibi vitiosum istum habitum ex vita dissoluta & malis actionibus contraxit. Etenim manifestum, *quemadmodum aliquoties in præcedentibus libris dictum fuit*, ex crebris actionibus tam bonis, quam malis generari habitus: ita vt qui dicere velit, se illud ignorare, nõ videatur sensu esse præditus. Etenim apparet hoc ex iis, qui se in certaminibus & artibus, aut similibus studiis assidue exercent, quod nimirum ex crebris illis exercitiis sibi acquirant habitum aliquem in illis certaminibus & artibus, in quibus sese exercent, vt qui sæpe se exercet canendo, cõtrahit sibi habitum in arte musica, per quem postea potest cane-

Ex crebris actionibus habitus.

re bę.

re bene. Sic, qui frequenter se exercet pingendo, contrahit sibi habitum in arte pictoria, & efficitur bonus pictor. Similis ratio est etiam in actionibus moralibus, qui sæpe interest compotationibus & commessationibus, tandem efficitur intemperans. Sic, qui sæpe agit ea, quæ sunt iniusta, efficitur iniustus, & contrahit sibi habitum iniustitiæ. Quemadmodum etiam absurdum est, eum, qui iniuriam facit, non velle dici iniustum: aut qui intemperanter & dissolute viuit, non velle dici intemperantem: ita etiam absurdum est, eum, qui ex vitioso habitu peccauerit, se velle excusare, quasi inuitus peccauerit, cum tamen ipse volens, & sua sponte istum vitiosum habitum sibi comparauerit. Proinde, si quis non ignorat, se ea agere, ex quibus possit fieri iniustus, certe non inuitus, sed sponte efficitur iniustus, & eius iniustæ actiones non sunt inuitæ, sed spontaneæ potius nominandæ, propter quas etiam iure est reprehendēdus & puniendus. Quod si vero iterum aliquis obiiciat: *eum, qui semel iniustitia habitum contraxit, & factus est iniustus, non posse postea fieri iustum, & ab iniustis actionibus abstinere, etiamsi maxime velit, & propterea eius actiones non esse voluntarias, sed inuitas nominandas.* Hanc consequentiam negat Aristoteles, & ostendit, nō posse peccata, quæ sic committantur, isto prætextu excusari, quia agens non potuerit aliter agere. Atque hoc declarat duobus exemplis similibus: Primū exemplum sumitur a morbis corporis, qui ex intemperantia contrahuntur, vt sunt *febres, podagra, dolores capitis, hydrope, & pleriq; alii morbi*. Etsi enim ii, qui talibus morbis laborant, inuiti ægrotent, & mallent non ægrotare, tamen dicuntur volentes ægrotare, qui sibi istos morbos per suam intemperantiam sponte accersiuerunt. Imo etiam sæpe iure & merito comprehendūtur per tales morbos, & obiiciūtur illis, qui dignas pœnas luant suæ intēperantiæ. Nam si tēperanter vixissent, & medicorū consiliis obtemperassent, nunquā in eiusmodi morbos incidissent. Similiter ēt se res habet in aliis damnis & malis, q̄ nobis nostra culpā, & nostro vitio cōtingunt, ꝓpter quæ merito rephendimur, ētsi inuiti & nolētes eiusmodi damna & mala sentiamus, vt si quis ex ebrietate decidit per

Instantia.

Solutio.

scalas, frangit crus, cogitur postea claudicare, ista claudicatio merito reprehenditur in eo, quia propria sua culpa eam contraxit. Ita si quis ex digladiatione amittit oculum, atq; accipit magnum vulnus, ista mala possunt ei merito & iure vitio verti: quoniam volens & sua sponte ea sibi accersiuit: potuisset enim a digladiationibus abstinere. Quod si vero ex aduerso aliquo casu fortuito, vel morbo, vel a natura alicui talia mala & damna acciderunt, non potest propter illa merito reprehendi, quia mala naturalia & fortuita potius commiserationem & veniam, quam reprehensionem merentur.

Homines non posse sua peccata excusare.

E ὥσπερ οὐδ' ἀφέντι λίθον.) Hoc est alterũ exemplũ, quo probat Aristot. non posse homines sua peccata excusare, quãdo dicunt, se nõ potuisse aliter agere ꝓpter malũ habitũ, ex quo egerunt. Sumtũ est aũt exemplũ hoc a proiectione lapidis. Quemadmodũ is, qui lapidẽ proiecit, & e manib. emisit, nõ põt amplius eũ retrahere, etiamsi feratur in aliũ locũ, q̃ ipse ꝓiiciens voluerit, veluti in fenestrã, aut in alterius caput: nihilominus tamen proiectio illa dicitur voluntaria, & ꝓiiciens tenetur p̃stare damnũ, quia in eius voluntate erat ꝓiicere lapidẽ nec ne: nisi .n. sponte lapidẽ sustulisset, & manibus ꝓieciisset, nõ intulisset damnũ alteri: etiamsi aũt noluerit damnũ alteri inferre ista proiectione: tamẽ ꝓiectio dicitur voluntaria, & tenetur istud damnũ resarcire. Eodẽ modo, qui ex iniustis & intẽperatis actionib. sibi acquisiuerunt habitum intemperantiæ, hi, etiamsi p contractũ habitũ non possint aliter quã iniuste & intẽperanter agere: tamẽ nihilominus ipsorũ actiones dicuntur esse spõtaneę & voluntariæ, & sunt reꝑhendẽdæ, quia sua sponte & volentes ex malis actionib. ẽt malos istos habitus sibi acquisiuerunt.

Vitia animi & corporis triplicia. Naturalia. Fortuita.

Hoc loco ẽt obiter hæc distinctio est obseruãda, ꝙ vitia animi & corporis sunt triplicia: alia sunt Naturalia, vt: *si quis nascitur fatuus aut stupidus, cæcus aut claudus, aut alio aliquo membro mancus*: alia sunt Fortuita, quę vel ex morbo, vel aliquo aduerso casu homini cõtingunt, vt: *si quis ex graui aliquo morbo, vt ex doloribus capitis, ex paralysi* der Tropff oder Schlag: aut apoplexia der Schlag/ daran der gantz Leib verstarret/ *amittit memoriã & intelligentiã, aut visum ex morbo, vel vulnere, vel aliquo ictu, & si quis ex lapsu fran-*

frangit aliquod membrum: alia vero sunt Voluntaria, quæ nostra culpa & nostro vitio contrahuntur, *vt si quis ex compotationibus & crebris commessationibus comparat sibi habitum intemperantia, perdit valetudinem efficitur podagricus: si quis ex temulentia aut petulantia frangit crus, efficitur claudus.* Ex tribus generibus duo priora genera nemini possunt tanquam probrum obiici, quia non ipsius culpa sunt contracta. Ideoque Aristoteles ait: *tales propter eiusmodi vitia potius commiseratione, quam reprehensione dignos esse.* Tertium vero genus vitiorum est dignum reprehensione, quia nostra culpa est contractum. Et Plato in Protagora videtur idem discrimen facere, vbi ait: *Vitia naturalia corporis in aliis non esse reprehendenda, sed toleranda.* Et Persius ait: *Eos stultos esse, qui luscum derident*, Vberſichtig/ Græce μύωψ, Einäugig Sed hic etiam hoc obseruandum est, vt qui talia vitia sibi a natura inesse viderint, se intra limites officii sui contineant, ne occasionem aliis præbeant, vt possint ea vitia illis obiici: veluti *si balbus aliquis multa velit garrire, & aliorum sermones atq; orationes interpellare, maxime exponet se ludibrio*: ita *si claudus velit saltare, aut lippus iudicare de coloribus, hoc est contra decorum, & præbet aliis occasionem, vt tales contemnantur.*

Voluntaria.

F εἰ δέ τις λέγοι ὅτι πάντες ἐφίενται) Hæc est tertia occupatio, qua occurrit nouæ obiectioni aduersariorum, qui ad excusanda sua peccata & vitia dicebant, ea esse ἀκούσια, *inuita*, & propterea non reprehendenda aut punienda. Obiectio autem talis est: *Phātasia*, i. *imaginatio, quam homines putant actionem aliquam esse bonam, & rem bonam, est caussa, quæ homines impellit, vt eam rem & actionem expetant aut suscipiant. Hac autem Phantasia*, id est, *imaginatio non est in hominis voluntate & arbitrio, sed est naturalis quædam animi facultas*: Igitur *ea, quæ homines per hanc phantasiam decepti peccant, vel in expetendis aut suscipiendis actionibus, ea peccata nō videntur adscribenda voluntati & arbitrio: sed potius huic naturali phantasia, per quam decepti putauerunt, rem aliquam vel actionem esse bonam, quæ tamen non est bona.* Ex quo etiam sequeretur, *Peccata hominum non esse plane voluntaria.* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles per distinctionem:

Responsio.

Phantasia vel ἁπλῶς consideratur & per se: vel consideratur cum aliqua adiunctione, quatenus est bona vel mala Quando simpliciter & per se consideratur, enim est omnino naturalis quædam facultas seu potentia animæ scientiuæ. Est enim vna ex speciebus seu potentiis sensus interioris, cuius Physici tres constituunt partes, nempe sensum communem, phantasiam & memoriam: iuxta tres ventriculos cerebri, qui inter se sunt distincti, ita vt in anteriore parte, siue ventriculo cerebri sit sensus communis: in medio ventriculo phantasia: in posteriore memoria. Et hoc modo phantasia considerata, non est in hominis voluntate & arbitrio: sed est tantum a natura. Quando vero phantasia consideratur cum adiunctione, quatenus est vel bona vel mala, tum non est omnino naturalis, sed maiori ex parte proficiscitur ex bono vel malo habitu, quem homines sibi ipsi suis actionibus & consuetudine quadam bona vel mala acquisiuerunt. Nam prout quisque bono vel malo habitu præditus est: ita etiam habet bonas vel malas de rebus agendis opiniones & imaginationes, quemadmodum Aristoteles hoc loco inquit: *Qualis quisque est, talem etiam habet phantasiam, id est, opinionem & existimationem de fine, i. de ipso bono* Et Plato *in lib. 2. de legib.* inquit: *malis & improbis hominibus ea, quæ iniusta sunt, videntur esse bona: iustis autem & bonis ea, quæ iniusta sunt, videntur esse mala.* Ex quibus intelligitur & bonos & malos habere easdem phantasias, id est, opiniones de rebus & actionibus. Quoniam autem vnusquisque ipse sibi caussa est sui habitus, siue boni siue mali: ideo etiam dicitur esse caussa suæ phantasiæ, siue bona ea sit, siue mala, & per consequens ea, quæ per malam phātasiam peccauit non dicitur inuitus peccasse, quia sua sponte & volens sibi malum habitum acquisiuit, ex quo malam etiam nactus est phantasiam, id est, imaginationem & opinionem de rebus & actionibus, quas excepit aut suscipit, & circa quas versatur. Itaq; vero est falsa hæc consequentia, quã dicitur: *homines peccant per malam phantasiam, per quam fuerunt decepti*: Igitur *eorum peccata non sunt spontanea nominanda & voluntaria: quoniam huius phantasiæ ipsimet sibi sunt caussa.*

Atque

Atque hæc est prima responsio ad istam tertiam obiectionem. Altera responsio ad prędictam obiectionem, habet συγχώρησιν, *concessionem* ex abundanti cum annexa contraria ratione. *Respons. 2.*

Si, inquit, *concedamus actiones hominum proficisci ex naturali phantasia*: Igitur *non solum malæ actiones, sed etiam bonæ inuitæ erunt nominandæ: atq; hoc modo non tantum vitia erunt ἀκούσια, quod aduersarii dicebant: sed etiam virtus inuita erit nominanda, quod tamen ipsi negabant. Nam quæ ex eodem fonte & eadem caussa proficiscuntur, de iis etiam eodem modo est iudicandum & pronuntiandum. Si itaque tam bonæ, quam malæ actiones proficiscuntur ex naturali phantasia*: Igitur *eodem modo de iis est statuendum.*

Atq; hæc est altera responsio ad obiectionem. Vtramque autem responsionem concludit Aristoteles dilemmate: *Phantasia & expetitio, aut est in hominis voluntate & potestate, aut non est. Si est in hominis potestate*: Igitur *omnes actiones tam bonæ, quam malæ sunt inuitæ, quæ inde proficiscuntur sunt voluntariæ: si non est in hominis voluntate*: Igitur *omnes actiones tam bonæ quam malæ sunt inuitæ.* Ex quo sequitur falsam esse istam aduersariorum distinctionem, in qua dicunt, quod solum bonæ actiones hominum sint voluntariæ, malæ autem actiones sint inuitæ. Et hæc est responsio & solutio ad tertiam obiectionē, quæ ab Aristotele paulo obscurius proponitur. Proinde quod ad textum attinet, notandæ sunt quædam ὑποθέσεις, quibus Aristoteles hanc aduersariorum obiectionem proponit, dilatatq; explicatque. Prima, *omnes homines expetunt tantum id, quod ipsis bonum esse videtur, & omne φαινόμενον ἀγαθὸν, i. apparens bonum.* Altera, *phantasia boni non est in hominis potestate & arbitrio.* Tertia, *quali quisq; habitu præditus est, talem quoq; habet de bono vel malo phantasiā.* Quarta, *nemo sibi ipsi caussa est, vt expetat vel agat ea, quæ sunt mala, sed facit hoc ex ignorantia veri boni.* Quinta, *veri finis cognitio & appetitio non est in hominis arbitrio & potestate simpliciter.* Sexta, *ad viri boni expeditionem & cognitionem etiam necesse est, vt homini a natura datus sit oculus mentis, quo possit verum finem, verumque bonum cognoscere & eligere.*

Septima, *is proprie dicitur εὐφυὴς, i. a natura bene informatus, cui datus ille mentis oculus, per quem possit videre, & intelligere id, quod reuera est bonum.* Octaua, *εὐφυΐα. bonitas naturæ est facultas recte iudicandi. & expetendi verum bonum, seu verum finem in actionibus.* Nona *hæc facultas est pulcerrimum & præstantissimum bonum, quod non ab iis accipitur: sed natura bonum est. quod diuinitus aliquibus contingit.* Decima, *finis actionum æqualiter omnibus est propositus, sed non eodem modo ab omnibus expetitur, neq; eodem modo omnes homines ad eum contendunt.* Vndecima, *vitium non minus est spontaneum, quã virtus.* Duodecima, *homo malus & improbus non minus sponte in actionibus versatur, quam vir bonus.* Decimatertia, homines recte dicuntur συναίτιοι esse i. caussæ adiuuantes suorum habituum ex sententia Platonis. Postrema, quali habitu quisque præditus est, talem sibi quoque proponit: ex quo sequitur, quod vir bonus sibi bonum finem proponit in suis actionibus: vir malus autem malum sibi in actionibus suis propositum habet finem.

G *κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν*) Hæc est postrema huius cap. pars, quæ tria continet. Primum ἀνακεφαλαίωσιν repetitionem præcipuorum capitum, quę hactenus generatim de virtutibus fuerunt explicata: nempe de virtutis definitione, quod sit habitus. Deinde de præcipua eius differentia, quod sit mediocritas. Tertio de caussa efficiente, quod nimirum habitus virtutum generentur ex crebris actionibus. Quarto de effectu, quod nimirum a virtutibus proficiscentur bonæ actiones. Quinto de qualitate actionũ virtutis, quod nimirum sint in nostra potestate, & sint spontaneæ, & fiant secundũ rectam rationem. Atque hoc est primum, quod hic continetur. Alterum pertinet ad discrimen, quod est inter habitum virtutis & actiones virtutum, ratione τοῦ ἑκουσίου, spõtanei, quo discrimine ostendit, non eodem modo habitus & actiones virtutum esse spontaneas. Nam habitus virtutum ratione principii, quando in nobis generantur, dicuntur esse spontanei, quia actiones illæ, ex quibus generantur, sunt spontaneæ. Postquam vero habitus iam sunt generati & confirmati, ita vt radices in animo hominis egerint, non sunt amplius in hominis voluntate & potestate, vt possit

Habitus virtutis & actio quid differant.

eos pro suo arbitrio iterũ vel mutare, vel omnino deponere. ipsæ autem actiones, ex quibus generantur habitus, & postea ab habitibus proficiscuntur, siue bonæ sint, siue malæ, omnino sunt spontaneæ. Hoc discrimen declaratur exemplo morborum, qui initio quidem sunt quodammodo in hominis arbitrio & potestate, quatenus videlicet eos potest temperantia & sobrietate præcauere, ne in eo generentur: postquam vero morbi iam sunt generati, & valuerunt in corpore, non potest homo iis pro suo arbitrio quouis tempore liberari. Hinc monemur, vt diligenter videamus, quales sint actiones illæ, & qualia sint exercitia, in quibus nos versamur. Nam quales illæ sunt, tales etiam in nobis generantur habitus, & tales quoque nos paulatim efficimur siue boni, siue mali. Tertium quod hic habetur est μετάβασις, transitus ad specialem singularum virtutum explicationem, facto initio a fortitudine.

H καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρείας) In hoc loco incipit altera pars huius libri, qua Aristoteles ingreditur specialem singularum virtutum explicationem. Eam autem a fortitudine incipit, cuius rei plures ab interpretibus afferuntur caussæ, quarum hæ quatuor sunt præcipuæ. Prima est, quia cum virtutis proprium sit, versari circa res arduas & difficiles, *quemadmodum lib. 2. cap. 3. dictum fuit.* Nulla autẽ virtus versatur circa magis ardua & difficilia, quam fortitudo: igitur videtur merito ceteris virtutibus anteponenda esse. Altera caussa est, quia fortitudinis maximus vsus est, & in rebus maximis atque difficilimis, vt in propugnanda & conseruanda religione, libertate, patria, & amplificandis regnis & imperiis, in propulsandis & vindicandis hostibus, in defendendis iis, qui nobis sunt carissimi, vt sunt parentes, coniuges, liberi, propinqui, amici, ciues, quorum omnium salutem & incolumitatem vir bonus non minoris facere debet, quam suam propriam. Vnde etiam Plato fortitudinem nominat σωτηρίαν τινά, *salutem quandam generis humani,* propter quem eius vsum ipsa κατ' ἐξοχὴν, interdum generis nomine, i. virtutis a scriptoribus appellatur, quasi ipsa sola esset virtus: quemadmodum etiam apud Virg. lib. 12. vbi Æneas ad filium suum Ascanium inquit:

Secunda pars huius libri tertii.

I. Cur a fortitudine incipiat.

II.

Disce puer virtutem ex me verumq; laborem,
Fortunam ex aliis.

vbi per virtutem intelligit fortitudinem. Et in lib. 10. inquit de Ænea.

Nunc prece nunc dictis virtutem accendit amaris.

III. Tertia caussa est, quia hæc virtus maxime decet virum, & in viro præcipue laudatur. Vnde etiam apud Græcos ἀνδρεία, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, *a viro* dicitur. Et Cic. lib. 1. Tusc. quæst. ait: *Fortitudo est viri propria virtus.* Tribuitur etiam præcipue heroibus quos veteres *Semideos* nominarũt, quod præcipue hac virtute excellerent, ac res maximas ac vtilissimas per hanc generi humano præstitissent. vnde etiam *Heroica virtus* nominatur.

IV. Quarta caussa est, quia huius virtutis actiones præ ceteris maxime splendent & cadunt in hominum oculos & admirationem. Vnde Cicero libro primo Officiorum, *Splendidissimum videtur, quod animo magno factum est.*

Fortitudo est duplex. Est autem duplex fortitudo, secundum Ciceronem: *vna vrbana, ciuilis, & domestica:* cuius vsus est domi in pace & in administranda Repub. altera est militaris, *bellica & castrensis,* cuius vsus est in bello & defensione patriæ aut amplificatione imperii: de qua præcipue Aristoteles in hac doctrina agit.

Vtriusque tamen potissimum duæ sunt actiones, in quibus earum vis cernitur, nempe res arduas & difficiles & periculosas, magno animo aggredi, & easdem fortiter sustinere atque perferre. Vnde a Cicerone *libro secundo de Inuentione,* definitur: *quod sit considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio:* eique adiungit quatuor alias cognatas & socias virtutes, nempe fidentiam, magnanimitatem, patientiam, & cõstantiam; quarum duæ priores pertinent ad periculorum & rerum arduarum atque difficilium susceptionem, reliquæ duæ ad earum perpessionem.

ΚΕΦ. ϛʹ. — CAP. 6.

A Ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους καὶ θάῤῥη, ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται.
B Φοβούμεθα δὲ δῆλον ὅτι τὰ

Qvod igitur audaciæ ac formidinis mediocritas sit, iam antea diximus. Timemus autem ea videlicet, quæ terro-

rem

vem adferunt: quæ eadem, ut semel dicam, mala sunt. Itaque metum definiunt, mali exspectationem. Metuimus igitur omnia quæ mala sunt, ut dedecus, paupertatem, morbum, amicorum penuriam, mortem: sed tamen non in his omnibus fortis versari videtur. Sunt enim quædam quæ timere oportet, ac præclarum est, & quæ turpe sit non timere, ut dedecus. Nam qui ea metuat, probus & pudens: qui non metuat, impudens est. Quanquam is a nonnullis fortis nominatur per translationem, quoniam simile quiddam forti habeat. vacat enim metu vir fortis. Nec vero paupertas fortassis est pertimescenda, nec morbus, nec omnino quicquid a vitio proficiscatur, & per se quis præstet. Nec si quis in his interritus sit, is fortis. quanquam eum etiam ex similitudine dicimus. Sunt enim, qui cum in bellicis periculis ignavi sint, liberales sunt, & ad iacturam pecuniarum paratissimi. Nec si quis vim liberis & uxori timeat, vel invidiam, aut aliquid eius generis, ignavus est: nec fortis est, si fidenti sit animo virgis cædendus. Quibus ergo in rebus metuendis fortis cernitur? an in maximis? Neque enim quisquam est terribilium tolerantior. Nihil autem morte terribilius, cum sit ex-

φοβερά· ταῦτα δ' ἐστὶν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κακά. διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ. φοβούμεθα μὲν οὖν πάντα τὰ κακά· οἷον ἀδοξίαν, πενίαν, νόσον, ἀφιλίαν, θάνατον. ἀλλ' οὐ περὶ πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι. ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ καλόν· τὸ δὲ μὴ, αἰσχρὸν, οἷον ἀδοξίαν. ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος, ἐπιεικὴς, καὶ αἰδήμων· ὁ δὲ μὴ φοβούμενος, ἀναίσχυντος. λέγεται δὲ ὑπό τινων ἀνδρεῖος κατὰ μεταφοράν. ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἀνδρείῳ. ἄφοβος γάρ τις καὶ ὁ ἀνδρεῖος. πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι, οὐδὲ νόσον, οὐδ' ὅλως ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὐτόν. ἀλλ' οὐδ' ὁ περὶ ταῦτα ἄφοβος, ἀνδρεῖος. λέγομεν δὲ καὶ τοῦτον καθ' ὁμοιότητα. ἔνιοι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις δειλοὶ ὄντες, ἐλευθέριοί εἰσι, καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν. οὐδὲ δὴ εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα φοβεῖται, ἢ φθόνον, ἤ τι τῶν τοιούτων, δειλός ἐστιν. οὐδ' εἰ θαρρεῖ μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος. περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν ὁ ἀνδρεῖος; ἢ περὶ τὰ μέγιστα; οὐθεὶς γὰρ ὑπομενετικώτερος τῶν δεινῶν. φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος. πέρας γὰρ. καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ

C

τεθνεῶτι δοκεῖ. οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι. δόξειε δ' ἂν οὐδὲ περὶ θάνατον τὸν ἐν παντὶ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· οἷον εἰ ἐν θαλάττῃ, ἢ ἐν νόσοις. ἐν τίσιν οὖν; ἢ ἐν τοῖς καλλίστοις; τοιοῦτοι δὲ οἱ ἐν πολέμῳ· ἐν μεγίστῳ γὰρ καὶ καλλίστῳ κινδύνῳ. ὁμόλογοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ αἱ τιμαὶ αἱ ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ παρὰ τοῖς μονάρχοις· κυρίως δὴ λέγοιτ' ἂν ἀνδρεῖος, ὁ περὶ τὸν καλὸν θάνατον ἀδεὴς, καὶ ὅσα θάνατον ἐπιφέρει ὑπόγυια ὄντα. τοιαῦτα δὲ μάλιστα τὰ D κατὰ πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν θαλάττῃ, καὶ ἐν νόσοις ἀδεὴς ἀνδρεῖος. οὐχ οὕτω δὲ ὡς οἱ θαλάττιοι. οἱ μὲν γὰρ ἀπεγνώκασι τὴν σωτηρίαν, καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυσχεραίνουσιν. οἱ δὲ, εὐέλπιδές εἰσι παρὰ τὴν ἐμπειρίαν. ἅμα δὲ καὶ ἀνδρίζονται ἐν οἷς ἐστὶν ἢ ἀλκὴ, ἢ καλὸν τὸ ἀποθανεῖν. ἐν ταῖς τοιαύταις δὲ φθοραῖς οὐδέτερον ὑπάρχει.

tremum, & iam nihil mali aut boni videatur superesse mortuo. Nec vero in morte cuiusque generis vir fortis videatur, ut si in morbi vel morbis pereat. Quo ergo in genere? An non in pulcerrimo? qualis est ea, qua in bello euenit: quippe quæ in maximo pulcerrimoq; periculo oppetitur. hoc indicāt honores, qui & in Rebuspubl. & apud Reges decreti sunt. Quocirca proprie fortis dicatur is, qui morte honesta proposita, usque omnibus quæ cum sint repentina, mortem adferunt, metu vacat. Cuiusmodi sunt maxime bellica. Attamen & in mari & in morbis vir fortis intrepidus est, sed non more nautarum. Hi enim & de salute sua desperant, & genus hoc mortis acerbe ferunt: illos fidenti esse animo docuit exercitatio. Sunt etiam virili animo, cum aut viribus locus est, aut pulcrum exire de vita: quorum neutrum in his generibus interitus contingit.

COMMENTATIONES.

Virtutes cur definiantur ab obiectis?

A ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ) Duæ sunt huius cap. partes. Prima continet definitionem fortitudinis: in altera agit de eius obiecto, & ostēdit circa quas fortitudo præcipue versatur. Quod ad definitionem fortitudinis attinet: notandum est, omnes fere virtutes definiri ex obiectis, circa quæ versantur, & earum actionibus, in quibus cōsistunt: quod ideo fit, quia virtutes sunt qualitates abstractæ, quæ non cadunt sub sensus: atque ideo non possunt a priori

priori definiri, ſed ſolum a poſteriori, id eſt, ab effectu, quemadmodũ etiam artes & ſcientiæ. Scientiæ tantum a poſteriori definiuntur, ab actionibus nimirum eorum, qui artes illas tenent. Exempli gratia: Quia videmus eum, qui Dialecticam tenet, bene diſputare, bene argumentari, bene definire, dicimus, *Dialecticam eſſe artem definiendi, argumentandi, diſputandi.* Sic, quia audimus eum, qui Muſicam tenet, bene canere, dicimus, *Muſicam eſſe bene canendi ſcientiam*, & ſic de ceteris. Eodem modo ſe res habet de virtutibus, quarum naturam, quia a priori non cognoſci poteſt: ideo etiam a poſteriori, id eſt, ex actionibus diſcere debemus. Actiones enim notiores ſunt: omnes autem definitiones debent fieri ex notioribus. Eſt ergo definitio huius loci, quæ ſtatim ab initio capit. ponitur, *ἀνδρεία ἐστὶν μεσότης περὶ φόβου καὶ θάρρος*: *Fortitudo eſt mediocritas circa metum & fiduciam*, id eſt, fortitudo eſt virtus, quæ mediocritatem ſeruat circa metum & fiduciam, in adeundis, perferendis, aut etiam declinandis laboribus, periculis, ipſaq; morte, honeſtatis & publicæ vtilitatis gratia. Definitio hæc conſtat ex genere & differentiis: Genus eſt *virtus*, differentiæ continent cauſſas: nam cauſſa formalis eſt *mediocritas*, cauſſa materialis ſunt primum *affectus*, quos fortitudo moderatur, nempe *metus* & *fiducia*: deinde ſunt obiecta, circa quæ ipſa verſatur, veluti ſunt *pericula, labores*, & *mors*: tertio ſunt etiam actiones, in quibus vis fortitudinis cernitur, veluti ſunt *adire, perferre, aut declinare pericula & labores.* Cauſſa finalis eſt *ipſa honeſtas & publica vtilitas, cuius gratia vir fortis omnia agit*. Cauſſa efficiens intelligitur ex ipſo genere. Nam quia fortitudo eſt virtus: virtus autem eſt habitus: omnis autem habitus acquiritur ex crebro exercitio. Igitur etiam cauſſa efficiens fortitudinis erit crebra exercitatio circa actiones fortes.

Fortitudo quid.

B φοβούμεθα δὲ δῆλον ὅτι τὰ.) Altera hæc eſt huius capitis pars & præcipua, in qua agit de obiecto fortitudinis, circa quæ ipſa verſatur. Dicit autem Ariſtoteles, fortitudinis obiectum eſſe τὰ φοβερὰ καὶ θαρραλέα, id eſt, ea, quæ vel metum, vel fiduciam in malis & periculis homini adferre poſſunt, Latine dicuntur *formidabilia*, ſeu *formidolo-*

Obiectũ fortitudinis quod.

sa, aut terribilia. θαῤῥαλέα autem possunt nominari *fiduciala*, id est, in quibus possumus habere fiduciam seu cōfidentiam. Sunt autē formidabilia πάντα τὰ κακὰ, *omnia quæ sunt mala*: quoniam φόβος metus definitur, quod sit προσδοκία τοῦ κακοῦ, *exspectatio mali*, in quā sententiam etiam Stoici metum definierunt, vt est apud Ciceronem lib. 4. Tuscul. quæstio. *quod metus sit opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur.* Ideo autem mala dicuntur esse φοβερὰ metuenda & reformidanda, quia sunt φθαρτικὰ, *afferunt corruptionem & interitum sui obiecti*: quemadmodum contra bona sunt φυλακτικὰ, id est, *conseruant suum obiectum, cui adsunt.* Quemadmodum igitur naturaliter omne animal expetit sui conseruationem, atq; ideo amat ea, quæ ei sunt bona: ita etiam naturaliter metuit ea, quæ ei adferunt interitū, & propterea fugit ea, quæ sunt mala. Sed hic quæritur, *vtrum fortitudo versetur circa omnia mala, ita vt vir fortis plane nulla mala debeat extimescere: sed indifferenter omnia mala contemnere & sustinere?* Ad hanc quæstionē respondet Aristot. per distinctionē, simpliciter quidem omne malum, quatenus est malum, etiam esse fugiendū: sed tamen non circa omnia mala fortitudo versatur: quia malorū non est vnum tantum genus. Quædam enim mala, & ab omnibus, & etiam a viro forti sunt metuenda: quia honestū est ea metuere: turpe autem est, ea non metuere. Exempli gratia: Omnes debent metuere offensionem & iram Dei, calamitatē patriæ, & excidiū eiusdem, amissionem veræ religionis, libertatis, violationē legum, infamiam & dedecus nostri & nostrorū. Nam qui hæc & similia non metuit, non habetur pro honesto viro, sed pro impio, ignauo, & abiecto: qui vero metuit infamiam, is videtur esse amans honestatis, & propterea habetur pro viro bono: Qui metuit violationem legum, religionis, aut libertatis, is videtur esse studiosus & amans religionis, libertatis, & legum. Vnde Aristot. dicit, eum, qui non metuit infamiam, haberi pro homine impudico & turpi. Sed tamen, qui hæc mala non metuit, non propterea potest fortis nominari, nisi per μεταφορὰν, quatenus habet aliquid simile cum viro forti. Nam etiam vir fortis est ἄφοβος, *metu carens.* Et ita serui & mancipia, quia con-

Formidabilia.
Metus.
Fortitudo vtrum versetur circa omnia mala.
Malorum duo genera.
I.

consueuerunt plagas & verbera pati, ea non metuunt valde, nisi quatenus illis dolorem afferunt: non tamen propterea fortes possunt nominari, quia ea sustinent & perferunt. Atq; hoc est vnum genus malorum. Alterum est eorum, quæ talia sunt, vt non quidem omnino, & ab omnibus sunt metuenda, tamen quia ea non metuunt, non proprie propterea dicuntur fortes, neq; etiam timidi dicuntur, quia ea metuunt. Sunt enim talia, vt possint citra reprehensionem metui vel non metui, veluti sunt *paupertas, morbus, captiuitas, seruitus, exsilium, orbitas, inimicitia, contemtus, destitutio amicorum, & his similia.* Sed hæc rursum sunt duplicia. Vel enim nostro vitio & nostra culpa nobis contingunt, & tunc semper a viro bono sunt metuenda, quia coniuncta sunt cum ignominia & dedecore, ideoq; merentur istam reprehensionem, vt, *si quis per aliquod delictum teneretur captiuus, aut eiiceretur in exsilium: si quis propter intemperantiam incidit in morbum: si propter luxuriam redigitur ad paupertatem: si ex scortatione contraxit morbum Gallicum, aut aliud aliquod malum:* eiusmodi mala merito sunt metuenda bono viro. Vel ista mala præter nostrum meritum, & nostram culpam iniuste nobis contingunt: vt, *si quis in acie pugnans ab hoste capitur: si propter veritatis confessionem in exsilium exiicitur, spoliatur omnibus bonis, afficitur vltimo supplicio:* eiusmodi seruitus, exsilium, paupertas, supplicium carent ignominia, & honesta sunt nobis: imo Christus prædicat beatos, *Matth.* 5. eos, qui propter veritatem talia patiuntur: & gaudere eos iubet, & exsultare: quoniam merces eorum sit multa in cœlis. Atq; hæc sunt duo genera malorum: sed tamen nondum proprium obiectum eius fortitudinis, de qua hic agitur.

II.

C *περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν.*) Hoc loco Aristotel. propius accedit ad explicationẽ obiecti fortitudinis, & ostendit, quodnam sit illud propriũ malum, circa quod fortitudo versatur, & in quo cõtemnendo & perferendo fortitudinis vis maxime cernitur. Est autem propositio huius loci hæc: *Fortitudinis proprium obiectum est mors bellica.* Ratio est: quia mors est omnium malorum maximum. Vnde etiam dicitur, quod mors sit omnium terribilium terribilissimum. Cur autem mors sit maximum malum,

Mors bellica cur proprium obiectũ sit fortitudinis.

ostendit Aristoteles ex eius effectu, quia mors adfert nobis finem omniũ rerum. Per eam enim simul priuamur simul & vno quasi momento omnibus nostris bonis, nostra vita, quæ habetur maximum bonum. Vnde Horat. dicit, *quod mors sit vltima linea rerum.* Et Cicero in Epist. Famil. inquit: *mors est omnium rerum extremum.* Etsi enim reliqua quoq; terreant homines, tamen non dicuntur esse tam magna, sicuti mors est, quia in illis semper adhuc nobis spes aliqua restat. Atque hæc est prima pars propositionis. Altera caussa est, quod mors bellica sit proprium obiectũ fortitudinis. Huius rei adfert hanc rationẽ: quia mors bellica oppetitur in maximo & honestissimo periculo, cuiusmodi sunt bellica pericula, quę ideo dicuntur maxima, quia sunt ὑπόγυια, id est, proxima, & quasi oculis nostris obiecta, quæ aspectu solũ suo aut cogitatione possunt fortissimum quemq; terrere, & pallidum reddere. Atq; hæc est prima ratio, qua probatur, quod mors bellica sit honestissima: quia nimirum oppetitur in periculo honestissimo. Altera ratio sumitur ex consequentibus honoribus, laudationibus, & encomiis, quibus afficiuntur & celebrantur ii, qui hoc genere mortis vitam finierunt. Nam inquit Aristot. olim in ciuitatibus & a monachis, principibus & regibus, in taliũ honorem, qui fortiter in bello occubuissent, eorumq; laudem & memoriam, habebantur orationes & pompæ, funebres erigebantur statuæ, exstruebantur sepulcra, pyramides, columnæ, & alia monumenta, etiam in eorũ honorem celebrabantur festa solemnia & sacrificia, exhibebantur spectacula, ludi, certamina, & similes festiuitates habebantur, in quibus eorum laudes celebrabantur. De qua re etiam Cicero lib. 1. Offic. *quæ magno animo fortiterq; & excellenter gesta sunt, ea nescio, quomodo quasi pleniore ore laudamus.* Hic Rhetorum campus de Marapone, Salamina, Plateis. Et Plato lib. 5. de Repub. approbat legem Solonis, de laudandis iis, qui in bello fortiter decubuissent, & affirmat, eiusmodi laudibus etiam reliquos ciues posse ad fortitudinem excitari. His potest etiam tertio addi, cur hæc mors sit honestissima, nempe a caussa finali: quia oppetitur pro defensione patriæ, religionis, libertatis, legum, parentum, coniugum, libero-

rum,

rum, propinquorum, amicorum, quorum omnium salutem vir bonus maioris facere debet, quam suam propriam vitam. Itaq; cum caussa mortis sit honesta, etiam mortem hanc honestissimam esse necesse est, neque solum honestam, sed etiam pulcram. Nam vocabulum κάλλιστον vtrumq; significat honestissimum & pulcerrimum. Vnde apud Virg. Æneas lib. 2 inquit, *Pulcrum esse in armis mori*: & lib 4 Georgic. de pugna apum aduersus fucos loquẽs, addit *pulcramq; petunt per vulnera mortem*. Et Hector etiam apud Homerum, li. 5. Iliad. ait, *Iuueni pulcrum & honestum esse pro patria mori*: & lib. 2. Homerus affirmat, *reliquorum mortuorum cadauera aspectu esse fœda & turpia: eorum autem, qui fortiter pugnando in acie occubuerunt, corpora esse* διὰ πάντα καλά, *per omnia pulcra*. Vnde etiam veteres dixerunt, *eos qui in bello occubuerunt, iacere in honoris lectulo*: eo quod illis eiusmodi mors sit honorifica. Neque vero hæc mors est solum honesta, sed etiam vtilis aliis, quos post se relinquunt, quatenus nimirum tales sua fortitudine profuerunt patriæ, siue amicis, ciuibus, propinquis, liberis, coniugibus, parentibus: dum eos a seruitute & tyrannide hostium sua morte liberarunt, cum alioqui ceterorum hominum tales relinquunt: quemadmodum de auaro dicitur, quod nũquam sit aliis vtilis, nisi quando moritur.

Mors bellica honesta & vtilis.

D οὐ μὴν ἀλλὰ κ' ἐν θαλάττῃ) Hæc est πρόληψις, *occupatio*, qua occurrit cuidam obiectioni. Nam, quia dictum fuit, virum fortem præcipue conspicuum esse in periculis bellicis, & in morte bellica, posset aliquis quærere: *Quo pacto se gerat vir fortis etiam in aliis periculis & mortis generibus, veluti quando ei imminet periculum vitæ, ex morbo, aut naufragio, aut incendio, aut alia aliqua caussa?* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles, *Virum fortem in eiusmodi periculis & aduersis casibus etiam decenter se gerere, nihilque contra hostem admittere: sed in omnibus animi sui magnitudinem & constantiam ostendere. Veruntamen eiusmodi genus mortis ægre ferre, propterea quod nihil habeat in se, quod magnopere possit laudari.* Hanc responsionem declarat exemplo eorum, qui in mari vitam degunt, vt sunt nautæ & piscatores, tales etiam in eiusmodi periculis marinis & naufragiis viden-

Quæstio.

Respons.

tur esse quodammodo animosiores, & plus spei habere, quam viri fortes: sed hoc nō propter virtutem aliquam: sed tantum propter experientiam; quia in talibus periculis sæpe fuerunt versati. Sed viri fortes dolent sibi hoc genere mortis, & monstrant potius in bello pereundum esse, quemadmodum Vlysses apud Homer. lib. 5. Odyss. & Æneas apud Virgil. lib. 1. in eiusmodi periculo naufragii conqueruntur, *quod in mari potius quam in acie illis sit moriendum*: & felices prædicant eos, quibus contingit, *oppetere mortem in campis Iliacis sub mœnibus altis Troiæ.* Et Hercules, cum inscius venenum hausisset, & sentiret sibi ex eo esse moriendum exclamat apud Senecam,

Heu mihi toties perdidi mortem honestam.

Mortis genera quatuor.

Hoc loco etiam obiter notandum est, quatuor esse præcipua genera mortis: vnum Naturale, quando homo vel morbo, vel senio exstinguitur: alterum Fortuitum, cum per aduersum casum aliquis moritur, aut ex naufragio, incendio, ruina, lapsu: tertium Violentum, cum a latronibus & tyrannis, aut aliis crudeliter interficitur, aut sibi ipsi manus infert. Quartum est Bellicum seu militare, cum aliquis in acie, in pugna, & prælio, aut in oppugnatione vrbis ab hostibus interficitur: & circa hoc genus mortis fortitudo præcipue versatur.

ΚΕΦ. ζ'.

A Τὸ δὲ φοβερὸν οὐ πᾶσι μὲν τὸ αὐτό· λέγομεν δέ τι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον. τοῦτο μὲν οὖν παντὶ φοβερὸν τῷ νοῦν ἔχοντι. τὰ δὲ κατ' ἄνθρωπον διαφέρει μεγέθει, καὶ τῷ μᾶλλον, καὶ τῷ ἧττον. ὁμοίως B δὲ καὶ τὰ θαρραλέα. ὁ δὲ ἀνδρεῖος ἀνέκπληκτος ὡς ἄνθρωπος. φοβήσεται μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα· ὡς δεῖ δὲ, καὶ ὡς ὁ λόγος

CAP. 7.

NEC vero idem est formidolosum omnibus, estque aliquid quod præstare homo non possit, quod omnes profecto qui sani sunt mente, pertimescunt. Quæ autem homo præstare potest, ea magnitudine differunt, intensioneque ac remissione: similiterque ea quæ præbent animis fiduciam. Atqui vir fortis, terrore vacat, quantum homo patitur. Itaque hæc ipsa, vt decet, vtque ra-

tio

tio postulat, pertimescet honestatis caussa, quoniam is est virtutis finis. fieri autem potest, vt eadem quis & magis & minus metuat, etiam vt quæ non sunt timenda, æque ac illa timeat. hinc peccata nascuntur: aliud, quod id non decet: aliud, quod non vt decet: aliud, quod non tum cum decet, & si quæ sunt generis eiusdem. Itemque in eis, quæ fiduciam præbent. qui ergo quæ, cuiusque rei caussa, & quemadmodum, & quando decet, perfert, extimescitque, itidem quæ fidenti animo, fortis est. pro rerum enim dignitate, & vt ratio præcipit, vir fortis & fert, & gerit omnia. Omnis autem actionis finis est id, quod cum animi habitu congruit. ac forti viro fortitudo honesta videtur: qualis est finis: quæque enim res fine terminatur. Honestatis vero caussa fortis fert, facitque ea, quæ congrua sunt fortitudini. Modum vero transeuntium, is qui vacuitate quadam metus, vacat nomine (esse autem multa, quæ nomine vacarent, supra ostendimus) appelletur insanus, vel stolidus, si nihil metuat, nec motum terræ, nec vndas, quales aiunt esse Gallos: qui autem nimis confidit rebus terrorem afferētibus, audax. Atq; etiam arrogās audax videtur esse, sibiq; fortitudinem

ὑπομενεῖ τοῦ καλοῦ ἕνεκα· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς ἀρετῆς. ἔστι δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ταῦτα φοβεῖσθαι. καὶ ἔτι τὰ μὴ φοβερὰ, ὡς τοιαῦτα φοβεῖσθαι. γίνεται δὲ τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ μὲν, ὅτι οὐ δεῖ· ἡ δὲ, ὅτι οὐχ ὡς δεῖ· ἡ δὲ, ὅτι οὐχ ὅτε, ἤ τι τῶν τοιούτων. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰ θαρραλέα. ὁ μὲν οὖν ἃ δεῖ, καὶ οὗ ἕνεκα, ὑπομένων καὶ φοβούμενος, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε· ὁμοίως δὲ καὶ θαρρῶν, ἀνδρεῖος. κατ᾽ ἀξίαν γὰρ, καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος, πάσχει καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος. τέλος δὲ πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν. καὶ τῷ ἀνδρείῳ δὲ ἡ ἀνδρεία καλόν. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ τέλος. ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει. καλοῦ δὴ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ὑπομένει καὶ πράττει τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν. τῶν C δὲ ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ ἀνώνυμος. εἴρηται δ᾽ ἡμῖν ἐν τοῖς πρότερον, ὅτι πολλά ἐστιν ἀνώνυμα. εἴη δ᾽ ἄν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν, μήτε τὰ κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς κελτούς. ὁ δὲ τῷ θαρρεῖν ὑπερβάλλων περὶ τὰ φοβερὰ, θρασύς. δοκεῖ δὲ καὶ ἀλαζὼν εἶναι ὁ θρασὺς καὶ προσποιητικὸς

ἀνδρείας. ὡς οὖν ἐκεῖνος περὶ τὰ φοβερὰ ἔχει, οὕτως οὗτος βούλεται φαίνεσθαι. ἐν οἷς οὖν δύναται, μιμεῖται. διὸ καὶ εἰσὶν οἱ πολλοὶ αὐτῶν θρασύδειλοι. ἐν τούτοις γὰρ θρασυνόμενοι, τὰ φοβερὰ οὐχ ὑπομένουσιν. ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, δειλός. καὶ γὰρ ἃ μὴ δεῖ. καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖ αὐτῷ. ἐλλείπει δὲ καὶ τῷ θαρρεῖν. ἀλλ' ἐν ταῖς λύπαις ὑπερβάλλων, μᾶλλον καταφανής ἐστι. δύσελπις δή τις ὁ δειλός· πάντα γὰρ φοβεῖται· ὁ δ' ἀνδρεῖος, ἐναντίος. τὸ γὰρ θαρρεῖν, εὐέλπιδος. περὶ ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν, ὅ, τι δειλὸς, καὶ ὁ θρασὺς, καὶ ὁ ἀνδρεῖος. διαφόρως δ' ἔχουσι πρὸς αὐτά. οἱ μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν· ὁ δὲ μέσως ἔχει, καὶ ὡς δεῖ· καὶ οἱ μὲν θρασεῖς, προπετεῖς, καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων, ἐν αὐτοῖς δ' ἀφίστανται· οἱ δ' ἀνδρεῖοι ἐν τοῖς ἔργοις ὀξεῖς, πρότερον δ' ἡσύχιοι. καθάπερ οὖν εἴρηται, ἡ ἀνδρεία μεσότης ἐστὶ περὶ θαρραλέα καὶ φοβερὰ, ἐν οἷς εἴρηται, καὶ ὅτι καλὸν αἱρεῖται καὶ ὑπομένει, ἢ ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή. τὸ δ' ἀποθνήσκειν, φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ.

D

vindicare. Itaque quo ille animo in rebus asperis est, eodem hic cupit videri. Quocirca quibuscunque rebus potest, eum imitatur. Ita fit, vt plerique eorum simul audaces sint ac ignaui. in his enim audaciam præ se ferentes, res formidolosas non subeunt. At, qui metuendo modum egreditur, ignauus est. Nã & quæ non decet, & vt non decet, quæque sunt eiusdem generis, omnia eum consequuntur. Deficit etiam in confitendo: sed exsuperans in doloribus magis est conspicuus. Desperat ergo ignauus, quia omnia metuit: at fortis contra. Est enim fidentis animi, audere. Ac in his quidem rebus timidus, audax, & fortis versantur; sed non eodem modo affecti sunt. Illi enim transeunt modum, & ab eo deficiunt: at hic modum in iis tenet, & vt decet. Atq; audaces quidem præcipites sunt, ac expetunt antequam pericula instent: cum adsunt, ea defugiunt. At fortes in ipsis rebus acres sunt, ante vero quieti. Quapropter, vt dixi, fortitudo mediocritas est in rebus, quas diximus, vel fiduciam, vel terrorem afferentibus: quæ eadem sequitur ac tolerat, quia honestũ est, aut certe quia turpe est contrarium. mortem autem obire, fugientem inopiam, vel amorem, vel molestum quid, fortis non est, sed potius timidi.

Nam

Nam laboriosa fugere, nec quia honestum est id facere, sed ne malum habeas, mollitia est. Ac fortitudo quidem tale quiddam est.

μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα, καὶ οὐχ ὅτι καλὸν ὑπομένειν, ἀλλὰ φεύγων κακόν. ἔστι μὲν οὖν ἡ ἀνδρεία τοιοῦτόν τι.

COMMENTATIONES.

A τὸ δὲ φοβερὸν) Hoc caput dependet ex præcedente capite. Agit enim rursum de formidabilibus, quæ sunt obiectum fortitudinis, & primum nouam eorum adfert obiectionem. Deinde ostendit, quodnam sit officium viri fortis circa ea, quæ sunt formidabilia, id est, qualiter vir fortis se circa illa gerit: tertio duo explicat extrema fortitudinis. Quod ad primum attinet, τὰ φοβερὰ, sunt duplicia. Alia dicuntur esse ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον, super hominem. Alia dicuntur esse κατ' ἄνθρωπον, secundum hominem.

Formidabilia duplicia.

Terribilia super hominem sunt ea, quæ maiora sunt, quam vt possint ab humana natura contemni & sustineri, sed merito quemuis hominem sana mente præditum perterrefaciunt, & attonitum ipsum reddunt. Eiusmodi sunt ea, quę certissimum exitum adferunt iis, quos tangunt: nec possunt humano consilio aut experientia præcaueri, auerti, aut euitari: veluti sunt *terræmotus tonitrua fulgura, grandines, tempestates, aquarum inundationes.* Huc etiam possunt referri *portenta* & *prodigia*, quæ hominibus terrorem incutiunt, quia indicia sunt iræ Dei, & denuntiant pœnam diuinam, publicasque calamitates, quæ, qui non timent, aut plane sunt impii, aut a Deo mente destituti: vt sunt *pluuia sanguinea, ignes e cœlo cadentes, horrenda apparitiones in aere, cometa, plaga, cruces, armati milites, virga, solis color sanguineus, & his similia.*

Form. super hominem.

Ea vero terribilia, quæ dicuntur esse secundum hominem, sunt, quæ possunt aliquo modo ab hominibus cordatis & animosis, fortibusque perferri, vt sunt ea, de quibus in præcedenti capite dictum est, *morbus, paupertas, seruitus, captiuitas, exsilium, & plurima alia mala*: quorum tamen hæc est differẽtia, quod alia sint maiora, quæ

Form. secundum hominem

Maiora.

magis afficiunt & terrent homines: alia minora, quæ minus terrent, & minus sunt metuenda: vt infamia magis metuenda est quam paupertas: licet auarus magis metuat iacturam pecuniæ quam famæ: pestis magis metuenda est quam febris, quia citius potest occidere hominem. Sic hostis formidabilior est, quando habet magnũ equitatum & magnas copias, quam si nullum habet equitatum, aut exiguas copias. Sic paupertas magis terret patremfam. tempore caritatis annonæ, quam tempore vbertatis. Ex his duobus generibus terribiliũ: primum genus semper & per se terret omnes homines, & nequaquã est etiam a viro forti metuendum: alterũ vero terret magis vel minus pro ratione circumstantiarũ. Similis etiam ratio est τῶν θαῤῥαλέων *fiducialium*, id est, eorũ, quæ possunt hominibus in malis & periculis constitutis fiduciam aliquã afferre, & eos animosos reddere. Quędã enim sunt supra hominem ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον, cuiusmodi sunt diuina auxilia, quæ possunt adferre fiduciam, consolationem, & spem liberationis: qualia auxilia experti sunt sancti martyres in suis martyriis & suppliciis, quibus affecti fuerunt, quibus freti contempserant omnes hostium minas, omnem eorum vim & potentiam, omnes dolores & cruciatus, ipsam deniq; mortẽ: adeo, vt nulla vi potuerint adigi ad veritatis abnegationem. Tale auxilium expertus est *populus Israeliticus contra Pharaonem: Moyses contra Amalecitas: Iosua in expugnatione vrbis Iericho: Dauid contra gigantem Goliad & regem Saul: Daniel inter leones: tres adolescentes in fornace ardente, & plurimi alii, qui diuinitus ex maximis periculis fuerunt liberati.* Alia autẽ fiducialia dicuntur κατ' ἄνθρωπον secundum hominem, id est, quæ sunt eiusmodi auxilia, quę in rebus aduersis & periculosis nobis hominibus possunt præstari, & fiduciam aliquam adferre: quorũ etiam aliã maiorem, alia minorem fiduciam adferunt. Exempli gratia: Maior fiducia est in amico, quam in alieno, in fratre, quam in peregrino, in consilio boni & prudentis, quam in consilio imprudentis: maiorem fiduciam adfert caussa bona in rebus aduersis, quam caussa mala: maior fiducia est in equitatu, quam in peditatu. Sic ciues oppidani maiorem fiduciam habent in bello contra hostẽ, quando ci-

Minora.

Fiducialia duplicia.

Fid. supra hominẽ.

Fid. secundum hominem.

do ciuitas est munita, & necessariis rebus atq; comitatu instructa: quam si debent defendere vrbem non bene munitam & instructam.

B ὁ δ' ἀνδρεῖος ἀνέκπληκτος.] Hæc est altera pars capitis, in qua docet, quod sit officium viri fortis in periculis & rebus formidabilibus. Consideratur autem officium viri fortis vel ratione Materiæ, id est, *obiecti circa quod versatur*: vel ratione Formæ, id est, *modi, quo modo in eiusmodi rebus versatur*: vel ratione finis, *cuius gratia agit*. Quod ad materiam attinet, monet Aristoteles, virum fortem in periculis esse quidem intrepidum & imperterritum: sed tamen propterea non omni metu vacare, sicut sunt homines furiosi & mente capti, qui, quoniam non intelligunt pericula, ideo ea etiam non metuunt. Sed vir fortis intelligit, videt, & sentit pericula, neque tamen, quando honestas & necessitas postulat, ea nimium pertimescit, vt propterea velit officium viri boni negligere. Ideo Aristoteles addit, hanc particulam ὡς ἄνθρωπος. Neque vir fortis est ἀπαθής, id est, *omni affectu destitutus instar lapidis aut trunci*, in qua nullus sit sensus doloris: alioquin enim per se non est laus magna, ea pericula adire, quæ quis non intelligit neque sentit: sed ea demum magna laus est viri fortis, quod intelligit & sentit pericula, tamen non patitur, se propter illa ab honesto proposito dimoueri. Quod ad formam attinet, vir fortis in periculis ita se gerit, quemadmodum oportet, id est, adit ea cum bono iudicio, & vt recta ratio suadet, eo nimirum modo, loco, tempore, quo & quando oportet, neque patitur, se ab honesto suo proposito metu periculi abduci: sed tamen etiam non nimia fiducia se temere obiicit iis periculis, in quibus nihil possit, quod vel gloria dignum, vel aliis vtile sit, præstare. De qua re Cicero lib. 1. Officiorum sic scribit: *Fortis & constantis animi est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, sed præsentis animi vti consilio, nec a ratione discedere, nihilq; committere, vt aliquando dicendum sit, non putaram.* Fugiendum est etiam illud, ne offeramus nos periculis sine caussa, quo nihil potest esse stultius. Quapropter in adeundis periculis

Viri fortis officiũ, & diuersa eius cõsideratio.

Quoad materiã.

Quoad formam.

consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes curant, grauioribus autem morbis periculosas curationes adhibere coguntur. Quod vero ad caussam finalem inquit Aristoteles, fortem virum omnia hæc suscipere & agere solius honestatis gratia: quia nimirum honestum est, in periculis & rebus aduersis talia facere. Nam qui propter alium finem, quam propter honestatem pericula suscipiunt aut perferunt, hi non reuera fortes dici possunt: quemadmodum faciunt ii, qui solum propter aliquam gloriolam, & propter ambitionem, & regnandi cupiditatem, aut propter prædam & rapinam, aut propter libidinem explendam, aut aliam aliquam non satis honestam & iustam caussam sæpe periculis se obiiciunt. Quod vero vir fortis tantum honestatis gratia id faciat, probat Aristoteles a generali fine omnium virtutum, quem in omnibus actionibus vir bonus spectare debet, nempe honestatem, qui finis etiam proximus est gradus ad istam ciuilem & huius vitæ beatitudinem, de qua Aristoteles in his libris loquitur. Nos vere Christiani in omnibus actionibus vlterius alium finem spectare debemus, nempe gloriam Dei, ad quam omnes actiones nostræ sunt referendæ: quemadmodum Apostolus Paulus in priore ad Corinth. 10. inquit: *Siue editis, siue bibitis, siue quid agitis, omnia in gloriam Dei facite.* Et Saluator noster Matth. 5. ait, loquens de bonis operibus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum cœlestem.* Monet autem Aristoteles, virum fortem præcipue ex caussa finali iudicari & cognosci: eiusq; hanc caussam adiicit, quia ὁρίζεται ἕκαστον τῷ τέλει, id est, *qualibet res suo proprio fine definitur, æstimatur, & iudicatur.* Nam interdum actiones virtutum, quod ad externam speciem attinet, non multum differunt ab actionibus vitiorum. Exempli gratia: Actiones prodigi & liberalis proprie sunt eædem: vterque enim dat & benefacit alteri. Imo prodigi actiones sunt speciosiores: plus enim dat, & ab hominibus imperitis magis laudatur, quam liberalis: sed tamen plurimum differunt fine. Prodigus enim solū ostentationis caussa profundit suas opes & facultates, & sæpe in res non necessarias. Liberalis

Quoad finem.

ralis autem solum honestatem respicit: quia honestum est, aliorum egestati & inopiæ succurrere.

C τοῖς δ' ὑπερβάλλοντων.) Hæc est tertia pars cap. in qua agitur de extremis fortitudinis, quæ sunt vitiosa. Considerantur autem vel in Excessu, vel in Defectu: sicuti omnia omniū virtutum extrema secundum hæc duo considerantur, excessum & defectum, quæ a Cicer. vocantur *nimium* & *parum*. In excessu autem fortitudinis duo Aristoteles commemorat vitia: quorum vnum est in non metuendo: alterum in nimium confidendo. Prius dicitur ἀφοβία *timoris vacuitas*, quæ tamen appellatio non est propria. Inquit enim Aristotel. istud vitium esse ἀνώνυμον, id est, *certo nomine destitutum*, quia est rarum, & vix in hominem cadere potest, vt scilicet plane nihil metuat. Atq; ideo ait Aristoteles, *eos, qui tales esse putantur, potius furiosos & insanos, quam homines esse appellandos.* Est enim metus affectus humanus & a natura hominibus insitus, vt metuat ea, quæ videntur posse nocere. Itaq; qui dicunt aut simulant, se plane nihil metuere, videntur humanam naturam exuisse: quemadmodum de *Celtis* scribitur, quod etiam fulmina & tonitrua & terræ motus non metuerint: cum ab Alexandro Magno essent interrogati: *an non metuerent?* Superbe & petulanter responderunt, *se nihil metuere, nisi tantum vnicum illud, ne cælum aliquando ruat.* Alterum vitium in excessu, quod in nimium confidendo est, nominatur θρασύτης *audacia.* Qui hoc vitio laborant, sunt partim arrogantes, partim timidi. Arrogant enim sibi fortitudinem, & volunt videri fortes, reuera tamē sunt timidi. Nam primo quidem impetu sunt alacres, quasi nihil metuant, & soli velint periculum sustinere: sed cum ventum est ad periculum, non persistunt, statim resiliunt, se in pedes coniiciunt, & sibi post principia cauent, vt Thraso loquitur apud Terent. Vnde etiam nominantur θρασύδειλοι, *audaces simul & timidi.* Extremum in defectu nominatur δειλία, *timiditas*, quæ est vitium, quo animus in periculis nimium consternatur, adeo vt nihil audeat aggredi aut suscipere. Vocatur etiam apud Latinos *ignauia*, quia timor reddit homines ignauos & segnes. Dupliciter autē & quasi contrario modo peccant, qui hoc

Extrema fortitudinis.

Timoris vacuitas.

Audacia.

vitio laborant, partim in Exceſſu, partim in Defectu. In defectu peccant, quia nihil audent aggredi, nihil habent fiduciæ aut ſpei, nihil præſidii, nullis auxiliis aut viribus cõſidunt, & ideo nominantur δύσελπιδες, quaſi difficulter ſperantes. Deinde peccant in exceſſu etiam, quia modum excedunt in metuendo. Primum enim metuũt ea, quæ non ſunt metuenda: deinde non metuunt eo modo, loco & tempore, quo & quando eſſet metuendum. Tertio modum non vident, quo eas actiones ſuſcipere, & ea pericula adire debent, in quibus tamen aliquid laudabiliter & vtiliter præſtare poſſent. Et quemadmodum audaces aggrediuntur ea, quæ ſunt maiora ipſorum viribus: ita etiam timidi abſtinent ab iis, quæ ſunt paria ipſorum viribus. Imo timor facit hominem inutilem in omnibus actionibus fere honeſtis, ſi modum excedit.

Fortitudo & eius extrema in quibus conueniãt & differant.

D περὶ ταὐτὰ μὲν οὖν ἐστιν, ὅ, τε) Hæc eſt appendix eorum, quæ ſunt dicta de fortitudine, & eius extremis, in qua oſtendit, quid inter ſe habeant commune, & in quo differant. Communio fortitudinis & extremorum eſt in ipſo obiecto. Omnia enim verſantur circa formidabilia & fiducialia. Differũt autem duobus modis. Primum ſecundum defectum & exceſſum. Nam audax excedit confidendi modum: quia plus ſibi & ſuis viribus attribuit, quam debebat: atque ideo temere ſe conicit in pericula: deficit autem metuendo, quod minus ſibi metuit, quam debebat. Timidus autem contrario modo ſe habet: excedit modum metuendo: deficit vero confidendo & audendo. Fortis autem medio modo ſe habet, id eſt, non nimium eſt confidens, neque etiam nimium timidus. Deinde differunt modo, quia non eodem modo ſe gerunt circa actiones fortitudinis. Nam audaces ante pericula ſunt cupidi & prompti, quaſi ſoli velint omnem impetum periculorum ſuſtinere, & ſibi ante oculos victoriam pollicentur. Sunt propterea clamoſi, minaces, iactabundi, contumelioſi aduerſus hoſtem, & vltro eum prouocant ad certamen: cum vero ad pugnam & periculum ventum eſt: primi ſunt, qui reſiliunt, animum vna cum armis abiiciunt, & fuga ſibi conſulunt. Ideo Virgilius lib. 12. inquit, *Talibus Martem eſſe in lingua ventoſa*

& pe-

& pedibus fugacibus. Et Sophocles ait: *Tales in verbis quidem & minis esse audaces, inutiles vero ad pugnam.* Fortes autem ante pericula sunt taciti, quieti, non multa verba faciunt, non minaces sunt, neque conuitiis hostem lacessunt, nō ante tempus victoriam sibi pollicentur: quia sciunt, Martem esse dubium, & fortunam belli variam: cum vero ad pericula ventum est, sunt in pugna & certamine acres, animosi, strenui, non desistunt, nisi aut gloriose vincant aut occumbant. Huic ad extremum etiam annectit quæstionem de iis, qui sibi ipsis mortem inferunt. *Vtrum etiam sint fortes dicendi, quia videntur etiam mortem contemnere?* Negat autem Aristoteles, eos fortes esse dicendos, quia non honestatis gratia mortem oppetunt, quod est proprium fortitudinis: sed ex impatientia quadam ista faciunt, vt fugiant ea, quæ ipsis sunt molesta, quæ potius debebant animo perferre magno. Itaque inquit, *Molles potius quam fortes sunt nominandi & habendi.*

Mortem sibi consciscentes, vtrum fortes dicendi.

CAP. 8.

EIVS autem alia quinque genera traduntur. Primum est ciuilis, quæ ad illam proxime accedere videtur. Nam subire pericula ciues, & pœnis, & probris, & honoribus, qui decreti sunt legibus, incitati videntur: ob idque apud eos fortissimi exsistunt, apud quos ignaui sunt inglorii, fortes honorati. Quales Homerus facit Diomedem & Hectorem.

Polydamas fœdum primus mihi crimen inuret.

Et Diomedes,

Inter enim dicet Troes fortissimus Hector,

Tydides metuens euasit.

ΚΕΦΑΛ. η'.

Λέγονται δὲ καὶ ἕτεραι κατὰ πέντε τρόπους. πρῶτον μὲν ἡ πολιτική· μάλιστα γὰρ ἔοικε. δοκοῦσι γὰρ ὑπομένειν τοὺς κινδύνους οἱ πολῖται, διὰ τὰ ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμια, καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ διὰ τὰς τιμάς· καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρειότατοι δοκοῦσιν εἶναι, παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι, οἱ δ' ἀνδρεῖοι ἔντιμοι. τοιούτους δὲ καὶ Ὅμηρος ποιεῖ, οἷον τὸν Διομήδην, καὶ τὸν Ἕκτορα.

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.

καὶ Διομήδης,

Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων,

Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο.

ὡμοίωται δ' αὕτη μάλιστα τῇ πρότερον εἰρημένῃ, ὅτι δι' ἀρετὴν γίνεται. δι' αἰδῶ γὰρ καὶ διὰ καλοῦ ὄρεξιν, τιμῆς γάρ· καὶ φυγὴν ὀνείδους, αἰσχροῦ ὄντος. τάξαι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζομένους εἰς ταὐτό. χείρους δ', ὅσῳ οὐ δι' αἰδῶ, ἀλλὰ διὰ φόβον αὐτὸ δρῶσι, καὶ φεύγοντες, οὐ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ λυπηρόν. ἀναγκάζουσι γὰρ οἱ κύριοι, ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ,

Ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε
μάχης πτώσσοντα νοήσω,
Οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας.

καὶ οἱ προστάττοντες, κἂν ἀναχωρῶσι, τύπτοντες τὸ αὐτὸ δρῶσι οἱ πρὸ τῶν τάφρων καὶ τῶν τοιούτων παρατάττοντες. πάντες γὰρ ἀναγκάζουσι. δεῖ δ' οὐ δι' ἀνάγκην ἀνδρεῖον εἶναι, ἀλλ' ὅτι καλόν. B δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ἡ περὶ ἕκαστα, ἀνδρεία τις εἶναι. ὅθεν καὶ ὁ Σωκράτης ᾠήθη ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἀνδρείαν. τοιοῦτοι δὲ ἄλλοι μὲν ἐν ἄλλοις, ἐν τοῖς πολεμικοῖς δ' οἱ στρατιῶται. δοκεῖ γὰρ εἶναι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου, ἃ μάλιστα συνεωράκασιν οὗτοι. φαίνονται δὴ ἀνδρεῖοι, ὅτι οὐκ ἴσασιν οἱ ἄλλοι οἷά ἐστιν. εἶτα ποιῆσαι καὶ μὴ παθεῖν μάλιστα δύνανται ἐκ τῆς ἐμπειρίας, καὶ φυλάξασθαι, καὶ πατάξαι, δυνάμενοι χρῆσθαι τοῖς

Hæc autem similis videtur ei, de qua supra dixi, quod a virtute nascatur: siquidem a pudore & honestatis cupiditate (nam honoris studio) probrique fuga, turpe paratur. Eodem autem adscribere licet, quibus ab imperantibus vis infertur: at sunt deteriores, quod non pudore, sed metu id faciunt, & fuga non turpitudinis, sed molestiæ. Cogunt enim domini, vt Hector,

Quem procul a pugna fugitantem forte videbo,
Non sic ille canum poterit vitare rapinas.

Et qui imperant, si discedant illi, verberant. Idem faciunt, & qui ante fossas, & alia einsmodi, suos ad pugnam instruunt. cogunt enim hi omnes. fortis autem sit oportet, non necessitatis caussa, sed quia honestum. Atque etiam omnis in quaque re experientia, fortitudo quædam videtur. Ex quo fortitudinem scientiam esse putabat Socrates. Tales vero sunt alii aliis in rebus, in bellis milites. Inania enim in bello multa videntur, quæ hi maxime nouerunt. Quocirca fortes videntur esse, quod alii, quæ illa sint, non intelligant. Inde experti nihil non facere, nihil pati, cauere, & ferire possunt, vsu armorum valentes.

lentes. His quoque instructi, quæ ad faciendum & nihil patiendum valentissima sunt. Pugnant igitur, quasi armati cum inermibus, & quasi athletæ cum plebeiis. His enim in certaminibus non fortissimi quique pugnacissimi sunt, sed qui plurimum valent viribus, optimeque corporibus affecti sunt. At vero milites ignaui exsistunt, cum periculum eminet, inferioresque sunt & copiis & apparatu. Primi enim fuga elabuntur: at urbana copia stantes in acie decumbunt. Id quod apud Hermæum euenit. Nam & fuga turpis his erat, & mors tali saluti anteponenda. sed autem illi initio pugnæ periculis obiiciebant, quasi superiores: at cognito periculo, fuga elapsi sunt, mortem magis quam dedecus pertimescentes: qualis non solet esse fortis. Iram etiam ad fortitudinem transferunt. fortes enim videntur ii etiam, qui ira incitati, tanquam belluæ in eos feruntur, qui vulnerarint: quoniam & fortes iracundiores esse soleant. Est enim maximus ad subeunda pericula aculeus, iracundia.

hinc Homerus:

Addidit & vires animis.

&,

Animos roburq; citauit.

&,

Ingens per nares robur.

ὅπλοις, καὶ τοιαῦτα ἔχοντες, ὁποῖα ἂν εἴη καὶ πρὸς τὸ ποιῆσαι, καὶ πρὸς τὸ μὴ παθεῖν κράτιστα· ὥσπερ οὖν ἀνόπλοις ὡπλισμένοι μάχονται, καὶ ἀθληταὶ ἰδιώταις. καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγῶσιν οὐχ οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοί εἰσιν, ἀλλ' οἱ μάλιστα ἰσχύοντες, καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντες. οἱ στρατιῶται δὲ δειλοὶ γίνονται ὅταν ὑπερτείνῃ ὁ κίνδυνος, καὶ λείπωνται τοῖς πλήθεσι καὶ ταῖς παρασκευαῖς. πρῶτοι γὰρ φεύγουσι, τὰ δὲ πολιτικὰ μένοντα ἀποθνήσκει· ὅπερ κἀπὶ τῷ Ἑρμαίῳ συνέβη. τοῖς μὲν γὰρ αἰσχρὸν τὸ φεύγειν, καὶ ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης σωτηρίας αἱρετώτερος. οἱ δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐκινδύνευον, ὡς κρείττους ὄντες· γνόντες δὲ φεύγουσι, τὸν θάνατον μᾶλλον τοῦ αἰσχροῦ φοβούμενοι. ὁ δ' ἀνδρεῖος οὐ τοιοῦτος. καὶ τὸν θυμὸν δὲ ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσιν. ἀνδρεῖοι γὰρ εἶναι δοκοῦσι καὶ οἱ διὰ θυμὸν, ὥσπερ τὰ θηρία ἐπὶ τοὺς τρώσαντας φερόμενοι, ὅτι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι θυμοειδεῖς. ἰτητικώτατον γὰρ ὁ θυμὸς πρὸς τοὺς κινδύνους· ὅθεν Ὅμηρος,

Σθένος ἔμβαλε θυμῷ.

καὶ,

Μένος καὶ θυμὸν ἔγειρε.

καὶ,

Δριμὺ δ' ἀνὰ ῥῖνας μένος.

C

καὶ, ἔζεσεν αἷμα. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἔοικε σημαίνειν τὴν τοῦ θυμοῦ ἔγερσιν, καὶ ὁρμήν. οἱ μὲν οὖν ἀνδρεῖοι, διὰ τὸ καλὸν πράττουσιν· ὁ δὲ θυμὸς συνεργεῖ αὐτοῖς· τὰ θηρία δὲ, διὰ λύπην. διὰ γὰρ τὸ πληγῆναι ἢ φοβεῖσθαι. ἐπεὶ ἄν γε ἐν ὕλῃ ἢ ἐν ἕλει ᾖ, οὐ προσέρχονται. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία ὑπὸ ἀλγηδόνος καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν, οὐθὲν τῶν δεινῶν προορῶντα. ἐπεὶ οὕτω γε, κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς. καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσιν· οὐ δή οὖν ἐστιν ἀνδρεία, τὰ δι᾽ ἀλγηδόνος ἢ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον. φυσικωτάτη δ᾽ ἔοικεν ἡ διὰ τὸν θυμὸν εἶναι, καὶ προσλαβοῦσα προαίρεσιν, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα, ἀνδρεία εἶναι· καὶ οἱ ἄνθρωποι δὴ ὀργιζόμενοι μὲν ἀλγοῦσι· τιμωρούμενοι δ᾽, ἥδονται. οἱ δὲ διὰ ταῦτα, μάχιμοι μὲν, οὐκ ἀνδρεῖοι δέ. οὐ γὰρ διὰ τὸ καλὸν, οὐδ᾽ ὡς ὁ λόγος, ἀλλὰ διὰ τὸ πάθος. παραπλήσιον δ᾽ ἔχουσί τι. οὐδὲ δὴ οἱ εὐέλπιδες ὄντες, ἀνδρεῖοι. διὰ γὰρ τὸ πολλάκις καὶ πολλοὺς νενικηκέναι θαρροῦσιν ἐν τοῖς κινδύνοις. παρόμοιοι δὲ, ὅτι

D

&, Sanguis ferbuit. Hæc enim omnia significare videntur concitationem iræ ac impetum. ac fortes quidem honestatis caussa agunt: eisque ira subsidio est. Belluæ autem dolore incitatæ, quod vel vulnus acceperint, vel extimescant. nam si sint in syluis, vel palude, haud in quenquam impetum faciunt. Non igitur fortitudo est, dolore ac ira incitatum adire pericula, nihil eorum, quæ molesta interueniunt, providentem. Nam isto modo quidem licet dicere fortes asinos, cum esuriunt, quod ne verberibus quidem deterreantur a pastu. Quin etiam adulteri, cupiditatis caussa multa faciunt audacter. Non igitur fortitudo est, dolore vel ira ad pericula impelli. Videtur autem naturalis ea maxime, quæ ab ira ducitur: & si delectum finemque adhibuerit, fortitudo esse. Homines etiam cum irascuntur, dolent: cum vlciscuntur, gaudent. Ac ex his rebus, bellicosi dicuntur: fortes, non item. Neque enim honesto vel ratione, sed perturbatione ducuntur. simile tamen quiddam in illis est. Neque etiam fortes sunt fidentes. in periculis enim audaces sunt, quod sæpe ac multos vicerint. Similes autem sunt, quod

vtrique

utrique sint audaces: tamen fortes ob ea, quæ dixi, audaces sunt: illi, quia se sperant fore superiores, nihilque vicissim esse passuros. atque tale quid etiam ebrii faciunt, quod sint fidentes. cum autem iis excidunt, fugiunt. At fortis erant, quæ acerba homini sunt, & talia se efferunt, ea ferre, quia & honestum sit: & non ferre, turpe. Itaque fortioris videtur esse, in repentinis terroribus metu perturbationeque vacare, quam in prouisis: quod ea magis ab animi habitu proficiscantur, aut etiam minus præparata. Nam quæ prouisa sunt, consilio etiam & ratione quiuis cum delectu sequatur: at repentina, ex habitu. Atque etiam fortes habentur ignari, nec procul a fidentibus absunt. Hoc tamen sunt deteriores, quod nihil dignitatis ipsis insit, in illis autem insit: itaque aliquandiu permanent. Qui autem decepti sunt, si rem aliam esse atque suspicati erant, intelligant, fugiunt. Quod Argiuis euenit, qui in Lacedæmonios, tanquam in Sicyonios irruerunt. Ac fortes quidem quales sint, quique videantur, iam diximus.

ἄμφω θαρραλέοι. ἀλλ' οἱ μὲν ἀνδρεῖοι, διὰ τὰ προειρημένα θαρραλέοι· οἱ δὲ, διὰ τὸ οἴεσθαι κρείττους εἶναι, καὶ μηδὲν ἀντιπαθεῖν. τοιοῦτον δὲ ποιοῦσι καὶ οἱ μεθυσκόμενοι. εὐέλπιδες γὰρ γίνονται. ὅταν δὲ αὐτοῖς μὴ συμβῇ τὰ τοιαῦτα, φεύγουσιν. ἀνδρείου δ' ἦν τὰ φοβερὰ ἀνθρώπῳ ὄντα καὶ φαινόμενα, ὑπομένειν, ὅτι καλὸν καὶ αἰσχρὸν, τὸ μή. διὸ καὶ ἀνδρειοτέρου δοκεῖ εἶναι τὸ ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις ἄφοβον καὶ ἀτάραχον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς προδήλοις· ἀπὸ ἕξεως γὰρ μᾶλλον, ἢ καὶ ὅτι ἧττον ἐκ παρασκευῆς. τὰ προφανῆ μὲν γὰρ, κἂν ἐκ λογισμοῦ καὶ λόγου τις προέλοιτο. τὰ δ' ἐξαίφνης, κατὰ τὴν ἕξιν. ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται καὶ οἱ ἀγνοοῦντες, καὶ εἰσὶν οὐ πόρρω τῶν εὐελπίδων. χείρους δ' ὅσῳ ἀξίωμα οὐδὲν ἔχουσιν· ἐκεῖνοι δὲ, διὸ καὶ μένουσί τινα χρόνον· οἱ δ' ἠπατημένοι, ἐὰν γνῶσιν ὅτι ἕτερον, ἢ ὑποπτεύσωσι, φεύγουσιν. ὅπερ οἱ Ἀργεῖοι ἔπαθον περιπεσόντες τοῖς Λάκωσιν, ὡς Σικυωνίοις. οἵ τε δὴ ἀνδρεῖοι εἴρηνται, ποῖοί τινες, καὶ οἱ δοκοῦντες ἀνδρεῖοι.

E

COMMENTATIONES.

A λέγονται δὲ καὶ ἕ.) In hoc c. Arist. explicat alias quasdā species fortitudinis, quæ tamen non sunt veræ fortitudinis.

Fortitudo duplex. *Vera.* *Non vera.*

Itaq; hoc loco obseruanda est hæc distinctio, quod fortitudo est duplex: vna vera, quæ a recta ratione proficiscitur, & sola honestate nititur, *de qua hactenus dictum fuit*: alia autem non est vera fortitudo, sed solum speciem habet fortitudinis, propterea quod multa habet cum vera fortitudine communia, *de qua in præsenti capite agit*. Sunt autem eius quinq; species: vna dicitur *politica*, ciuilis: altera dicitur fortitudo διὰ τὴν ἐμπειρίαν, id est, *ab experientia profecta*: tertia διὰ τὴν ὀργήν, ex ira profecta, *quasi iracunda fortitudo*: quarta διὰ τὴν ἐλπίδα, *a spe excitata*: quinta διὰ τὴν ἄγνοιαν, *quæ exsistit propter ignorantiam*.

1. Politica.

Politica & ciuilis fortitudo dicitur ea, quā leges a singulis ciuibus requirunt, in defendenda & propugnanda patria, propositis præmiis, pœnis, & honoribus, vel ignominia iis, qui se strenuos & ignauos in ciuitatis defensione præbuerunt. Potest etiam hæc fortitudo nominari νομικὴ, id est, legalis, quia a legibus est præcepta. Iubent enim leges, vt quilibet ciuis libertatem, religionem, salutem, & incolumitatem suæ ciuitatis pro virili, etiam ad mortem vsq; tueatur & propugnet, atq; ideo præmia & honores proponunt iis, qui hoc faciunt: pœnas autē & ignominiam minantur iis, qui secus fecerint.

Politicæ duo genera.

Sunt autem rursum duo genera eorum, qui ciuiliter dicuntur esse fortes: quædam enim amore laudis & gloriæ, se in communibus periculis patriæ strenuos & fortes præbent, ne possit illis timiditas, aut ignauia tanquam probrum quoddam obiici: quemadmodum Hector, *vt est apud Homerum lib. 22. Iliad.* prouocatus ab Achille, quamuis ei esset viribus impar, tamē maluit cum vitæ periculo cum eo congredi, quam vt possit sibi obiici, quod Hectorem metuisset. Sic etiam Diomedes, *vt est in lib. 8. Iliad.* maluit cum Hectore congredi, quam eum fugere, vt possit Hector deinde de ipso coram Troianis gloriari, quod ipsum metuisset, & in fugam abegisset. Alterum genus est eorum, qui necessitate aliqua adiguntur ad pericula sustinenda, & coguntur, velint, nolint, pugnare: nam si pugnauerint, nullam habent spem alicuius euasionis. Hoc, inquit Arist. solet fieri in illis militibus, quos belli Imperatores aut minis ducunt & cogunt ad pugnam, aut aliis artibus & strategematis ita

tis ita circumdant, vt non possint effugere, sed cogantur pugnare. Prioris generis exemplum ponit Agamemnonis & Hectoris, qui apud Homerum suis militibus minantur mortem, si quem ex acie fugientem, aut arma abiicientem deprehenderint, quemadmodum Agamemnon minatur *lib.2.Iliad.* quod eorum cadauera velit canibus, vulteribusve atque coruis dilanianda proiicere. Alterius generis ponit exemplum strategemata ducum & imperatorum, qui vt militibus necessitatem pugnandi imponant, prçcidunt illis omnem spem & occasionem fugæ: vt quando aciem ita collocant, vt a facie habeant hostem, a tergo autem fluuium aut altas fossas, aut præruptos montes, item cum ignauos & timidos collocant in prima acie, a tergo autem & ad latera milites veteranos, qui ipsorum fugam impediant. Horum strategematum varia exempla reperiuntur apud Historiographos: vt Darius, cum exercitum traduxisset in Scytiam, pontem, quem exstruxerat, & per quem transierant, istum iterum curauit deiici, ne milites occasionem haberent iterum effugiendi & redeundi. Agathocles transportato exercitu in Africam naues incendit, vt milites scirent, sibi aut pugnandum fortiter, aut moriendum esse. Hannibal, cum esset pugnaturus aduersus Romanos in Africa, suis ducibus mandauit, vt, quemcunque ex acie fugientem cernerent, eum pro hoste haberent, & interficerent. Sic Romani eos, qui ex clade Cannensi effugissent, & domum rediissent, tanquam ignauos & timidos iterum eiecerunt & relegarunt. Atque hæc est prima species non veræ fortitudinis, quæ differt a prima fortitudine: primum caussa efficiente, quia proficiscitur ex quadam necessitate legum, & est aliquo modo coacta: deinde etiam differt caussa finali, quia non simpliciter honestatis caussa, sed potius consequendæ gloriæ, aut vitandæ pœnæ & ignominiæ caussa suscipitur.

Fortitudo politica quid a vera fortitudine differat.

B δοκεῖ δὲ καὶ ἐμπειρία.) Altera species non veræ fortitudinis dicitur ἡ ἀνδρεία διὰ τὴν ἐμπειρίαν, *fortitudo ex experientia profecta*, quasi *experientalis fortitudo.* Nam experientia ad omnes actiones reddit homines animosiores, quod videre est ex contrario. Qui enim nunquam

2. Fortitudo ex experientia profecta.

circa actionẽ aliquam magnam versati sunt, illi admodũ timidi illã aggrediuntur: veluti, qui nunquã in publico verba fecerunt aut disputarunt, admodũ timidi sunt in principio, & vix possunt psuaderi, vt istud faciant. In bello autẽ experientia plurimũ animi addit militibus. Vnde Cicero lib. 2. Tusc. quæst. inexercitatũ militem comparat mulieri. Et hoc loco dicit: *Imperitũ militẽ respectu exercitati & periti ita se habere, quemadmodũ se habet inermis erga armatum.* Caussam Arist. huius rei hoc loco indicat, ꝙ vid. multi sæpe inanes terrores excogitantur ab hostib. quibus alteram partẽ conantur terrere, cũ tamen illis nihil sit periculi. Hos terrores milites, qui experientiã habent, possunt contemnere: qui autẽ experientia hac sunt destituti, facile possunt per illos terreri, vt animũ statim abiiciant, & existiment, sibi iam iam esse pereundũ & desperandũ. Altera caussa: quia milites, qui experientiam habẽt, optime & rectissime possunt armis suis vti, melius etiã sciunt pericula, & vicissim hostẽ terrere & ferire. Tyrones autem, id est, inexperti milites nihil horũ sciunt, & interdũ, ne quidẽ armis recte vti possunt, & vel seipsum, vel suos vicinos lædunt magis, quam ipsos hostes. Comparat autẽ Aristot hanc fortitudinẽ cum illa priore, & ostendit, milites quidẽ mercenarios propter experiẽtiam aptiores ad bellicas actiones esse, quã ciues, sed tamẽ minus constantes. Et caussa est, quia solũ pro mercede militant, non pro salute patriæ, & suorũ parentum, liberorũ, & coniugũ. Ideoq; quando vident, aleam inclinandã esse, & paruã esse spem victoriæ cõsequendæ, solent detrectare pugnam, & resilire: ciues autẽ sunt constantes vsq; ad mortẽ, quia ꝓ sua & suorũ salute pugnãt. Vnde ẽt Demosth. in suis orationib. semper vrbanas copias pfert externis copiis, q̃ ex mercenariis militib. sunt. Hoc discrimẽ Aristot. declarat exemplo historico ciuiũ Coronensiũ, q in pugna secunda Phocenses cõstanter perstiterũt vsq; ad finẽ: mercenarii milites post primũ impetũ deseruerunt.

3. Fortitudo propter iram.

C καὶ τὸν θυμὸν δὲ ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν.) Tertia species nõ veræ fortitudinis dicitur *ἀνδρεία διὰ τὸν θυμὸν, fortitudo propter iram seu indignationẽ,* seu *fortitudo iracunda.* Ira enim solet hominib. in periculis addere animũ, ita vt quodammodo nihil extimescant; quemadmodũ apparet in homini-

minibus iratis, qui interdum etiam inermes aduersus armatos insurgunt, & cum illis pugnare audent. Imo interdũ animus iratus audet se opponere multis, quod nunquam faceret, si nõ ita ira esset concitatus. Ideo Aristot. hoc loco dicit, iram maximum habere calcar & incitamentũ ad pericula adeunda: propter eam enim incalescit sanguis circa cor, q. calor postea per totũ corpus diffusus omnibus membris addit robur aliquod in agẽdo. Et propterea Peripatetici dixerũt, *vt est apud Cicer. lib. 4. Tusc. quæst.* Iracundiam esse cotem fortitudinis. Quod autẽ hæc sit vis iræ, probat Aristot. exemplo beluarũ, quæ, licet naturaliter homines metuant & fugiant, tamẽ quando ad irã sunt concitatę, solent homines inuadere, & irruere in venabula, in gladios, in hastas. Deinde ꝓbat ẽt aliquot exemplis & testimoniis Homeri, qui affirmat, viros fortes & strenuos in pugnando ab ira plurimũ sæpe fuisse adiutos, vt in lib. 16. Iliad. scribitur, *quod Apollo immiserit Glauco ad pugnam eunti iram.* Et lib. 5. Iliad. scribitur, *Martem Troianis ad pugnã egressuris iram & vires concitasse.* Et lib. 24. Odyss. de Vlysse scribitur, *quod cum procos inuadere voluisset, ei acris furor circa nares fuerit excitatus.* Sic ẽt Virgil. de Æn. scribit: *& magna se exsuscitat ira.* Item, *irarum omnes effundit habenas.* Ex quib. apparet, iram cõferre aliquid ad actiones fortitudinis, sed intelligẽda hęc sunt de moderata ira; q̃ nõ omnino animũ perturbat, & mentẽ homini aufert. Imo eiusmodi ira vtiliter a natura homini data est, ad propulsandã & vindicandam iniuriam, sibi vel suis illatam, neq; locũ habet, nisi in animis generosis: qui autẽ molles & effœminati sunt, illi destituuntur hoc affectu, quemadmodũ dicitur: *Non tadit in molles nobilis ira viros.* Sed tamẽ hæc fortitudo, q̃ a sola ira proficiscitur, nõ est vera fortitudo: Primũ, quia nõ ꝓficiscitur ἐκ τ͂ προαιρέσεως, *i. certo animi proposito:* sed tantum ex affectu aliquo exsistit: deinde, quia ẽt in bestiis, *vt antea dictũ est,* locũ habet, & interdũ in hominibus sceleratis & improbis, qui etiam multa pericula adire & perferre coguntur, si velint suã scelera perpetrare: tertio, quia vera fortitudo tantum honestatis caussa pericula aggreditur & sustinet. Hęc autẽ vindictę caussa, aut propter aliquam aliam rem plerunq; suscitatur. Itaq; qui solum ex ira, aut alio

Fortitudo iracunda quid a vera differat.

aliquo affectu pericula adeunt, & strenue pugnant, hi non fortes, sed pugnaces seu pugnandi cupidi sunt nominandi.

4. *Fortitudo propter spem.* D κἀδὲ δὴ οἱ εὐέλπιδες ὄντες.) Quarta species non veræ fortitudinis dicitur *ἀνδρεία διὰ τὴν ἐλπίδα, fortitudo propter spem.* Nam spes victoriæ solet animos hominum erigere in periculis, & eos confidentiores reddere, vt maiore fiducia pericula adeant. Sed tamen non sunt reuera fortes dicendi, qui propter solam spem victorię, quam sibi certo pollicentur, pericula adeunt. Differunt autem quatuor modis a viris fortibus: primum caussa efficiente: nam in viris fortibus caussa efficiens fiduciæ & spei bonæ non est victoriæ certitudo, seu bonitas caussæ & recta conscientia: deinde caussa finali, quia, qui reuera sunt fortes, tantū honestatis caussa pericula aggrediuntur, etiamsi de victoria non possunt multum sperare: hi autem tantū fortes se præbent, quando quodammodo certi sunt de victoria, eo quod vident, se magis esse instructos, quam aduersa pars: tertio differunt caussa formali: nam veri fortes in ipsis periculis etiam vsq; ad mortem constantiam præstant: hi autē, quam primū vident, se præsidiis istis frustrari & auxiliis, in quibus confidebant, desinunt esse fortes. Quod Aristoteles declarat exemplo ebriorum, quos ebrietas facit audaces, & spes iubet esse ratas, *vt Horat. ait.* Nam postquam ebrietas desinit, simul etiam perit & euanescit omnis eorum audacia & fiducia: quarto differunt caussa materiali, id est, obiectis seu periculis, circa quam versantur. Pericula enim sunt duplicia: alia sunt præuisa: alia repentina. Qui reuera fortes sunt, hi in vtroque genere periculorum sunt animo præsenti, & fortiter se gerunt: qui autem alia spe victoriæ fortes sunt, hi tantum in præuisis periculis sibi constant, sed in repentinis animum despondent, & ignorant, quid sibi sit faciendum, quia antea se non præmunierunt. Est autem longe difficilius, in repentinis rebus se recte gerere, præsenti animo esse, & constantem præstare animum in periculis, longe antea præuisis, ad quæ potest se aliquis præmunire, & antea deliberare & cogitare, quo pacto velit ea vel euitare, vel omnino repellere. Vnde fit, vt etiam inter-

Quid a vera differat.

dum homines alioqui timidi & ignaui poſſint ſe contra eiuſmodi pericula præmunire.

5. *Fortitudo ex ignorantia.*

E *ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται.*) Quinta ſpecies non veræ fortitudinis dicitur ἐλπὶς διὰ τὴν ἄγνοιαν, *fortitudo ex ignorantia periculi facta:* quoniam ignorant alicui rei & actioni ineſſe. Hi minus ſibi ab ea re vel actione metuunt, & confidentiore animo eam aggrediuntur: quemadmodum etiam dicitur ἀμαθία θράσος ἐπιφέρει, *imperitia adfert audaciam.* Quod apparet etiam in pueris, qui interdum admouent manus igni, & ferro candenti, ignorantes ea vrere. Item, in tyronibus & nouitiis militibus, qui alacri animo ad bellum proficiſcuntur, quaſi ad nuptias ipſis eſſet eundum, ignorantes, quæ mala atque pericula, & alia incommoda bellum in ſe habeat. Vnde in prouerbio dicitur: *Dulce bellum inexpertis.* Hęc ſpecies fortitudinis conuenit cum præcedenti in eo: quod qui ignorantes pericula adeunt, tamen ii ſunt etiam bona ſpe præditi, quaſi nihil mali ſint paſſuri, tantum differunt a præcedentibus: primum, quia nullum habent honeſtum prætextum, neque poſſunt honeſtam aliquam cauſſam indicare, quamobrem pericula adierint, quia ea ignorarint: deinde differunt etiam ab illis, quod nullam præſtant conſtantiam: ſed quam primum animaduertunt, ſubeſſe aliquod periculum, de quo ipſi neſciebant, ſtatim reſiliunt & refugiunt. Quod declarat Ariſtoteles exemplo Archiuorum, qui cum bellum gererent cum Sicyoniis, quos aliquoties antea vicerant: poſtea autem Lacedęmonii mutaſſent ſuum habitum & arma, & induiſſent habitum Sicyoniorum, eorumque arma & clypeos accepiſſent, congreſſi ſunt cum Archiuis: Archiui exiſtimantes, ſibi rurſus cum Sicyoniis pugnandum eſſe, animo alacri eos aggreſſi fuerunt: cum vero cognouiſſent, non eſſe Sicyonios, ſed Lacedæmonios, ſtatim fugam arripuerunt: de qua hiſtoria quædam habentur apud Xenophontem *lib. 4. de geſtis Græcorum,* & cetera.

Quid a præcedenti differat.

ΚΕΦ. θ΄.

A Περὶ θάρρη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά. ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀτάραχος, καὶ περὶ ταῦθ' ὡς δεῖ ἔχων, ἀνδρεῖος μᾶλλον, ἢ ὁ περὶ τὰ θαρραλέα. τῷ δὴ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ὡς εἴρηται, ἀνδρεῖοι λέγονται. διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρεία, καὶ δικαίως ἐπαινεῖται. χαλεπώτερον γὰρ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ἢ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι.

B οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν ἂν εἶναι τὸ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τέλος ἡδύ, ὑπὸ τῶν κύκλῳ δὲ, ἀφανίζεσθαι· οἷον κἂν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται. τοῖς γὰρ πύκταις, τὸ μὲν τέλος ἡδὺ οὗ ἕνεκα ὁ στέφανος καὶ αἱ τιμαί· τὸ δὲ τύπτεσθαι ἀλγεινόν, εἴπερ σάρκινοι, καὶ λυπηρὸν πᾶς ὁ πόνος. διὰ δὲ τὸ πολλὰ ταῦτ' εἶναι, μικρὸν ὂν τὸ οὗ ἕνεκα, οὐδὲν λυπηρόν, καὶ οὐδὲν ἡδὺ φαίνεται ἔχειν.

C εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ περὶ τὴν ἀνδρείαν, ὁ μὲν θάνατος καὶ τὰ τραύματα λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι ἔσται· ὑπομενεῖ δὲ αὐτά, ὅτι καλόν, ἢ ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή. καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπήσεται. τῷ τοιούτῳ γὰρ μάλιστα ζῆν ἄξιον,

CAP. 9.

Fortitudo autem cum in audacia metuque versetur, non tamen æque in iis sed magis in terribilibus. Nam qui in his perturbatione vacat, quique in eis ita est affectus ut decet, is potius fortis est, quam qui in rebus fiduciam adferentibus. Fortes igitur a perferendis rebus acerbis, ut dixi, nominantur. Itaque cum molestia coniuncta est fortitudo, eaque iure laudatur. Difficilius est enim res molestas ferre, quam se a iucundis abstinere. Sed tamen fortitudinis finis iucundus esse videatur, etsi propter ea, quæ circumfusa sunt, minus appareat: ut in ludis qui gymnici appellantur, contingit. Nam pugilibus, quem sibi quisque proposuit, finis dulcis iucundusque est, ut corona, & honores: at cædi, siquidem carnei sunt, omnisque labor molestus est. Quæ quoniam multa sunt, finis autem exiguus, in eo nihil inesse voluptatis videtur. Itaque si talia fortitudini adiuncta sint mors & vulnera aspera forti viro, velit nolit, futura sunt. Attamen ea subit, quia honestu est: aut certe, quia non subire, turpe: atque idem quo magis omni virtute instructus est, quoque beatior, eo molestius mortem perferet. nam cum is sit, qui vita dignissi-

sime

sit dignus, sciens maximis bonis spoliatur. Quod etsi molestum est, nihilominus tamen fortis apparet: eoque fortasse magis, quod decus in bello illis anteponat. Nec igitur virtutum omnium iucunda sunt actiones, nisi quatenus finis copulatus adsciscitur. Nihil autem fortè prohibet milites etiam, qui non sunt eiusmodi, esse valentissimos: sed qui minus fortes sint, & nihil aliud boni habeant. Prompti enim isti sunt ad pericula, vitamque exigua mercede commutant. ac de fortitudine quidem hactenus. Quid autem sit, non difficile est plane ex iis, quæ dicta sunt, colligere.	καὶ οὗτος μεγίστων ἀγαθῶν ἀποστερεῖται εἰδώς. λυπηρὸν δὲ τοῦτο, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος. ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι τὸ ἐν τῷ πολέμῳ καλὸν ἀντ' ἐκείνων αἱρεῖται. οὐ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν ὑπάρχει, πλὴν ἐφ' ὅσον τοῦ τέλους ἐφάπτεται. στρατιώτας δὲ οὐδὲν ἴσως κωλύει μὴ τοὺς τοιούτους κρατίστους εἶναι, ἀλλὰ τοὺς ἧττον μὲν ἀνδρείους, ἄλλο δ' ἀγαθὸν μηδὲν ἔχοντας. ἕτοιμοι γὰρ οὗτοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται. περὶ μὲν οὖν ἀνδρείας, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. τί δ' ἐστὶν, οὐ χαλεπὸν τύπῳ γε περιλαβεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων.

COMMENTATIONES.

A [illegible] θάῤῥη) In hoc cap. explicantur tres quæstiones, quæ etiam ad hanc doctrinam pertinent. Prima est, *Vtrum fortitudo magis versetur circa terribilia, quam circa fiducialia.* Respōdet Arist. non magis versari circa terribilia, atque id probat duabus rationibus. Prima ratio est, quia in terribilibus magis potest conspici vis fortitudinis: nam viri fortis proprium est, vt sit ἀτάραχος, *imperterritus, & minime animo perturbatus in iis rebus & actionibus, quæ possunt animū hominis perterrefacere & perturbare.* Nam ea, quæ sunt θαῤῥαλέα, i. *fiduciam animi adferunt*, non perturbant, sed potius confirmant hominis animum. Vnde etiam fere tantum fortes dicūtur illi, qui in rebus & actionibus difficilibus & periculosis sese strenuos præbent. Altera ratio est, quia omnis virtus versatur circa difficiliora. Difficilius autem est ferre & sustinere, τὰ φοβερά, ea, quæ terrorem & metum adferunt,

Fortitudo vtrum magis circa terribilia quā fiducialia versetur.

quod τὰ θαῤῥαλέα, quæ cũ fiducia sunt coniuncta: quemadmodum difficilius est perferre labores & molestias, quam abstinere a iucundis rebus.

Vtrum actionibus fortitudinis insit voluptas?

B οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν ἂν εἶναι) Altera quæstio huius capitis est, *Vtrum in actionibus fortitudinis etiam aliqua insit voluptas, quemadmodum in ceteris virtutum actionibus?* Respondet Aristoteles per distinctionem: in virtute duo sunt cõsideranda: primum ipse finis, cuius gratia ex virtute agimus: deinde ipsæ actiones, quæ sunt tanquam media, per quæ finem propositum possumus consequi. Quod igitur ad finem attinet, vt reliquarum virtutum, ita etiam fortitudinis finis est iucundus. Nam ipsa honestas in se habet veram iucunditatem: eam enim omnis virtus tanquam finem habet propositam. Quod vero ad actiones attinet, hæ simpliciter & per se consideratæ, non sunt sine labore & molestia. Vnde etiam Hesiodus ait, *Virtutis viam arduam esse & difficilem, coniunctam cum labore & sudore, donec ad vestigium montis peruētum fuerit, i. donec finem suum fuerit assecuta.* Itaque voluptas, quæ virtuti inest, non simpliciter ex actionibus, sed magis ex earum fine est existimanda. Hanc responsionem declarat exemplo pugilum, qui in palæstra certant, quorum actiones, si simpliciter & per se considerantur, coniunctæ sunt cum molestia & dolore: cogũtur enim multas plagas, & multa verbera, interdum etiam vulnera accipere, antequam vincant. Finis vero, ipsa scilicet victoria, & præmium victoriæ, quando coronantur, & honoribus afficiuntur, hęc in se habent magnam voluptatem: ita etiam viri fortis actiones non sunt sine maximo dolore, labore & periculo: sed tamen finis, propter quem ista omnia perpetiuntur, est ipsis iucundus.

Vir fortis vtrum dolendo mortem dici possit fortis.

C εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ περὶ) Tertia quæstio est, *Vtrum vir fortis etiam doleat mortem, & tamen nihilominus possit dici fortis?* Respondet Aristoteles, virum fortem magis dolere mortem, quam quisquam alius, & tamē nihilominus fortis nomen non amittere. Cur autem mortem doleat, duas adfert caussas. Prima est, quia dignissimus est vita. Nam dum viuit, plurimis prodesse potest: atque ideo debet, quamdiu honeste potest, vitam suam conseruare, vt possit aliis esse vtilis; vt Aristippus Philosophus,

cum

cum oborta tempestate in mari videretur esse timidior, & propterea reprehenderetur a quodam, quod nimium vitæ suæ metueret, *se recte vita sua metuere*, respondet: *quia esset vir bonus: eos vero qui sunt mali & improbi, & nemini vtiles, non debere vita sua metuere.* Altera caussa est, cur vir fortis mortem doleat, quia scit, se per mortem spoliari omnibus bonis, & non posse amplius sua virtute aliis prodesse: nihilominus tamen non amittit nomen viri fortis, qui sciens & volens pericula & mortem honestatis caussa contemnit, & ipsam honestatem pluris facit, quam propriam vitam suam. Neque enim magnopere laudandus esset propter similitudinem, si nullam molestiam & dolorem ex suis actionibus perciperet: quemadmodum Stoici volebant, virum bonum carere omni sensu doloris. Itaque sentire dolores & molestias, & tamen eos forti animo sustinere & perferre proprium esse fortitudinis.

Milites mercenarii vtrum fortes nominandi?

D στρατιώτας δ' οὐδὲν ἴσως κωλύει) Quinta quæstio huius cap. hæc est, *Vtrum mercenarii milites, qui propter exiguum stipendium vitam quasi prostituunt & venalem habent, etiam sint fortes nominandi, quoniam videntur mortem quoq; contemnere?* Ad hanc obiectionem respondet: tales milites in bello quidem vtiles esse, quia simpliciter faciunt ea, quæ ipsis præcipiuntur a ducibus, etiam cum vitæ periculo; imo interdum ad quasdam actiones bellicas, quibus in virtuti nullus est locus, vtiliores esse ipsis viris fortibus, propterea, quod viri fortes nolunt quæuis pericula, in quibus suam virtutem minime declarare possunt, adire: sed tamen tales milites non propterea fortes esse nominandos, quoniam temere & sine ratione atque consilio vitam suam prostituunt, & se in pericula coniiciunt, non propter honestatem, sed propter mercedem, & prædam aliquam aut rapinam. Quemadmodum etiam interdum fures, adulteri, scortatores, latrones, & alii homines impii non sine magnis periculis & vitæ suæ discrimine scelera & flagitia sua admittere coguntur.

ΚΕΦ. ι'.

A Μετὰ δὲ τούτων περὶ σωφροσύνης λέγωμεν. δοκοῦσι γὰρ τῶν ἀλόγων μερῶν αὗται εἶναι αἱ ἀρεταί. ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, εἴρηται ἡμῖν. ἧττον γὰρ καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας. ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ ἀκο-B λασία φαίνεται. περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν, νῦν ἀφορίσωμεν. διῃρήσθωσαν δὲ αἱ ψυχικαὶ, καὶ αἱ σωματικαί· οἷον φιλοτιμία, φιλομάθεια. ἑκάτερος γὰρ τούτων χαίρει, οὗ φιλητικός ἐστιν, οὐδὲν πάσχοντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς C διανοίας. οἱ δὲ περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς, οὔτε σώφρονες, οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται. ὁμοίως δὲ οὐδ' οἱ περὶ τὰς ἄλλας, ὅσαι μὴ σωματικαί εἰσι. τοὺς γὰρ φιλομύθους, καὶ διηγητικοὺς, καὶ περὶ τῶν τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας, ἀδολέσχους. ἀκολάστους δ' οὐ λέγομεν· οὐδὲ τοὺς λυπουμένους ἐπὶ χρήμασιν ἢ φίλοις· περὶ δὲ τὰς σωματικὰς εἴη ἂν ἡ σωφροσύνη. οὐ πάσας δὲ, οὐδὲ ταύτας. οἱ γὰρ χαίροντες τοῖς διὰ τῆς ὄψεως, οἷον χρώμασι, καὶ σχήμασι, καὶ γραφῇ, οὔτε σώφρονες, οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται. καίτοι δόξειεν ἂν εἶναι, καὶ ὡς δεῖ χαίρειν καὶ

CAP. 10.

POST hanc autem de temperãtia disseramus. Videntur enim hæ virtutes partium propriæ rationis expertium. At temperantiam quidem mediocritatem in voluptatibus esse, iam dictum est. Minus enim & non simili modo versatur in doloribus, in quibus etiam intemperantia cernitur. Nunc quibus in voluptatibus versetur, explanemus. Diuisæ sint igitur ita, vt aliæ sint animi, aliæ corporis: vt sunt ambitio, & discendi cupiditas. vterque enim horum delectatur eo, cuius cupidus est: cum nihil corpus, sed mens potius perpetiatur. In voluptatibus autem eiusmodi occupati, nec temperantes, nec intemperantes nominãtur. Nec itidem qui alias sequuntur, quæ non ad corpus pertinent. Nam fabellarum cupidi, vel qui studio narrandi trahuntur, & in rebus quibuslibet dies conterunt, eos loquaces, non intemperantes dicimus: nec qui pecuniarum amissionem, vel amicorum, grauiter ferunt: sit vero in voluptatibus corporis temperantia, nec tamen in iis omnibus. Qui enim delectantur rebus aspectabilibus, vt coloribus, figuris, pictura, ii nec temperantes appellantur, nec intemperantes. Atqui videantur iis & delectari quibus decet,

decet, & nimium & parum. Itemque in rebus subiectis auditioni. Neque enim quisquam eos, qui præter modum cantu, vel fabularum actione lætantes, intemperantes: aut eos, qui ut decet, moderatos appellat: nec eos qui rebus subiectis odorationi, nisi improprie. Nam qui malorum, rosarum, suffumigationumque capiuntur odoribus, eos non intemperantes appellamus: sed eos potius, qui unguentorum & opsoniorum. Gaudent enim his intemperantes, quod ex ipsis redeant in memoriam rerum, quas cupiuerant. Cernere etiam licet alios cum esuriunt, epularum odore lætari. At lætari rebus eiusmodi, hominis est intemperantis, cui hæc concupiscenda videntur. Nec vero his sensibus capiunt cetera animantia voluptatem, nisi improprie. Neque enim canes leporum delectantur odore, sed pastu: sensum autem odor mouit: neque leo voce bouis, sed esu. quod vero is in propinquo esset, sensit ex voce. Itaque ea ipsa lætus est. Itemque nec quod cernat, aut inuenerit ceruumve capramve feram, ex eo gaudet: sed quia pastum nactus sit. Versantur igitur in iis voluptatibus temperantia, & intemperantia, quarum reliqua participes sunt animantia: itaque seruiles eas, & beluinasque esse constat: eiusmodi

τούτοις, καὶ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀκοήν. τοὺς γὰρ ὑπερβεβλημένως χαίροντας μέλεσιν ἢ ὑποκρίσει, οὐδεὶς ἀκολάστους λέγει. οὐδὲ τοὺς ὡς δεῖ, σώφρονας. οὐδὲ τοὺς περὶ τὴν ὀσμήν, πλὴν κατὰ συμβεβηκός. τοὺς γὰρ χαίροντας μήλων ἢ ῥόδων, ἢ θυμιαμάτων ὀσμαῖς, οὐ λέγομεν ἀκολάστους· ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μύρων καὶ ὄψων. χαίρουσι γὰρ τούτοις οἱ ἀκόλαστοι, ὅτι διὰ τούτων ἀνάμνησις γίνεται αὐτοῖς τῶν ἐπιθυμητῶν. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ἄλλους ὅταν πεινῶσι χαίροντας ταῖς τῶν βρωμάτων ὀσμαῖς. τὸ δὲ τοιούτοις χαίρειν, ἀκολάστου· τούτῳ γὰρ ἐπιθυμητὰ ταῦτα. οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις κατὰ ταύτας τὰς αἰσθήσεις ἡδονή, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· οὐδὲ γὰρ ταῖς ὀσμαῖς τῶν λαγωῶν αἱ κύνες χαίρουσιν, ἀλλὰ τῇ βρώσει· τὴν δ' αἴσθησιν ἡ ὀσμὴ ἐποίησεν. οὐδὲ ὁ λέων τῇ φωνῇ τοῦ βοός, ἀλλὰ τῇ ἐδωδῇ. ὅτι δὲ ἐγγύς ἐστι, διὰ τῆς φωνῆς ᾔσθετο· καὶ χαίρειν δὴ ταύτῃ φαίνεται. ὁμοίως δὲ οὐδ' ἰδὼν ἢ εὑρὼν ἔλαφον, ἢ ἄγριον αἶγα, ἀλλ' ὅτι βορὰν ἕξει. περὶ τὰς τοιαύτας δὴ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀκολασία ἐστίν, ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα κοινωνεῖ· ὅθεν ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις φαίνονται. αὗται

δι' εἰσὶν ἁφὴ καὶ γεῦσις. φαίνονται δὴ καὶ τῇ γεύσει ἐπὶ μικρὸν, ἢ οὐδὲν χρῆσθαι. τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυμῶν. ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες, καὶ τὰ ὄψα ἀρτύοντες· οὐ πάνυ δὲ χαίρουσι τούτοις, ἢ οὐχ οἵ γε ἀκόλαστοι, ἀλλὰ τῇ ἀπολαύσει, ἣ γίνεται πᾶσα δι' ἁφῆς καὶ ἐν σιτίοις, καὶ ἐν ποτοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἀφροδισίοις λεγομένοις. διὸ καὶ ηὔξατό τις Φιλόξενος ὁ Ἐρύξιος ὀψοφάγος ὤν, τὸν φάρυγγα αὐτῷ μακρότερον γεράνου γενέσθαι, ὡς ἡδόμενος τῇ ἁφῇ, κοινοτάτη δὴ τῶν αἰσθήσεων, καθ' ἣν ἡ ἀκολασία. καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος εἶναι, ὅτι οὐχ ᾗ ἄνθρωποί ἐσμεν, ὑπάρχει, ἀλλ' ᾗ ζῷα. τὸ δὴ τοιούτοις χαίρειν καὶ μάλιστα ἀγαπᾶν, θηριῶδες. καὶ γὰρ αἱ ἐλευθεριώταται τῶν διὰ τῆς ἁφῆς ἡδονῶν, ἀφῄρηνται, οἷον αἱ ἐν τοῖς γυμνασίοις διὰ τρίψεως καὶ τῆς θερμασίας γινόμεναι. οὐ γὰρ περὶ πᾶν τὸ σῶμα ἡ τοῦ ἀκολάστου ἁφὴ, ἀλλὰ περί τινα μέρη.

sunt, quæ gustatu tactuque capiuntur. Ac gustatu quidem paulum admodum, aut nihil uti videntur. Est enim in gustatu saporum iudicium: quod quidem ii faciunt, qui vina probant, & opsonia condiunt: quibus non valde, aut non omnino delectantur intemperantes, sed voluptate, quæ omnis ex tactu percipitur, in esculentis, poculentis, iisque rebus quæ venerea nominantur. Itaque Philoxenus quidam Erixius, epularum helluo, collum sibi dari quam gruis longius optabat, quod ex tactu caperet voluptatem, qui ex sensibus unus patet latissime, in quo sita intemperantia est. quæ iure ut probrum obiectatur, quod insit in nobis, non quatenus homines sumus, sed quia animalia. his igitur delectari, eaque maxime adamare, belluarum est. Etenim ex voluptatibus tactus eas excipimus, quæ maxime liberales sint, quales quæ in gymnasiis frictione & calfactu gignuntur. Neque enim tactus intemperantis toto corpore, sed quibusdam partibus fusus est.

COMMENTATIONES.

A μετὰ δὲ ταύτην περὶ σωφροσύνης) Post fortitudinem agit de temperantia, atque eius rei caussam ipse adfert, quia ambæ hæ virtutes in eodem insunt subiecto, nempe in anima irrationali. Primum autẽ eius definitionem ponit, deinde explicat eius obiectum. Quod ad primum attinet,

attinet: *Temperantia est mediocritas circa voluptates & dolores*, id est, *temperantia est virtus, quæ seruat mediocritatem in expetendis & fugiendis voluptatibus & doloribus, & secundum rectam rationem.* Huic definitioni subiungitur correctio, cuius hic est sensus: *Etsi temperantia versetur circa voluptates & dolores, tamen magis versatur circa voluptates: quia virtus versatur circa difficiliora: difficilius autem est sibi temperare & abstinere a præsentibus voluptatibus, quam moderate ferre dolorem propter voluptatum absentiam & carentiam. Præterea temperantia non eodem modo versatur circa voluptatem & dolorem: nam circa voluptatem versatur per se, ostendens modum, quatenus sunt expetendæ, & quomodo illis sit indulgendum. Circa dolores autem versatur per accidens.* Cicero lib. 2. de Inuent. temperantiam sic definit: *Temperantia est rationis in libidinem, atq; in alios non rectos animi impetus firma & moderata dominatio.* Eius etiam tres constituit partes: *continentiam, clementiam, & modestiam.* Alii partes eius faciunt has tres: abstinentiam, quæ est in cibo: sobrietatem, quæ est in potu: castitatem, quæ est in libidine.

Temperantia quid.

B περὶ ποίας δ' ἂν τῶν ἡδονῶν.) Post definitionem temperantiæ Aristoteles explicat eius obiectum. Dixerat autem, præcipuum temperantiæ obiectum esse voluptatem. Sed quia variæ sunt voluptates: ideo iam magis distincte explicat, quodnam sit proprium obiectum temperantiæ, & ponit talem distinctionem. Voluptates sunt duplices: aliæ sunt Animi, dicuntur ψυχικαί: aliæ Corporis, σωματικαί. Animi voluptates sunt, quæ animam suaui aliqua commotione afficiunt, quæ etiam sunt variæ & multiplices: Vel enim percipiuntur ex contemplatione & cognitione rerum, vel ex actionibus virtutum, vel ex conuersione & colloquio amicorum, aut aliorum hominum, vel ex consecutione & adeptione earum rerum, quas expetiuimus, vt sunt *honores, opes, diuitiæ, amici, liberi, coniuges, & omnia ea, quæ in numero bonorum habentur, & ab hominibus solent expeti*: ea enim caussam consequuntur, vnde aliquam percipiant voluptatem. Corporis voluptates sunt, quæ corpus & sensus nostros iucunda aliqua commotione afficiunt: vocantur enim volu-

Temperantiæ obiectum quodnam.

Voluptatum diuisio in voluptates animi & corporis.

ptates αἰσθητικαὶ sensitiuæ, atq; hæ afficiunt vel visum, vel auditum, vel olfactum, vel gustum, vel tactum. Atque hæc est voluptatum generalis distinctio. Iam cum quæritur: *vtrum temperantia versetur circa omnes has voluptates?* Ad hanc quæstionem sic est respondendum: Temperantia non versatur circa voluptates animi: sed tantū circa quasdam voluptates corporis. Ratio est, quia propter voluptates animi nemo dicitur intemperans, sed potius dicitur amans alicuius rei: vt, qui amat honores, dicitur φιλότιμος, id est, *ambitiosus*: qui amat pecuniam, dicitur φιλοχρήματος, id est, *auarus*: qui amat sapientiam, dicitur φιλόσοφος: qui amat virtutem, dicitur φιλάρετος, id est, *amans virtutis*, & sic de ceteris eiusmodi animi voluptatibus, etiamsi quis nimium tales res amat, non potest intemperans nominari: aut si moderate tantum amat, non potest temperans dici. Notandum vero est etiam, non omnes voluptates corporis esse obiectum temperantiæ: sunt enim quintuplices voluptates corporis, secundum quinq; sensus: Aliæ enim percipiuntur ex visu: aliæ ex auditu: aliæ ex odoratu: aliæ ex gustu: aliæ ex tactu. Temperantia autem proprie solū versatur circa duos posteriores sensus, nempe circa voluptates gustus & tactus: proprie autem circa voluptates, quæ percipiuntur ex tactu. Quod vero ad voluptates attinet, quę percipiuntur ex visu, auditu, & olfactu, nemo proprie & per se propter illas dicitur intemperans: sed tantum per accidens, quatenus nimirum excitant in nobis prauum & inordinatum appetitum earum rerum, quas videmus, vel audimus, vel olfacimus: vt, si quis videt rem alienam, eaq; delectatur, non dicitur intemperans: sin vero etiam inordinate appetit, tum dicitur intemperans non per se, id est, propter visum, sed per accidens, propter prauum appetitum, quemadmodum Cicero scribit de Verre prætore Siciliæ, *quod non solum delectatus fuerit visu & aspectu rerum pulcerrimarum, quæ erant in Sicilia: veluti erant vasa aurea & argentea, gemmæ, tabulæ pictæ, vestes pretiosæ, sed etiam has expetiuerit & abstulerit a Siculis.* Et sane per hos sensus possunt etiam inordinati appetitus excitari in animis hominū, imo etiam in bestiis, per hos sensus appetitus aliquis excitatur earum rerum,

Temperantia vtrū versetur circa omnes voluptates.

quas

quas conſpiciunt, vel audiunt, vel odorantur, vt in canibus ex odore leporum, in lupis ex balatu ouium, in leonibus ex viſu ceruorum aut caprarum, excitatur appetitus ad inueſtigandas perſequendasq; eiuſmodi beſtias.

C οἱ δὲ περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονάς.) In hoc loco Ariſtoteles oſtendit, quamobrem voluptates, quæ percipiuntur ex guſtu & tactu, ſint verum & proprium obiectum temperantiæ. Rationem autem hanc adfert, quia hæ voluptates ſunt homini communes cum beſtiis: vnde etiam nominantur θηριώδεις *beluinæ* ſeu *beſtiales*. Eſt enim proprium officium temperantiæ, ita moderari & regere appetitum hominis, vt in his voluptatibus expetendis aut perfruendis non excedat modum, & ſimilis euadat beſtiis, quæ circa eiuſmodi voluptates modum ſeruare non poſſunt. Etſi autem vtræque voluptates, guſtus & tactus, ſunt obiectum temperantiæ: tamen voluptates tactus magis ſunt obiectum temperantiæ, quia ſunt maiores & planiores. Nam tactus per totum corpus eſt diffuſus, & in partibus corporis omnibus percipitur: Guſtus autem eſt tantum in exigua parte corporis, nempe in lingua & palato. Propterea voluptas guſtus ſolum leuiter percipitur, & cito iterum euaneſcit: Nam qui guſtare aliquid vult, vt vinum aut cibum, debet tantum parum aliquid adſumere, & leniter attingere eam rem, cuius ſaporem vult indicare. Declaratur hoc ab Ariſtotele duobus exemplis: Vnum eſt de quodam Philoxeno, homine voluptuario & guloſo, qui optabat, ſe habere collum oblongum inſtar gruis, vt diutius poſſit ſentire voluptatem ex cibo & potu. Alterum eſt eorum, qui cibos, aut vina ſolent guſtare. Hi enim tantum leuiter ea linguæ admouent, & etiam leuiſſimam & perexiguam ſentiunt inde voluptatem, ita, vt non poſſint propterea intemperantes nominari, quemadmodum illi, qui totos cyathos & cantharos exhauriunt, & integras patinas ciborum deuorant. Hæc eſt appendix eorum, quæ de voluptatibus tactus dicta ſunt. Duo autem ſunt, de quibus nos admonet: Primum eſt, quamobrem homines propter voluptates tactus magis reprehendan-

Voluptates guſtus & tactus cur ſint verũ obiectũ intemperantiæ.

tur, quam propter reliquas voluptates. Huius rei adfert quatuor caussas: Prima est, quia hæ voluptates communes sunt homini cum bestiis. Est autem aliquo modo turpe, ea vehementer expetere, quæ etiam bestiæ solent expetere. Altera caussa est, quia propter has solas homines efficiuntur proprie intemperantes. Tertia est caussa, quia hæ voluptates, si nimium expetuntur, faciunt ex homine, quasi mancipium quoddam, dam, imo reddūt etiam bestiis, vel similem, vel etiam deteriorem. Vnde paulo ante has voluptates nominauit *ἀνδραποδώδεις, seruiles.* Alterum, quod in hac appendice habetur, est quædam correctio vel exceptio; qua ostendit, esse etiam quasdam voluptates tactus honestas & liberales, propter quas nemo dicitur intemperans, cuiusmodi sunt corporis exercitia, mictiones, frictiones, calefactiones, quę vel sanitatis gratia, vel confirmandi roboris caussa, etiam a medicis præcipiuntur.

ΚΕΦ. ια'.

A ΤΩΝ δὲ ἐπιθυμιῶν, αἱ μὲν κοιναὶ δοκοῦσιν εἶναι, αἱ δ᾽ ἴδιοι καὶ ἐπίθετοι· οἷον, ἡ μὲν τῆς τροφῆς, φυσική. πᾶς γὰρ ἐπιθυμεῖ, ὅταν ἐνδεὴς ἢ ξηρᾶς ἢ ὑγρᾶς τροφῆς· ὁτὲ δ᾽ ἀμφοῖν· καὶ εὐνῆς, φησὶν Ὅμηρος, ὁ νέος καὶ ἀκμάζων. τὸ δὲ τοιᾶσδε, ἢ τοιᾶσδε, οὐκέτι πᾶς, οὐδὲ τῶν αὐτῶν. διὸ φαίνεται ἡμέτερον εἶναι, οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔχει γέ τι καὶ φυσικόν. ἕτερα γὰρ ἑτέροις ἐστὶν ἡδέα. καὶ ἔνια πᾶσιν ἡδίω τῶν τυχόντων. ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις, ὀλίγοι ἁμαρτάνουσι. καὶ ἐφ᾽ ἓν ἐπὶ τὸ πλεῖον. τὸ γὰρ ἐσθίειν τὰ τυχόντα ἢ πίνειν, ἕως ἂν ὑπερ-

CAP. II.

Cvpiditatum autem alia communes videntur, alia propria & adscititia, vt cibi cupiditas naturalis est. Omnes enim cum vacui sunt, cibum, vel siccum, vel humidum appetūt: nonnunquam vtrumque: & vt ait Homerus, cubile optat iuuenis & ætate vigens. at huius vel illius modi cibum, non iam omnes, nec eosdem. Itaq; hoc nostrum videtur, quanquam habeat quiddam etiam naturale. Alii n aliis delectantur. suntq; nonnulla iucundiora quā qualibet. Ac in naturalibus quidem cupiditatibus peccatur a paucis: idque in vnam partem quæ nimium est. Nam edere qualibet & potare, dū supra modum com-

compleare, id est, natura modum multitudine transire. Expletio enim eius quod deest, naturalis cupiditas est. Itaque hi appellantur ingluuiosi, quod quasi ingluuiem præter decorum compleant. Quales fiunt qui mancipiorum sunt persimiles. At vero in priuatis voluptatibus plures peccant, & multifariam: nam cum hi res eiusmodi amare dicantur, aut quod iis gaudeant, quibus non decet, vel plus quam decet, aut vt plerique, vel non vt decet, vel quo dedecet. intemperantes sane in omnibus modum transeunt. nam & quibusdam gaudent, quibus, quoniam odiosa sunt, nõ decet: & si quibus gaudendum eiusmodi, plus quam debeant, vel, vt vulgus, gaudent. Itaq; constat intemperantiam esse exsuperantiam voluptatum, eoq; vituperandam. In doloribus autem non dicitur, quis ferendo temperans, vt in fortitudine: nec intemperans, non ferendo: sed intemperans appellatur, quod molestius quã decet, ferat, nulla se voluptate perfrui. Itaque ei affert dolorem voluptas: at temperãs, propterea quod nec abesse voluptatem doleat, nec abstinere. Ac intemperans omnes iucunditates concupiscit, aut certe maximas: sicq; cupiditate rapitur, vt rebus eas omnibus anteponat. Itaque & non fruendo agitur,

πληθῆ, ὑπερβάλλειν ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν τῷ πλήθει. ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας, ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία. διὸ λέγονται οὗτοι γαστρίμαργοι, ὡς παρὰ τὸ δέον πληροῦντες αὐτήν. τοιοῦτοι δὲ γίνονται οἱ λίαν ἀνδραποδώδεις. περὶ δὲ τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν πολλοὶ καὶ πολλαχῶς ἁμαρτάνουσι. τῶν γὰρ φιλοτοιούτων λεγομένων, ἢ τῷ χαίρειν οἷς μὴ δεῖ, ἢ τῷ μᾶλλον, ἢ ὡς οἱ πολλοί, ἢ μὴ ὡς δεῖ, ἢ μὴ ἃ δεῖ. κατὰ πάντα δ' οἱ ἀκόλαστοι ὑπερβάλλουσι. καὶ γὰρ χαίρουσιν ἐνίοις οἷς οὐ δεῖ, μισητὰ γάρ· καὶ εἴ τισι δεῖ χαίρειν τῶν τοιούτων, μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὡς οἱ πολλοὶ χαίρουσιν. ἡ μὲν οὖν περὶ τὰς ἡδονὰς ὑπερβολή, ὅτι ἡ ἀκολασία, καὶ ψεκτόν, δῆλον. περὶ δὲ τὰς λύπας, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας, τῷ ὑπομένειν λέγεται σώφρων. οὐδ' ἀκόλαστος, τῷ μή. ἀλλ' ὁ μὲν ἀκόλαστος, τῷ λυπεῖσθαι μᾶλλον ἢ δεῖ, ὅτι τῶν ἡδέων οὐ τυγχάνει. καὶ τὴν λύπην δὲ ποιεῖ αὐτῷ ἡ ἡδονή. ὁ δὲ σώφρων, τῷ μὴ λυπεῖσθαι τῇ ἀπουσίᾳ, καὶ τῷ ἀπέχεσθαι τοῦ ἡδέος. ὁ μὲν οὖν ἀκόλαστος ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων πάντων, ἢ τῶν μάλιστα. καὶ ἄγεται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας· ὥστε ἀντὶ τῶν ἄλλων ταῦθ' αἱρεῖσθαι. διὸ καὶ λυπεῖται καὶ ἀποτυγχάνων

καὶ ἐπιθυμῶν. μετὰ λύπης γὰρ ἡ ἐπιθυμία. ἄτοπον δ' ἔοικε τὸ δι' ἡδονὴν λυπεῖσθαι. ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ ἧττον ἢ δεῖ χαίροντες, οὐ πάνυ γίνονται. οὐ γὰρ ἀνθρωπική ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία. καὶ γὰρ τὰ λοιπὰ ζῶα, διακρίνει τὰ βρώματα, καὶ τοῖς μὲν χαίρει, τοῖς δ' οὔ. εἰ δέ τῳ μηδέν ἐστιν ἡδὺ, μηδὲ διαφέρει ἕτερον ἑτέρου, πόρρω ἂν εἴη τοῦ ἄνθρωπος εἶναι. οὐ τέτυχε δὲ ὁ τοιοῦτος ὀνόματος, διὰ τὸ μὴ πάνυ γίνεσθαι. ὁ δὲ σώφρων, μέσως περὶ ταῦτ' ἔχει. οὔτε γὰρ ἥδεται, οἷς μάλιστα ὁ ἀκόλαστος· ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει· οὔτε ὅλως οἷς μὴ δεῖ, οὔτε σφόδρα τοιούτῳ οὐδενὶ, οὔτε ἀπόντων λυπεῖται, οὐδ' ἐπιθυμεῖ. ἢ μετρίως, οὐδὲ μᾶλλον ἢ δεῖ, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων οὐδενός. ὅσα δὲ πρὸς ὑγίειάν ἐστιν, ἢ πρὸς εὐεξίαν ἡδέα ὄντα, τούτων ὀρέξεται μετρίως καὶ ὡς δεῖ· καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων, μὴ ἐμποδίων τούτοις ὄντων, ἢ παρὰ τὸ καλὸν, ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν. ὁ γὰρ οὕτως ἔχων, μᾶλλον ἀγαπᾷ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς τῆς ἀξίας· ὁ δὲ σώφρων οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος.

& concupiscendo. Est enim cum dolore coniuncta cupiditas: ac profecto absurdum videtur ex voluptate percipere dolorem. qui autem parum aut minus quam æquum sit, voluptatibus lætantur, pauci admodum reperiuntur. Non enim propria est hominis huiusmodi stupiditas. Etenim cetera animalia pastum discernunt a pastu, alioque delectantur, alio non item. Sed si cui nihil iucundum sit, nec intersit inter aliam rem atque aliam, is vt homo sit procul abest. Talis quoniam non admodum reperitur, vacauit nomine: temperans autem in his rebus medio quodam modo se habet. Nam nec delectatur iis, quibus intemperans maxime: sed angitur potius: nec omnino, quibus rebus non decet, nec valde vlla eiusmodi: nec si absint, dolet: nec cupit, nisi moderate: nec magis quam decet, nec quando dedecet, nec quid omnino eius generis. Quæ autem ad valetudinem pertinent iucunditates, vel bonam corporis habitudinem, eas modice, & vt decet, concupiscit: cererasque res iucundas, quæ his non sint impedimento, aut contra honestatem, aut supra facultates. nam qui affectus ita est, is vehementius quam æquum sit voluptates huiusmodi adamat. at talis non solet esse temperans, sed qualem recta ratio præscribit.

E

COM-

COMMENTATIONES.

A τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν) Quatuor præcipue in hoc cap. explicantur. Primum est de cupiditatum distinctione: alterum de dolore, quo pacto etiam dicatur esse subiectum temperantiæ: tertium est de duobus extremis temperantiæ: quartũ de officio hominis temperantis. De primo: Quoniam dictum est voluptates esse primum obiectum temperantiæ: voluptatum autem illa est natura, vt excitent desiderium & cupiditatem; non solum in hominibus: sed etiam in omnibus aliis animalibus. Vnumquodque enim animal cupit & expetit id, quod sibi est iucundum. Quemadmodum inquit Virg. *Trahit sua quemque voluptas.* Ideo Arist. hoc loco distinguit ipsas cupiditates ratione voluptatum, a quibus excitantur. Qualis enim est voluptas, talis est etiam eius cupiditas. Est autem hæc distinctio: Cupiditates aliæ sunt Naturales & cõmunes, aliæ sunt Accersitæ & peculiares. Naturales cupiditates dicuntur, quas natura cõmuniter omnibus animalibus ingenuit, & secũdum quas homines vel animalia dicuntur naturaliter aliquid expetere Et hæc pertinent vel ad conseruationem indiuidui, i. singulorum hominum & animalium per se, vt est *cupiditas alimenti seu nutrimenti, quo homo vel animal alitur & sustinetur, & sine quo non posset diutius consistere.* Et hæc cupiditas vel est nutrimẽti sicci, i. cibi, & dicitur speciali nomine *fames:* vel est nutrimenti humidi, i. ipsius potus, & dicitur *Sitis.* Vel pertinẽt illæ naturales cupiditates ad conseruationem speciei, vt humanum scil. genus, & species singulorum animalium conseruentur. cuiusmodi est cupiditas propagandæ sobolis. Hæ cupiditates a Cic. *lib. 1. de finib. vt etiam infra lib.* 7. vocantur necessariæ: quoniam sine illis, neq; species animalium, neq; indiuiduum posset cõsistere. Peculiares autem cupiditates sunt, quæ non sunt a natura omnibus hominibus atq; animalibus ingenitæ, sed sunt aduentitiæ & accersitæ pro diuersitate temperamentorum aut aliarum circumstantiarum. Atq; hę habent interdum aliquid naturale: vt quæ proficiscuntur a temperamento. Exempli gratia: Homines, qui sunt calidioris & siccioris temperamenti, magis expetunt humida & frigida, quam calida & sicca: contra, qui sunt humidiore & frigidiore

Voluptatum natura.

Cupiditatum distinctio in Naturales,

Fames, Sitis

&

Accersitas.

temperamento, appetunt sicca & calida. Sic magna est etiam varietas cupiditatum in animalibus: Alia enim expetunt gramina & legumina, seu fructus: alia expetunt carnes crudas: alia aliis delectantur cibis, & vescuntur. Vel istæ cupiditates nihil sunt naturale, sed tantum exsistunt ex peculiari quodam affectu, aut ex quadam opinione & persuasione, aut ex quadam consuetudine, & fere tot sunt cupiditates peculiares, quot sunt homines. Vnde Cicero lib. 1. de finib. ait: *Talium cupiditatum neq; modum, neq; finem reperiri: dum enim vna expletur, subinde alia & noua exsistit*: atque ideo etiam eas nominat *inanes*.

B ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς.) Hæc est ἀνταπόδοσις accommodatio allatæ distinctionis, qua ostendit, quo pacto circa cupiditates homines soleant peccare in expetendis cupiditatibus. Circa naturales, inquit, cupiditates vno fere solum modo ab hominibus peccatur, nimirum in excessu, quando plus homines cibi & potus assumunt, quam ratio ipsa postulat. Nam naturalis cupiditas est tantum repletio vel restitutio eius, quo natura eget. Indigentia autem ista potest pauco cibo & potu fieri. Qui autem nimium cibi & potus ingerunt, & quodammodo vltra modum, quem natura postulat, sese infarciunt, hi peccant circa has naturales cupiditates. Lædunt enim potius ipsam naturam, quã vt eam recreent & reficiant. Vnde etiam dicũtur γαστρίμαργοι, id est, *furore quodam laborantes*. Latini tales vocant *helluones, glutones, commedones*, quales plerunque sunt homines viles & abiecti, qui sine discrimine quæuis deuorant, neque sciunt, quando ipsis sit cessandum, donec fuerint repleti. Videntur autem tales in seipsos quasi sæuire. Nam lædunt valetudinem, & seipsos quasi suffocant. Itaque Cicero in Catone præcepit, *tantum cibi & potionis solum assumendum esse, vt reficiantur vires, non autem opprimantur.* Et in lib. 1. Offic. ait: *victus corporis ad valetudinem reparatur, & ad vires, non ad voluptatem.* Atque hæc de naturalibus cupiditatibus. Circa peculiares vero peccatur variis modis, quorum quinque hoc loco enumerantur: Primus modus est ipsarum rerum, quæ expetuntur, quando scilicet tales cibi & potus expetuntur, qui magis nocent, quam

Homines quo pacto circa cupiditates naturales peccant.

Quo pacto circa accersitas.

1.

quam prosunt, qua in re frequenter peccant ægroti. Item homines delicati, qui voluptatis gratia ea comedunt, quæ tamen non possunt bonum nutrimentum præbere, neque prosunt ad sedandam famem, vt sunt illi, qui comedunt ranas, cochleas, melones, & multa alia, quæ voluptatis gratia excogitata. Alter modus est quantitatis, de quo & antea dictum fuit, quando plura expetuntur aut assumuntur, quam natura postulat aut ferre potest. Tertius modus est, cum sine discrimine quælibet expetuntur, siue salubria sint, siue insalubria, modo sint grata & iucunda. Quartus modus est, cum non ea ratione expetuntur, qua oportet. Quintus est, cum non eo loco aut tempore, quo & quando oportet, expetuntur. Qua in re peccant ii, qui non seruant diætam in edendo & bibendo: quæ res etiam plurimum lædit valetudinem, impedit & replet corpus prauis humoribus.

2. 3. 4. 5.

C περὶ δὲ τὰς λύπας.) Hæc est secunda pars capitis, qua veluti per occupationem occurrit cuidam obiectioni. Quia enim supra *in cap. de fortitudine* dictum fuit, virum fortem etiam versari circa dolores & actiones eas, quæ in se dolorem & molestiam habent, quod nimirum magno animo eos perfert & sustinet, imo etiam cõtemnit: iam vero in hoc cap. præcedenti dictum fuit, non solum voluptates, sed etiam dolores esse obiectum temperantiæ: ideo possit aliquis quærere, *quo pacto dolores sint vtriusq; virtutis, fortitudinis scilicet & temperantiæ obiectum?* Ad hanc obiectionem hoc loco Aristoteles breuiter respondet, & ostendit, temperantiam & fortitudinem non eodem modo circa dolores versari. Nam fortitudo per se versatur circa dolores, quatenus docet, quomodo viro forti dolores sint moderate ferendi, neque nimium fugiendi, vt propterea aliquid velit admittere, quod sit contra honestatem. Imo actiones fortitudinis per se cum dolore & molestia esse coniunctas: illum vero dolorem vir fortis contemnit, & propterea non deserit suũ officium. Temperantia vero & intemperantia solum per accidens versatur circa dolorem, quatenus nimirum absentia voluptatum homini intemperanti adfert dolorem. Dolet enim, se non posse frui voluptatibus, quæ res ei adfert dolorem.

Dolores quo pacto fortitudinis & tẽperantiæ obiectum.

Extrema intemperantia.

D ὁ μὲν ἂν ἀκόλαστος ἐπιθυμεῖ.) Hæc est tertia pars cap. in qua explicantur duo extrema temperantiæ. Quorum vnum est in excessu, & nominatur *ἀκολασία, intemperantia*, & qui hoc vitio laborat, dicitur ἀκόλαστος. Atque is peccat quatuor modis circa voluptates: Primo, quia sine discrimine quasuis voluptates, etiam turpes & illicitas, expetit: deinde, quia ab eiusmodi voluptatibus trahitur & ducitur, tanquam mancipiũ quoddam, ad quæuis facinora: tertio, quia voluptates præfert omnibus aliis rebus, etiam ipsi virtuti & honestati: quarto, quia dolorem percipit non solum propter absentiam, sed etiam propter vehemens desiderium voluptatum. Nam hoc ipsum desideriũ cum dolore est coniunctum. Secundum extremum consideratur in defectu, quando voluptates licitas & honestas etiam respuimus, & plane nullis voluptatibus afficimur. Quia autem nulli aut rarissimi reperiuntur, qui prorsus omnes voluptates aspernantur, ideo inquit Aristoteles, istud extremum seu vitium non habere certũ nomen: posse tamen appellari ἀναισθησίαν, id est, *sensuum destitutionem.* Nam qui nulla voluptate afficitur, videtur esse ἀναίσθητος, *stupidus & sensu destitutus, & humanam naturam quasi exuisse.* Vnde Cicero in partitionibus hoc vitium nominat *immanitatem in voluptatibus aspernandis*: quoniam non solum homines, sed etiam omnes animantes, qui sensu sunt prædita, etiam habent istud iudicium, vt possint iucunda ab iniucundis discernere, & illa amplecti: hæc autem fugere. Itaq; qui negat, se voluptatibus & sensu voluptatum affici, is quasi negat, se esse animal vel hominem, & fatetur, se esse lapidem vel truncum, in quibus nullus est sensus.

Ἀκόλαστος quatuor modis peccat.

Temperantia officium.

E ὁ δὲ σώφρων μέσως μὲν.) Postrema pars cap. est de officio temperantiæ circa voluptates. Cuius hæc est sententia: Temperans circa voluptates, & voluptatum cupiditatem & expetitionem, seruat mediocritatem, quam recta ratio indicat. Quomodo autem temperans seruet mediocritatem declaratur duplici distinctione: quarum prima hæc est: Voluptates aliæ sunt Honestæ, aliæ sunt Turpes. Altera distinctio: Voluptates sunt Præsentes, aliæ Absentes. Quod ergo ad temperantem attinet, mediocritas in eo consistit, quod expetit solum voluptates hone-

Voluptatum diuisio.

honestas & licitas, isq; præsentibus moderate vtitur & fruitur. Absentibus vero non immoderate dolet, neque etiam nimio earum desiderio tenetur. Turpes autem voluptates omnino auersatur. Intemperans contrario modo circa voluptates se habet. Nam immoderate & nimium quasuis voluptates sine discrimine, siue sint honestæ, siue turpes, expetit. Præsentibus præterea voluptatibus immoderate & nimium indulget. Absentes autem cum dolore voluptates expetit, & quod iis frui non potest, supramodum dolet. Præterea temperans in expetendis & fruendis voluptatibus istorũ quatuor præcipue rationem habet: Primo, suæ famæ & existimationis, ne propter voluptates agat aliquid, quod possit ipsius famæ & existimationi nocere. Deinde, rationem habet decori, quod locum, tempus aut alias circumstantias attinet. Nam etiam voluptatibus licitis & honestis non omni loco aut tempore est indulgendum. Tertiam rationem habet suæ valetudinis & suarum virium, ne propter voluptates amittat sanitatem & vires. Plurimum enim læduntur vires corporis, qui ex nimia voluptatum indulgentia, quemadmodum Cicero in oratione pro M. Cælio ait, *vitium gutturis & ventris non modo minuit ætatem hominibus: sed etiam aufert.* Vnde in Catone maiore præcepit, tantum cibi & potionis adhibendum esse, vt reficiantur, non autem opprimantur. Quarto, rationem habet sumtuum & voluptatum, ne in voluptates plus impendat, quam patrimonium, & eius opes possint ferre, & cogatur tandem redigi ad paupertatem & inopiam, quemadmodum multis solet contingere, qui opes suas profundunt in luxum & voluptates, & hoc modo ad extremam rediguntur mendacitatem. Sicuti etiam accidit filio prodigo, in Euangelio *Lucæ cap. 15.* Vnde Socrates, cum videret quendam helluonem, atrum panem comedentem, derisit eum, atque dixit: *Si ita cœnasses, iam non ita pranderes*, id est, *si parcius hactenus vixisses, iam haberes, vnde adhuc lautius posses viuere.*

Temperans quomodo seruet mediocritatem.

ΚΕΦ. ιβ'.

A Ἑκουσίῳ δὲ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας. ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονήν, ἡ δὲ διὰ λύπην· ὧν τὸ μὲν αἱρετόν· τὸ δὲ φευκτόν. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν. ἡ δὲ ἡδονή, οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ· μᾶλλον δὲ ἑκούσιον. διὸ καὶ ἐπονειδιστότερον. καὶ γὰρ ἐθισθῆναι ῥᾷον πρὸς αὐτά. πολλὰ γὰρ ἐν τῷ βίῳ τὰ τοιαῦτα· καὶ οἱ ἐθισμοί, ἀκίνδυνοι. ἐπὶ τῶν φοβερῶν δ' ἀνάπαλιν. δόξειε δ' ἂν οὐχ ὁμοίως ἑκούσιον ἡ δειλία εἶναι τοῖς καθ' ἕκαστον. αὐτὴ μὲν γὰρ ἄλυπος. ταῦτα δὲ διὰ λύπην ἐξίστησιν, ὥστε καὶ τὰ ὅπλα ῥιπτεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ἀσχημονεῖν. διὸ καὶ δοκεῖ βίαια εἶναι. τῷ δ' ἀκολάστῳ ἀνάπαλιν, τὰ μὲν καθ' ἕκαστα ἑκούσια. ἐπιθυμοῦντι γὰρ καὶ ὀρεγομένῳ. τὸ δ' ὅλον ἧττον. οὐδεὶς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἀκόλαστος εἶναι. B τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας καὶ ἐπὶ τὰς παιδικὰς ἁμαρτίας φέρομεν. ἔχουσι γάρ τινα ὁμοιότητα. πότερον δὲ ἀπὸ ποτέρου καλεῖται, οὐδὲν πρὸς τὰ νῦν διαφέρει. δῆλον δ', ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ προτέρου. οὐ κακῶς δ' ἔοικε μετενηνέχθαι. κεκολάσθαι γὰρ δεῖ τὸ τῶν αἰσχρῶν ὀρεγόμενον, καὶ πολλὴν

CAP. 12.

INtemperantia autem magis nostra vellitate suscipi quam timiditas videtur. Illa enim ex voluptate, hæc ex dolore nascitur: quorum voluptas expetenda est, dolor fugiendus. Ac dolor quidem naturam eius in quo est a suo statu dimouet ac labefactat: voluptas nihil tale facit, sed magis voluntaria est. itaque reprehenditur. etenim facilius est in eorum consuetudinem venire. Nam multa sunt eiusmodi in vita, & eorum consuetudo tuta. In rebus autem formidolosis contra. ignauiaque non æque voluntaria ac res singulæ, esse videatur: quod illa dolore vacet, hæ de suo statu sensu doloris dimoueant, vt et arma abiiciant, & alia indecore faciant: ob eamque caussam violenta videtur. Contraque intemperanti, res quidem singulæ libenter suscipiuntur: quippe qui eas appetat, & concupiscat. totum vero genus, minus. quandoquidem nemo intemperans esse cupit. Nomen autem intemperantiæ ad puerilia delicta transferimus. Est enim inter hæc quædam similitudo. Vtrum autem ab altero ductum sit, nihil ad id quod agimus: quanquam satis constat, posterius ductum esse a priore. Nec male quidem facta translatio est. temperari enim debet id, quod turpium cupiditate rapitur, nimiumque luxuriat,

luxuriat. cuiusmodi sunt appetitus, & puer maxime. nam ex cupiditatibus viuunt etiam pueri, in quibus maxime rei iucundæ valet appetitus. Qui si minus parebit, alteriq; obediet, longius euagabitur (est enim rei iucundæ inexplebilis appetitio, & omni ex parte in amente) & cupiditatis expletio, id quod cognatum est amplificabit: quæ si magnæ sunt & vehementes, rationem extrudunt. itaque modicæ sint & paucæ, & nihil rationi repugnent oportet. Atque tale quiddam obediens & temperatũ dicimus. Vt enim puer ex pædagogi præscriptione, sic vis hæc concupiscendi conuenienter rationi debet viuere. Quocirca debet in temperante rationi congruere ea pars animi, quæ cupiditatum est sedes. Vtrique enim propositum est honestum. Et appetit temperans quæ, quemadmodum, & quando decet: quo etiam modo ratio præcipit. Ac de temperãtia quidem hactenus.

αὔξησιν ἔχον. τοιοῦτον δ' ἐστὶ μάλιστα ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὁ παῖς. κατ' ἐπιθυμίαν γὰρ ζῶσι καὶ τὰ παιδία. καὶ μάλιστα ἐν τούτοις ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις. εἰ οὖν μὴ ἔσται εὐπειθὴς καὶ ὑπὸ τὸ ἄρχον, ἐπιπολὺ ἥξει. ἄπληστος γὰρ ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις. καὶ πανταχόθεν τῷ ἀνοήτῳ, καὶ ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἐνέργεια αὔξει τὸ συγγενές, κἂν μεγάλη καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι. διὸ δεῖ μετρίας αὐτὰς εἶναι καὶ ὀλίγας, καὶ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι. τὸ δὲ τοιοῦτον, εὐπειθὲς λέγομεν καὶ κεκολασμένον. ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον. διὸ δεῖ τοῦ σώφρονος τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν τῷ λόγῳ. σκοπὸς γὰρ ἀμφοῖν τὸ καλόν. καὶ ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὧν δεῖ, καὶ ὅτε. οὕτω δὲ τάττει καὶ ὁ λόγος. ταῦτ' οὖν ὑμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης.

COMMENTATIONES.

A ἑκουσίῳ δὲ μᾶλλον ἔοικεν) Duæ sunt partes huius cap. Prima est συγκριτική, i. *habet comparationem*, qua ostendit, quod sit discrimen inter duo vitia, intemperantiam & timiditatem. Altera pars est ἐτυμολογική, in qua explicat etymologiam vocabuli ἀκολασίας *intemperantiæ*. Est enim triplex comparatio intemperantiæ & timiditatis: Primæ comparationis hæc est sententia, *Intemperantia magis est spontaneum vitium quam timiditas, & per conse-*

Intemperantiæ & timiditatis triplex comparatio.

quens: intemperans magis sponte peccat, quam timidus. Hoc duabus rationibus: Prima sumitur a caussa efficiente: *Nam intemperans peccat propter voluptatem, quæ sua suauitate & dulcedine facit sponte & volentem peccare. Timidus autem peccat ex metu & dolore, qui eum cogit, vt ea faciat, quæ alioquin non faceret. Vt enim voluptas est in numero expetendorum, quia secundum voluptatem sponte & volentes expetimus, ita dolorem inuiti perferimus.* Altera ratio sumitur ab effectu: *Nam voluptas paulatim & pedetentim sua suauitate animum hominis occupat, & peccare facit ipsum intemperantem. Dolor autem subito animum hominis perturbat: vt timidus, qui dolorem fugit, quodammodo nesciat, quid faciat.* Altera comparatio facta est a qualitate vtriusque vitii: *Nam intemperantia est deterius, scilicet vitium, & magis reprehendendum, quam timiditas.* Et ratio est: *quia homines facile & sine periculo possent se ad temperantiam assuefacere, & intemperantiam fugere, ad fortitudinem autem difficile est, & periculosum se assuefacere: ideoq; etiam difficilius a timiditate in rebus & actionibus periculosis esse alienum; naturaliter enim pericula hominibus incutiunt metum & terrorem.* Tertia comparatio pertinet ad actiones vtriusque vitii: *Nam actiones timiditatis sunt coniunctæ cum dolore, & propterea etiam, vt antea dictum est, minus sunt spontaneæ: habitus autem intemperantiæ videtur minus esse spontaneus, quam eius actiones: nam nimium voluptatum desiderium habet in se dolorem: contra vero habitus timiditatis videtur esse spontaneus magis, quam eius actiones, quia eius actiones coniunctæ sunt cum dolore.*

Vocabuli ἀκολασίας explicatio.

B τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας.) Hæc altera pars est huius capitis, in qua continetur explicatio vocabuli ἀκολασίας, cur ita sit appellatum hoc vitium intemperantiæ a Græcis. Monet autem Aristoteles, vocabulum hoc ἀκολασίας translatum esse a pueris, quorum cupiditates nondum sunt κεκολασμέναι, id est, *domita*, a verbo κολάζω, id est, *coerceo, prohibeo, castigo*. Vnde ἀκόλαστος dicitur, qui non est castigatus, aut exercitatus, & domitus, sed adhuc pleno quasi cursu sine vllo freno rapitur, & fertur ad ea, quæ ei placent. Vnde vitium hoc nominatur ἀκολασία. Est autem ea duplex similitudo, a pueris delum-

desumta, & ad hoc vitium intemperantiæ translata: Nam primum, quemadmodum cupiditates puerorum sine ratione, ad quasuis res iucundas referuntur, non habito discrimine, vtrum sint honestæ & vtiles, an vero turpes & noxiæ: ita homines intemperantes quibusuis voluptatibus sine ratione & delectu indulgent, seq; contaminant. Deinde, quemadmodum pueri opus habent pædagogo, qui cupiditates eorum coerceat: ita etiam intemperantium cupiditates debent recta ratione regi & coerceri, vt intra fines & terminos honestatis contineantur. Tertio, quemadmodum se habet pædagogus ad puerum: ita etiam se habet recta ratio ad appetitum intemperantis. Vt enim propter rationis imbecillitatem nescit, quid sibi bonum aut malum, honestum aut turpe sit futurum: sed debet ea in re pædagogi sui præcepta atque mandata audire & sequi: ita appetitus, qui per se est rationalis, debet rationis præceptum & præscriptum audire & sequi. Quarto, quemadmodum pueri repugnant pædagogis, & inuiti illis obtemperant: ita appetitus subinde aduersatur rectæ rationi, & non libenter eius imperio obtemperat. Quinto, quemadmodum puerorum appetitui nunquam potest satisfieri, quia in illis maxime viget appetitus rei iucundæ: ita etiam cupiditates hominum intemperantium sunt ἄπληστοι, id est, *insatiabiles & inexplebiles:* quemadmodum etiam Cicero affirmat *lib. 1. de finib.* Et in primo παραδόξων inquit: *nunquam expletur aut satiatur cupiditas satis.* Ex his igitur constat, quemadmodum pueri & intemperantes eodem nomine dicantur ἀκόλαστοι, & quare hoc vitium intemperantiæ apud Græcos ἀκολασία sit dictum. Vtrum autem hoc vitium nomen suum acceperit a pueris indomitis & effrenatis, an vero pueri propter hoc vitium etiam sic nominentur, Aristoteles ait, non multum ad præsens institutum referre: quia tamen affectus iste puerorum quodammodo in iis nascitur, & proinde prior exsistit, quam habitus huius vitii, ideo videtur, hoc vitium nomen ab illo inordinato affectu puerorum accepisse. Verisimile enim est hoc de etymologia vocabuli ἀκολασίας. Ad finem autem huius capitis Aristoteles ostendit, quo pacto cupiditates

1. Pueri & intemperantes quare dicuntur ἀκόλαστοι.

2.

3.

4.

5.

Quæstio.

Voluptates quo pacto coercendæ, vt dicantur domitæ.

sint coercendæ, vt dicantur esse κεκολασμέναι, *coercitæ & domitæ*. Tribus autem modis fieri id posse, ostendit: Primo, si reuocentur ad mediocritatem, id est, si sint moderatæ. Deinde, si sint paucæ: nam crebræ & frequentes cupiditates facile in habitum conuertuntur. Tertio, si non aduersentur rectæ rationi, sed patiantur se ab illa regi. Hoc autem extremum declaratur duobus exemplis: Primum de pueris, qui tunc demum dicuntur esse κεκολασμένοι, & non ἀκόλαστοι, quando non ex præscripto suorum præceptorum viuunt, illisq; obtemperant. Alterum exemplum est a contrario, de homine temperante, qui ideo non dicitur ἀκόλαστος, id est, *intemperans*, sed σώφρων, id est, *temperans*: quia non est in eo συμφωνία consensus rationis, & cupiditatum. Itaque, quod ratio suadet, id etiam appetitus expetat: & quod ratio dissuadet, id etiam appetitus auersetur & fugiat: quoniam vtrique, nempe rationi & appetitui idem scopus & finis est propositus, ipsa scilicet honestas. Proinde temperans solum ea, quæ sunt expetenda, expetit, idque eo modo & tempore, quo & quando oportet, & quemadmodum recta ratio iubet: intemperans autem, in quo est discordia rationis & appetitus, omnia contrario modo facit, expetendo ea, quæ non deberet expetere. Idq; eo modo & tempore, quo & quando non deberet contra rectæ rationis dictum & præceptum.

ARI-

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. IV.

ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ἨΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων Βιβλίον δ'.

CAP. I.

DEinceps autem de liberalitate dicamus, quæ in pecuniis mediocritas quædam videtur. Laudatur enim liberalis, non in bellicis rebus, nec in iis, in quibus temperans cernitur, neque rursum in iudiciis: sed in dandis accipiendisque pecuniis, verum potius in dandis. Pecunias autem appellamus res eas omnes, quarum nummo æstimatio ponderatur. Sunt autem prodigitas & illiberalitas in pecuniis exsuperationes & defectiones: ac illiberalitatem quidem iis attribuimus, qui nimio pecuniarum studio tenentur. Prodigitatem autem quandoque cum intemperantibus confundimus. Impotentes enim & ad intemperantiam sumtuosos prodigos dicimus. Itaque improbissimi videntur esse, quod multis simul vitiis sint contaminati. Non igitur proprio nomine appellantur. Est enim prodigus

ΚΕΦ. α'.

A Λέγωμεν δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος. δοκεῖ δὲ εἶναι περὶ χρήματα μεσότης. ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευθέριος οὐκ ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὐδ' ἐν οἷς ὁ σώφρων, οὐδ' αὖ ἐν ταῖς κρίσεσιν, ἀλλὰ περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν· μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀσωτία, καὶ ἡ ἀνελευθερία περὶ χρήματα ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις. καὶ τὴν μὲν ἀνελευθερίαν προσάπτομεν ἀεὶ τοῖς μᾶλλον ἢ δεῖ περὶ σπουδάζουσι· τὴν δ' ἀσωτίαν ἐπιφέρομεν ἐνίοτε συμπλέκοντες ταῖς ἀκολασίαις. τοὺς γὰρ ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς ἀσώτους καλοῦμεν. διὸ καὶ φαυλότατοι δοκοῦσιν εἶναι. πολλὰς γὰρ ἅμα κακίας ἔχουσιν. οὐ δὴ οἰκείως προσαγορεύονται. βούλεται γὰρ ἄσωτος εἶναι,

a liberalitate laudem, sed a iustitia nihilominus sumunt: qui autem accipiunt, neq; ii valde laudantur. Diliguntur & ii fere maxime virtute præditorũ, liberales. prosunt enim: quod in dando positum est. Sunt autem actiones virtutis honestæ, & honesti caussa fiunt. Liberalis igitur honesti caussa, recteque donabit: nempe quibus oportet, & quæ, & quando, & cetera, quæ rectam donationem sequuntur. idque iucunde, aut non grauate. Quod enim ex virtute fit, iucundum est, aut certe non graue: molestiam minime adfert. at qui dat, quibus non oportet, aut non honesti, sed alia quadam caussa, non liberalis, sed alius quispiam dicetur. neq; qui grauate: cum pecunias honestæ actioni praeponat. id vero hominis non est liberalis. Neq; vero accipiet, vnde non oportet. Neq; enim est eius, qui pecunias honori nõ habeat, eiusmodi acceptio. Nec item ad petendum procliuis fuerit. non enim est benefici, beneficia facile accipere. Vnde autem oportet, accipiet, de suis videlicet rebus, non quia honestum, sed quia necessarium, vt donare possit. Neque sua negliget, cum de iis opitulari quibusdam velit. Neque quibusuis donabit, vt donare quibus, & quando oportet, & vbi honestum est, possit. Liberalis etiam est,

ἐλευθεριότητα ἐπαινοῦνται, ἀλλ' οὐχ ἧττον εἰς δικαιοσύνην· οἱ δὲ λαμβάνοντες οὐδὲ ἐπαινοῦνται πάνυ, φιλοῦνται δὲ σχεδὸν μάλιστα οἱ ἐλευθέριοι τῶν ἀπ' ἀρετῆς. ὠφέλιμοι γὰρ, τοῦτο δὲ ἐν τῇ δόσει. αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν πράξεις καλαὶ καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα. καὶ ὁ ἐλευθέριος οὖν δώσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα καὶ ὀρθῶς. οἷς γὰρ δεῖ καὶ ὅσα, καὶ ὅτε, καὶ τἆλλα ὅσα ἕπεται τῇ ὀρθῇ δόσει. καὶ ταῦτα ἡδέως ἢ ἀλύπως. τὸ γὰρ κατ' ἀρετὴν ἡδὺ ἢ ἄλυπον, ἥκιστα δὲ λυπηρόν. ὁ δὲ διδοὺς οἷς μὴ δεῖ· ἢ μὴ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ διά τινα ἄλλην αἰτίαν, οὐκ ἐλευθέριος, ἀλλ' ἄλλος τις ῥηθήσεται. οὐδ' ὁ λυπηρῶς. μᾶλλον γὰρ ἕλοιτ' ἂν τὰ χρήματα τῆς καλῆς πράξεως. τοῦτο δ' οὐκ ἐλευθερίου. οὐδὲ λήψεται δὲ, ὅθεν μὴ δεῖ, οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦ μὴ τιμῶντος τὰ χρήματα ἡ τοιαύτη λῆψις. οὐκ ἂν εἴη δὲ ἔτ' αἰτητικός· οὐ γάρ ἐστι τοῦ εὖ ποιοῦντος εὐχερῶς εὐεργετεῖσθαι. ὅθεν δὲ δεῖ λήψεται. οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, ὅπως ἔχῃ διδόναι. οὐδὲ ἀμελήσει τῶν ἰδίων, βουλόμενός γε διὰ τούτων τισὶν ἐπαρκεῖν. οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει, ἵνα ἔχῃ διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ οὗ, καλόν. ἐλευθερίου δέ ἐστι σφόδρα

C

D

E

καὶ τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει, ὥστε καταλείπειν ἑαυτῷ ἐλάττω. τὸ γὰρ μὴ ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτόν, ἐλευθερίου. κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται. οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει· αὕτη δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν δίδωσιν. F οὐθὲν δὲ κωλύει ἐλευθεριώτερον εἶναι τὸν τὰ ἐλάττω διδόντα, ἐὰν ἀπὸ ἐλαττόνων διδῷ. ἐλευθεριώτεροι δὲ εἶναι δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι, ἀλλὰ παραλαβόντες τὴν οὐσίαν. ἄπειροί τε γὰρ τῆς ἐνδείας. καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς G καὶ οἱ ποιηταί. πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον μήτε ληπτικὸν ὄντα, μήτε φυλακτικὸν· προετικὸν δὲ, καὶ μὴ τιμῶντα δι' αὑτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕνεκα τῆς δόσεως. διὸ καὶ ἐγκαλεῖται τῇ τύχῃ, ὅτι οἱ μάλιστα ἄξιοι ὄντες, ἥκιστα πλουτοῦσι. συμβαίνει δὲ οὐκ ἀλόγως τοῦτο. οὐ γὰρ οἷόν τε χρήματ' ἔχειν μὴ ἐπιμελόμενον, ὅπως ἔχῃ· ὥσπερ οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. οὐ μὴν δώσει γε οἷς οὐ δεῖ, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. οὐ γὰρ ἂν ὅτι πράττοι κατὰ τὴν ἐλευθεριότητα· καὶ εἰς ταῦτα ἀναλώσας, οὐκ ἂν ἔχοι εἰς ἃ δεῖ ἀναλίσκειν. ὥσπερ γὰρ εἴρηται, ἐλευθέριός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν δαπανῶν,

dando valde excellere, vt sibi minora relinquat. Est enim liberalis, ipsum se non respicere. Pro facultatibus autem liberalitas appellatur. Non enim in multitudine rerum, quæ donantur liberalitas est, sed in habitu donantis; qui quidem pro facultatibus donat. Nihil quoque prohibet liberaliorem esse, qui minora donat, si de minoribus donet. Liberaliores vero videntur, qui rem sibi non compararunt, sed ab aliis partam acceperunt. Nam & egestatem experti non sunt, & omnes sua ipsorum opera impensius amant, vt parentes & poeta. Locupletem autem esse liberalem, non est facile, cum nec ad accipiendum, nec ad conseruandum propensus sit, sed ad largiendum: nec pecunias propter ipsas, sed donandi caussa honori habeat. itaque fortunam accusant, quod dignissimi quique minime locupletes sint. Id vero non abs re contingit. Non enim rem habere potest is, qui non curat vt habeat, vt nec in ceteris rebus. Non tamen donabit, quibus non oportet, nec quando non oportet, nec quæ sunt alia eiusmodi. Non enim iam pro liberalitate ageret: ac in hasce pecuniis impensis, in quas oportet expendere non haberet. Vt enim diximus, liberalis est, qui pro facultatibus impendit, & in

& in quas res oportet: qui vero modum transit, prodigus. itaque tyrannos prodigos non dicimus. nam multitudinem rerum quas possident, donationibus & impensis excedere, non facile videtur. Cum igitur liberalitas mediocritas sit in donatione rerum & acceptione, liberalis & donabit, & impendet, in quas res oportet, & qua oportet, perinde in paruis atque in magnis: idque iucunde. Accipiet etiam vnde oportet, & qua oportet. Nam cum virtus in vtroque mediocritas sit, vtrumque vt oportet, faciet. consequitur enim moderatam donationem talis acceptio: qua autem non est eiusmodi, contraria est. Consequentes enim in eodem simul fiunt: contraria vero, minime profecto. Quod si praeterquam deceat & congruat, euenerit, vt iis expenderit, dolebit, sed moderate, & vt oportet. Virtutis enim est, & laetari & dolere, quibus de rebus oportet, & vt oportet. Praeterea liberalis in pecuniis socius facilis & lenis est. iniuriam enim pati potest, cum honori pecunias non habeat. Aegriusque fert si quid, quod oportuit, non expenderit, quam doleat, si quid expenderit, quod non oportuit. neque Simonidem probat. Prodigus autem etiam in his peccat. Nam nec laetatur, quibus de rebus oportet, neque velut oportet,

καὶ εἰς ἃ δεῖ. ὁ δ' ὑπερβάλλων ἄσωτος. διὸ τοὺς τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους. τὸ γὰρ πλῆθος τῆς κτήσεως οὐ δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι ταῖς δόσεσι, καὶ ταῖς δαπάναις ὑπερβάλλειν. τῆς ἐλευθεριότητος δὴ μεσότητος οὔσης περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν, ὁ ἐλευθέριος καὶ δώσει καὶ δαπανήσει εἰς ἃ δεῖ καὶ ὅσα δεῖ, ὁμοίως ἐν μικροῖς καὶ μεγάλοις. καὶ ταῦτα ἡδέως. καὶ λήψεται ὅθεν δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ. τῆς ἀρετῆς γὰρ περὶ ἄμφω οὔσης μεσότητος, ποιήσει ἀμφότερα ὡς δεῖ. ἕπεται γὰρ τῇ ἐπιεικεῖ δόσει ἡ τοιαύτη λῆψις. ἡ δὲ μὴ τοιαύτη, ἐναντία ἐστίν. αἱ μὲν οὖν ἑπόμεναι, γίγνονται ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ· αἱ δὲ ἐναντίαι, δῆλον ὡς οὔ. ἐὰν δὲ παρὰ τὸ δέον, καὶ τὸ καλῶς ἔχον συμβαίνῃ αὐτῷ ἀναλίσκειν, λυπηθήσεται· μετρίως δέ, καὶ ὡς δεῖ. τῆς ἀρετῆς γάρ, καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ. καὶ εὐκοινώνητός ἐστιν ὁ ἐλευθέριος εἰς χρήματα. δύναται γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ τιμῶν γε τὰ χρήματα. καὶ μᾶλλον ἀχθόμενος, εἴ τι δέον, μὴ ἀνάλωσεν, ἢ λυπούμενος, εἰ μὴ δέον τι ἀνάλωσε, καὶ τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος. ὁ ἄσωτος καὶ ἐν τούτοις διαμαρτάνει. οὔτε γὰρ ἥδεται ἐφ' οἷς δεῖ, οὔτε ὡς δεῖ·

H

οὔτε λυπεῖται. ἔσται δὲ περὶ τούτων φανερώτερον. εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις εἰσὶν, ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία, καὶ ἐν δυσὶν, ἐν δόσει καὶ λήψει. καὶ τὴν δαπάνην γὰρ εἰς τὴν δόσιν τίθεμεν. ἡ μὲν οὖν ἀσωτία, τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει. ἡ δὲ ἀνελευθερία, τῷ διδόναι μὲν ἐλλείπει, τῷ λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, πλὴν ἐπὶ μικροῖς. τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσωτίας οὐ πάνυ συνδυάζεται. οὐ γὰρ ῥᾴδιον μηδαμόθεν λαμβάνοντα, πᾶσι διδόναι. ταχέως γὰρ ἐπιλείπει ἡ οὐσία τοὺς διδόντας ἰδιώτας οἵπερ καὶ δοκοῦσιν ἄσωτοι εἶναι. ἐπεὶ ὅ γε τοιοῦτος δόξειεν ἂν οὐ μικρῷ βελτίων εἶναι τοῦ ἀνελευθέρου. εὐίατός τε γάρ ἐστι καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας, καὶ ὑπὸ τῆς ἀπορίας, καὶ ἐπὶ τὸ μέσον δύναται ἐλθεῖν. ἔχει γὰρ τὰ τοῦ ἐλευθερίου καὶ γὰρ δίδωσι, καὶ οὐ λαμβάνει. οὐδέτερον δ' ὡς δεῖ. οὐδ' εὖ. εἰ δὴ τοῦτο ἐθισθείη, ἤ πως ἄλλως μεταβάλοι, εἴη ἂν ἐλευθέριος. δώσει γὰρ οἷς δεῖ, καὶ οὐ λήψεται, ὅθεν οὐ δεῖ. διὸ καὶ δοκεῖ οὐκ εἶναι φαῦλος τὸ ἦθος. οὐ γὰρ μοχθηροῦ, οὐδὲ ἀγεννοῦς. τὸ ὑπερβάλλειν διδόντα καὶ μὴ λαμβάνοντα, ἠλιθίου δέ. ὁ δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἄσωτος, πολὺ δοκεῖ βελτίων τοῦ ἀνελευθέρου

nec dolet. Id vero progredientibus erit apertius. Diximus autem exsuperantias & defectiones, prodigitatem & illiberalitatem esse, & in duobus versari, donatione & acceptione. Nam etiam impensam, donationem ducimus. Igitur prodigitas donando, ac non accipiendo exsuperat, accipiendo deficit: illiberalitas, donando deficit, exsuperat accipiendo, praterquam in paruis. Itaque prodigitas quidem non admodum consistit. Non enim facile est nusquam accipientem, omnibus donare. Nam cito deficiunt facultates priuatos, si donent, qui & esse prodigi videntur. Veruminimuero qui talis est, non paulo esse melior illiberali videtur. Nam & sanabilis est, tum ætate, tum inopia, & ad medium venire potest. Habet enim liberalis hominis nonnulla. Etenim donat, & non accipit. Sed neutrum vt oportet, neque bene. Si sane id adsuescat, aut alio quodam modo se mutet, liberalis esse possit. Donabit enim quibus oportet, & non accipiet, unde non oportet. quamobrem etiam videtur non esse moribus deprauatis. Non enim praui, neque degeneris, exsuperare donando, & non accipiendo, sed stulti est. Hoc autem modo prodigus, longe melior illiberali videtur esse.

esse, tum ob ea, quæ dicta sunt, tum quod multis ille, hic nemini, ne sibi quidem prosit. Verum prodigorum plerique, ut dictum est, & accipiunt unde non oportet, & hoc ipso sunt illiberales. Ad accipiendum propensi sunt, quia cum profundere velint, id facere facile minime possunt. Subito enim facultates eos deficiunt. Coguntur itaque aliunde sibi suppeditare. Una vero etiam quia nullius honesti cura tanguntur, sine discrimine & undique accipiunt. Donare namque cupiunt: quo autem modo, aut unde, nihil eorum refert. Quare neque donationes eorum liberales sunt. Non enim honesta sunt, neque huius ipsius rei caussa, neque ut oportet, fiunt: sed nonnunquam quos inopes oportuit esse, locupletant eos, ac moribus moderatos nihilo donarent: assentatores, aut alius cuiuspiam voluptatis administros multis donant. Idcirco & eorum plerique sunt intemperantes. Nam cum facile profundant, etiam in libidines sumtuosi sunt: & quia non vivunt ad honestatem, ad voluptates declinant. Ac prodigus quidem, si rectore caruerit, in hæc traducitur. Si curationẽ admiserit, ad medium & decorũ pervenire potest. Illiberalitas autem insanabilis est. Videtur enim senectus & impotentia

εἶναι, διά τε τὰ εἰρημένα, καὶ ὅτι ὁ μὲν ὠφελεῖ πολλούς, ὁ δὲ οὐθένα· ἀλλ' οὐδὲ αὐτόν. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀσώτων, καθάπερ εἴρηται, καὶ λαμβάνουσιν ὅθεν μὴ δεῖ, καί εἰσι κατὰ τοῦτο ἀνελεύθεροι. ληπτικοὶ δὲ γίνονται, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν ἀναλίσκειν, εὐχερῶς δὲ τοῦτο ποιεῖν μὴ δύνασθαι. ταχὺ γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα. ἀναγκάζονται οὖν ἑτέρωθεν πορίζειν. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μηθὲν τοῦ καλοῦ φροντίζειν, ὀλιγώρως καὶ πάντοθεν λαμβάνουσι. διδόναι γὰρ ἐπιθυμοῦσι· τὸ δὲ πῶς, ἢ πόθεν, οὐθὲν αὐτοῖς διαφέρει. διόπερ οὐδὲ ἐλευθέριοι αἱ δόσεις αὐτῶν εἰσίν. οὐ γὰρ καλαί, οὐδὲ τούτου αὐτοῦ ἕνεκα, οὐδὲ ὡς δεῖ· ἀλλ' ἐνίοτε οὓς δεῖ πένεσθαι, τούτους πλουσίους ποιοῦσι, καὶ τοῖς μὲν μετρίοις τὰ ἤθη, οὐδὲν ἂν δοῖεν· τοῖς δὲ κόλαξιν, ἤ τινα ἄλλην ἡδονὴν πορίζουσι, πολλά. διὸ καὶ ἀκόλαστοι αὐτῶν εἰσιν οἱ πολλοί. εὐχερῶς γὰρ ἀναλίσκοντες, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μὴ πρὸς τὸ καλὸν ζῆν, πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποκλίνουσιν. ὁ μὲν οὖν ἄσωτος ἀπαιδαγώγητος γενόμενος, εἰς ταῦτα μεταβαίνει· τυχὼν δ' ἐπιμελείας, εἰς τὸ μέσον καὶ τὸ δέον ἀφίκοιτ' ἄν. ἡ δ' ἀνελευθερία ἀνίατός ἐστι. δοκεῖ γὰρ τὸ γῆρας καὶ πᾶσα

ἀδυναμία ἀνελευθέρους ποιεῖν, καὶ συμφυέστερον τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀσωτίας. οἱ γὰρ πολλοὶ φιλοχρήματοι μᾶλλον, ἢ δοτικοί. καὶ διατείνει δ' ἐπὶ πολὺ, καὶ πολυειδές ἐστι. πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι τῆς ἀνελευθερίας εἶναι. ἐν δυσὶ γὰρ οὖσα, τῇ τε ἐλλείψει τῆς δόσεως, καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς λήψεως. οὐ πᾶσιν ὁλόκληρος παραγίνεται, ἀλλ' ἐνίοτε χωρίζεται. καὶ οἱ μὲν τῇ λήψει ὑπερβάλλουσιν, οἱ δὲ τῇ δόσει ἐλλείπουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, οἷον φειδωλοὶ, γλίσχροι, κίμβικες, πάντες τῇ δόσει ἐλλείπουσι. τῶν δ' ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται, οὐδὲ βούλονται λαμβάνειν. οἱ μὲν διά τινα ἐπιείκειαν καὶ εὐλάβειαν τῶν αἰσχρῶν. δοκοῦσι γὰρ ἔνιοι, ἢ φασί γε, διὰ τοῦτο φυλάττειν, ἵνα μή ποτε ἀναγκασθῶσιν αἰσχρόν τι πρᾶξαι. τούτων δὲ καὶ ὁ κυμινοπρίστης, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μηδενὶ ἂν δοῦναι. οἱ δ' αὖ, διὰ φόβον ἀπέχονται τῶν ἀλλοτρίων, ὡς οὐ ῥᾴδιον τὸν αὐτὸν μὲν τὰ ἑτέρων λαμβάνειν, τὰ δὲ αὐτοῦ ἑτέρους μή. ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς, τὸ μήτε λαμβάνειν μήτε διδόναι. οἱ δ' αὖ κατὰ τὴν λῆψιν ὑπερβάλλουσι τῷ πάντοθεν λαμβάνειν καὶ πᾶν. οἷον οἱ τὰς ἀνελευθέρους ἐργασίας ἐργαζόμενοι, καὶ πορνοβοσκοί,

L

omnis illiberales facere, ac in hominibus magis quam prodigitas insidere. (sunt enim plerique magis pecuniarum, quam donandi studiosi) ac late protenditur, & multiplex est. Videntur enim illiberalitatis esse modi permulti. Nam cum in duobus versetur, in donationis defectione, & acceptionis exsuperantia, non in omnes cadit integra, sed nonnunquam seiungitur: & partim accipiendo modum transeunt, partim donando deficiunt. Qui enim eiusmodi nominibus appellantur, veluti parci, tenaces, restricti, omnes donando deficiunt: res autem alienas non appetunt, nec accipere volunt: alii probitatis cuiusdam, & a turpibus abstinentia caussa. sunt enim qui videntur, aut certe aiunt ob id se conservare, ne aliquando dedecus aliquod admittere cogantur. Horum vero est & cumini sector, & quisquis talis est: nomen autem ab exsuperantia nemini donandi habuit: alii rursus ab alienis abstinent metus caussa, quod non facile sit aliquem res aliorum accipere, ipsius res alios minime. Itaque placet iis, nec accipere, nec donare. Alii demum accipiendo exsuperant, quod undique & quiduis accipiant: veluti qui illiberalibus studiis operantur, & lenones,

& omnes tales, & fœneratores, & magno pretio paruis. nam omnes ii, unde non oporteat, accipiunt, & quantum non oporteat. Apparet vero in iis communis turpis quæstus. Omnes enim lucri, eiusque pusilli caussa, probra sustinent. Eos enim, qui magna non unde oportet, accipiunt, nec quæ oportet, ne illiberales quidem dicimus: ut tyrannos, qui urbes populantur, & fana diripiunt: sed scelestos potius, impios, & iniurios. Veruntamen aleator, spoliator, & latro ex illiberalibus sunt. Turpi enim lucro ducuntur. Quæstus enim caussa utrique negotiantur, & probra sustinent: & hi quidem pericula maxima emolumenti caussa: illi ab amicis lucrifaciunt, quibus dandum fuit. Utrique profecto, unde non oportet, lucrifacere volentes, sordidi quæstus auidi sunt. Et omnes quidem eiusmodi acceptiones sunt illiberales. Merito autem liberalitati contraria illiberalitas dicitur. Est enim & maius, quam prodigitas, malum, & magis ea peccatur, quam iam dicta prodigitate. De liberalitate igitur, & aduersantibus vitiis, totidem dicta sint.

καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τοκισταὶ καὶ τὰ μικρὰ ἐπὶ πολλῷ. πάντες γὰρ οὗτοι ὅθεν οὐ δεῖ λαμβάνουσι, καὶ ὁπόσον οὐ δεῖ. κοινὸν δ' ἐπ' αὐτοῖς ἡ αἰσχροκέρδεια φαίνεται. πάντες γὰρ ἕνεκα κέρδους καὶ τούτου μικροῦ, ὀνείδη ὑπομένουσι. τοὺς γὰρ τὰ μεγάλα μὴ ὅθεν δεῖ, λαμβάνοντας, μηδὲ ἃ δεῖ, οὐδὲ λέγομεν ἀνελευθέρους. οἷον τοὺς τυράννους πόλεις πορθοῦντας καὶ ἱερὰ συλῶντας, ἀλλὰ πονηροὺς μᾶλλον, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους. ὁ μέντοι κυβευτής, καὶ ὁ λωποδύτης, καὶ ὁ λῃστής, τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν. αἰσχροκερδεῖς γάρ. κέρδους γὰρ ἕνεκα ἀμφότεροι πραγματεύονται, καὶ ὀνείδη ὑπομένουσι· καὶ οἱ μὲν κινδύνους τοὺς μεγίστους ἕνεκα τοῦ λήμματος. οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσιν, οἷς δεῖ διδόναι. ἀμφότεροι δὴ ὅθεν οὐ δεῖ κερδαίνειν βουλόμενοι, αἰσχροκερδεῖς. καὶ πᾶσαι δὴ αἱ τοιαῦται λήψεις ἀνελεύθεροι. εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται. μεῖζόν τε γάρ ἐστι κακὸν τῆς ἀσωτίας, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἁμαρτάνουσιν, ἢ κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ἀσωτίαν. περὶ μὲν οὖν ἐλευθεριότητος καὶ τῶν ἀντικειμένων κακιῶν τοσαῦτ' εἰρήσθω.

M

COMMENTATIONES.

A λείπομεν δ' ἑξῆς περὶ.) Ex vndecim virtutibus moralibus, quæ *in cap.7.lib.2.* fuere expositæ, duæ earum sunt explicatæ: nempe *Fortitudo*, quæ potissimum versatur circa metum & dolores corporis: cuiusmodi sunt præcipue *pericula & mors*: deinde *Temperantia*, quæ versatur circa voluptates corporis, quæ percipiũtur ex cibo, potu & rebus Venereis. Sequitur iam reliquarum octo virtutum explicatio: quarum duæ versantur circa pecuniam, opes & diuitias, veluti est *Liberalitas* & *Magnificentia*. Duę versantur circa honores, *Magnanimitas* & *Modestia*, id est, *modesta honorum appetitio*. Vna versatur circa iram, *Mansuetudo* siue *Clementia*. Tres versantur circa quotidianam conuersationem, quæ vel sermone, vel oratione, vel in factis consideratur, vt est *Veritas*, *Comitas*, & *Vrbanitas*. De his octo virtutibus agitur in primis octo capitibus huius libri. In postremo vero capite quædam adiiciuntur de pudore & verecundia, *vtrum etiam inter virtutes possint numerari.* Quod ergo ad primum caput attinet, in eo agitur de liberalitate, de qua ordine ista quatuor ab Aristotele explicantur. Primum, quæ sit eius definitio, & quod obiectum: deinde, quæ sint eius officia & actiones: tertio, de primo eius extremo, id est, *de prodigalitate*: quarto, de altero extremo, id est, *de auaritia & illiberalitate*. Liberalitas statim ab initio capitis sic definitur: ἐλευθεριότης ἐστὶ μεσότης περὶ τὰ χρήματα, id est, *liberalitas est mediocritas circa pecunias*: siue, *liberalitas est virtus, quæ seruat mediocritatem in expetendis, dandis, & accipiendis pecuniis.* Hæc definitio tria continet, quæ circa obiectũ liberalitatis sunt consideranda. Primum est ipse affectus, quem liberalitas moderatur. Is autem est cupiditas & amor pecuniæ. Deinde, res ipsa siue obiectum, circa quod liberalitas versatur. Vocatur autem illud obiectum τὰ χρήματα. Tertium est de actionibus, in quibus officium, natura, & vis huius virtutis consistit & cernitur. Earum autem sunt duæ, nempe διδόναι καὶ λαμβάνειν, *dare & accipere*. Notandum autem est per τὰ χρήματα, pecunias, non tantum intelligi nummos signatos, quibus in emendo & vendendo

Octo virtutes, quæ in hoc libro explicantur.

Liberalitas quid.

Pecuniæ nomine quid veniat.

vtimur: sed etiam omnes reliquas opes & possessiones, quarum pretium solet pecunia siue nummis æstimari: veluti sunt domus, agri, prædia, supellectilia, & omnia alia, quorum ad vitæ huius sustentationem est aliquis vsus. Vnde etiam dicuntur χρήματα ἀπὸ τῆς χρήσεως, ab vsu, quasi χρήσιμα, id est, vtilia, ad res necessarias comparandas. Vsus enim præcipue in opibus & diuitiis est considerandus, sine quo, neque pecuniæ, neque aliæ opes, quantumuis magnæ sint, possunt vere & recte inter bona numerari. Quemadmodum Poeta inquit:

Quid mihi diuitiæ, quarum si demeris vsum:
Quamuis largus opum, semper egenus ero.

Deinde etiam notandum est, liberalitatem a Cicerone lib. I. Officior. nominari *benignitatem & beneficentiam*, eamq; sub iustitia comprehendit. Nam quemadmodum iustitia exercetur erga alios: nemo enim erga seipsum potest esse iustus: ita etiam liberalitas se ad alios extendit. Et quemadmodum iustitia cuiq; tantũ dat, quantum ei secundum proportionem debetur: ita liberalitas cuiq; dat pro dignitate & necessitate. Deniq;, quemadmodum nemo potest esse liberalis, nisi etiam sit iustus: ita etiam omnis, qui est illiberalis seu auarus, est iniustus.

Cicero liberalitatẽ sub iustitia comprehẽdit.

Quod autem pecuniæ sint obiectũ liberalitatis, probatur ab Aristot. in hoc textũ tribus argum. Primum sumitur a cõsequente: *Propter quam rem liberalis præcipue laudatur, circa eam etiam liberalis versatur, quia laus est propriũ consequens virtutis: sicuti in fine lib. I. dictum est.* Sed *propter rectã tractationem pecuniarũ, quæ consistit in dando & accipiendo, liberalis præcipue laudatur.* Ergo *liberalitas versatur circa pecunias, & per consequens pecuniæ sunt obiectum liberalitatis.* Minorẽ probat κατ' ἀφαίρεσιν, *per remotionem:* nõ enim liberalis laudatur propter res bellicas, neq; propter abstinentiam voluptatũ, neq; propter actiones iustitiæ, neq; propter honores, neq; propter veritatẽ, neq; propter alterius alicuius virtutis actiones. Alterum arg. sumitur a contrario, id est, a duobus extremis vitiis liberalitatis. Hæc enim etiam versantur circa pecunias. Nam illiberalitas dicitur de iis, *qui nimium dediti sunt pecuniis, & in accipiendis pecuniis modum excedunt.* Prodigalitas autem dicitur de iis, *qui suas pecunias &*

Pecuniã esse obiectum liberalitatis. I.

opes profundunt & perdunt, & modum in dandis & erogandis pecuniis excedunt. Hinc ergo videtur Aristoteles sic argumentari: *Circa quam rem versantur extrema liberalitatis, circa eam quoq; versatur ipsa liberalitas, quia contrariorum eadem est ratio.* Sed *extrema liberalitatis, nempe auaritia & prodigalitas, versantur circa pecunias. Igitur ipsa etiam liberalitas circa pecunias versatur.* Tertiũ argumentum sumitur a caussa efficiente: *Quæ virtus facit, vt recte possimus pecuniis vti, ea quoq; versatur circa pecunias. Nam cuiusq; rei verus & rectus vsus proficiscitur a propria eius virtute.* Sed *liberalitas ostendit verum & rectum pecuniarum vsum, & facit, vt illis bene & recte possimus vti.* Igitur *liberalitas versatur circa pecunias.* Hanc ob caussam Aristoteles hoc loco hominem liberalem duobus modis definit: Primum enim inquit, *liberalis ille dicitur, qui habet virtutem circa pecunias:* deinde inquit, *liberalis est, qui recte vtitur diuitiis.* Præterea in hoc textu notanda est etymologia & explicatio vocabuli Græci ἀσωτίας, id est, *prodigalitatis.* Dupliciter enim illud vsurpatur, vel Proprie, vel Improprie. Cum proprie accipitur, quemadmodum in hoc loco, tum significat illud vitium, quo quis suas facultates, opes, & pecunias ὐ σώζει, id est, *non seruat:* sed temere & inutiliter eas in quasuis res profundit, absque manifesta, vel sua, vel aliorum vtilitate. Dicitur enim ἀσωτία a priuatiua particula, α, & a verbo σώζω, *conseruo:* ἄσωτος dicitur, *qui non seruat suas facultates;* sed dum illas inutiliter profundit, etiam seipsum quasi perdit: quoniam consumtis opibus non amplius habet, vnde se & suos conseruare & sustentare possit. Propter quam caussam etiam Latini hominem talem vocant *perditum*, tanquam, qui non possit amplius conseruari, σώζεσθαι. Cum vero vocabulum ἀσωτίας improprie accipitur, significat luxuriam, per quam opes nostras profundimus in voluptates, libidines, in ludos, conuiuia, in luxum vestium, in largitiones, & similes alias turpes res vel actiones. Et hoc modo ἀσωτία sub se etiam complectitur alia vitia: ita vt non sit simplex amplius vitium, sed sit vitium compositum & coniunctum ex multis. Ideo Aristoteles hoc loco inquit, eos, qui hac ἀσωτίᾳ laborant, simul etiam habere multa

II.

III.

Vocabulũ ἀσωτία accipitur, Proprie

&

Improprie.

vitia

vitia: sunt enim intemperantes, ambitiosi, luxuriosi, incontinentes, vindictæ cupidi, & similibus aliis vitiis præditi.

B χρῆσις δ' εἶναι δοκεῖ.) Hactenus de obiecto liberalitatis dictũ est. Transit iam ad eius actiones. Nam hunc fere ordinem Aristoteles in singularum virtutum explicatione obseruat, vt primo loco explicet earum obiectum, deinde earum actiones: quia ex his duobus maxime natura cuiusque virtutis potest cognosci. Imo per hæc duo virtutes non solum a suis vitiis contrariis, sed etiam a seipsis discernuntur: quia quemadmodum singularum virtutum sunt propria quædam obiecta, ita etiam sunt propriæ actiones. Quod ergo ad liberalitatem attinet, eius propriæ actiones sunt duæ: διδόναι καὶ λαμβάνειν, id est, *dare & accipere*. Nam qui circa has actiones se recte gerit, dicitur liberalis. Notanda autem est hæc ex verbis Aristotelis distinctio: *Omnes actiones pecuniariæ, vel pertinent ad τὴν κτῆσιν acquisitionem pecuniarum, vel περὶ τὴν χρῆσιν ad vsum vel fruitionem.* κτῆσις acquisitio pecuniæ vel consistit ἐν τῇ λήψει *in accipiendo*, quando ea, quæ non habemus, aliunde acquirimus & accipimus, vel τῇ φυλακῇ *in custodiendis & conseruandis iis, quæ aliunde acquisiuimus & accepimus.* Nam vt dicitur: *Non minor est virtus, quam quærere parta tueri.* χρῆσις vsus pecuniarum consistit vel ἐν τῇ δαπάνῃ, *in faciendis sumtibus*, vel ἐν τῇ δόσει, *in dando & erogando.* Cum autem sint duæ actiones liberalitatis & dare & accipere, quæritur, *circa quam actionem liberalitas magis versetur?* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles: *liberalitatẽ magis versari & conspici in dando, quam in accipiendo.* Atque hoc probat septem argumentis: Primum, *virtus magis cernitur in bona actione, quam in passione: quia actio semper præstantior est, quam passio. Nam actio habet rationem formæ: passio autem habet rationem materiæ. Semper autem, vt Physici aiunt, forma præstantior est, quam materia: sed dare beneficium est bene agere: accipere autem beneficium est quemadmodum passio respectu dantis: nam qui accipit beneficium, is patitur, se beneficio affici ab altero.* Ergo *liberalitas magis in dando, quam accipiendo beneficio versatur.* Deinde, *virtutis magis pro-*

Liberalitatis actiones sunt duæ.

Vtrum liberalitas magis sit in dando quam accipiendo.

Prius affirmatur.

I.

II.

prium est honesta agere, quam turpia non agere: quia affirmatio semper præstantior est (Dialectici vt aiunt) negatione. Sed *beneficium dare est honesta agere: non accipere beneficium, vbi non est accipiendum, est turpia non agere,* τὰ αἰσχρὰ μὴ πράττειν. Ergo *liberalitas magis versatur in dando, quam in accipiendo.* Tertio, *cui actioni magis debetur gratia, circa eam etiam magis versatur virtus.* Sed *ei, qui dat beneficium, magis debetur gratia, quam ei, qui accipit beneficium.* Igitur *liberalitas magis in dando, quam accipiendo consistit.* Quarto, *quod laudabilius est, circa illud etiam maxime versatur virtus: quia laus est proprium consequens virtutis.* Sed *dare laudabilius est, quam accipere, quemadmodum Christus ipse testatur, qui dicit, beatius esse dare, quam accipere, cap. 20. Actor. Apostolorum.* Ergo *liberalitas magis in dando, quam in accipiendo versatur.* Quinto, *quæ difficiliora sunt, in illis magis conspicitur vis & excellentia virtutis.* Sed *dare aliis, quæ necessaria sunt, difficilius est, quam ab aliis accipere, quia ea, quæ necessaria sunt, magis etiam a nobis amantur.* Ergo *liberalitas magis in dando, quam accipiendo consistit.* Sexto, *propter quam actionem communiter homines dicuntur esse liberales, circa eam etiam magis versatur liberalitas.* Sed *propter* δόσιν, *donationem & erogationem communiter homines dicuntur liberales: nemo enim liberalis, qui accipit beneficium: sed potius, qui præstat beneficium, & sua aliis communicat.* Igitur *liberalitas magis, &c.* Septimo, *propter quam actionem liberalis est aliis maxime vtilis, & ab hominibus amatur, circa eam potissimum liberalitas versatur.* Sed *propter* τὴν δόσιν, *donationem beneficiorum liberalis maxime est vtilis, & ab aliis amatur.* Ergo *liberalitas magis versatur, &c.*

III. IV. V. VI. VII.

Καὶ δεῖ κατ' ἀρετὴν πράξεις καλαί.) Hæc est altera pars huius cap. in qua agit de officio hominis liberalis. Illud autem consideratur secundum duas prædictas actiones: nempe in dando & accipiendo. Nam in vtroque liberalis debet se recte gerere. In dando tria præcipit esse consideranda: nempe finem, propter quem dat: deinde modum, quo pacto sit dandum: tertio animum dantis. Quod ad finem attinet, inquit Aristoteles, dandum esse τοῦ καλοῦ ἕνεκα, idest, *honestatis gratia:* quia nimirum hone-

Liberalis quæ in dando obseruare debeat.

honestum est, alteri beneficium præstare, atque hic finis, nempe honestas, in virtutum omnium actionibus præcipue solet spectari. Ex hoc sequitur, *eos, qui propter alium aliquem finem liberalitatem & beneficia præstant, reuera non esse liberales:* cuiusmodi sunt primum, qui ostentationis gratia aliis benefaciunt, quo nomine Christus, Matth. 6. cap. reprehendit Pharisæos, quod ideo tantum suam eleemosynam pauperibus darent, vt conspicerentur ab hominibus: atque ideo suas eleemosynas volebant tubis prædicari & decantari, de quibus Christus dicit, *tales, dico vobis, habent suam mercedem.* Deinde, qui suis beneficiis conantur alios sibi deuincire, & eorum gratiam & fauorem comparare, quales sunt ii, qui munera dant iudicibus & aduocatis, vt eo magis ipsos habeant beneuolos. De quibus beneficiis Ouid. lib. 2 de arte amandi inquit:

Finis liberalitatis honestas.

I. Liberales reuera qui non sint.

2.

> *Munera, crede mihi, placant hominesq; Deosq;*
> *Placatur donis Iupiter ipse datis.*

Tertio etiam ii sunt, qui eiusmodi beneficiis, donis, & largitionibus conantur peruenire ad honores magistratuum: quemadmodum legitur de Tyberio Gracecho, qui populo in magna annonæ caritate frumentum gratis distribuit, vt hoc modo populi suffragia ad consequendum magistratum emeret. Quarto sunt etiam, qui quæstus & lucri gratia solent beneficia aliis præstare, vt maiora inde dona accipiant, & quodammodo suis beneficiis vsuram exercent: de quibus Isocrates ad Nicoclem scribit, *tales ex liberalitate facere mercaturam.* Quinto sunt etiam, qui dant solum, vt liberentur ab importunitate petentium, & ne videantur omnino esse sordidi & inhumani. Talia beneficia sunt quodammodo coacta, & ab inuitis extorta. Ideo non merentur nomen liberalitatis.

3.

4.

5.

Circa modum exercendæ liberalitatis præcipit Aristoteles, dandum esse ὀρθῶς, recte. Vt autem quis recte liberalitatem possit exercere, considerandæ sunt hæ quinq; circumstantiæ: Persona, quantitas, qualitas beneficii; tempus, & locus, quando & vbi beneficium sit præstandū. Quod ad personas attinet, Cic. in lib. 1. Offic. inquit,

Liberalitatis exercendæ modus, in quo consideratur:

I. Persona.

Videndum est, vt cuiq; pro dignitate tribuatur, quia liberalitas est pars iustitiæ, cuius proprium est, tantum cuiq; tribuere, quam ei debetur. At Aristoteles hoc loco de personis præcipit, non dandum quibuslibet sine discrimine, sed tantum iis, quibus oportet dare, id est, qui sunt digni: Qui autem digni sint, Cicero lib. 1 Officior. indicat, & quatuor ordines ponit eorum, qui nostris beneficiis sunt digni. Primo sunt omnes ii, qui sunt virtute præditi, id est, boni viri, qui sunt, quorum virtus digna est præmio & mercede. Deinde digni sunt, qui sanguine aut alia necessitudine nobis sunt coniuncti, veluti sunt, *parentes, liberi, fratres, cognati, propinqui, & domestici.* Et Apostolus Paulus ait eos, qui suis domesticis nō benefaciunt, deteriores esse Ethnicis. Tertio digni sunt nostris beneficiis, qui vinculo amicitiæ aut politica societate nobis sunt coniuncti, veluti sunt, *amici, ciues, tribules, & populares.* Quarto digni sunt nostris beneficiis omnes ii, qui de nobis bene sunt meriti. Requirit enim hoc gratitudo, & lex naturæ postulat & docet, gratiam referendam esse pro beneficio. Atque hæc circa personas, quibus benefacere volumus, sunt consideranda. Circa quantitatem autem beneficiorum præcipit Aristoteles, tantum dandum esse, quantum oportet. Hic duo sunt consideranda: Primum, facultates dantis, vt quisq; tantum det, quantum suæ facultates possint ferre. Ideo Cicero inquit: *Cauendum esse, ne benignitas maior sit quam facultates: nam qui nimium dant, hi tandem dilabuntur in prodigalitatem, & rediguntur ad egestatem: ita vt postea non amplius habeant, unde vel sibi ipsis, vel aliis possint benefacere.* Atque hoc Apostolus Paulus etiam in 2. ad Corinth. 8. dicit, *obseruandum esse, ne aliis per nostram beneficentiam sit relaxatio: nobis autem angustia.* Et Salomon Prouerb. 5. inquit: *Fontes tui deriuentur foras: tu vero esto eorum Dominus.* Deinde, obseruanda est conditio accipientis. Nam, qui magis & pluribus eget, aut magis est nobis coniunctus, ei quoque magis est benefaciendum, quam ei, qui minus eget, aut nobis est coniunctus: itaque potius fratri aut parentibus, quam exteris aut alienis est benefaciendum. Circa qualitatem beneficiorum præcipitur, talia præstanda esse beneficia, quæ possunt

II. Quantitas.

II. Qualitas.

possunt

possunt accipienti prodesse, & non nocere. Idq; non est beneficium, si quis furioso donat gladium, quia hoc beneficium potest ei nocere. Ideo Cicero inquit, videndum esse, vt ea liberalitate vtamur, quæ prosit aliis, noceat nemini. Et Aristoteles infra inquit, *non danda esse deteriora*. Quod ad tempus attinet, in exercenda liberalitate non oportet nimium procrastinare, sed tempestiue dare. Vnde dicitur, *bis dat, qui cito dat*. Et Græci aiunt, ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραί εἰσι, *veloces gratiæ sunt suauiores*. Nam tarda beneficia non possunt multum prodesse accipienti, & videntur ab inuitis esse profecta, atque ideo minus sunt grata.

IV. Tempus.

De loco præcipit Aristoteles, eo in loco præstanda esse beneficia, vbi est honestum. Hic notanda est hæc distinctio: Beneficia collocantur in alios vel honoris gratia, vel ad subleuandam eorum egestatem & inopiam. Quæ honoris gratia conferuntur, ea possunt palam dari, vt sint quasi testimonium nostræ erga illum beneuolentiæ & obseruantiæ. Quæ autem dantur ad subleuandam alterius egestatem, ea sunt clam danda, ignorantibus aliis, ne videamur velle ea vel ostentare, quod Christus reprehendit in Pharisæis, vel alteri patefacere: Vnde Christus inquit, *in benefaciendo sinistram non debere scire, quid agat dextra*. Quod ad animum dantis attinet, qui etiam in exercenda liberalitate præcipue considerari solet, præcipit Aristoteles, dandum esse ἡδέως & ἀλύπως, cum quadam animi iucunditate sine molestia. Nam vt Syracides cap. 35. ait, hilarem datorem diligit Deus. Propter quã beneficentiam etiam Abraham commendatur in sacris literis, quod vltro occurrerit peregrinis & hospitibus, vt eos in domum suam introduceret, & illis benefaceret. Paulus ad Rom. 12. Qui miseretur, id est, ex misericordia alteri beneficium præstare cupit, faciat hoc in hilaritate: nam qui cum molestia dat, videtur inuitus dare. Ideoq; etiam ipsius beneficium amittit omnem gratiam: Vnde Seneca eleganter in lib. 2. de beneficentia inquit: *Beneficiũ ab homine inuito & duro profectũ est instar panis lapidosi, quem esurienti quidem accipere necessarium est: edere autem est acerbum & molestum.*

V. Locus.

VI. Animus dantis.

Οὐδὲ λήψεται δὲ ὅθεν μὴ δεῖ.) Hactenus ostendit, quod

officium sit liberalis in dando: iam etiam ostendit, quod eius officiũ sit in accipiendo, & qualem sese præstet περὶ τὴν λῆψιν *circa acceptionem.* Tradit autem quatuor præcepta: Primum, liberalis in accipiendo non accipit inde, vbi non accipiendũ est, id est, nemini iniuriam facit in acquirendis & accipiendis opibus & facultatibus Ratio huius præcepti est, quia liberalis non adeo honorat, & magnifacit opes & pecunias, vt propter eas in alios velit esse iniustus & iniquus, quemadmodum facere solent homines auari, qui per fas & nefas conquirent opes. Alterum, liberalis non est petax αἰτητικός, id est, importunus & molestus aliis in petendo & accipiendo. Ratio, quia magis cupit εὐεργετεῖν, id est, *aliis benefacere*, quam εὐεργετεῖσθαι, id est, *beneficium ab aliis accipere.* Tertium præceptũ: liberalis, cum aliis vult benefacere, accipit de suis propriis facultatibus, & non de alienis. Vnde Cic. *lib. 1. Offic.* reprehendit L. Syllæ & C. Cæsaris liberalitatẽ propterea, quod ex alienis bonis, id est, ex bonis proscriptorũ fuerunt erga suos amicos liberales, inquiens: *Quare L. Syllæ & C. Cæsaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Nihil enim est liberale, quod non idem sit iustum.* Quartũ præceptum: liberalis honestis rationibus studet rem familiarem augere: idq; in eum solum finem, vt habeat proprias facultates, de quibus possit aliis benefacere, & virtutem suam exercere, quando necessitas postulat. Ideo etiam Apostolus Paulus iubet quemlibet propriis laborare manibus, ne cogatur aliis esse molestus: sed potius habeat, vt inde aliis possit dare. Nam opes & facultates sunt instrumenta exercendæ liberalitatis, quibus, qui destituti sunt, non possunt hanc virtutem exercere

Liberalitatis in accipiendo præcepta. 1. 2. 3. 4.

E ἐλευθέριος δ' ἐστι σφόδρα.) Hæc est amplior declaratio eorum, quæ de officio hominis liberalis hactenus dicta sunt. Continet autem explicationẽ quinq; quæstionum, quæ in exercenda liberalitate solent occurrere: Prima quæstio pertinet ad qualitatem beneficiorum: *vtrum in beneficiis conferendis habendus sit delectus, ita vt meliora retineamus, deteriora demus aliis?* Ad hanc quæstionem Aristoteles sic respondet: In conferendis beneficiis liberalis ita debet excellere, vt videatur meliora dedisse, deteriora

1. Delectus beneficiorum vtrũ habẽdus.

teriora autem sibi reseruasse. Nam qui deteriora alteri donat, is videtur sui maiorem rationem, quam eius, cui aliquid donat, habere. Est autem hominis liberalis in benefaciendo, non tam se, quam eum, cui benefacit, respicere.

2. *Beneficia quo pacto æstimanda.*

Altera quæstio huius loci est: *quo pacto beneficia sint æstimanda, quæ ex liberalitate proficiscuntur?* Ad hoc respondet Aristoteles: Beneficia non esse æstimanda magnitudine & multitudine: sed magis secundum animum, id est, voluntatem, & secundum facultates κατὰ τὴν οὐσίαν eius, a quo proficiscuntur. Et hinc infert corollarium nimirum fieri posse, vt interdum is, qui pauca dedit, liberior habeatur, quam is, qui dedit multa. Quod etiam ipse Christus saluator noster, *Lucæ cap. 21.* suo iudicio & testimonio confirmat, cum pronuntiat: *Viduam illam, quæ [illegible] duos obulos in γαζοφυλάκιον immiserat, plus de[illegible], quam omnes reliquos diuites.* Et eius adfert hanc rationem: *quia* (inquit) *reliqui ex sua abundantia dederunt: hæc autem ex penuria vniuersam substantiam suam obtulit.* Ex quo etiam illud consequitur, de quo in sequenti capite dicetur, *quod etiam pauperes interdum possint esse liberales, etiamsi eorum beneficia non videantur esse magna.*

3. *Liberaliores q magis sint, vtrum qui de acquisitis, an de hereditariis donant.*

Ἐλευθεριώτεροι δὲ εἶναι δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι...) Tertia: *vtrum liberaliores esse soleant ii, qui suas opes ab aliis acceperunt: velut per hereditatem, aut donationem, aut per casum aliquem fortuitum: an vero ii, qui propriis suis laboribus eas acquisiuerunt?* Respondet Aristoteles: Plerunque liberaliores esse eos, qui ab aliis suas opes acceperunt, quam qui propriis laboribus eas acquisiuerunt. Atque eius rei duas adfert rationes: Prima est, quia illi nunquam experti sunt egestatem, ita vt quodammodo ignorent, ad quid prosint diuitiæ, aut quantum mali sit in paupertate. Vnde etiam in libr. 2. Rhetoricorum ait: *fieri, vt adolescentes plerunque magis sint liberales, quam senes.* Hi autem posteriores, qui cum magnis laboribus & difficultatibus opes suas acquisiuerunt, ideo eas etiam magis amant, & diligentius custodiunt. Nam quæ magno labore nobis constant, ea

plerunque nobis etiam ſunt cariora. Altera ratio, quia naturaliter magis amamus ea, quæ ſunt noſtra propria opera, quam quæ ab aliis effecta. Hanc rationem declarat duobus exemplis: Primum eſt de parentibus, qui magis amant ſuos proprios liberos, quam alienos. Alterum eſt de poetis, quibus ſua carmina magis placent, quam aliorum. Vnde vulgo dici ſolet: *Suum cuiq; pulcrum.*

4. *Liberalis vtrũ facile diteſcat.* G πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον.) *Vtrum liberalis facile poſſit diteſcere, ſicuti homines auari diteſcunt?* Ad hoc reſpondet per negationem, non facile hominem liberalem diteſcere, atque illud probat tali argumento: *Qui diteſcere volunt, debent eſſe attenti in acquirendis, cuſtodiendis, & conſeruandis opibus, non autem debent eſſe promti & faciles in dando.* Sed *liberalis magis eſt propenſus ad dandum, quam ad accipiendum. Ergo non facile poteſt diteſcere.* Deinde: *Qui vult diteſcere, debet pecunias & opes propter ſe magnifacere & honorare. Liberalis autem non propter ſe pecunias magnifacit, ſed tantum vt de illis poſſit aliis benefacere.* Ergo *liberalis non facile poteſt diteſcere.* Tertio, idipſum probat ab euentu & vulgi teſtimonio: *Experientia enim teſtatur, liberales plerunq; non habere magnas opes & facultates, quantas habent homines auari, propter quam cauſſam etiam homines ſæpe ſolent accuſare fortunam, quaſi inique diſtribueret ſuas opes & ſua bona.* Vnde etiam Virgilius in ſuo Epigrammate inquit: *Fortuna viros bonos pauperie grauat: indignos autem diuitiis beat.* Et Seneca inquit in Hercule furiente: *O fortuna viris inuida fortibus, quam non æqua bonis præmia donas.* His ſubiungit correctionem ἐπανόρθωσιν. Etſi autem liberalis promtior ſit ad dandum, quam ad accipiendum, tamen non omnibus dat ſine diſcrimine, ſed habet rationem perſonarum, & aliarum circumſtantiarum, de quibus ſupra dictum eſt: ne videlicet beneficia ſua male collocet. Nam, vt Alexander Magnus ſolebat dicere, eiuſdem vitii eſt, nihil prorſus dare, quam dare, cui non oporteat. Et Ennius apud Cicer. lib. 2. Officior. inquit: *Benefacta male collocata male facta arbitror.* Propterea etiam in dando modũ ſeruat, & circumſtantiarum rationem habet, vt diutius poſſit, & erga plures liberalitatem ſuam exercere. Vnde Cicero lib. 1. Offic. inquit,

Marginalia: I. Argum. — II. — III.

inquit, *moderate est largiendum: multi enim patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Quid autem stultius, quam quod libenter facias, curare, vt id diutius facere non possis.* Quinta quæstio ex iam dictis oritur: *Vtrum tyranni, id est, reges & principes, quia plurimum solent interdum iis, quos amant, donare, possint propter illam nimiam liberalitatem prodigi nominari ἄσωτοι.* Negat hoc Aristoteles, & rationem hanc adfert: quia eorū opes & facultates tantæ sunt, vt non videantur posse dando & largiendo ad egestatem redigi, propterea quod semper adhuc videntur plura retinere, quam aliis donare. Hæc tamen responsio Aristotelis intelligenda est vtplurimum, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Nam testantur historiæ, quod etiam opulentissimi Imperatores integra regna sua prodigalitate perdidere, ita vt tandem coacti fuerint, æs alienum contrahere, sicut legitur de Antonino, & similibus, qui non solum ærarium publicum exhauserunt, sed etiam magnum æs alienum contraxerunt.

5.

Principes vtrū propter liberalitatem nimiam prodigi nominari possint.

H δ᾽ ἐλευθεριότης.) Hæc est conclusio secundæ partis huius cap. in qua primum repetit definitionem liberalitatis, & præcipua capita de officio hominis liberalis. Deinde ostendit, quo pacto hæ duæ actiones dare & accipere, quæ alioquin videntur esse contrariæ, quæ non possint simul, ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ, esse in eodē homine. Tertio ostendit, qua ratione interdum homo liberalis possit errare circa pecuniæ tractationem, quia liberalitas est mediocritas circa pecuniarum tractationem. Ideo officium hominis liberalis præcipue consistit in dando & accipiendo. In dando, vt nimirum seruet eas circumstantias, de quibus antea dictum est: nempe, vt liberalis sit erga eos, erga quos oportet, & talia det, qualia oportet: det etiam eo loco & tempore, quo & quando oportet: atque hæc faciat omnia cum quadam animi alacritate & voluptate. In accipiendo autem præcipue hoc obseruet, vt inde accipiat, vnde oportet, vt ex suis propriis bonis & facultatibus aliis benefaciat, ne ei obiici possit, quod liberalis sit de alieno. De altero: Etiamsi autem hæ duæ actiones, dare & accipere, videantur contrariæ esse, ita vt non possint simul consistere, tamen ostendit Aristoteles, ambas has actiones in homi-

Liberalis hominis officium In dando.

In accipiendo.

Dare & accipere an sint contraria actiones.

ne liberali simul posse locum habere, videlicet tum, quando conueniunt in honestate, tanquam in aliquo tertio, hoc est, si æquitati & iustitiæ sunt consentaneæ: & tunc non amplius sibi mutuo aduersantur, sed potius vna alteram consequitur. Nam, qui æquus & iustus est in dando, etiam talis erit in accipiendo, & vice versa, qui in accipiendo æquus & iustus est, etiam talem se gereret in dando. Quod si vero in alterutra actione, siue in dando, siue in accipiendo non habeatur ratio æquitatis & iustitiæ: tum istæ duæ actiones fiunt contrariæ & pugnantes, neque simul possunt in eodem subiecto consistere. Exempli gratia: Qui auarus est, iniustus est in accipiendo: accipit enim plura, quam debet, & accipit, vnde non est accipiendum: ideo etiam non potest esse iustus in dando. Eodem modo, quia prodigus plura dat, quam debuerat, & non recte se gerit in dando, excedit enim modum: ideo etiam non potest se recte gerere in accipiendo. Vnde etiam Cicero lib. 1 Offic. inquit. *prodigos sæpe numero alius sua rapere & auferre, modo vt habeant, vnde possint aliis largiri.* Contra vero homo liberalis, quia in dando rationem habet æquitatis & iustitiæ: ideo etiam in accipiendo nemini cupit iniuriam facere. Atque hoc modo duæ istæ actiones, *dare & accipere*, licet sua natura sint contrariæ: tamen possunt aliquando simul eidem subiecto inesse. De tertio. Circa liberalitatem autem interdum admittitur error. Idq; duobus modis, vel in dando, vel in non dando. In dando, quando nimirum datur indigno. In non dando autem, quando non datur iis, qui sunt aut erant digni, seu quibus erat dandum. Verum liberalis magis dolet propter hoc alterum erratum, quando non dederit iis, quibus debebat dare, quam propter erratum, quando dedit indignis. Itaque mauult in dando errare, quam in non dando: quemadmodum bonus iudex mauult errare in absoluendo nocente quam peccare in condemnando reo innocente. Quemadmodum etiam Adrianus Imperator dixit, *satius esse nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.* Cur autem liberalis interdum erret in dando, caussam Aristoteles esse dicit, quia non vsque adeo magnifacit pecunias, & propterea fa-

Error circa liberalitatem.

Liberalis cur erret in dando.

ea facile potest circa pecuniarum tractationem decipi, & circumueniri ab aliis. Contra vero homines auari non facile possunt decipi circa pecuniarum tractationem, quia omnia ad minutissimum terminum examinant. Quod vero liberalis hoc modo se habeat circa pecuniarum tractationem, confirmat exemplo contrario Symmonites Poeta, qui auarissimus homo erat, adeo vt nemini vnicum versum scriberet. Is enim solebat dicere, *se malle post mortem inimicis suas opes relinquere, quam in vita aliis de illis benefacere.* Propterea, vt Plutarchus scribit, solebat gloriari, *quod haberet duas arcas domi: vnam pecuniarum: alteram gratiarum: illam priorem se semper reperire plenam: hanc vero inanem & vacuam:* quod indicium erat, eum nemini benefacere, vt gratiam reportaret. Hanc sententiam Symmonitis Aristoteles inquit, homini non placere liberali, qui mauult aliis benefacere, vt gratiam deportet, quam nemini benefacere, & arcam suam semper plenam seruare.

Symmonites auarum.

Tertia pars huius capitis est de primo extremo, seu vitio, quod liberalitati opponitur & consideratur ἐν τῇ ὑπερβολῇ *in excessu*, nominaturq; a Græcis ἀσωτία, a Latinis *prodigalitas*, seu *fusio.* Est autem prodigalitas vitium, quo in dando excedimus modum, non habita ratione circumstantiarum, de quibus supra dictum est. Sunt autem duo genera prodigorum: Vnum est eorum, qui tantum peccant dando in excessu, id est, nimiũ dant, & largiuntur quibuslibet sine discrimine personarum, neq; cupiunt vicissim ab aliis quicquam accipere. Alterũ est eorũ, qui non modo in dando modũ excedunt, sed etiam in capiendo sunt iniusti. Vt enim multa aliis possint dare & largiri, etiam conantur per fas & nefas multa ab aliis accipere: & hoc modo fiunt iniusti in accipiendo, de quibus in sequenti textu agit. Quod autem ad primum genus prodigalitatis attinet, Aristot. eam hoc loco comparat, partim cũ liberalitate, partim etiam cum auaritia, & hac duplici comparatione naturam eius explicat. Quod ergo ad primam comparationem attinet, prodigalitas opponitur liberalitati dupliciter: primum, in excessu, κατὰ τὴν ὑπερβολὴν, ratione τοῦ δόσεως: deinde,

Prodigalitas.

Prodigorum duo genera.

Prodigalitas quot modis liberalitati opponatur.

in defectu, ratione τῆς λήψεως. Contra, auaritia liberalitati opponitur: primum, in excessu, ratione τῆς λήψεως: deinde, in defectu, ratione τῆς δόσεως. Quemadmodum enim prodigus plus dat, & minus accipit, ita auarus plus accipit, & minus dat: & sicut prodigus nimius est in dando, ita auarus est nimius in accipiendo. Quoniam autem prodigalitas modum excedit in dando, & deficit in accipiendo: ideo monet Aristoteles, hoc vitium non posse diu durare in aliquo homine. Nam qui semper dat, & nihil accipit, cum necesse est breui destitui suis facultatibus, vt tandem nec pro seipso habeat necessaria, taceo, vt possit aliis elargiri.

Prodigalitas vtrũ auaritia deterior.

Altera comparatio est auaritiæ & prodigalitatis, quæ duo vitia Aristoteles comparat ratione qualitatis, *vtrum* nimirum *ex illis sit deterius*. Est autem huius comparationis hæc propositio: Prodigalitas minus est vitiosa, quam auaritia. Hanc propositionem probat tribus rationibus:

I. Prima ratio hæc est, *quod vitium facilius potest corrigi, illud est minus malum, quam id, quod difficulter potest corrigi. Sed prodigalitas facilius potest corrigi & sanari, quam auaritia.* Ergo *prodigalitas minus est vitiosa, quam auaritia.* Minorem probat: quia prodigalitas partim per se decrescit, & minuitur in hominibus propter ætatem. Videmus enim, homines fieri auariores, quo nimirum seniores. Vnde auaritia est quasi proprium vitium senum, vt, qui in adolescentia & iuuentute fuerunt prodigi, in senectute tandem reddantur auari: ita, vt quemadmodum Cicero ait, quo minus illis vitæ restat ad mortem, eo plus quærant viatici. Partim etiam hoc vitium corrigitur inopia: nam, cum per nimiam profusionem opes & facultates sunt exhaustæ, tandem ipsa egestas & inopia cogit eos, qui prodigi fuerunt, finem largiendi facere. Contra vero auarus est ἀνίατος, id est, difficulter potest sanari, quia auaritia, quemadmodum postea Aristoteles ostendit, semper magis atque magis crescit.

II. Altera ratio est: *Quod vitium magis agnatum est virtuti, id minus est vitiosum, quam id, quod nullum habet cum virtute commercium. Sed prodigalitas magis est affinis liberalitati, quam auaritia.* Igitur *minus est vitiosa.* Minor probatur. *Et prodigus & liberalis*

beralis magis promti sunt in dando, quam in accipiendo, & dando aliis prosunt. Tertia ratio: *Quia id vitium, quod aliis potest esse vtile, minus potest esse malum, quam quod aliis nocet.* Sed *prodigalitas prodest aliis, vt iam dictum fuit: auaritia autem nocet aliis.* Ergo *prodigalitas minus est vitiosa.* Minor probatur: quia auarus, dum semper ab aliis accipit, nemini est vtilis, quia nemini benefacit: sed potius est aliis noxius in accipiendo. Vnde dici solet, *auarum nunquam benefacere, nisi tum, quando moritur: tunc enim incipit vtilis esse suis heredibus, quibus bona sua relinquit.* Hinc dicitur etiam, *quod auarus in nullum sit bonus, in se autem pessimus*: quia scilicet nemini benefacit, & seipsum excruciat rerum suarum custodia, quibus tamen non audet vti. Vnde Cicero inquit in paradoxis, vbi *cupiditatis sitis nunquam expletur, nec satiatur, non solum ea, qui habet, libidine augendi suas opes cruciatur: sed etiam metu amittendi.* Ex his Aristoteles infert πόρισμα, corrolarium, nempe prodigi. Quarto: quod ad ingenium attinet, per se non esse malum & improbum, sed potius hominem simplicem & semiuacuum, quia temere & inutiliter profundit eas opes, quas reliqui homines magnifaciunt, & quodammodo honorant: imo pro quibus consequendis non pericula, non labores subire recusant, & in quibus maior pars hominum suam felicitatem positam esse arbitratur.

III.

1 *ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀσώτων.*) Quæ hoc loco ab Aristotele commemorantur, ea pertinent ad alterũ τῶν ἀσώτων prodigorum, qui non solum modum excedunt in dando, sed etiam in accipiendo, modo habeant, vnde possint multa in alios profundere, & vt Cicero lib. 1. Offic. ait, *in quibus inest cupiditas rapiendi & auferendi per iniuriam, vt ad largiendum ipsis suppetant copia.* Et in lib. 2. Offic. de illis ait: *Quod cum dando & nimium profundendo suas opes cœperunt egere, coguntur postea aliis viris bonis manus adferre, id est, aliarum bona inuadere.* Hoc autem genus prodigalitatis non est simplex, id est, nõ vno solum vitio laborat, quemadmodum superius genus, sed cognata etiam habet alia vitia, videlicet ἀνελευθερίαν, id est, *illiberalitatem*, quatenus modũ excedunt in accipiendo: deinde,

1. *Illiberalitas.*

Iniuria. etiam cõiunctam habet ἀδικίαν, quatenus nempe per fas & nefas, aliorum opes rapiunt, quemadmodum L. Sylla apud Romanos fecit, qui bona a bonis viris abstulit, opes & faculta tes, eosq; proscripsit, vt eorum bona inuaderet, & suis amicis donaret, sicut accidit S. Roscio, cuius bona ipse transtulit ad L. Chrysogonum. Tertio huic *Intemperantia.* liberalitati cõiuncta est, ἀκολασία, *intemperantia*. Nã qui hoc modo prodigi sunt, facile redduntur intemperãtes: quia opes suas profundunt in voluptates & libidines, in adulatores & aliarũ rerum seu voluptatẽ ministros, vnde tandẽ etiã in vita non amplius habẽt honestatis rationẽ, sed omnia secũdm voluptatẽ ęstimant & faciunt. Quarto *Ambitio.* interdũ ꝓdigalitati cõiuncta est ambitio φιλοτιμία, nẽpe in iis, qui opes suas profundunt in largitiones & corruptelas, vt hoc modo possint sibi aliorum gratiã & fauorem cõciliare, & per eorundem suffragia, honores & dignitates in Rep. cõsequi. Quo nomine reprehẽditur T. Grachus a Cicerone, qui in annonę caritate frumentum populo largitus est ad cõciliandam sibi populi beneuolentiam, per quam existimauit, se posse dominatum in Rep. Romana consequi. Eiusmodi largitionibus etiam Cic. lib. 1. Offic. ait, *Multos esse cupidos splendoris & gloria, qui eripiunt aliis, quod rursum aliis largiuntur.* Hoc autem genus largitionis omnino repugnat verae liberalitati.

K ἡ δ' ἀνελευθερία, ἀνίατός ἐστι) Haec est postrema pars cap. in qua agit de altero extremo seu vitio, quod liberalitati opponitur & considematur in defectu, nominaturque ἀνελευθερία, *illiberalitas* seu *auaritia*. Item πλεονεξία, *cupiditas plus habendi*, φιλαργυρία, *amor & studium pecuniae*. Tria autem de hoc vitio explicantur: primum, quale sit vitium, deinde quotuplex. Tertio quomodo se habeat ad liberalitatem & prodigalitatem. Quod ad pri- *Illiberalitas vitiũ insanabile.* mum attinet, inquit Aristoteles, *Auaritiam esse vitium insanabile, quod facile & sanari & curari non possit.* Huius rei adfert tres rationes. Prima sumitur a circumstantia aetatis, *Vitia senectutis non facile possunt corrigi: Sed auaritia est vitium senectutis. Ergo auaritia non facile potest corrigi & sanari in homine.* Maior ex quotidiana experientia nota est, quia senectus non facile põt flecti, quemadmodum iuuentus. Vnde Diogenes solitus fuit dicere,

Senem

Senem velle docere & monere, vt aliter agat, quam consueuit agere: idem esse, ac si quis mortuo velit medicinam præbere. Verba Diogenis, νεκρὸν ἰατρεύειν καὶ γέροντα νουθετεῖν, *mortuum mederi & senem admonere idem est.* Hinc sunt alia prouerbia. *Senis mutare linguam*, dicitur de iis, qui frustra circa aliquam rem laborant: *Senex psittacus ferula non assuescit.*

Minor nota est ex experientia. Est enim auaritia quasi proprius morbus senum. Vnde Aristoteles libro 2. Rhetor. ait, *Adolescentes viuere κατὰ πάθος, secundum affectus: senes autem viuere κατὰ κέρδος, secundum lucrum & quæstum.* Et Cicero in Catone maiore etiam de senibus conqueritur, *Quod hoc vitio auaritiæ laborent: & quo minus vitæ ipsis superest ad mortem, eo plus semper quærãt viatici.* Huius rei caussam Aristoteles hoc loco esse dicit, τὴν ἀδυναμίαν, *imbecillitatem virium.* Vident enim se destitui viribus corporis, nec posse eo modo laborare, & per labores victum quærere, quemadmodum in iuuentute fecerunt. Ideo semper metuunt, ne ipsis tandem necessaria deficiant, contra quem defectum cupiunt sese præmunire, quemadmodum videmus etiam facere eos, qui natura sunt timidi. Tales enim magis muniunt se armis & aliis præsidiis, quã qui sunt cordati & animosi. Adfert etiam aliam caussam Arist. in Rhet. cur senes plerunque auariores sint iuuenibus quia nimirum vsu, ætate & experientia didicerunt, ad quid valet numus, quanti fiat pecunia ab hominibus, quas commoditates habeant opes in hac vita: quæ omnia, quia adolescentes nõn vsque adeo per ætatem potuerunt scire, ideo minus hoc vitio auaritiæ laborant.

Altera ratio tali syllogismo continetur: *Quæ vitia hominibus sunt innata, ea difficulter possunt sanari & penitus exstirpari*: Sed *auaritia est vitium aliquo modo hominibus innatum propter innatam φιλαυτίαν, qua nos ipsos, & quæ a natura sunt, nimium interdũ amamus, propter quam etiam minus libenter aliis cõmunicamus* Ergo *auaritia est vitium, quod difficulter potest curari.* Maior manifesta est ab ipsa experientia, quod nimirum naturalia non possunt facile curari. Vnde Poeta dicit, *II. Arg.*

Naturam expellas furca tamen vsq; recurrit. Natura est

fixa & mutari nescia. Vnde Cicero de auaritia inquit in 4. Tusc. *Quod sit morbus, qui permanat in venas & inhaeret in visceribus, nec inueteratus ullo modo potest reuelli.* Tertia ratio, *quod vitium est multiplex, & late patet, id potest difficulter curari: sed auaritia est eiusmodi vitium, quemadmodum in sequenti titulo Aristoteles ostendit.* Igitur *auaritia difficulter potest curari.* Quarta, *quae vitia subinde magis, magisq; crescunt, ea difficulter possunt curari. Auaritia est tale vitiū. Ergo difficulter potest curari.* Minor probatur, *quia auaritia crescit aetate, quod apparet in senibus, qui plerumq; sunt auariores, quam erant in iuuentute.* Altera ratio minoris sumitur ab ipsa natura diuitiarum. Nam quo magis augentur, eo magis diliguntur, quemadmodum dicitur: *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Ideo auari comparātur hydropicis, qui quo plus bibunt, eo magis sitiunt. Cicero in Parad. *Nunquam satiatur cupiditatis sitis: sed auari subinde cruciantur cupiditate augendi copias & facultates.*

III. Arg.

IV.

L. πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι) Haec est probatio minoris propositionis, tertiae rationis ante allatae, in qua dixit, auaritiam esse vitium multiforme, in multas species distributum. Enumerat tria genera auarorum. Primū eorum, qui solum in dando deficiunt & peccant: in accipiendo autem moderate se gerunt, non cupientes aliorum bona, per fraudem, aut per iniuriam, ad se trahere, idque faciunt, vel διὰ τὴν ἐπιείκειαν, vt videantur esse homines iusti & aequi, & ne incidant in eorum reprehensionem: vel faciunt διὰ τὸν φόβον, i. *propter metum*: metuunt enim ne, si aliorum bona inuadant, vicissim ipsi spolientur ab aliis. Et qui hoc modo auari sunt, variis nominibus appellantur a Graecis: Vocantur enim φειδωλοί, i. *homines parci*, quia propter parsimoniam etiam necessarios homines facere recusant, non solum in iuuandis amicis: sed etiam erga seipsos. Deinde nominantur γλίσχροι, *tenaces & viscosi*, sumta metaphora a rebus viscosis, quae manibus adhaerent, cum tanguntur: ita enim videntur pecuniae eorum manibus esse adglutinatae, vt non ab ipsis facile extorqueri & auelli possint. Et ita vocantur κίμβικες, i. *sordidi*, quia lucri gratia etiam sordidissima ministeria subire non recusant. Vnde dicitur de illis in

Auarorū tria genera.

I. Genus.

Parci.

Tenaces.

Sordidi.

in prouerbio, *quod propter exiguum lucrum etiam asinum excoriarint.* In hoc genere auarorum Aristoteles scribit, fuisse quendam, qui in diuisione hereditatis cuminum minutissimum semen secari voluit in duas partes, ut minus acciperet in hereditate, propter quod factum dictus fuit κυμινοπρίστης, *cumini insector.* Quod vocabulum abiit postea in prouerbium, de iis, qui extreme sunt auari. Alterum genus est eorum, qui non solum in dando deficiunt, sed etiam in accipiendo modum excedunt, qui per fas & nefas conantur quouis modo aliorum bona ad se trahere nulla habita ratione æquitatis & iustitiæ. Tales inquit esse eos, qui appellentur αἰσχροκερδεῖς, id est, *lucri turpis cupidi*: quibus omne lucrum est suaue. In hoc genere inquit esse fœneratores, vsurarios, mercatores, qui exiguas res magna pecunia vendunt. Præterea in hoc genere sunt, qui sordidas & illiberales artes, quæstus gratia exercent. Item, qui propter exiguum lucrum non solum opprobria, sed etiam quæuis pericula, quantumuis maxima audent subire & sustinere. Qui autem maximas opes per vim aliis rapiunt, sunt veluti tyranni, qui integras vrbes depopulantur. Item sacrilegi, qui templa & fana Deorum spoliant. Hos negat proprie auaros dici posse, sed impios potius, iniustos & sceleratos esse nominandos. Tertiũ genus auarorũ est eorum, qui in vtroq; præcedenti genere peccant, & dando & accipiẽdo, quod vitium inquit, tale est, vt sit quasi ὁλοκληρον, i. *perfectum, & ex omnibus vitiis compositum*: ideo pessimum & maxime detestandum, de quo Cicero in Oratione Quintiana, *Nullum officium esse tam sanctum & solemne, quod hac auaritia non soleat comminuere & violare.* De quo D. Apostolus Paulus ait, 1. Timoth. *6. quod sit radix omnium malorum.*

Cumini sector.

I I. Genus.

Turpis lucri cupidi.

III. Genus.

M εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι) Hoc loco ad finem cap. Postquam ipsam virtutem liberalitatem & eius contraria vitia prodigalitatem & auaritiam explicasset, comparat duo hæc vitia cum ipsa virtute, qua comparatione ostendit, auaritiam magis aduersari liberalitati, quam prodigalitatẽ. Idq; probat duab. rationibus: Prima est, quia auaritia deterius vitiũ est, quam prodigalitas propter rationes supra dictas: semper autem illud vitium,

Auaritia liberalitati magis aduersatur quã prodigalitate.

siue extremum magis suę virtuti opponitur, quod est deterius. Altera ratio, quia homines frequentius peccant circa auaritiam, quam circa prodigalitatem, quoniam, vt antea dictum est, plures reperiuntur, qui modum excedunt in accipiendo, id est, qui sunt auari & ἀνελεύθεροι, quam qui modum excedunt in dando. Quanquam natura est magis ad accipiendum, quam ad dandum propensa. Supra autem lib. 2. ca. 8. dictum est, ea vitia virtuti magis repugnare, ad quæ nostra natura magis est propensa, idq; propter vitiositatem naturæ nostræ, quę semper ad malum est procliuior, quam ad bonum.

ΚΕΦ. β'.

A Δόξειε δ' ἂν ἀκόλουθον εἶναι καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας διελθεῖν. δοκεῖ γὰρ καὶ αὐτὴ περὶ χρήματά τις ἀρετὴ εἶναι· οὐχ ὥσπερ δ' ἡ ἐλευθεριότης διατείνει περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ τὰς δαπανηρὰς μόνον ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει. καθάπερ γὰρ τοὔνομα αὐτὸ ὑποσημαίνει, ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη ἐστί. τὸ δὲ μέγεθος πρός τι. οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ δαπάνημα τριηράρχῳ καὶ ἀρχιθεωρῷ. τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτόν, καὶ ἐν ᾧ, καὶ ἅ. ὁ δὲ ἐν μικροῖς ἢ ἐν μετρίοις κατ' ἀξίαν δαπανῶν, οὐ λέγεται μεγαλοπρεπής. οἷον τό,

Πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ.

ἀλλ' ὁ ἐν μεγάλοις, οὕτως.
B ὁ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς, ἐλευθέριος. ὁ δ' ἐλευθέριος, οὐθὲν μᾶλλον μεγαλοπρεπής. τ

CAP. 2.

Consequens autem esse videtur, vt de magnificentia disseramus. Videtur enim & ipsa virtus quædam in pecuniis esse: non tamen vt liberalitas in omnes pecuniarum actiones diffunditur, sed in sumtuosas duntaxat, in quibus liberalitatem excellit magnitudine. Vt enim nomen ipsum subindicat, in magnitudine decorus sumtus est. At magnitudo ad aliquid refertur. Non enim idem sumtus trierarcho congruit & architheoro: verum qui eum, & in quo, & ad quæ decet. Qui autem sumtus facit in res paruas, vel in mediocres pro dignitate, non dicitur magnificus, quale est,

Sæpe dedi mendico.

Sed qui in res magnas, is est. Qui enim magnificus, liberalis: qui autem liberalis, nihilo magis magnificus est. Huiusmodi

modi autem habitus defectio, sordes appellatur, exsuperantia, indecorum ineptitudoque. & quotquot eius generis magnitudine non exsuperant, in quas res oportet, sed in quibus, & ut non oportet, splendorem ostendant. Verum de iis postea disseremus. Magnificus autem scienti similis est. Decorum enim cernere potest, sumtusque magnos concinne facere. Nam ut initio diximus, habitus actionibus definitur, & iis rebus, quarum est. Itaque magnifici sumtus magni sunt, & decori: ideo & eiusmodi sunt opera. Ita enim sumtus magnus erit, & operi congruus. Ut opus sumtu dignum, & sumtus opere dignus esse, aut etiam exsuperare debeat: talia sane magnificus expendet honesti caussa. hoc enim virtutibus commune est. Itemque libenter ac largiter. accurata enim ratio, sordida res est. Magisque is, quanam ratione honestissimum & decentissimum, cōsiderabit, quam quanti, quoque modo, minimo pretio. Magnificus ergo liberalis quoque sit necesse est. Etenim liberalis sumtus faciet quos oportet, & ut oportet: in iis vero magnum magnifici est, quasi magnitudo, cum in iis liberalitas versetur. Et ab aequo sumtu opus edet magnificentius.

τοιαύτης δ' ἕξεως, ἡ μὲν ἔλλειψις, μικροπρέπεια καλεῖται. ἡ δ' ὑπερβολή, βαναυσία καὶ ἀπειροκαλία. καὶ ὅσαι τοιαῦται οὐχ ὑπερβάλλουσαι τῷ μεγέθει περὶ ἃ δεῖ. ἀλλ' ἐν οἷς οὐ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, λαμπρυνόμεναι. ὕστερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐροῦμεν. ὁ δὲ μεγαλοπρεπής, ἐπιστήμονι ἔοικε. τὸ πρέπον γὰρ δύναται θεωρῆσαι, καὶ δαπανῆσαι μεγάλα ἐμμελῶς. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, ἡ ἕξις ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται, καὶ ὧν ἐστίν. αἱ δὴ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι, μεγάλαι καὶ πρέπουσαι. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἔργα. οὕτω γὰρ ἔσται μέγα δαπάνημα καὶ πρέπον τῷ ἔργῳ. ὥστε τὸ μὲν ἔργον τῆς δαπάνης ἄξιον δεῖ εἶναι. τὴν δὲ δαπάνην, τοῦ ἔργου. ἢ καὶ ὑπερβάλλειν. δαπανήσει δὴ τὰ τοιαῦτα ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ καλοῦ ἕνεκα. κοινὸν γὰρ τοῦτο ταῖς ἀρεταῖς. καὶ ἔτι ἡδέως καὶ προετικῶς. ἡ γὰρ ἀκριβολογία, μικροπρεπές. καὶ πῶς κάλλιστον καὶ πρεπωδέστατον, σκέψαιτ' ἂν μᾶλλον, ἢ πόσου, καὶ πῶς ἐλαχίστου. ἀναγκαῖον C δὴ καὶ ἐλευθέριον τὸν μεγαλοπρεπῆ εἶναι. καὶ γὰρ ὁ ἐλευθέριος, δαπανήσει ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ. ἐν τούτοις δὲ τὸ μέγα τοῦ μεγαλοπρεποῦς, οἷον μέγεθος, περὶ ταῦτα τῆς ἐλευθεριότητος οὔσης. καὶ ἀ- D πὸ τῆς ἴσης δαπάνης, τὸ ἔργον ποιήσει μεγαλοπρεπέστερον.

οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ κτήματος καὶ ἔργου. κτῆμα μὲν γὰρ τὸ πλείστου ἄξιον καὶ τιμιώτατον, οἷον χρυσός. ἔργον δὲ, τὸ μέγα καὶ καλόν. τοῦ γὰρ τοιούτου ἡ θεωρία θαυμαστή. τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς, θαυμαστόν. καὶ ἔστιν ἀρετὴ ἔργου, μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει. ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια, οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ, καὶ θυσίαι· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν. οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν. ἐν ἅπασι δ' ὥσπερ εἴρηται, καὶ πρὸς τὸν πράττοντα ἀναφέρεται τὸ τίς ὢν καὶ τίνων ὑπαρχόντων. ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι, καὶ μὴ μόνον τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν. διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής. οὐ γάρ ἐστιν ἀφ' ὧν πολλὰ δαπανήσει πρεπόντως. ὁ δὲ ἐπιχειρῶν, ἠλίθιος· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ καὶ τὸ δέον· κατ' ἀρετὴν δὲ τὸ ὀρθῶς: πρέπει δὲ καὶ οἷς τὰ τοιαῦτα προϋπάρχει δι' αὐτῶν ἢ διὰ τῶν προγόνων, ἢ ὧν αὐτοῖς μέτεστι. καὶ τοῖς εὐγενέσι καὶ τοῖς ἐνδόξοις. καὶ ὅσα τοιαῦτα. πάντα γὰρ ταῦτα μέγεθος ἔχει καὶ ἀξίωμα. μάλιστα μὲν οὖν τοιοῦτος

Non enim eadem virtus est possessionis, & operis. possessio enim maximi pretii honoratissima est, ut aurum: at opus, quod magnum est, & pulcrum: eiusmodi enim inspectio mirabilis. At quod magnificum est, id mirabile. Estque operis virtus, magnificentia in magnitudine. Sunt autem e sumtibus, quales dicimus honorabiles, ut quæ Diis donaria dicantur, apparatus, sacrificia, similiterq; quotquot in omni religione impenduntur, & quæ in cõmune munifica largitiones exhibentur, ut sicubi ludos fieri splendide putent oportere, aut triremem apparare, aut epulum ciuitati præbere. Sed in omnibus, ut dixi, ad agentem pertinet, quis sit, & quæ suppetant facultates. His enim digni sint oportet, & non solum operi, sed etiam facienti congruant. Quocirca pauper non possit esse magnificus, quod non sint, de quibus decenter multos sumtus faciat. Quod si aggrediatur, stultus est, quoniam præter dignitatem, ac quod oportet, facit: ac virtutis est, quod recte fit. Decet etiam eos, quibus talia iam ante exstiterunt, vel à se, vel a maioribus, vel ab iis, qui ad ipsos pertinent: nobiles etiam & illustres, & quæ sunt huiusmodi. Omnia namque hæ magnitudinem habent & dignitatem. Ac maxime quidem talis

magnifi-

magnificus est, in eiusmodique impensis est magnificentia, sicut dictum est: quippe quæ & maxima sunt & honorificentissima. ex priuatis vero, quæ semel fiunt, vt nuptiæ, & si quid tale est: & si alicui rei tota ciuitas studet, vel qui in dignitate sunt: itemque hospitum susceptionibus, legationibus, muneribus, & remunerationibus. Non enim magnificus in se, sed in commune sumtuosus est. Munera autem quicquam simile donariis habent. Magnifici etiam est, ædes exstruere diuitiis congruenter: nam etiam hoc ornamentum quoddam est. & in ea sumtus potius facere, quæ sunt ex operibus diuturna: pulcerrima enim hæc sunt, & in singulis quod decet. Nam non eadem conueniunt diis & hominibus, nec in templo & sepulcro. Et in sumtibus vnusquisque in genere magnus est: & magnificentissimus quidem, qui in magna re est magnus. Hic vero, qui in his magnus est. Ac differt quæ est in opere magnitudo, ab ea quæ in sumtu. Pila enim aut lecythus pulcerrima, puerilis doni habet magnificentiam. Huiusce tamen rei æstimatio, pusillum quid est, & illiberale. Atque iccirco magnifici est, in quocunque genere quid fecerit, magnifice facere. Tale enim non facile superatur,

ὁ μεγαλοπρεπὴς, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις δαπανήμασιν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὥσπερ εἴρηται. μέγιστα γὰρ καὶ ἐντιμότατα. τῶν δὲ ἰδίων, ὅσα εἰσάπαξ γίνεται, οἷον γάμος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, καὶ εἰ περί τι πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει, ἢ οἱ ἐν ἀξιώματι. καὶ περὶ ξένων δὲ ὑποδοχὰς, καὶ ἀποστολὰς, καὶ δωρεὰς καὶ ἀντιδωρεάς. οὐ γὰρ εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸς ὁ μεγαλοπρεπὴς, ἀλλ' εἰς τὰ κοινά. τὰ δὲ δῶρα τοῖς ἀναθήμασιν ἔχει τι ὅμοιον. μεγαλοπρεποῦς δὲ καὶ οἶκον κατασκευάσασθαι πρεπόντως τῷ πλούτῳ. κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος. καὶ περὶ ταῦτα μᾶλλον δαπανᾶν, ὅσα πολυχρόνια τῶν ἔργων. κάλλιστα γὰρ ταῦτα, καὶ ἐν ἑκάστοις τὸ πρέπον. οὐ γὰρ ταὐτὰ ἁρμόζει θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, οὐδ' ἐν ἱερῷ καὶ τάφῳ. καὶ ἐπὶ τῶν δαπανημάτων ἕκαστον μέγα ἐν τῷ γένει. καὶ μεγαλοπρεπέστατον μὲν τὸ ἐν μεγάλῳ μέγα. ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐν τούτοις μέγα. καὶ διαφέρει τὸ ἐν τῷ ἔργῳ μέγα, τοῦ ἐν τῷ δαπανήματι. σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ λήκυθος ἡ καλλίστη, ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικοῦ δώρου. ἡ δὲ τούτου τιμὴ, μικρὸν καὶ ἀνελεύθερον. διὰ τοῦτό ἐστι τοῦ μεγαλοπρεποῦς ἐν ᾧ ἂν ποιῇ γένει, μεγαλοπρεπῶς ποιεῖν. τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐκ εὐυπέρβλητον,

G H

καὶ ἔχει κατ' ἀξίαν τοῦ δαπανήματος. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλοπρεπής. ὁ δ' ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος, τῷ παρὰ τὸ δέον ἀναλίσκειν, ὑπερβάλλει, ὥσπερ εἴρηται. ἐν γὰρ τοῖς μικροῖς τῶν δαπανημάτων, πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος· οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν, καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν, ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ μεγαρεῖς. καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ποιήσει, οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον ἐπιδεικνύμενος, καὶ διὰ ταῦτα οἰόμενος θαυμάζεσθαι. καὶ οὗ μὲν δεῖ πολλὰ ἀναλῶσαι, ὀλίγα δαπανῶν· οὗ δ' ὀλίγα, πολλά. ὁ δὲ μικροπρεπὴς περὶ πάντα ἐλλείψει, καὶ τὰ μέγιστα ἀναλώσας ἐν μικρῷ, τὸ καλὸν ἀπολεῖ. καὶ ὅ,τι ἂν ποιῇ μέλλων, καὶ σκοπῶν πῶς ἂν ἐλάχιστον ἀναλώσαι, καὶ ταῦτ' ὀδυρόμενος, καὶ πάντ' οἰόμενος, μείζω ποιεῖν, ἢ δεῖ. εἰσὶ μὲν οὖν αἱ ἕξεις αὗται, κακίαι. οὐ μὴν ὀνείδη γ' ἐπιφέρουσι, διὰ τὸ μήτε βλαβεραὶ τῷ πέλας εἶναι, μήτε λίαν ἀσχήμονες.

I

& pro sumtus dignitate habet. Ac magnificus quidem talis est. At qui excedit indecorusque est sumtibus faciendis præter decorum, excedit, vt dictum est. in paruis enim rebus sumtes multos facit, splendoremque inconcinne ostentat. Vt qui sodales nuptiali conuiuio excipit: & qui comœdiis suppeditans, in transitu purpuram exhibet, sicut Megarenses: atque huius generis faciet omnia, non honesti caussa, sed vt ostentet diuitias, ob id se admirationi esse ratus. Atque vbi multa sint expendenda, pauca expendens: vbi pauca, multa. At sordidus in omnibus deficiet, & si magnos sumtus fecerit in parua re, honestum peruertet: & quicquid fecerit, cunctans, spectansque quomodo minimum expendat: idque conquerens, ac maiora quam decet, se facere omnia existimans. At sunt quidem habitus hi vitia: non tamen adferunt opprobria: propterea, quod neque noxii vicino, neque indecori valde sunt.

COMMENTATIONES.

A δόξαι δ' ἂν) Agitur in hoc cap. de altera virtute, quæ circa pecunias & opes versatur, & facultates, & nominatur μεγαλοπρέπεια, magnificentia, de qua ista tria præcipue vsque ad finem cap. explicantur. Primum de eius definitione

finitione & obiecto, circa quod versatur: deinde, de propriis eius officiis, in quibus vis huius virtutis cernitur & consistit: tertio, de duobus extremis siue vitiis, quæ ei opponuntur.

De primo: Magnificentia est virtus, *quæ mediocritatem seruat in sumtibus magnis decenter faciendis.* Ex hac definitione intelligitur etiam, quod sit huius virtutis obiectum: est enim idem fere obiectū, quod liberalitatis, nempe χρήματα, id est, *pecunia, opes, & facultates.* Sed tamen differt a liberalitate tribus modis: Primum, quantitate, τῇ ποσότητι. Nam magnificentia non nisi in magnis opibus cernitur & consistit, vnde etiā ipsum nomen accepit ἀπὸ τοῦ μεγέθους, *a magnitudine*, quod versatur circa μεγάλα χρήματα, *magnas opes & facultates.* Liberalitas autē etiam potest locū habere in paruis & mediocribus opibus & facultatibus, ita vt etiā pauper aliquis, qui parū habet, pro ratione suarū facultatum, possit liberalis nominari, quod Aristot. probat testimonio Homeri, qui in 16. lib. Odyss. laudat Vlyssem propter liberalitatē, quod nimirū etiam aliquando erga mendicos & pauperes fuerit beneficus & liberalis, dando illis panē aut vinū, aut aliquid simile. Deinde differunt actionibus, ταῖς ἐνεργείαις. Nam liberalitatis propria actio est dare: magnificétiæ est magnos sumtus facere, inq; res magnas. Tertio, τῇ ἀκολουθίᾳ, *consecutione.* Omnis enim magnificus est liberalis, sed nō contra, omnis liberalis est magnificus. Quod autē magnæ opes sint obiectū magnificentiæ, probatur ex eius contrariis vitiis, quæ ēt circa opes magnas & magnos sumtus peccant. Idq; vel in excessu, quādo maiores sumtus in res inutiles fiunt: quod vitium duobus appellatur nominibus: 1. dicitur βαναυσία, sordida & inepta splendoris in magnis sumtibus faciendis affectatio: 2. dicitur ἀπειροκαλία, decori imperitia in magnis sumtibus faciendis. Vel peccant in defectu, quod vitiū nominatur μικροπρέπεια, id est, *intempestiua parsimonia*, cum quis minores sumtus facit, quam debebat.

B ὁ δὲ μεγαλοπρεπής.) Altera pars est de forma, id est, propriis notis magnificentiæ, ex quibus eius natura & officia cognoscuntur. Ponit autem Aristoteles multas notas siue proprietates, in quibus officium magnifici

Magnificentia quid.

Obiectū.

Differentia a liberalitate.

1.

2.

Magnificentia notæ.

I describitur & continetur: Quarum nota prima est, *quod magnificus in faciendis sumtibus scientiam habet decori & obseruantiæ, vt nimirum tales sumtus faciat, qui videantur bene & recte atq; vtiliter esse facti.* Vnde magnificum comparat homini perito & industrio artifici, qui antequam opus aliquod aggrediatur, prius diligenter apud se considerat, quo pacto illud velit, quam optime facere, vnde etiam possit laudem suæ artis consequi. Ita etiam magnificus, quando vult magnos sumtus in aliquam rem facere, prius diligenter considerat, vt sumtus illos optime collocet: ita vt videatur habuisse rationem decori. Nam magnos sumtus non bene collocare aut

II impendere, est contra decorum. Altera proprietas & nota est, *quod opera magnifici debent correspondere sumtibus, & rursum ipsi sumtus debent respondere operibus: ita vt si sumtus sint magni, opera quoq; videantur esse magna,*

III *& digna tantis sumtibus.* Tertia, *magnificus facit magnos sumtus, non ostentationis gratia, vt velit suas opes & diuitias ostentare, sed honestatis gratia, τοῦ καλοῦ ἕνεκα.* Hic enim præcipuus finis est in omnibus virtutum actionibus, vt videamur honestatis gratia virtutem amare, cole-

IV re, & exercere. Quarta nota: *magnificus facit sumtus cum quadã animi oblectatione & voluptate, quia in splendore & elegantia suorum operum, in quæ fecit magnos sumtus, sese oblectat.* Atque hæc nota etiam est communis omnibus virtutum actionibus, vt nimirum non cum molestia aut difficultate, sed cum quadam animi volu-

V. ptate, actiones animi præstemus. Quinta nota: *magnificus facit sumtus largiter & copiose, absq; vlla indicatione aut suspicione parsimoniæ.* Nam *ἀκριβολογία, nimis exacta sumtuum & rationum subductio*, indicium est hominis auari & sordidi, qui magis videtur pecuniam, quam operis elegantiam amare. Magnificus autem non curat sumtuum magnitudinem, modo possit opus suum tale efficere, vt sit quam pulcerrimum & decentissimum. Ideoque ad euitandam suspicionem auaritiæ mauult maiores sumtus facere, quam sunt necessarii.

VI. C ἀναλώσει δὴ καὶ ἐλευθέριον.) Sexta: *magnificus seruat etiam conditiones & leges liberalitatis, ne videlicet quid committat, quod sit contra decorum personæ, operis, loci, temporis,*

poris, & similium circumstantiarum, quæ in exercenda etiam liberalitate sunt obseruanda. Sed in hoc differt a liberali, quod magnificus in his omnibus spectat τὸ μέγεθος, *magnitudinem & splendorem.* Est autem magnificentia nihil aliud, quam magna & splendida quædam liberalitas.

D καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης δαπάνης.) Septima nota est: *quod magnificus pari impensa & eodem sumtu opus aliquod elegantius & splendidius potest efficere, quam quisquam alius.* Ratio autem sumitur ex prima nota & præceptis, quia habet scientiam decori, id est, scit, quid in vnoquoque opere sit elegans & pulcrum, & quæ sit cuiusque operis virtus, id est, præstantia, perfectio, & pulcritudo. Nam operis præstantia non solum æstimanda est ex magnitudine & multitudine sumtuum, qui in illud opus sunt facti: sed æstimanda est ex iusta sua magnitudine, perfectione, & elegantia, quæ ipso aspectu potest admirationem adferre ipsis intuentibus: itaque magnitudo quidem sumtuum æstimatur ex multitudine pecuniarum, quæ sunt impensæ: sed operis magnitudo æstimatur ex eius perfectione & elegantia, ipsaq; admiratio operis indicium est perfectionis & elegantiæ.

VII.

E ἐστὶ δὲ τῶν δαπανημάτων.) Octaua nota est: *magnificus diligenter considerat, in quas res velit facere magnos sumtus, non enim in quaslibet res suas opes cupit temere impendere.* Circa hanc notam & proprietatem notanda est hæc distinctio. Illæ res, in quas magnificus sumtus facit, vel sunt Priuatæ, vel Communes. Priuatæ dicuntur, quæ pertinent ad ipsum magnificum & familiam eius, veluti sunt *ades, horti, prædia, agri, supellectilia, vasa aurea & argentea, conuiuia, & his similia*: in quibus omnibus præcipue spectat splendorem & magnitudinē sumtuum conuenientem suæ personæ & suis facultatibus. Non enim eadem decet omnes magnificentia: Nam alia magnificentia decet regem, alia principem, alia comitem, alia nobilem, alia plebeium, & de ceteris personarum conditionibus. Præterea non eadem magnificentia requiritur in exstruenda culina, quæ requiritur in exornando cœnaculo aut hypocausto. Neq; eadem magnificentia requiritur in stabulo, quæ requiritur in ca-

VIII.

Rerum, in quas magnificus sumtus facit, sunt: Priuatæ

aut

Communes: Eaq; sunt Sacra vel Profana.

biculo. Communes dicuntur res, quæ pertinent ad publicum vsum. Atque hæ vel sunt sacræ, quæ pertinent ad religionem & cultum diuinum, *vt templa, delubra, altaria, imagines, statua, sacrificia, vestes sacra, & instrumenta ad sacrum vsum destinata, vt calices, campana, missalia, & similia donaria:* vel sunt profanæ, quæ pertinent ad publicum ciuitatis vsum & ornatum. Erant autem apud Athenienses præcipue quatuor genera publicarum impensarum: vel enim fiebant impensæ in res bellicas, *cuiusmodi erat præfectura triremium:* vel fiebant impensæ in publica opera ciuitatis, vt erant *theatra, porticus, aquaductus, therma, via publica, palatia, carceres, mœnia, & similia vrbis propugnacula:* tertio, fiebant sumtus in ludos & spectacula: quarto, *publica epula:* item, *publica sacrificia, qua pro tota ciuitate fiebant.*

Impensa publica quotuplices.

IX. F ἐν ἅπασι δ' ὥσπερ εἴρηται.) Nona proprietas & nota magnificentiæ est, *quod magnificus in faciendis sumtibus rationem habeat sua persona suarumq; facultatum.* Neque enim magnificentia competit omnibus personis & hominibus. Nec etiam debet superare nostras facultates. Nam & hoc esset contrà decorum, maiores facere velle sumtus, quam nostræ facultates possint ferre. Dicit ergo Aristoteles, magnificentiam tantum competere iis, quibus magnæ sunt opes & facultates, & quorum cōditio & vitæ genus etiam potest ipsis operibus, quæ facere volunt, adferre aliquem honorem & splendorem: cuiusmodi sunt *homines generosi, nobiles, magnates, & aliorum clari atq; celebres.* Item, quorum opes etiam sunt amplæ & splendidæ, ac honestis rationibus acquisitæ, aut ipsis a maioribus suis relictæ. Itaque homines pauperes, plebeii, idiotæ, obscuri, ignobiles, & in nulla dignitate atque auctoritate constituti, non possint reuera esse magnifici, etiamsi habeant magnas opes, neque illi, qui malis artibus & rationibus suas opes acquisiuerunt per furta, sacrilegia, rapinas, vsuras, aut aliam quamcunque iniuriam, non possunt proprie esse magnifici. Imo, quando conantur suis opibus aliquam magnificentiam ostentare, magis deridentur & contemnuntur ab aliis, quia non possunt ex sua persona ipsi operi aliquem honorem aut splendorem adferre.

Quem-

Quemadmodum etiam Martialis deridet quendam tonsorem Lycinum, qui volebat sibi marmoreum sepulcrum exstruere. Ita hodie Papa, Cardinales, Episcopi, & alii, cum de bonis ecclesiasticis volunt magnificentiam suam ostentare, & etiam conantur reges & principes superare, merito deridentur, propterea quod illa bona sunt tantum eleemosynæ emendicatæ, quæ debebant conferri non in luxum & splendorem, sed tantum in pios vsus, vt in cultum diuinum, in alendos ministros, in scholas & scholasticos pauperes, & in similes honestos & pios vsus.

G τῶν δ' ἰδίων ὅσα εἰσάπαξ γίνεται.) Hęc est appendix, quę pertinet ad octauam notam de sumtibus, qui solent fieri in res priuatas, quæ ad ipsum magnificum pertinent. In his omnibus Aristoteles ait, magnificum seruare etiam decorum: ita tamen, vt non tam sumtuosus in seipsum & suas res, quam in res communes & publicas videatur esse, sed tamen etiam in illis hoc spectat, vt tales videatur sumtus fecisse, qui & opibus & facultatibus, vt etiam personæ ipsius conueniunt. Enumerat autem quinque species priuatorum sumtuum: Prima est eorũ, quæ fiunt in eiusmodi res & actiones, quas in vita semel tantum, aut saltem non sæpius suscipimus, veluti sunt *nuptiæ*: huc pertinent honores magistratus, veluti *consulatus, pratura, dictatura*: honores literarii, *magisterium, doctoratus*. Tales enim honores in vita tantum semel nobis deferuntur, neq; a nobis etiam repetuntur. Altera species est eorum sumtuum, qui publice a tota ciuitate, id est, ab omnibus ciuibus, quibus per facultates licet, solent fieri, veluti sunt *solemnia conuiuia, celebrationes festorum*: item, *publica sacrificia*, quia etiam magnificus eos sumtus libenter contribuit, qui ipsius personam decent. Tertia species est hospitalitatis, *in excipiendis & honorifice dimittendis hospitibus*. Quarta species ad dona magnifici pertinet, quæ talia esse debent, *vt sint splendida & magna pro ratione facultatum*. Quinta ad domum, ad honorem & ornatum domesticum, id est, ad supellectilia, ad vasa, ad vestitum, & his similia, quibus domus possint exornari, vt *tabulæ pictæ*. In his omnibus, inquit Aristoteles, magnificum eos sumtus facere, qui suis facultatibus conueniunt.

Sumtuũ priuatorũ species 5.

1. 2. 3. 4. 5.

X. H καὶ ἀεὶ ζωῶν μᾶλλον.) Decima nota est magnificentiæ, quod magnificus facit ſumtus in res vtiles, honeſtas, neceſſarias, & diuturnas; quarum longus poteſt eſſe vſus: cuiuſmodi *templa* ſunt, *theatra*, *via publica*, *oppida*, *& ciuitates*, ſicuti Minos rex Aſſyriorum condidit Niniuen, & eius vxor Semiramis condidit Babylonem: Dido Carthaginẽ: Alexander Magnus Alexandriam: Conſtantinus Imperator Conſtantinopolin. Nam per talia opera & tales ſumtus, quos impenderunt, compararunt ſibi æternam memoriam. Itaq; magnificus ſumtus facit magnos, non in res lubricas, turpes, viles, aut cito perituras, quarum vſus vel nullus eſt, vel cito euaneſcit. Vnde Cic. *lib. 2. Offic.* reprehendit eos, *qui faciunt ſumtus in eiuſmodi res, quarum memoriam aut breuem aut plane nullam ſunt relicturi.* Propter quam cauſam etiam Alexandro Magno vitio datum fuit, quod cuidam potatori, qui cæteros potando vicerat, donauit talentum auri. Et Sardanapalus rex Aſſyriorum: item Tyberius Nero, Neolepalus, & quidam alii Imperatores, reprehenduntur merito, quod maximas opes profundunt in libidines & voluptates, earumq; miniſtros.

XI. Vndecima nota eſt magnifici, quod in ſumtibus faciendis ita decorum ſeruet, vt diſcrimen habeat & perſonarum, & rerum, in quas ſumtus magnos vult facere. Nam prout res ſunt & perſonæ, ita etiam ſumtus ſunt moderandi, vt & perſonis & rebus ſiue operibus conueniant. Exempli gratia: Maiores ſumtus faciendi ſunt in extruendo templo, & in erigendo ſepulcro: ita etiam maiores ſumtus faciendi ſunt in excipiendis legatis Imperatoris aut regis, quam erga legatos principis, comitis, nobilis, ciuitatis alicuius.

XII. Poſtrema proprietas eſt, quod magnificus in faciendis ſumtibus præcipue ſpectat id, quod eſt maxime magnificum, ita vt non poſſit facile ab eo, qui hac virtute præditus non eſt, in ſumtibus decenter faciendis ſuperari: quia, vt initio dixit, magnificus habet ſcientiam decori, & poteſt cõſiderare, quinam ſumtus cuiq; operi maxime conueniant: ita vt etiam in rebus, quæ alioquin videntur exiguæ & paruæ, & quaſi pueriles, tamen magnificentiam ſuam poſſit declarare. Habet enim vnaquæq; res in

res in suo genere, etiamsi videatur esse parua, aliquid quod est magnum, id est, perfectum, elegans, & pulcrum: tum enim quælibet res videtur esse perfecta, quando ad suam iustam magnitudinem est perducta, ita vt nihil sit, quod ad eius magnitudinem, vel addi, vel demi possit.

Ὁ δ' ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος.) Hæc est prima pars cap. in qua agitur de duobus extremis siue vitiis, quæ magnificentiæ opponuntur, quorum primum est in excessu, & nominatur ἀπειροκαλία, quasi ἀπειρία τοῦ καλοῦ, *inscitia, imperitiaq; decori*. Vocatur etiam βαναυσία, id est, *inepta splendoris affectatio in magnis sumtibus faciendis*. Sumta metaphora ἀπὸ τῶν βαναύσων, sordidis opificibus, qui circa ignem & caminum laborant, a Græco vocabulo dicti βάναυσος, id est, *fornax*. Tales enim plerunque sordidi sunt & fumosi. Dicuntur autem illi, qui magnos sumtus inutiliter impendunt, ideo βάναυσοι: quia eorum sumtus, quasi in fumum abeunt, & frustra pereunt. Est ergo βαναυσία nihil aliud, quam inepta & inutilis magnorum sumtuũ profusio. Tripliciter autem posse peccari circa hoc vitium, Aristoteles ostendit: Primo, ratione formæ, quia magni sumtus fiunt inepte & præter decorum, cuius rei ponit duo exempla: Vnum est de Megarensibus, qui in actionibus aut tragœdiis, & etiam in scenis & ingressu theatri solebant purpuram substernere. Similem luxum Cicero reprehendit in Verre, quod tentoria habuerit, confecta ex carbaseis velis. Et Plin. lib. 19. eundem luxum reprehendit in Romanis, quod velis carbasinis exornarint theatra. Alterum exemplũ est de iis, qui nimios faciunt sumtus in conuiuia priuata. Deinde peccatur etiam circa hoc vitium, ratione materiæ, duobus modis: Primum, quando in res vtiles & obiecta fiunt magni sumtus: deinde, quando magni sumtus fiunt ibi, vbi minores sumtus sufficerent. Vbi autem magni sumtus requiruntur, fiunt parui. Tertio peccatur circa hoc vitium, ratione finis, quando non honestatis, sed ostentationis gratia magni sumtus impenduntur. Alterum extremum siue vitium, quod magnificentiæ opponitur, est in defectu, & nominatur μικροπρέπεια, id est, *indecora parsimonia in magnis operibus faciendis*. Circa hoc vitiũ etiam tripliciter peccatur: Primum, quia nimiam

ἀπειροκαλία.

βαναυσία.

βαναυσία triplex.

μικροπρέπεια.

propter parsimoniam, opus quod cœptum est, non potest ad suum splendorem perduci, atque ideo fit, vt etiam pereat omnis gratia priorum sumtuum totiusque operis: deinde peccatur, quia tales sumtus fiunt cum aliqua tergiuersatione & molestia, quod est contra officium magnifici. Est enim indicium alicuius auaritiæ & illiberalitatis, quia auarorum proprium est, cum molestia aliquid dare: tertio peccatur, quia sumtus non fiunt largiter, i. copiose & sufficienter pro ratione ipsius operis. Atque hæc duo extrema sunt siue vitia, quæ magnificentiæ opponuntur, eique aduersantur. Etsi autem sint vitiosa, quatenus discedunt a mediocritate, & propterea aliqua reprehensione sint digna, tamen monet Aristoteles, hæc duo vitia non esse coniuncta cum aliquo opprobrio, aut aliqua turpitudine, vt propter illa possit aliquis amittere nomen viri boni & honesti. Nam per hæc vitia nemo alteri potest nocere, aut iniuriam facere, sed tantum peccat in suas proprias opes & facultates, quas inepte & inutiliter profundit, ita vt neque laudem, neque aliquam aliam vtilitatem percipere possit.

ΚΕΦ. γ'.

A Ἡ δὲ μεγαλοψυχία, περὶ μεγάλα μὲν καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι. περὶ ποῖα δ' ἐστί, πρῶτον λάβωμεν. διαφέρει δ' οὐδὲν τὴν ἕξιν, ἢ τὸν κατὰ τὴν ἕξιν σκοπεῖν. δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος εἶναι, ὁ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἄξιος ὤν. ὁ γὰρ μὴ κατ' ἀξίαν αὐτὸ ποιῶν, ἠλίθιος. τῶν δὲ κατ' ἀρετὴν οὐδεὶς ἠλίθιος, οὐδ' ἀνόητος. μεγαλόψυχος μὲν οὖν ὁ εἰρημένος. ὁ γὰρ μικρῶν ἄξιος, καὶ τούτων ἀξιῶν ἑαυτόν, σώφρων, μεγαλόψυχος δ' οὔ. ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγα-

CAP. 3.

Magnanimitas aũt in reb. magnis, vel ex nomine versari videtur. Circa quæ aũt versetur, primũ sumamus. Nihil vero refert, habitumne, an eũ, qui præditus habitu est, consideremus. Esse sane magnanimus is videtur, qui magnis sese dignum esse existimat, cũ sit dignus. Nã qui nõ pro dignitate id facit, stolidus est: at virtute præditorũ nemo stultus est, neq; amens. Atq; est quidẽ magnanimus is quẽ diximus. Qui n. paruis est dignus, iisq; se dignũ censet, modestus, non magnanimus est. nã magnanimitas in magnitudine

tudine consistit, perinde ac pulcritudo in magno corpore. Parui vero elegantes, & concinni, non autem pulcri sunt. At qui cum sit indignus, dignum se magnis putat, inflatus est: non omnis tamen qui maioribus, quam sit dignus, inflatus est. Qui autem minoribus quam sit, se dignum esse arbitratur, pusillanimus est: siue cum magnis, siue mediocribus, siue etiam paruis dignus sit, adhuc minoribus se dignum esse censeat. Maximeque tamen esse videretur, qui magnis est dignus. Nam quid fecisset, si tantis non esset dignus? Est igitur magnanimus magnitudine summus: quatenus vero oportet, medius. nam se dignum eo censet, quod pro dignitate est: illi autem excedunt, & deficiũt. veruntamen si magnis se esse dignum existimat, dignus cum sit, & præcipue maximis, in vno maxime versabitur. dignitas autem externorum bonorum collatione dicitur: id vero maximũ statueremus, quod diis attribuimus, quodq; maxime appetunt, qui sunt in dignitate, & quod præclarissimarum rerum præmium est. at huiusmodi est honor: externorum enim bonorum id maximum est. in honoribus igitur & ignominiis vt oportet, versatur magnanimus. quin & absque ratione magnanimi honorem quærere videntur. magni etenim honore se dignos maxime putant, at pro dignitate:

λοψυχία, ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι. οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' οὔ. ὁ δὲ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἀνάξιος ὢν, χαῦνος· ὁ ἢ μειζόνων ἢ ἄξιος, οὐ πᾶς χαῦνος. ὁ δὲ ἐλαττόνων ἢ ἄξιος, μικρόψυχος, ἐάν τε μεγάλων, ἐάν τε μετρίων, ἐάν τε καὶ μικρῶν ἄξιος ὤν, ἔτι ἐλαττόνων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, καὶ μάλιστα ἂν δόξειεν ὁ μεγάλων ἄξιος. τί γὰρ ἂν ἐποίει, εἰ μὴ τοσούτων ἦν ἄξιος; ἔστι δὴ μεγαλόψυχος, τῷ μὲν μεγέθει ἄκρος· τῷ δὲ ὡς δεῖ, μέσος. τοῦ γὰρ κατ' ἀξίαν ἑαυτὸν ἀξιοῖ. οἱ δ' ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν. εἰ δὲ δὴ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, ἄξιος ὤν, καὶ μάλιστα τῶν μεγίστων, περὶ ἓν μάλιστα ἂν εἴη. ἡ δ' ἀξία λέγεται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀγαθά. μέγιστον δὲ τοῦτ' ἂν θείημεν, ὃ τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν, καὶ οὗ μάλιστα ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλον· τοιοῦτον δ' ἡ τιμή. μέγιστον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. περὶ τιμὰς δὴ καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστιν, ὡς δεῖ. καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται οἱ μεγαλόψυχοι περὶ τιμὴν εἶναι. τιμῆς γὰρ μάλισθ' οἱ μεγάλοι ἀξιοῦσιν ἑαυτούς. κατ' ἀξίαν δέ.

B

ὁ δὲ μικρόψυχος ἐλλείπει καὶ πρὸς αὑτὸν, καὶ πρὸς τὸ τοῦ μεγαλοψύχου ἀξίωμα. ὁ δὲ χαῦνος, πρὸς ἑαυτὸν μὲν ὑπερβάλλει, οὐ μὴν τόν γε μεγαλόψυχον. ὁ δὴ μεγαλόψυχος, εἴπερ τῶν μεγίστων ἄξιος, ἄριστος ἂν εἴη. μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος, καὶ μεγίστων ὁ ἄριστος. τὸν ὡς ἀληθῶς ἄρα μεγαλόψυχον, δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. καὶ δόξειε δ' ἂν εἶναι μεγαλοψύχου, τὸ ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ μέγα. οὐδαμῶς τ' ἂν ἁρμόζοι μεγαλοψύχῳ φεύγειν παρασείσαντι, οὐδ' ἀδικεῖν. τίνος γὰρ ἕνεκα πράξει αἰσχρὰ, ᾧ οὐθὲν μέγα; καθ' ἕκαστα δ' ἐπισκοποῦντι πάμπαν γελοῖος φαίνοιτ' ἂν ὁ μεγαλόψυχος, μὴ ἀγαθὸς ὤν. οὐκ εἴη δ' ἂν οὐδὲ τιμῆς ἄξιος, φαῦλος ὤν. τῆς ἀρετῆς γὰρ ἆθλον ἡ τιμὴ, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς. ἔοικε μὲν οὖν ἡ μεγαλοψυχία, οἷον κόσμος τις εἶναι τῶν ἀρετῶν. μείζους γὰρ αὐτὰς ποιεῖ, καὶ οὐ γίνεται ἄνευ ἐκείνων. διὰ τοῦτο χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ, μεγαλόψυχον εἶναι. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄνευ καλοκἀγαθίας. μάλιστα μὲν οὖν περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστι· καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις, καὶ ὑπὸ τῶν σπουδαίων μετρίως ἡσθήσεται, ὡς τῶν οἰκείων τυγχάνων, ἢ καὶ ἐλαττόνων. ἀρετῆς γὰρ παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή.

pusillanimus vero deficit, & quod ad se, & quod ad magnanimi dignitatem attinet. insiatus autem quod ad se, non autem ad magnanimum, excedit. At magnanimus, si maximis est dignus, optimus fuerit. Maiori enim semper honore dignus est, qui est melior: & maximus, qui est optimus. Igitur qui magnanimus reuera est, bonus sit, oportet. Esse vero magnanimi videtur, quod in quaque virtute magnum est. Nulloque pacto magnanimo conuenit, vt si concusserit, fugiat, aut iniuste agat. Cuius enim caussa turpia faciet is, cui nihil est magnum? nam si quis singula consideret, magnanimus si non est bonus, prorsus ridiculus videbitur. imo neque honore quidem erit dignus, si sit malus: virtutis enim præmium est honor, bonisque attribuitur. Videtur igitur magnanimitas, quasi ornamentum quoddam esse virtutum. Nam maiores ipsas facit, & sine ipsis non constat. Ac propterea vere esse magnanimum, difficile est. Non enim exsistere sine probitate potest. Ac maxime quidem magnanimus in honoribus & ignominiis vertitur: ac in magnis quidem, & a probis viris mediocriter lætabitur, vt qui sua aut etiam minora cõsequatur. integra enim virtuti nullus honor tribui dignus potest.

admittet

admittet tamen, quòd non habeant illi maiores quibus ipsum afficiant. Sed a quibuslibet, & ob parua exhibitum, prorsus contemnet: non enim est eis dignus: simili modo etiam ignominiam. Nam in ipsum iure non cadet. Maxime igitur, sicut dictum est, in honoribus versatur magnanimus: nihilominus tamen & in diuitiis, & potestatibus, & omni prospera & aduersa fortuna, vtcunque contigerit, moderate se geret: vt neque in prosperis lætitia tollatur, neque in aduersis rebus tristitia prematur. neq; enim in honore qui si bonorum maximo est affectus. nam potestates & diuitiæ ob honorem expetēdæ sunt: itaq; qui ipsa habent, affici per ea honoribus volunt. Cui ergo honores parua est, ei cetera quoque. Quapropter etiam contemtores esse videntur. Quinetiam fortunæ prosperitates videntur cōferre ad magnanimitatem: nobiles enim honore digni censentur, potentes & diuites excellūt enim. Omne autem quod bono excellit, est honorabilius. propterea & huiusmodi res magis magnanimos homines faciunt. nam a quibusdam honorantur. sed reuera solus bonus honorabilis est. cui tamen vtraque insunt, magis censetur honore dignus. qui autē sine virtute huiusmodi bona possident, neque merito magnis dignos se esse ar-

οὐ μὴν ἀλλ' ἀποδέξεταί γε, τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς μείζω αὐτῷ ἀπονέμειν. τῆς δὲ παρὰ τῶν τυχόντων καὶ ἐπὶ μικροῖς, πάμπαν ὀλιγωρήσει. οὐ γὰρ τούτων ἄξιος. ὁμοίως δὲ καὶ ἀτιμίας. οὐ γὰρ ἔσται δικαίως περὶ αὐτόν. μάλιστα μὲν οὖν ἐστιν ὥσπερ εἴρηται, ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμάς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ πλοῦτον, καὶ δυναστείαν καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν μετρίως ἕξει, ὅπως ἂν γίνηται. καὶ οὔτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτ' ἀτυχῶν περίλυπος. οὐδὲ γὰρ περὶ τιμὴν οὕτως ἔχει, ὡς μέγιστον ὄν. αἱ γὰρ δυναστεῖαι καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τιμήν ἐστιν αἱρετά. οἱ γοῦν ἔχοντες αὐτὰ, τιμᾶσθαι δι' αὐτῶν βούλονται. ᾧ δὴ καὶ ἡ τιμὴ μικρόν ἐστι, τούτῳ καὶ τἄλλα· διὸ καὶ ὑπερόπται δοκοῦσιν εἶναι. δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν. οἱ γὰρ εὐγενεῖς ἀξιοῦνται τιμῆς, καὶ οἱ δυναστεύοντες, ἢ οἱ πλουτοῦντες. ἐν ὑπεροχῇ γάρ· τὸ δ' ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν, ἐντιμότερον. διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα μεγαλοψυχοτέρους ποιεῖ. τιμῶνται γὰρ ὑπό τινων. κατ' ἀλήθειαν δὲ ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητός. ᾧ δ' ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς. οἱ δ' ἄνευ ἀρετῆς τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἔχοντες, οὔτε δικαίως ἑαυτοὺς μεγά-

E

λων ἀξιοῦσιν, οὔτε ὀρθῶς μεγαλόψυχοι λέγονται. ἄνευ γὰρ ἀρετῆς παντελοῦς οὐκ ἔστι ταῦτα. ὑπερόπται δὲ καὶ ὑβρισταὶ καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες, κακοὶ γίνονται. ἄνευ γὰρ ἀρετῆς οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα. οὐ δυνάμενοι δὲ φέρειν, καὶ οἰόμενοι τῶν ἄλλων ὑπερέχειν, ἐκείνων μὲν καταφρονοῦσιν. αὐτοὶ δὲ ὅ, τι ἂν τύχωσι πράττουσι. μιμοῦνται γὰρ τὸν μεγαλόψυχον, οὐχ ὅμοιοι ὄντες. τοῦτο δὲ δρῶσιν ἐν οἷς δύνανται. τὰ μὲν οὖν κατ' ἀρετὴν οὐ πράττουσι, καταφρονοῦσι δὲ τῶν ἄλλων. ὁ δὲ μεγαλόψυχος δικαίως καταφρονεῖ. δοξάζει γὰρ ἀληθῶς· οἱ δὲ πολλοί, τυχόντως. F οὐκ ἔστι δὲ μικροκίνδυνος, οὐδὲ φιλοκίνδυνος, διὰ τὸ ὀλίγα τιμᾶν. μεγαλοκίνδυνος δέ, καὶ ὅταν κινδυνεύῃ, ἀφειδὴς τοῦ βίου, ὡς οὐκ ἄξιον ὂν πάντως ζῆν. καὶ οἷος εὖ G ποιεῖν· εὐεργετούμενος δ' αἰσχύνεται. τὸ μὲν γὰρ ὑπερέχοντος, τὸ δ' ὑπερεχομένου. καὶ ἀντευεργετικὸς πλειόνων. οὕτω γὰρ προσοφλήσει ὁ ὑπάρξας, καὶ ἔσται εὖ πεπονθώς· δοκοῦσι δὲ καὶ μνημονεύειν. οὓς ἂν ποιήσωσιν εὖ, ὧν δ' ἂν πάθωσιν, οὔ. ἐλάττων γὰρ ὁ παθὼν εὖ, τοῦ ποιήσαντος. βούλεται δ' ὑπερέχειν. καὶ τὰ μὲν ἡδέως ἀκούει, τὰ δ' ἀηδῶς. διὸ καὶ τὴν

bitrantur, neque recte magnanimi dicuntur. Nam hæc absque integra virtute non consistunt, sed contemtores, contumeliosi, atque huiusmodi habentes, vitiosi fiunt. Non facile enim sine virtute moderate prosperos rerum successus quispiam ferat. Dum vero ferre nequeunt, putantque se alios excellere, illos despiciunt: ipsi vero agunt, quicquid forte inciderit. Imitantur enim magnanimum, ei dissimiles. Atque id faciunt, in quibus possunt. Quæ enim ex virtute sunt, non agunt, sed contemnunt alios. At magnanimus merito contemnit: nam vere opinatur. Alii autem fortuito. Neque vero parua, neque lubens adit pericula, quod pauca sunt, quæ in honore habeat: sed magna adit, & cum periclitatur, vitæ suæ non parcit, quasi non dignum omnino sit viuere. talisque est, qui benefaciat: sibi benefieri erubescat. excellentis enim illud est, hoc eius qui excellitur. Plusque retribuit quam accipit. ita enim qui prior dederat, etiamnum debitor, beneficioque affectus videbitur. Meminisse etiam videntur, quibus benefecerint: eorum autem a quibus acceperint, minime. nam is qui accepit, minor est beneficium conferēte. vult autem esse superior. etiam illa iucunde audiunt, hæc iniucunde. atque idcirco neque

Thetin

Thetin beneficia Ioui commemorare: neque Lacedæmonii apud Athenienses, sed ea quibus fuerant affecti. Magnanimi quoque est nullius opem, aut vix, desiderare, promte aliis ministrare: præstareque se erga eos, qui in dignitate sunt & prosperitate, magnum: apud medios mediocrem. illos enim superare difficile atque egregium, hos facile est. & inter illos gloriari, non ignobile est: inter humiles vero, importunum: quemadmodum aduersus imbecillos viribus contendere: nec ad honoratas res accedere, aut vbi alii principatum obtinent: otiosumq; esse ac cunctatorem, nisi vbi magnus honor aut opus est: paucasq; res agēdas, sed magnas eas ac celebres, aggredi. necesse etiam est, vt aperte tam odii in quam amorē præ se ferat. latere enim velle, timētis hominis est: maioremque curam veritatis, quam opinionis habere, dicereque & agere omnia aperte. id enim est contemtoris, ideo liberior in loquendo est: est vero eius qui liberior in loquendo sit, quia sit contemtor & verax, nisi vbi per dissimulationem loquitur. Dissimulatorem autem esse apud multitudinem, & viuere ad alterius, nisi amici, arbitrium non posse. est enim seruile. vnde etiā omnes adulatores, famulares: et humiles, adulatores sunt. Neq; est admirator.

Θέτιν οὐ λέγειν τὰς εὐεργεσίας τῷ Διΐ· οὐδ᾽ οἱ λάκωνες πρὸς τοὺς ἀθηναίους, ἀλλ᾽ ἃ πεπόνθεισαν εὖ. μεγαλοψύχου δὲ καὶ τὸ μηδενὸς δεῖσθαι, ἢ μόγις· ὑπηρετεῖν δὲ προθύμως· καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώματι καὶ εὐτυχίαις, μέγαν εἶναι· πρὸς δὲ τοὺς μέσους, μέτριον· τῶν μὲν γὰρ ὑπερέχειν, χαλεπὸν καὶ σεμνόν· τῶν δὲ, ῥᾴδιον· καὶ ἐν ἐκείνοις μὲν σεμνύνεσθαι οὐκ ἀγεννές· ἐν δὲ τοῖς ταπεινοῖς, φορτικὸν, ὥσπερ εἰς τοὺς ἀσθενεῖς ἰσχυρίζεσθαι. καὶ εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἰέναι, ἢ οὗ πρωτεύουσιν ἄλλοι· καὶ ἀργὸν εἶναι, καὶ μελλητὴν, ἀλλ᾽ ἢ ὅπου τιμὴ μεγάλη ἢ ἔργον· καὶ ὀλίγων μὲν πρακτικὸν, μεγάλων δὲ καὶ ὀνομαστῶν. ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι καὶ φανερόφιλον. τὸ γὰρ λανθάνειν φοβουμένου· καὶ μέλειν τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἢ τῆς δόξης, καὶ λέγειν, καὶ πράττειν φανερῶς. καταφρονητικοῦ γὰρ, διὸ παρρησιαστικός. παρρησιαστικοῦ δὲ, διὸ καταφρονητικὸς καὶ ἀληθευτικός. πλὴν ὅσα μὴ δι᾽ εἰρωνείαν. εἴρωνα δὲ πρὸς τοὺς πολλοὺς, καὶ πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν, ἀλλ᾽ ἢ πρὸς φίλον. δουλικὸν γάρ. διὸ καὶ πάντες οἱ κόλακες, θητικοί· καὶ οἱ ταπεινοὶ, κόλακες. οὐδὲ θαυμαστικός. οὐδὲν γὰρ μέγα αὐτῷ ἐστιν. οὐδὲ μνησίκακος.

H

I

οὐ γὰρ μεγαλοψύχου τὸ ἀπομνημονεύειν, ἄλλως τε καὶ κακά. ἀλλὰ μᾶλλον παρορᾶν. οὐδὲ ἀνθρωπολόγος. οὔτε γὰρ περὶ αὐτοῦ ἐρεῖ, οὔτε περὶ ἑτέρου. οὔτε γὰρ ἵνα ἐπαινῆται, μέλει αὐτῷ, οὔθ' ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγωνται, οὐδ' αὖ ἐπαινετικός ἐστι· διόπερ οὐδὲ κακολόγος, οὐδὲ

L τῶν ἐχθρῶν, εἰ μὴ δι' ὕβριν. καὶ περὶ ἀναγκαίων ἢ μικρῶν ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ δεητικός. σπουδάζοντος γὰρ

M οὕτως ἔχειν περὶ ταῦτα. καὶ οἷος κεκτῆσθαι μᾶλλον τὰ καλὰ καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων· αὐτάρκους γὰρ μᾶλλον. καὶ κίνησις δὲ βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις στάσιμος. οὐ γὰρ σπευστικὸς, ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων· οὐδὲ σύντονος, ὁ μηθὲν μέγα οἰόμενος. ἡ δ' ὀξυφωνία, καὶ ἡ ταχυ-

N τὴς, διὰ τούτων. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλόψυχος· ὁ δ' ἐλλείπων, μικρόψυχος· ὁ δ' ὑπερβάλλων, χαῦνος. οὐ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι, οὐδ' οὗτοι· οὐ γὰρ κακοποιοί εἰσιν· ἡμαρτημένοι δέ. ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος, ἄξιος ὢν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ἀποστερεῖ ὧν ἄξιός ἐστι. καὶ ἔοικε κακὸν ἔχειν τι, ἐκ τοῦ μὴ ἀξιοῦν ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγνοεῖν δ' ἑαυτόν. ὠρέγετο γὰρ ἂν ὧν ἄξιος ἦν,

Nihil enim magnum ipsi est. neque iniuriarum memor. nam magnanimi non est meminisse, & præsertim malorum, sed potius despicere. neque hominibus loqui velit: neq; enim de se, neq; de altero dicet neq; enim vt ipse laudetur, vel alii vituperentur, curat: sed neq; est laudator. atque idcirco neque maledicus est, ne in inimicos quidem, nisi ob contumeliam. At de necessariis, aut paruis minime est querulus & precator: soliciti enim est, in his ita se habere. is etiam est, qui honesta & infructuosa malit quam fructuosa & vtilia parare. Est enim eius, qui sua sorte magis contentus est. Quinetiam & magnanimi motus esse tardus videtur, & vox grauis, & locutio stabilis. nam neque qui paruis in rebus studet, est festinus: neque qui nihil magnum existimat, vehemens. Acuta autem vox, & celeritas ex his efficitur. ac talis quidem certe magnanimus est. Qui autem deficit, pusillus animus: qui vero excedit, inflatus est. Nec igitur hi quidem mali videntur esse, (non enim malefici sunt) sed aberrasse. Pusillus enim animus, cum bonis dignus sit, se ipsum iis ipsis priuat, quibus est dignus: videturque prauum quiddam habere, quod & bonis dignum se non esse existimet, & seipsum etiam ignoret. Alioqui cum bona sint, quibus

est

est dignus, appeteret. Non tamen huiusmodi homines stolidi, sed esse pigri potius videntur: talisque opinio peiores etiam ipsos reddere videtur. singuli enim ea, quibus digni sunt, appetunt. abstinent etiam ab honestis actionibus & studiis, quasi sint indigni, itemque ab externis bonis. at inflati stolidi sunt, seque ipsos ignorant, atque id palam. Quasi enim sint digni, honorabiles res aggrediuntur, deinde reuincuntur: vestitu etiam, & habitu, atq; huiuscemodi rebus ornantur: prosperasque fortunas suas esse manifestas volunt: de ipsisq; praedicant, quasi ob eas honores sint consequuturi. Magnanimitati autem pusillus animus magis opponitur, quam inflatus. Nam & sapius vsuuenit, & peior est. Magnanimitas igitur in honore magno, sicut dictum est, versatur.

γινόντων. οὐ μὴν ἠλίθιοί γε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ὀκνηροί. ἡ τοιαύτη δὲ δόξα δοκεῖ καὶ χείρους ποιεῖν· ἕκαστοι γὰρ ἐφίενται τῶν κατ' ἀξίαν. ἀφίστανται δὲ καὶ τῶν πράξεων τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἀνάξιοι ὄντες· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. οἱ δὲ χαῦνοι, ἠλίθιοι, καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες, καὶ ταῦτ' ἐπιφανῶς. ὡς γὰρ ἄξιοι ὄντες τοῖς ἐντίμοις ἐπιχειροῦσιν, εἶτα ἐξελέγχονται· καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦνται, καὶ σχήματι, καὶ τοῖς τοιούτοις· καὶ βούλονται τὰ εὐτυχήματα φανερὰ εἶναι αὐτῶν, καὶ λέγουσι περὶ αὐτῶν. ὡς διὰ τούτων τιμηθησόμενοι. ἀντιτίθεται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἡ μικροψυχία μᾶλλον τῆς χαυνότητος. καὶ γὰρ γίνεται μᾶλλον, καὶ χεῖρόν ἐστιν. ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία περὶ τιμήν ἐστι μεγάλην, ὥσπερ εἴρηται.

O

COMMENTATIONES.

A ἡ δὲ μεγαλοψυχία) Agitur in hoc cap. de ea virtute, quae μεγαλοψυχία nominatur a Graecis: a Cicerone *animi magnitudo & altitudo*, vulgo nominari solet *magnanimitas*. Notandum autem est duplicem esse animi magnitudinem quemadmodum Cicero *lib 1. Offic.* monet: Vna est, quae cernitur & consistit in rerum arduarum, difficilium, magnarũ & periculosarum susceptione. Est enim, *vt Cic. lib. 3. Offic. ait*, fortitudinis & magnitudinis animi propriũ nihil obtimescere, omnia despicere. Quin et in lib. 1. Offi. ait: *Gerere res magnas & vtiles, sed vehementer*

Magnitudo animi est duplex.

arduas, plenasq; laborum & periculorum. Altera autem magnitudo animi, de qua hoc loco agitur, est, quę spectatur in magnis honoribus & dignitatibus moderate expetendis, vel etiam contemnendis, de qua idem Cic. lib. 1. inquit Offic. *Eam consistere in despicientia rerum externarum, nihilq; nisi quod honestum & decorum aut admirari aut optare, aut expetere, deniq; nulli neq; hominum, neq; animi perturbatione, neq; fortunæ succumbere.* Atq; hęc de duplici significatione vocabuli magnanimitatis. Quod vero ad præsens caput attinet, eius sunt tres partes. Prima est de obiecto. Altera de officio viri magnanimi. Tertia de duobus vitiis seu extremis, quæ magnanimitati opponuntur. Quod ad primam partem attinet, quæ est de obiecto magnanimitatis, Aristoteles duas pmittit propositiones, quarũ vna est de generali eius obiecto. Altera de speciali. Prima propositio hæc est, *Magnanimitas versatur περὶ τὰ μεγάλα circa ea, quæ sunt magna.* Hanc propositionem probat trib. rationibus. Prima sumitur ex Etymologia vocabuli magnitudinis, *habet enim hæc virtus suum nomen ἀπὸ τῶν μεγάλων, a magnis.* Igitur *versatur circa magna.* Altera a definitione magnanimi. Magnanimus dicitur, qui *non solũ se dignum iudicat magnis, sed etiam reuera est illis dignus.* Igitur *magnanimitas versatur circa magna.* Antecedens probatur a cõtrario. *Nam qui se dignum iudicat magnis, & tamen illis dignus non est, is non habetur pro magnanimo, sed potius pro fatuo & stulto, in quo non est virtus.* Probatur idipsum a definitione modesti, quem hoc loco nominat σώφρονα, id est, prudentem, modestũ. Nam modestus dicitur, qui *cum paucis & mediocribus dignus sit; etiam iis se dignum iudicat & modeste de se sentit.* Tertio declaratur hæc ratio exemplo simili de magno & paruo corpore. *Quemadmodum enim in magno corpore laudatur pulcritudo, nam tale corpus videtur esse perfectũ & habere aliquam dignitatem & admirationem: in paruo autem corpore laudatur συμμετρία, apta & decora partium atq; membrorum compositio. Ita in magnis honoribus consideratur animi magnitudo, si quis moderate eos, vel expetit, vel despicit. In paruis autem honoribus consideratur modestia in illis expetendis vel despiciendis.* Tertia ratio propositionis sumitur a duob. extremis

Magnanimitatis obiectum.

tremis siue vitiis, quę magnanimitati opponuntur. *Nam circa quæ versantur extrema, circa ea etiam versatur medium, id est, ipsa virtus, sed magnanimitatis vitia siue extrema versantur circa magna. Ergo, etiam ipsa virtus magnanimitas versatur circa magna.* Minor propositio declaratur descriptione vtriusque extremi. Quorum primum est in excessu & nominatur χαυνότης, id est, *animi elatio* siue *fastus & superbia.* Est eiusmodi vitiū, quo quis maioribus honoribus & pręmiis, aliisque rebus, se dignū iudicat, quam sit dignus. Alterum est in defectu, quod nominatur μικροψυχία *pusillanimitas*, est vitiū quo is, q magnis honoribus aut præmiis, aut aliis rebus dignus est, tamen minoribus se dignum iudicat: & semper se quasi aliis submittit, & ceteris inferiorem sese putat His tribus rationibus subiicit Aristoteles quandam occupationem, qua occurrit tacitæ obiectioni. Potest enim aliquis dicere, *si magnanimitas solum versatur circa magna.* Igitut, *negligit & contemnit mediocria, & si non potest dici mediocritas.* Et per consequens *etiam non esset virtus, quia omnis virtus est in mediocritate.* Huic obiectioni occurrit Arist. & respōdet per distinctionē. *Magnanimitas quatenus solū magna respicit, catenus est ἀκρότης, id est, quasi extremitas, & in loco summo & gradu cōstituta, respectu ipsius modestiæ, q̄ contenta est paruis & mediocrib. quatenus est magnanimitas, ea q̄ magna sunt ita spectat & expetit, q̄admodū recta ratio suadet, atq, in iis expetēdis modū seruat, eatenus ē: recte dicitur esse μέσον ms mediocritas duorum extremorū, quorum vnū est in excessu, alterū in defectu.*

Obiectio.

B εἰ δὲ δὴ μεγάλων.) Hæc est altera propositio de speciali obiecto animi magnitudinis. Est autem talis propositio. *Magnanimitas versatur circa honores, id est, honor est illud magnū, quod est proprium obiectum magnitudinis* Hāc propositionē Arist. non ita nude & simpliciter proponit, sed gradatim per quædā enthymemata ad eam accedit, quorū sunt ordine quatuor. Primū, *magnanimitas versatur circa magna.* Igitur *magis versabitur circa maxima, quatenus nimirū est virtus, & ea q̄ maxima sunt præstantiora, virtutis autem proprium contendere ad ea, q̄ sunt maxime bona, & in summo gradu.* Altera *si magnanimitas versatur circa maxima.* Igitur *versabitur circa vnū aliq bonū, q est*

Obiectum magnanimitatis speciale.

1 Argumentum.

maximū inter cetera bona: nam quæ in summo gradu sunt, ea non sunt multa numero: sed in vnoquoq; genere est tantum vnum aliquod summum. Tertia, *si magnanimus se dignum indicat vno aliquo maximo bono.* Ergo *illud bonum est extra magnanimum, id est, bonum externum, quod ille expetit & cupit consequi: dignitas enim est in numero relatiuorum. Est enim alicuius rei dignitas: relatiua autem referuntur ad aliquid aliud extra se positum, non ad id, quod ipsis inest. Nam quod illis inest veluti fundamentum, cuius terminus foris & extra est quærendus.* Quarta, *si magnanimus dignus est maximo bono.* Ergo *dignus est honore.* Consequentia probatur: *nam honor inter extrema bona est maximum, ex quo sequitur, quod honor sit maximum bonū & proprium obiectum magnanimitatis.* Quod autem honor sit maximum bonum inter externa bona, Aristoteles probat tribus argumentis: Primum, *illud bonum, quod distribuitur, est maximum.* Sed *honor inter externa bona præcipue distribuitur.* Ergo *honor inter externa bona est maximum.* Secundum, *quod bonum maxime expetunt illi, qui in dignitate sunt constituti, illud est maximum bonum.* Sed *honorem præcipue expetunt ii, qui sunt in dignitate aliqua constituti, velut sunt reges, principes, veluti qui sunt in magistratu, parentes, seniores, præceptores, quibus omnibus honor præcipue debetur.* Ergo *honor est maximum bonum inter externa bona.* Tertium, *quod bonum est virtutis præmium, id est maximum: quoniam rei maximæ etiam debetur maximum præmium.* Sed *honor est præmium virtutis: quemadmodum Cicero ait pro Milone ex omnibus præmiis virtutis amplissimum præmium est honor & gloria.* Atque hæc de primo argumento, quo probatum est, quod honor sit proprium obiectum magnitudinis. Alterum argumentum sumitur a duobus extremis siue vitiis, quæ magnitudini opponuntur, quæ etiam versantur circa honorem, tanquam suū obiectum: semper autem idem est obiectū virtutis & extremorum. Sunt autem duo extrema magnanimitatis: χαυνότης vnum, id est, *elatio animi*, siue *superbia & fastus.* Quod est eiusmodi vitium, *quo maiores honores expetimus, quam digni sumus.* Alterum nominatur μικροψυχία, *pusillanimitas.* Est vitium, *quo minores honores expetimus, quam digni*

3. (margin) 4. (margin) *Honorem esse maximum bonum.* (margin) *II. Arg.* (margin) *Superbia.* (margin) *Pusillanimitas.* (margin)

digni sumus. Hinc ergo sic concludere possumus: *Si magnanimitatis extrema versantur circa honorem.* Ergo *etiam ipsa magnanimitas circa honores versatur.* Sed *antecedens est verum.* Igitur *etiam consequens.*

Cὁ δὲ μεγαλόψυχος εἴπερ τῶν μεγίστων.) Hęc est altera pars capitis, in qua Aristoteles explicat notas & proprietates magnanimitatis, ex quibus etiam potest intelligi, quodnam sit officium viri magnanimi. Potest autem hęc pars distribui in quatuor locos: Primo enim in genere, qualis sit magnanimus: deinde ostendit, quomodo se habeat circa honores: tertio, qualem sese præstet in vtraq; fortuna, secunda & aduersa: quarto, quo pacto se habeat circa virtutes morales in quotidiana conuersatione. Quod autem ad primum attinet, qua quæritur, qualis sit magnanimus? Ad hoc respondet: magnanimum esse virum optimum. Atque hoc probat quatuor rationibus: Prima, *qui maximo præmio est dignus, eum necesse est, esse virum optimum.* Probat ex arte logica. *Qui enim melior est, meliori bono dignus est.* Idem, *qui optimus est, etiam maximo bono est dignus*, & *qui bono maximo est dignus, etiam est optimus.* Sed *magnanimus maximo bono est dignus, nempe honore, quemadmodum antea est dictum.* Ergo *magnanimus est vir optimus.* Altera ratio, *qui in vnaquaq; virtute habet id, quod est maximum & præstantissimum, eum necesse esse virum optimum.* Sed *magnanimus in vnaquaq; virtute habet id, quod est maximum & præstantissimum.* Ergo *est vir optimus.* Tertia, *qui nihil turpe admittit, ille est optimus.* Sed *magnanimus nihil turpe admittit.* Igitur *est optimus.* Minor probatur primum exemplis contrariis per inductionem, quia ait, *magnanimus nihil agit contra fortitudinem, & iustitiam, aut temperantiam, aut alias virtutes.* Ergo *nihil turpe admittit.* Deinde probatur exemplo caussarum: *Qui nullam caussam habet admittendi aliquid, quod est turpe, is quoq; nihil turpe admittit.* Sed *magnanimus nullam habet caussam, vt aliquid quoq; admittat.* Ergo *etiam nihil turpe admittit.* Maior probatur ex Cicerone, qui inquit, *nemo sine caussa ad scelus aliquod admittendum perducitur.* Et vulgo dici solet: *Nihil fit sine caussa.* Minor probatur, *quia magnanimo nihil videtur magnum, excepta sola vir-*

Magnanimũ virum esse optimum.

I.

II.

III.

Minoris probatio.

tute, hanc ipse solū admiratur, & propterea actiones magnas suscipit. Itaq; nihil facit, quod est turpe. Quarta ratio, *si magnanimus non esset optimus, igitur ridiculus esset, quod magnos honores expetit. Nam vt antea dictum est, honor tantum debetur virtuti, cuius est proprium præmium.* Sed *magnanimus non ridicule & inepte facit, quando honores expetit, quia expetit rem iure debitam propter virtutis excellentiam, qua est præditus.* Ergo *magnanimus vir optimus.* Ex his infert Aristot. dua corollaria, i. e. πορίσματα. Primum est, quod magnanimitas est ornamentum virtutum, cuius rei sunt duæ rationes. Prima, *quia reliquas virtutes facit splendidiores.* Vnde Cic. lib. 1. Offi. *magnanimitatem* nominat *splendorem virtutum, & splendidissimā virtutem.* Deinde *quia magnanimitas in se habet id, quod in qualibet virtute est magnum & excellens.* Alterū πόρισμα corollarium. *Difficile est esse magnanimum.* Ratio est, quia in magnanimo oportet esse καλοκἀγαθίαν, id est, omnem virtutem & honestatem, ita vt nulla virtus absit in magnanimo. Nam καλοκἀγαθία est cumulus quidam, & amplexio omnium virtutum, quemadmodum Aristoteles ait, *lib. 2. magnorum moralium. cap. 9.*

D *καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις.*) Hic est alter locus secundæ partis huius cap. in quo ostendit, *quo pacto magnanimus se gerat circa honores?* Respōdeo autem ad hāc quæstionem, magnanimum circa honores vel expetendos, vel etiam recusandos ita se gerere, vt decet. Pro huius responsionis declaratione notandæ sunt tres diuisiones. Prima, alii honores sunt Magni, alii Parui. Secunda, alii honores sunt Veri; alii Falsi & simulati. Tertia, honores deferuntur vel a viris Bonis, vel a Malis & obscuris seu abiectis. Quod ergo ad officium magnanimi circa honores attinet consistit illud in his quatuor. Primū q magnanimus solum amplectitur honores magnos & veros, qui ei deferuntur a viris bonis & claris. Nam vt Cic. inquit, *ea est iucunda laus, quæ proficiscitur ab iis, qui & ipsi quoq; in laude vixerunt, honestum autem laudari a viro laudato.* Deinde magnanimus contemnit paruos, simulatos & falsos honores, item eos, qui ei deferuntur a viris obscuris aut malis & improbis. Item ab hominibus imperitis, quia tales non possunt recte de virtute iudicare.

Magnanimus quo pacto se gerat circa honorem.

Honorum diuisio.

Tertiò

Tertio magnanimus moderate & non nimis cupide honores expetit, quia honor non est virtus noua aut rara, sed est tale bonum, quod ipsi iure debetur, imo est quodammodo impar suæ virtuti, quoniam hac tanta virtute præditus est, vt non possit pro dignitate satis honorari. Quarto. Magnanimus contemnit vulgi rumores, cõtumelias & obtrectationes, quia scit eas non posse ipsi aliquam maculam aut ignominiam adferre. Nititur enim conscientia suæ virtutis, quemadmodum dicit.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet.

Hinc Socrates, cum quidam ei male loqueretur respondit, *quid mirum, cum bene loqui non didicerit.* Alexander quoque Magnus solebat dicere, *regium esse pro beneficiis collatis male audire.* Et Rex Dauid, *vt habetur lib. 2. Samuelis Reg. cap.* 16 noluit pœnas sumere de Semei, cum ei malediceret.

Magnanimus quo pacto soleat se gerere circa bona vel mala fortuna.

E ὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ.) Hic est tertius locus secundæ partis huius cap. in quo ostendit, *quo pacto magnanimus sese soleat gerere circa bona vel mala fortunæ.* Nam in his etiam maxime animi magnitudo conspicitur? Est autem propositio huius loci hæc. *Magnanimus in omni fortuna tam secunda quam aduersa prabet se moderatum, id est, seruat animi æquabilitatem & constantiam, ita vt in rebus secundis non nimium efferatur & insolescat, nec in aduersis animus frangatur. Sed, vt Horatius ait libro secundo Ode. 3. auream seruat mediocritatem, & in eodem libro.*

Æquam seruat mentem in rebus
Arduis non secus in bonis,
Ab insolenti temperatam lætitia,
Sperans in festis, metuit secundam.
Alteram sortem,
Bene præparatum pectus,
In rebus angustis est animosus & fortis,
In rebus autem secundis sapienter contrahit,
Turgida vela.

Quod autẽ magnanimus sit talis probat Aristoteles a maiore ad min⁹ hoc modo. *Qui maximis bonis & malis se*

reprobet moderatum, *multo magis in paruis & minoribus bonis seu malis præbebit se moderatum.* Sed *magnanimus in maximo bono, nempe in honore præbet se moderatum.* Et *in maximo malo, nempe in ignominia, se quoq; talem præbet.* Ergo *magnanimus multo magis in reliquis minoribus bonis fortunæ se moderatum præbebit.* Quod vero honor sit maximum bonum inter externa bona, antea in prima parte huius cap. est demonstratum. Quod vero reliqua bona fortunæ sint minora, quam sit honor, sic probatur: *Quicquid propter aliud expetitur, illud minus est eo, propter quod expetitur. Sed reliqua bona fortunæ, veluti sunt diuitiæ, potentia, amicitia, robur, forma, & his similia, expetuntur propter honorem: quia, qui talia bona habent, cupiunt etiam propter illa honorari.* Ergo *sunt maiora bona illa, quam est honor.* Monet autem Aristoteles hoc loco, talibus bonis externis reuera non competere honorem, nisi quoque coniunctam habeant virtutem, quæ facit, vt homines possint talibus bonis recte vti. Alioquin enim, qui talia bona habent, si virtute destituuntur, plerunque illis abutuntur: fiunt enim insolentes, contumeliosi, & iniuriosi aduersus alios. Vnde tandem sibiipsis exitium & interitum adferunt. Nam absque virtute difficile est, talibus bonis recte vti, & secundam fortunam moderate ferre, quemadmodum ait Ouid.

Fortuna bona minora esse, quam sit honor.

Luxuriant animi rebus plerunq; secundis.

Et vt Græci, ὁ κόρος ὕβριν τίκτει ἡ δὲ ὕβρις τιμωρίαν, *satietas seu affluentia rerum generat contumeliam & iniuriam: iniuria autem parit vltionem:*

Gut macht Muth/
Muth macht Vbermuth/
Vbermuth macht Armuth/
Armuth weh thut.

Magnanimus quo pacto se gerat in ceteris virtutibus.

F [illegible] μεγαλόψυχος.) Hic est quartus locus, in quo ostendit, quo pacto magnanimus se gerat in ceteris moralibus virtutibus. Propositio autem huius loci est talis: *Magnanimus in singulis virtutibus habet id, quod est magnum & excellens.* Hanc propositionem declarat pene per omnes virtutes: & primum de fortitudine, circa quã tres notas seu proprietates magnanimi commemorat:

Et I in fortitudine.

morat: Prima est, *quod magnanimus nō est φιλοκίνδυνος, id est, amans periculorum*, quemadmodum homines temerarii, qui sæpius propter res leuissimas sese in maxima pericula coniiciunt: de quibus recte Salomon inquit, *qui amat periculum, peribit in eo.* Caussam huius rei adfert Aristot. *quia qui propter rem aliquam adit pericula, is videtur eam rem magnifacere.* Sed *magnanimus nihil magnifacit nisi virtutem & honestatem: ceteras autem res, quas vulgus hominum magnifacit, ipse contemnit, contentus nimirum sua virtute.* Altera nota est: *magnanimus cum adeunda sunt pericula, non nisi magna pericula subire vult, propterea quod in paruis periculis non opus est magna virtute, neq; etiam ex illis admodum magna laus potest comparari.* Ideo dicit Aristoteles, *magnanimum non esse μικροκίνδυνον, non adire parua pericula.* Tertia nota: *magnanimus in periculis honestis & necessariis adeundis non parcit sua vita, id est, non temere remittit, & suum deserit propositum, antequam voti sui fiat compos.* Ratio est: *quia non, nisi propter rem magnam adit periculum: ideo existimat, aut eam sibi comparandam aut moriendum, explicans, turpe sibi fore si viuat, & sui voti fiat non compos.*

I.

2.

3.

G καὶ οἷος εὖ ποιεῖν.) Hoc in [illegible] Aristoteles ostendit, *quod sit officium magnanimi* [illegible] *liberalitatem beneficiorum præstandorum.* Consideratur autem illud in sex actionibus: nempe, *in beneficio dando & accipiendo, remunerando, recordando, prædicando, & postulando.* In beneficio dando magnanimus est promtus: libenter enim benefacit, imo quærit occasiones, per quas possit aliis benefacere, propterea quod non adeo magnifacit opes & diuitias: talis enim aliis libenter bene facit. Præterea caret metu egestatis, nō metuit, ne benefaciendo aliis, ipse tandem cogatur egere. Nam hic metus etiam multos absterret a benefaciendo. Magnanimus seipsum contra egestatem consolatur sua propria virtute, quę nunquam destituitur sua mercede. Qui enim virtute præditus est, is semper reperit alios, qui vicissim ipsi cupiunt benefacere: quemadmodum Dauid in Psal. 37. ait, *se nunquam vidisse iustum derelictum, aut posteros eius panem mendicantes.* In accipiendo beneficio est tardus & verecundus,

II. In liberalitate.

Magnanimi officiū circa liberalitatē:

In dando beneficio.

In accipiendo.

ita vt non libenter ab alio beneficium accipiat. Nam qui accipit beneficium, ille inferior est eo, qui dedit & a quo accepit, & factus est quasi eius debitor. Magnanimus autem non cupit alteri esse obligatus ratione debiti, imo cupit semper excellere & superior esse. Vnde ille apud Terent. ait: *Beneficium ab altero accipere, est libertatē vendere.* Magnanimus a non cupit alterius fieri seruus propter beneficii acceptionem. In remunerādo seu compensando beneficio magnanimus est largus, plura dans, quā accipiēs. Qua in re seruat præceptum Hesiodi, q iubet *maiore mensura reddendum, quā accipimus.* Ideo autē magnanimus maiore mensura beneficium compensat, quam accepit, quia hoc modo sibi reddit alterum obligatū nouo beneficio, ita vt fiat vicissim eius debitor, cui debitor ipse antea fuerat. In recordando beneficii accepti, magnanimus non diuturnā memoriam habet, quia statim ipsum beneficium studet compensare, ita vt non necesse sit, eum accepti beneficii memoriam longam retinere: contra in recordando eorum beneficiorum, quæ ipse in alios contulit diuturnam retinet memoriā, quia quandoq; sese oblectat ista recordatione suorū beneficiorū, quæ aliis præstitit. Sunt enim omnes virtutum actiones iucundæ & [illegible], a quibus sunt profectæ. Præterea, cum mag[illegible]s recordatur beneficiorum, quæ aliis præstitit, simul [illegible]q; intelligit, se esse iis superiorem & excellentiorem, quæ res ei quoque est iucunda. In commemorandis & prædicandis beneficiis magnanimus diuerso se modo habet. Nam ea, quæ ipse in alios contulit, libenter audit commemorari & prædicari, hoc pertinet ad ipsius honorem. Quæ vero ipse ab aliis accepit, ea non libenter audit commemorari, partim quia illa statim compensauit, partim quia *talis commemoratio est*, vt Terent. ait. quasi *exprobratio beneficii accepti.* Hoc quod iam dictum est de commemoratione beneficiorū declarat Aristoteles duobus exemplis. Vnum est de Thebide matre Achillis *ex lib. 1. Iliad. Hom.* Nam cum illa pro suo filio apud Iouem intercederet, vt iniuriam, qua ab Agamemnone affectus erat, vellet vlcisci, ipsa Ioui commemorat ea beneficia, quæ aliquando ipsi præstiterat, licet Achilles illud iusserat. Metuebat enim ne ista com-

In remunerando.

In recordando.

In prædicandis.

memorando Iouem magis offenderet. Alterum est exemplum de Lacedæmoniis, qui cum postularent auxilia ab Atheniensibus, noluerunt simul commemorare ea beneficia, quæ ipsi aliquando Atheniensibus præstiterant, ne eos offenderent. Postremo in petendo & postulando beneficio, magnanimus nemini est molestus, nisi summa eum cogat necessitas: nam petere aliquid ab aliquo est ei supplicem fieri, supplicem fieri est humilem esse, & alteri se subiicere, quæ omnia cum magnanimitate pugnant.

Petendo.

H καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώματι.) In hoc loco incipit Aristoteles ostendere, qualem se præstet magnanimus in tota vitæ conuersatione, quod ad mores eius, & reliquas virtutes attinet, & ordine commemorat quatuordecim notas seu proprietates, ex quibus officium magnanimi conspicitur. Ac prima nota pertinet ad quotidianos cõgressus & conuersationes hominum. *In his* inquit, *magnanimum diligenter habere rationem personarum, cum quibus ei est conuersandum.* Nam cum diuersis etiam diuerso modo nos debemus gerere, pro vt cuiusq; conditio & status postulat. Sunt autem tres præcipue ordines hominum, vt est apud Aristotelem *lib. 4. politicorum ca. 11.* alii enim sunt Clari & in magna auctoritate cõstituti & gloria, alii contra sunt Miseri, abiecti & obscuri, sunt alii Intermedii. Magnanimus inter claros etiam sese ostentat tanquam clarum, & dignitate aliqua præditum, idque propter suam virtutẽ, quæ sola potest homines claros reddere: apud infimos vero non nimium sese ostẽtat, ne videatur eos contemnere, sed præbet se erga illos moderatũ & humanum. Quod Aristoteles declarat similitudine. Quemadmodum enim ridiculum est inter imbecilles velle robur experiri, & vires suas ostẽtare: Ita etiam ineptum est, inter humiles & pauperes se nimium ostẽtare. Erga medios vero magnanimus medio se habet modo, & ostendit, se illis quoque non esse inferiorem sed potius æqualem.

Magnanimi officiũ conspicitur ex 14. notis. Quarum I. pertinet ad cõuersationes.

I καὶ εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἰέναι.) Altera proprietas siue nota magnanimitatis pertinet ad circumstantiã loci *Magnanimus*, inquit Aristot. *non eo animo frequentat loca honorata, vt inde honorẽ aliquẽ captet, quod facere solẽt homines ambitiosi, sed potius, vt illis locis, sua pñsentia honorẽ aliquẽ*

II. ad circumstantiam.

adferat: seruans illud præceptum, quod est apud Ciceronem *lib. 1. Offic. Non domo dominus, sed domino domus honestanda est*, id est, dominus non debet ex splendore suæ domus honorem aliquem captare: sed potius debet per suam virtutem honorem adferre, & ipsam domum cohonestare. Deinde magnanimus non libenter accedit ea loca, in quibus alii primas partes obtinent, ne cogatur illis sese obiicere: sed ipse potius propter suam virtutem sibi partes primas tribuendas esse existimat. Tertia nota pertinet ad rerum gestionem: *Magnanimus in rebus suscipiendis & gerendis negotiis & actionibus non nimium festinat, sed est aliquo modo tardus & cunctator, prius diligenter considerans, qualia sint illa negotia, & vtrum per ipsum possint perfici.* Contra vero faciunt homines πολυπράγμονες. Hi enim multis negotiis sunt implicati, & propterea coguntur in illis suscipiendis festinare. Vnde sæpe nimia festinatione magis perdunt illas res, quam vt illas promoueant: propter hanc cunctationem etiam Quintus Fabius Maximus laudatus: de qua Ennius dixit, *vnus homo nobis cunctando restituit rem.* Præterea magnanimus non quasuis res aut actiones suscipit: sed tantum eas, quæ sunt magnæ, & ex quibus possit sibi nomen & gloriam comparare. Est enim leuitatis indicium pati sibi imponi quæuis negotia: stultitiæ vero signum est maiores res suscipere, quam vires possint ferre. Tales enim plerunque sese ludibrio aliis exponunt, dum coguntur in mediis actionibus subsistere.

III. Ad rerũ gestionẽ.

IV. Ad amicitiam.

Quarta nota pertinet ad amicitias & inimicitias: *Magnanimus in amicitiis & inimicitiis est apertus & candidus, non celat aut dissimulat amicitiam vel odium, neq; etiam eum pudet sui erga alios amoris vel odii: quia habet iustas caussas, neq; metuit, ne propterea incurrat in aliorum offensionem: itaq; quem amat, aperte amat, quem odit, etiam aperte odit.* Qua in re hodie frequentissime peccatur, dum homines simulant amicitias, adeo vt interdum veri amici a falsis vix possint discerni.

V. Ad veritatem.

Quinta pertinet ad veritatem in dictis & factis: *Magnanimus & in verbis & in actionibus magis spectat veritatem, quam aliorum opiniones: etiamsi enim scit, veritatem odium obsequi, non vero amicos parere: tamen non propterea veritatem vult*

cela-

celare, sed potius eam libere profitetur, contemnens aliorum praua iudicia: itaque etiam non est εἴρων, simulator, qui aliud in corde sentiat, & aliud ore loquatur. Huic autem loco subiicit correctionem siue exceptionem, qua ostēdit, magnanimum interdum esse etiam simulatorem: nempe apud homines imperitos; quoniam non vtile consilia nostra omnibus aperire, præsertim iis, quorum nihil interest, & qui ea non intelligunt, aut, qui ea possunt cum incommodo aliorum impedire. Sexta nota ex præcedente consequitur: *magnanimus amat veritatem, ideo est παρρησιαστικὸς, i. libere loquitur ea, quæ sentit, neq; est κολακευτικὸς, nimium adulatur, neq; vult se ad cuiusuis arbitrium accōmodare.* Ratio est, quia ad alterius arbitrium se accommodare est seruile: magnanimus autem impatiens est seruitutis: quemadmodum Cicero lib. 1. Offic. inquit, *Animus bene a natura informatus nemini vult parere, scilicet ex quadam necessitate & coactione: paret quidem animus legibus, paret etiam amicorum consiliis, sed vltro volens & lubens.* Hoc nomine Horatius in arte Poetica laudat Achillem. Et Hom. in lib. 1. Iliad. *quod noluerit sibi ab Agamemnone leges & iura præscribi.* Septima nota, *magnanimus non est admirator aliarum rerum θαυμαστικός.* Nam admiratio est vitium, quo magnifacimus eas res, quas admiramur. Magnanimus autem, vt sæpius dictum est, nihil magnum iudicat præter virtutem, per quam etiam sperat se posse maximas res efficere, & quiduis consequi, quantumuis sit magnum. De hac nota etiam Horatius *lib. 1. Epistolar.* ait, *nihil admirari properes, &c.* Octaua nota, *magnanimus nō est μνησίκακος, memor iniuriarum, quibus ab aliis est affectus*, quia contemnit iniurias & vulgi cōtumelias propter conscientiā proprię virtutis. Ex hac nota etiam sequitur altera, quod nō est cupidus vindictę, τιμωρητικὸς, quo nomine plurimum commendatur Caius Cæsar, qui post victoriam omnibus inimicis vltro & libenter ignouit, imo multos ex iis in amicitiam suam recepit, literas & libros aduersus se scriptos in ignem coniecit, antequam legisset, maluitque illorum nomina ignorare, quam habere caussam illis irascendi, aut sese de illis vindicandi.

VI. Magnimus libere loquitur

VII. Est admirator aliarum rerum.

VIII. Non est μνησίκακος.

IX. Non ἀνθρωπολόγος.

Κ οὐδ᾽ ἀνθρωπολόγος) Nona nota vel proprietas ma-

IX. nō ἀνθρωπολόγος. gnanimitatis est, quod magnanim⁹ nō est ἀνθρωπολόγος *non multum de aliis hominibus loquitur, vel laudando eos, vel vituperando*, quemadmodum plerumque facere solent homines imperiti, qui in priuatis colloquiis, item in conuiuiis nihil aliud aiunt, quam, vt de aliorum hominum factis loquantur. Interea autem sua facta non examinant, neq; vitam & res vtiles & serias, de quib. possent honeste & vtiliter inter se colloqui, negligunt. Ratio huius proprietatis est, quia magnanimus non est curiosus in alienis negotiis, neque sollicitus de aliis, quod ipsi vel bene vel male agant, sua tantum negotia procurat & cogitat, quo pacto ea ita instituere & perficere velit, ne id agat, quod sit contra honestatem, & suam ipsius existimationē. Ex hac proprietate colligit Aristoteles duas alias, nēpe, quod magnanimus non est ἐπαινετικὸς sui vel aliorum laudator, quod ēt Cato præcipit faciendū esse.

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse,
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Nota altera est, quod magnanimus non sit κακολόγος, obtrectator & maledicus, ne de inimicis quidē male cupit loqui, nisi quādo contumelia aliqua est affectus per q̄ famam & existimationē suam læsam esse arbitratur.

L Καὶ περὶ ἀναγκαίων) Decima est, *q magnanimus non est querulus neq; importunus in petēdo.* Præsertim, quod ad res necessarias attinet. Per necessarias autem res intelligit, hoc loco eas, quæ ad vitæ sustentationem pertinent, vt est *cibus, vestitus, & his similia*, quæ a fortuna magis dependent, quam ex virtute. Ideo autem circa tales res magnanimus non est querulus, ne videatur eas magni facere, & de illis præcipue laborare, quemadmodum maior pars hominum facere solet, qui sunt magis solliciti de victu & quæstu, quam de virtute.

Non est querulus neque importunus in petēdo.

M καὶ οἷος κεκτῆσθαι.) *Magnanimus opes & possessiones non æstimat lucro & quæstu, sed potius honestate & splendore.* Nam hominum auarorum & sordidorum est, tantum eiusmodi opes & possessiones expetere, ex quib. possint magnum lucrum & quæstū facere, quia sua sorte contētus est, magis cupit eiusmodi opes habere, quæ videntur cōiunctæ esse cū aliquo splendore, etiamsi non sint admodū quæstuosæ. Duodecima proprietas pertinet ad incessum

XI. Non lucro & honesto æstimat opes.

XII. ad incessum.

incessum magnanimi, decima tertia ad vocem; decima quarta ad orationẽ. Nam quod ad incessum attinet nõ festinat inter eundu, sed tarde incedit cũ quadã grauitate. Ratio est, qa, qui inter eundũ festinãt, ad quę expetenda opus est festinatione. Secundo qa velocitas in incessu est signũ cuiusdã leuitatis. Præterea et Cic. li. 1. Offi. ait, *velocitas inter eundũ mouet anhelitus, quæ omnia significant nõ adesse constantiã* Vnde videm' et principes magnates & nobiles plerumque tardiore vti ingressu, qui præ se fert aliq̃ grauitatẽ. Sed tamen monet Cic. *vitandã esse molem in incessu, qualis est muliercularũ.* Itẽ: *Thrasonũ* Videntur q. volutare & saltare Quod ad vocem attinet, magnanimus vtitur voce graui & submissa, q̃ nõ min' acuta, qualis esse solet vox eorũ, qui de re aliqua vehemẽter contẽdunt, qui clamant potius, q̃ loquuntur, & clamando cupiunt ea, q̃ volunt obtinere. Sic Hom. 2. Iliad. introducit Thersitẽ hominem fatuum alta voce expostulantẽ cum Vlysse. Quod ad orationẽ, magnanimi oratio est constans, sedata & æquabilis, non præceps aut pturbata aut interrupta, sed quę habet indicationẽ animi trãquilli, sedati atq; constantis. Et Cic. in orat. Miloniana, Milonem cõmendat & animi magnitudinẽ iudicib. ostendere conatur, *cũ inqt. videtis iudices Milonis orationem stabilẽ ac nõ mutatam. Et est enim incredibili animi robore præditus.*

XIII. ad vocem.

XIIII. ad orationẽ.

N Τοῖς μὲν οὖν.) Tertia pars ca. cõtinet explicationẽ duorũ extremorũ siue vitiorũ, quæ magnanimitati opponuntur. Monet autem ea esse quidẽ vitiosa, quatenus discedunt a mediocritate, non tamẽ esse coniuncta cum improbitate & malitia: propterea qd non adferũt homini dedecus aut ignominiã, vt ppterea possit dici malus & improbus, & amittere nomen viri boni, qa ista sua vitia sibi solũ, nõ autẽ aliis nocent. Itaq; in neminẽ sunt iniusti, propter hæc vitia. Vocatur a. primum extremũ, qd est in defectu *μικροψυχία pusillanimitas, seu animi demissio & abiectio*, q̃ est eiusmodi vitiũ, per quod aliqs minorib. honoribus se dignũ iudicat, quã sit dign'. Qui hoc vitio laborant, quatuor modis peccant. 1. Quia seipsos spoliãt iis honoribus aut bonis, quib. sunt digni, & q̃ illis propter virtutẽ iure debentur. Ideoq; sunt in se quodãmodo iniusti, qd nolunt eos honores amplecti, qb. essent digni.

Pusillanimitas.

Atque hoc modo sibi ipsis & non aliis nocent: deinde in eo peccant, quia dum honores respuunt, & se indignos illis iudicant, concitant de seipsis apud alios malam suspicionem, quasi sibi cōscii essent alicuius peccati & sceleris, propter quod non dignos se iudicant honore: quia enim honor est virtutis præmium, itaque in quibus virtus non est, illis etiam neque honor debetur. Tertio peccant, quia vident, vel seipsos ignorari, vel etiam non velle agnoscere ea bona, quæ a Deo acceperunt, & sic peccant contra illud Apoll. oraculum, quo dicitur *γνῶθι σεαυτὸν, nosce teipsum.* De quo Cicero ad Q. Fratrem scribit, *Noli putare illud, γνῶθι σεαυτὸν,* non solum dictum esse ad minuendam arrogantiam, verum etiam, vt bona nostra agnoscamus. Peccant, quia propter illam animi deiectionem aut pusillanimitatem redduntur segnes & ignaui, ad res præclaras gerendas. Vt enim laudis & gloriæ studium incitat homines, ad res magnas suscipiendas, ita qui non sunt honoris cupidi, illi ad res magnas difficulter possunt adduci. De quo Ouidius libro 4. de Ponto scribit,

Excitat auditor studium laudataq; virtus
Crescit: & immensum gloria calcar habet.

Et lib 5. Tristium,

Non paruos animo stimulos dat gloria virtus:
Et facunda facit pectora laudis amor.

Inflatio superbi.

O οἱ δὲ χαῦνοι, ἠλίθιοι) Alterum extremum siue vitium, quod magnitudini opponitur, consideratur in excessu, & nominatur χαυνότης, quasi elatio, tumor & inflatio, a Græco verbo χαυνόω inflo, a Latinis nominatur *Superbia, fastus & arrogantia.* Est autem eiusmodi vitium, per quod aliquis maioribus honoribus, quā dignus est, se dignum iudicat, ac nascitur ἐκ τῆς φιλαυτίας, ex sui ipsius amore, per quem quis altius de se ipso sentit, quam deberet, & plura sibi tribuit, quam meretur. Qui hoc vitio laborant, duplici ratione peccant. Primo sunt iniusti tam in seipsos, quam in alios: in seipsos, quia plura tribuunt, aut tribui volunt, quam ipsis debetur, in alios, quia ceteros præ se contemnunt, & inferiores esse existimant. Deinde peccant etiam, quia ipsimet produnt suam stultitiam, dum propter arrogantiam & falsam persuasionem propriæ

priæ virtutis maiores affectant honores, resq; suscipiunt magnas, quas non possunt perficere. Atq; ob hanc caussam ait Aristoteles, eos quoque seipsos, i. suam imbecillitatem ignorare. Præterea in externis quibusdam rebus conantur imitari viros magnos & claros, veluti in vestitu, in moribus, in sermonibus, & in reliquis vitæ partibus: & cupiunt propter talem imitationem etiam honorari, cum tamen non præditi sint iis virtutibus, quibus proprie honor debetur. His duobus explicatis extremis Arist. ea comparat cum magnanimitate, & ostendit pusillanimitatem mag's aduersari magnanimitati, quam superbiam. Atq, huius rei duas adfert caussas. Prima est, quia homines frequentius circa pusillanimitatem peccant, ita vt plures reperiantur abiecti homines, & timidi, & pusillanimes, quam superbi, & arrogantes. Cuius rei est ratio, quia maior pars hominum premitur paupertate, quæ facit, vt non ausint magnos affectare honores. Nam paupertas facit homines abiectos, quemadmodū vulgo dicitur, *Pauper vbiq; iacet neq; potest emergere.* Itaque etiam plerique homines neglectis honoribus tantum occupati sunt circa vitæ necessaria comparanda. Altera caussa est, de qua antea fuit dictum, quod pusillanimitas abstrahit homines a rebus magnis suscipiendis & gerendis. Contra vero, qui laudis, honorum & gloriæ cupiditate tanguntur, hi facile possunt adduci ad res arduas & præclaras gerendas, quibus possint nomen aliquod sibi & gloriam comparare.

CAP. 4.

IN eo autem esse quadam etiam virtus videtur, vt superius diximus, quæ magnanimitati ita respondet, vt magnificentiæ liberalitas. Hæ enim vtraque a magno abstinent, & in mediocribus & paruis nos, vt oportet, afficiunt. Quemadmodum autem in acceptione &

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Ἔοικε δὲ καὶ περὶ ταύτην εἶναι ἀρετή τις, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέχθη, ἣ δόξειεν ἂν παραπλησίως ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐλευθεριότης πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν. ἄμφω γὰρ αὗται τοῦ μὲν μεγάλου ἀφιστᾶσι· περὶ δὲ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ A

διαπεπτωκέναι ἡμᾶς ὡς δεῖ. ὥσπερ δὲ ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων, μεσότης ἐστὶ, καὶ ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις· οὕτω καὶ ἐν τιμῆς ὀρέξει, τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον, καὶ τὸ ὅθεν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ. τόν τε γὰρ φιλότιμον ψέγομεν, ὡς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ὅθεν οὐ δεῖ τῆς τιμῆς ἐφιέμενον. τόν τε ἀφιλότιμον, ὡς οὐδ' ἐπὶ τοῖς καλοῖς προαιρούμενον τιμᾶσθαι. ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον. τὸν δ' ἀφιλότιμον ὡς μέτριον καὶ σώφρονα· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἴπομεν. δῆλον δ' ὅτι πλεοναχῶς τοῦ φιλοτοιούτου λεγομένου, οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ φέρομεν τὸ φιλότιμον· ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν, ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί· ψέγοντες δὲ, ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ. ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης, ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα. ἐν οἷς δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον. ὀρέγονται δὲ τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον· ἔστι δὴ καὶ ὡς δεῖ. ἐπαινεῖται γοῦν ἡ ἕξις αὕτη, μεσότης οὖσα περὶ τιμὴν ἀνώνυμος. φαίνεται δὲ πρὸς μὲν τὴν φιλοτιμίαν ἀφιλοτιμία· πρὸς δὲ τὴν ἀφιλοτιμίαν, φιλοτιμία· πρὸς ἀμφότερα δὲ, ἀμφότερά πως. ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς.

donatione pecuniarum mediocritas est & excessus & defectus, ita quoque in honoris appetitione consistit, magis quam oportet, & minus, & unde oportet, & ut oportet. Nam & ambitiosum vituperamus, ut qui & magis quam oportet, & unde non oportet, honorem affectet, & inambitiosum, eo, quod ne ob honesta quidem honorari velit. Interdum tamen fit, ut ambitiosum quasi virilem & honesti studiosum laudemus: inambitiosum vero quasi modestum & temperantem: ut in superioribus diximus. Perspicuum autem est, cum pluribus modis rei cuiusdammodi studiosus dicatur, nō semper nos ad idem honoris studiosum referre: sed cum laudamus, ad id, quod magis quam vulgus: cum vituperamus, ad id quod magis quam oportet. Quia vero nomine vacat mediocritas, fit ut quasi deserta extrema decertent. Verū in quibus est excessus & defectus, medium quoq; est: appetunt autem honorem & magis quam oportet, & minus: ergo etiā ut oportet. Laudatur igitur hic habitus, quae est in honore mediocritas nomine vacans, quae videtur, si ambitioni comparetur, ambitionis vacuitas: si huic, ambitio: si utrisque, utraque quodam modo. Id quod etiam in aliis virtutibus valet

Extra-

Extrema autem hic videntur inter se opponi, propterea quod mediū nullum nomen sortitū est. | αἱ ἀκρότητες δὲ ἐοίκασιν ἀντικεῖσθαι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ ὠνομάσθαι τὸ μέσον.

COMMENTATIONES.

Ἔοικε δὲ καὶ περὶ τιμήν.) In hoc cap. explicatur alia quædam virtus, quæ etiā circa honores versatur, sed non circa magnos, vt illa prior, verum circa paruos. Atq; ideo a magnanimitate differt, quemadmodum liberalitas a magnificētia. Liberalitas enim est circa paruas, magnificētia circa magnas opes. Quod autem etiā circa paruos honores expetendos aut aspernandos sit aliqua virtus, probat Aristoteles a contrario, *quia in paruis honoribus expetendis aut aspernādis etiam potest esse vitium, quando nimirum modum in illis non seruamus.* Præterea *vbi locum habet laus & vituperatio, ibi locum habent virtus & vitiū, sed qui paruos honores moderate expetunt vel respuūt, solent laudari.* Qui autem *præter modum, solent vituperari.* Igitur *in illis etiam locum habet virtus & vitium.* Hæc a. virtus apud Græcos nō habet certum nomen. Nam eius extrema interdum etiam in bonam partem accipiuntur, & pro ipsa virtute sumuntur, A Latinis nominatur studium honoris, item modestia, & sic definitur. *Modestia est virtus, quæ mediocritatem seruat in paruis honorib. recte expetendis aut aspernandis.* In hac definitione Aristoteles tres circumstantias obseruandas esse monet. Prima est rerum & factorum nimirum, vt *ex einsmodi rebus & actionibus honores petantur, quæ digna esse videntur honore, veluti ex bene administrata republ. ex honesta militia, ex virtute, ex studiis bonarum artium, & ex aliis præclaris actionibus, quæ laudem & honorem merentur.* Altera est modi circumstantia, *vt eo modo expetantur, quo oportet, non per vim, dolum aut fraudem, non per metum & crudelitatem, sicuti facere solent tyranni, neque per largitiones & conuiuia, quemadmodum aliqui emunt honores aut nobilitatem aut aliam aliquam dignitatem, neque etiam calumniam aut detractionem aliorum, sicuti multi reperiuntur, qui hoc vnice student, vt de aliis male loquendo ipsi*

Virtutem aliquam esse circa honores paruos.

Modestia quid.

videantur esse meliores. Tertia est quantitatis, *ne maiores expetamus honores, quam merentur nostra virtus, doctrina, eruditio, aut nostra facta.* Sunt autem duo extrema huius virtutis, vnum in excessu, quod nominatur φιλοτιμία, id est, *ambitio*, quæ est vitium, quo honores nimium & præter rectam rationem expetimus, id est, cum in expetendis honoribus non seruantur circumstantiæ iam dictæ. Extremum alterum est in defectu, & nominatur ἀφιλοτιμία, id est, *honorum contemtus*, est vitium, quo honores nobis debitos contra rectam rationem repudiamus. Hæc duo extrema siue vitia erga medium suum ita sunt affecta, vt non solum interdum in bonã partem accipiantur, ita vt non videantur esse vitia, sed nonnunquam etiam pro ipsa virtute ponantur. Nam φιλοτιμία aliquando significat moderatam honorum expetitionem, & ita ponitur pro ipsa virtute, id est, pro modestia. Sic ἀφιλοτιμία interdum ponitur pro recto & moderato honorum contemtu, ita vt etiam pro modestia accipiatur. Neque solum in hac virtute, & eius extremis hoc solet accidere, vt vnum pro alio ponatur, sed etiam idem in ceteris virtutibus, earumque extremis illud contingit, vt extrema inter se collata, etiam cum medio collata videantur alterius naturam induisse. Exempli gratia, prodigalitas collata cum auaritia videtur esse liberalitas, sic liberalitas collata cum auaritia, videtur esse prodigalitas. Eodem modo fortitudo respectu audaciæ videtur esse timiditas respectu timiditatis videtur esse audacia, audacia autem respectu timiditatis videtur esse fortitudo. Hinc fit ergo, vt sæpenumero ii, qui vitio aliquo laborant, tamen velint videri virtute esse præditi, vt audaces volunt haberi fortes, prodigi volunt videri liberales, auari volunt videri parci & frugales, callidi volunt haberi prudentes, & sic de ceteris. Semper enim virtus collata cum excessu videtur deficere. Collata; autem cum defectu videtur excedere, quemadmodum etiam se res habet in proportionibus numerorum, in quibus semper medius numerus alterum superat, ab altero vero superatur Præterea notandũ est, quod Aristoteles dicit, *extrema huius virtutis interdũ contendere de medio loco*, cuius rei caussam esse dicit, quia medium

Modestia extrema.

Ambitio.

Honorum cõtemtus.

medium est ἀνώνυμον, id est, proprio nomine destitutum, & sic eius locus videtur quasi esse desertus & vacuus, proinde illud extremum in excessu: iam vero in defectu pro ipso medio ponuntur. Postremo quia hæc virtus est, ἀνώνυμος, id est, proprio nomine apud Græcos caret, ideo ipsa extrema quando accipiuntur in malam partem sibi mutuo opponuntur, vt contraria & ipsi etiam virtuti: quando vero alterum eorum in bonam partem accipitur, vnum virtuti non opponitur, vt contrarium.

CAP. 5.

Est vero mansuetudo in ira mediocritas. Cum autem nomine careat medium, & fere etiam extrema, ad medium mansuetudinem referimus, qua ad defectum declinat, qui nomen non habet: at excessus iracundia quædam dicatur. nam affectus est ira: quæ autem efficiunt, multa sunt & diuersa. Qui igitur ob quæ oportet, & quibus oportet, irascitur, præterea & vt oportet, & quando, & quousque, laudatur, esseque is mansuetus potest, siquidem mansuetudo laudetur. Mansuetus enim vult perturbatione vacare, & ab affectu minime duci, sed quemadmodum ratio statuerit, ita & ob ea, & tam diu succenset: peccareque potius videtur in defectum. Nõ enim est ad vltionem mansuetus, sed ad veniam dandam promtior. At defectus, siue lentitudo quædam sit, siue quiduis aliud, vituperatur. Nam qui ob

ΚΕΦ. ε´.

Πραότης δ' ἐστὶ μὲν μεσότης περὶ ὀργάς· ἀνωνύμου δ' ὄντος τοῦ μέσου, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄκρων, ἐπὶ τὸ μέσον τὴν πραότητα φέρομεν, πρὸς τὴν ἔλλειψιν ἀποκλίνουσαν, ἀνώνυμον οὖσαν. ἡ δ' ὑπερβολή, ὀργιλότης τις λέγοιτ' ἄν. τὸ μὲν γὰρ πάθος ἐστὶν ὀργή· τὰ δ' ἐμποιοῦντα, πολλὰ καὶ διαφέροντα. ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται· πρᾶος δὴ οὗτος ἂν εἴη, εἴπερ ἡ πραότης ἐπαινεῖται. βούλεται γὰρ ὁ πρᾶος, ἀτάραχος εἶναι, καὶ μὴ ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλ' ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον χαλεπαίνειν. ἁμαρτάνειν δὲ δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν. οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τις ἐστὶν, εἴθ' ὅ,τι δή ποτε, ψέγεται. οἱ γὰρ μὴ ὀρ-

γιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ οἱ μὴ ὡς δεῖ, μηδ' ὅτε, μηδὲ οἷς δεῖ. δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι· μὴ ὀργιζόμενός τε οὐκ εἶναι ἀμυντικός. τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν, ἀνδραποδῶδες. ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται· καὶ γὰρ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ θᾶττον, καὶ πλείω χρόνον. οὐ μὴν ἅπαντά γε τῷ αὐτῷ ὑπάρχει· οὐ γὰρ ἂν δύναιτ' εἶναι. τὸ γὰρ κακὸν καὶ αὑτὸ ἀπόλλυσι, κἂν ὁλόκληρον ᾖ, ἀφόρητον γίνεται. οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι, ταχέως μὲν ὀργίζονται, καὶ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ· παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. συμβαίνει δ' αὐτοῖς τοῦτο, ὅτι οὐ κατέχουσι τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ ἀνταποδιδόασιν. ᾗ φανεροί εἰσι διὰ τὴν ὀξύτητα, εἶτ' ἀποπαύονται. ὑπερβολῇ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλοι, καὶ ἐπὶ παντί· ὅθεν καὶ τοὔνομα. οἱ δὲ πικροὶ δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται. κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν. παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀνταποδιδῷ. ἡ γὰρ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. τούτου δὲ μὴ γινομένου, τὸ βάρος ἔχουσι. διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐπιφανὲς εἶναι, οὐδὲ συμπείθει αὐτοὺς οὐδείς· ἐν αὑτῷ δὲ πέψαι τὴν ὀργὴν,

D

quæ oportet, non irascuntur, esse stolidi videntur, quique non ut oportet, neque quando, neque quibus oportet. Videtur enim non sentire, neque dolore affici: & qui non irascitur, non esse idoneus ad ulciscendum. At tolerare si lacessaris, contemnereque suos, seruile est. Excessus vero omnibus quidem modis fit: nam & quibus non oportet, & ob quæ non oportet, & magis quam oportet, & citius & diutius: non tamen vniuersa eidem insunt; non enim esse possent. Nam malum etiam seipsum perdit: & si integrum sit, intolerabile euadit. Iracundi igitur cito quidem irascuntur, & quibus non oportet, & ob quæ non oportet, & magis quã oportet: sed quod optimum in se habent, cito desistunt. Hoc autem ipsis euenit, quia iram non retinent, sed reddunt. Vnde ob celeritatem manifesti sunt, deinde cessant. Biliosi autem supra modum, & ad quæuis, & quãcunque de re acres sunt: vnde etiam [illegible] habent. Acerbi vero difficulter reconciliantur, & longo tempore irascuntur. Continent enim iram: & non nisi vbi reddiderint, cessant. Nam vltio iram sedat, voluptatem loco doloris efficiẽs. quod si non euenit, grauantur. nam quia id nõ est manifestum, neque quispiam eis suadet: apud se vero ad iram concoquendam

dam opus est tempore. Sunt autem huiusmodi sibi ipsis molestissimi, & amicissimis quibusque. Atroces autem eos dicimus, qui & ob quae non debent, & magis item quam debent, & diutius succensent: & placari sine vltione, vel supplicio non possunt. At vero mansuetudini excessum magis opponimus. etenim sæpius accidit, magis enim humanum est vindicta exsuperare. Et ad conuictum hominum atroces etiam peiores sunt. Quod autem in superioribus diximus, ex iis etiam, quæ dicuntur, constat. non enim definire facile est, quomodo, quibus, ob quæ, quandiu irascendum sit, & quo vsque aliquis recte facit, vel peccat. qui enim paulum transgreditur, non vituperatur, neque ad nimium, neque ad parum. nam interdum deficientes laudamus, mansuetosque appellamus: & atroces, tanquam ad imperandum idoneos, viriles. Quantum igitur, & quomodo transgrediens sit vituperandus, exprimere oratione non facile est: in singulis enim rebus, & sensu iudicium est. Veruntamen hoc perspicuum est, medium habitum laudabilem esse, ex quo quibus oportet irascimur, & ob quæ, & quomodo oportet, & omnia huiusmodi: excessus vero & defectus, vituperabiles: & si parum quidem peccent, leniter:

χρόνου δεῖ. εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς ὀχληρότατοι, καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις. χαλεποὺς δὲ λέγομεν, τοὺς ἐφ' οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ πλείω χρόνον, καὶ μὴ διαλλαττομένους ἄνευ τιμωρίας ἢ κολάσεως. τῇ **E** πραότητι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπερβολὴν ἀντιτίθεμεν. καὶ γὰρ μᾶλλον γίνεται. ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ τιμωρεῖσθαι. καὶ πρὸς τὸ συμβιοῦν οἱ χαλεποὶ χείρους. ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται, καὶ ἐκ τῶν λεγομένων δῆλον. οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι τὸ πῶς, καὶ τίσι, καὶ ἐπὶ ποίοις, καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον, καὶ μέχρι τινὸς ὀρθῶς ποιεῖ τις ἢ ἁμαρτάνει. ὁ μὲν γὰρ μικρὸν παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον, οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον. ἐνίοτε γὰρ τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν, καὶ πρᾴους φαμέν. καὶ τοὺς χαλεπαίνοντας ἀνδρώδεις, ὡς δυναμένους ἄρχειν. ὁ δὴ πόσον καὶ πῶς παρεκβαίνων, ψεκτός, οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀποδοῦναι. ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. ἀλλὰ τό γε τοσοῦτον δῆλον, ὅτι ἡ μὲν μέση ἕξις, ἐπαινετή, καθ' ἣν οἷς δεῖ ὀργιζόμεθα, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. αἱ δ' ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις ψεκταί. καὶ ἐπὶ μικρὸν μὲν γινόμεναι, ἠρέμα,

mansuetudinis esse τὴν ὀργὴν, quam debet moderari, ne animum hominis abripiat, mentemq; auertat. Siquidem ira est vehementissimus affectus, qui subito totum animum hominis perturbat, & quodammodo rationem euertit, quemadmodum ferox equus excutit sessorem suum. Vnde Ennius dixit: *Iram esse initium insaniæ.* Et Horatius inquit:

Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catenis.

Quod autem Aristoteles hoc loco indicat, circa affectus esse aliquam quoque virtutem, id notandum est contra Stoicos, qui omnes affectus simpliciter dicebant esse vitiosos & contra naturam. Aristoteles autem indicat, affectus non plane tolerandos esse ex natura: sed hos potius ratione esse moderandos & regendos, ne modum excedant. Nam quod hoc loco de mansuetudinis affectu præcipitur, id etiam de ceteris affectibus est intelligendum. Itaque internum obiectum mansuetudinis est ira. Externum autem obiectum, circa quæ hæc virtus versatur, sunt omnia ea, quæ iram & indignationem possunt in animo hominis concitare, iniuriæ, damna, contumeliæ, conuitia, offensiones, & omnia alia, quibus vel fama nostra, vel bona nostra, aut nostrorum videntur posse lædi. Præcipue autem ad iram nos concitat contemtio nostri aut nostrorum. Vnde ira lib. 2. Rhetor. definitur, *quod sit cupiditas vindictæ, nata ex contemtu nostri aut nostrorum.* Sunt autem duo extrema siue vitia, quæ huic virtuti opponuntur: vnum, in excessu, *iracundia seu procliuitas ad iram:* alterum, in defectu ἀοργησία, id est, *iræ vacuitas*, seu *destitutio*, per quam quis difficulter ad iram etiam iustissimis de caussis potest concitari, quod vitium a Cicerone nominatur *lentitudo.*

Mansuetudinis obiectum.

Ira definitio.

Iracundia.

Lentitudo.

B ὁ μὲν ἐφ' οἷς δεῖ.) Hæc est altera pars cap. in qua agitur de propriis notis mansuetudinis, ex quibus eius vis & natura intelligitur. Earum autem sunt quatuor, quæ ab Aristotele enumerantur. Inquit enim Aristoteles, eum nominari mansuetum, qui irascitur iis de caussis, propter quas est irascendum, item iis personis, & eo modo atq; tempore, quibus & quo & quando est irascendum.

Mansuetudinis notæ quatuor.

I.
Caussarum.

Est ergo prima circumstantia *τῶν αἰτιῶν caussarum.* Nam mansuetudinis propriũ est, propter iustas & certas caussas irasci, non temere, aut propter leuem caussam, vel, vt dicitur, propter lanam caprinam. Sunt autem iustæ caussæ, propter quas irasci licet, quæ pertinent ad defensionem cultus diuini: item ad defensionem patriæ, parentum, coniugum, liberorum, legum, libertatis, famæ & existimationis nostræ & nostrorum. Hęc enim omnia debemus magnifacere, neque pati, vt ab aliis violentur, aut a nobis auferantur. Talis fuit iusta ira *Saluatoris nostri Iesu Christi aduersus sacerdotes, qui ex templo Dei fecerant speluncam latronum: hac ira commotus, e templo eiicit ementes [illegible] vendentes, eorumq; mensas euertit.* Talis fuit ira Eli[illegible] *aduersus sacerdotes Baalyticos.* Item Moysis *aduersus Ægyptium iniuriam facientem Hebræo.*

Caussæ propter quas licet irasci.

II.

Altera nota mansuetudinis est personarum: *Irascendum enim,* inquit, *esse iis, quibus est irascendum, neque etiam omnibus irasci licet.* Non enim irascendum est parentibus, præceptoribus, amicis, sodalibus, & bene monentibus: sed irascendum hominibus malis & improbis, quos non pudet nec pœnitet suorum scelerum. Irascendum est impiis, qui Dei nomen blasphemant, & verum Dei cultum, & veritatem petulanter oppugnant: quemadmodum ait Dauid Psal. 139. *Nomen qui oderunt te Domine, & insurgentes contra te abominabor.*

Quibus irasci liceat.

III.
Quomodo & quatenus irascendum.

Tertia nota pertinet ad circumstantiam modi, *quomodo & quatenus sit irascendum.* Hic quinque præcepta sunt obseruanda:

1.

Primum cauendum, ne vehementi illo affectu nimium perturbemur, sed vt ei frenum iniiciamus, quemadmodum Horatius inquit: ne ab ira abrepti aliquid committamus, quod vel sit contra honestatem & rectam rationem, vel possit nobis magnum adferre periculum.

2.

Deinde, vt præbeamus nos in ignoscendo faciliores erga eos, a quibus sumus offensi, considerando fragilitatem & imbecillitatem humanæ conditionis, cum pœnitet eos suorum factorum.

3.

Tertio cogitare debemus, Deum quotidie nobis multo grauiora delicta condonare. Itaque vicissim nos decebit, vt leuiora peccata aliis condonemus, quemadmodum Christus docet in parabo-

rabo-

rabola de seruo, cui a domino decem milia talenta fuerant remissa. Quarto, cauendum est, ne in primo feruore iræ aliquid faciamus, sed patiamur illum feruorem paululum resistere. Itaque tenendum est præceptum illud, quod Athenodorus philosophus dederat Cæsari Augusto, nimirum, *vt iratus nihil dicat aut faciat, priusquam omnes literas Græci Alphabeti pronuntiasset.* Atque hanc ob caussam Romani, securibus, quæ præferebantur consulibus, alligarunt etiam fasces virgarum, vt in iis soluendis interceretur aliqua mora iræ, antequam ad puniendum descenderent. Quinto, cauendum est, *vt Cicero lib. 1. Officior. monet*, ne ira maior sit quam delictum, propter quod alteri irascimur. Nam qui grauius sese vlciscuntur, quam deberent, caussam suam reddunt deteriorem, & ex bona caussa faciunt malam. Quarta nota mansuetudinis pertinet ad circumstantiam temporis, quando scilicet, & quamdiu sit irascendum. Quod ad primum attinet, quando sit irascendum, notanda sunt hæc quinque: Primum non est irascendum, quando de rebus seriis consultatur, quia ira est inimica consilio. Deinde, non irascendum est tempore lætitiæ, veluti in conuiuiis & solemnitatibus. Est enim rusticorum proprium irasci inter pocula, & ad verbera deuenire. Tertio, non irascendum in puniendo. Nam, *vt Cicero lib. 1. Officior.* inquit: *Nunquam mediocritatem in puniendo seruabit is, qui iratus ad pœnam accedit.* Vnde Plato iratus, dixit amico Xenocrati: *Cæde tu hunc puerum, nam ego iratus sum.* Et alteri delinquenti dixit: *Fôris ego te cæderem, nisi iratus essem.* Quarto etiam non nimis tarde in grauioribus delictis est irascendum, ne videamur ad illa conniuere & dissimulare. Quinto, non nimis etiam cito est irascendum, antequam caussa plane est a nobis cognita, & altera pars audita.

4.

5.

IV. *Quando irascendum.*

1.

2.

3.

4.

5.

De posteriore vero, quo quæritur, quam diu sit irascendum, tenenda est regula Pauli Apostoli ad Ephes. cap. 4. cum ait: *Sol non occidat super iram vestram.* Quibus verbis monet, iram non diu esse alendam, quia indies fit maior, & animum excruciat, tandem etiam in

odium commutatur. Quemadmodum Ouidius lib. 1. Eleg. ait:

Sed nunquam deseris spatiosum tempus in iram,
Sæpe simultates ira morata facit.

Secundum præceptum Christi, qui Luc. 17. præcipit, *toties ignoscendum esse fratri, quotiescunq; deprecatus fuerit.* Postremo vtile quoq; est anteuertere iræ occasiones, quemadmodum fecit Pomponius, cum intercepisset literas Sertorii, in quibus nomina præcipuorum hostium scripta erant, noluit eas legere, sed in ignem iniecit, ne quid legeret, quod ipsum ad iram possit concitare. Idem Iulianus Cæsar fecit post deuictum Pompeium, qui literas & libellos ad hunc a se scriptas, antequam eas legisset, in ignem proiecit, vt non haberet caussam illis irascendi. Et Plutarch. in Apophthegmatib. scribit de quodam, cui postquam pulcerrima vitra donata essent, quod statim ea fregerit, cumq; interrogaretur, cur id fecisset, respondit, ideo se fecisse, ne haberet caussam irascendi suis famulis, qui aliquando ea essent fracturi.

C ἡ δ᾽ ἔλλειψις εἴτ᾽ ἀοργησία.) Tertia pars capitis est de duobus extremis siue vitiis, quæ mansuetudini opponuntur: ac primum extremum consideratur in defectu, ac nominatur ἀοργησία, *ira vacuitas*, a Cicerone in 1. Epistola ad Q. Fratrem nominatur *lentitudo*, cum quis nimis est lenis ad irascendum. Est autem ἀοργησία vitium, *per quod non irascimur iis de caussis, aut iis hominibus, aut iis modis & temporibus, quibus merito esset irascendum.*

Ira vacuitas.

Qui hoc vitio laborant, hi propter tres præcipue caussas reprehenduntur: Primum, quia videntur esse homines fatui & stolidi, qui non sentiunt, neque ægre ferunt iniurias, sibi vel suis illatas. Atque ideo etiam non videntur esse honoris, laudis, atque gloriæ cupidi, dum suam & suorum famam & existimationem non magnifaciunt: quemadmodum Zeno philosophus dixit: *Qui conuitia æquo animo fert, is non sentit laudes.* Atque hoc modo peccant ii, qui non irascuntur, cum tamen habeant iustas caussas irascendi, veluti cum audiunt blasphemias contra Deum, vident violari religionem, sibi vel aliis fieri iniuriam: deinde, qui non irascuntur hominibus impiis & sceleratis: item, qui nimis tarde castigant suorum

Ira vacui sunt fatui.

rum

ium vitia, aut nimis leniter, quemadmodum legitur in sacris literis de sacerdote Heli, *qui tantum leniter ob rem nefandam suos filios increpauit.* Deinde reprehenduntur, qui videntur esse seruili & abiecto animo præditi. Nam serui & mancipia quasuis contumelias & iniurias coguntur æquo animo tolerare. Tertio reprehenduntur, quia videntur esse nimis molles & effœminati, qui non idonei sunt ad res magnas gerendas. Vnde dicitur:

Non cadit in molles nobilis ira viros.

Ira cos fortitudinis.

Est enim ira, vt veteres Academici dixerunt, quasi cos fortitudinis, qua animus acuitur & excitatur ad actiones fortes & magnas suscipiendas atque gerendas, & ad vindicandam iniuriam. Estq; vitium hominis cordati & animosi, qui irascitur, quando & propter quas caussas oportet. Et Aristoteles lib. 7. Polit. cap. 7. ait, *non esse idoneos ad magistratum gerendum eos, qui non possint nec audent irasci.*

Ira & iracundia quid differant.

D ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα.) Alterum extremum siue vitium, quod mansuetudini opponitur, consideratur in excessu, & nominatur ὀργιλότης, *iracundia.* Differt autem ira ab iracundia, *vt est apud Ciceronem lib. 4. Tuscul. quæst. quod ira est ipse affectus, seu ipsa commotio animi: iracundia est procliuitas & propensio ad iram:* quemadmodum etiam differunt *ebrietas* & *ebriositas.* Nam ebrietas est ipsum vitium: ebriositas est propensio ad ebrietatem: ita vt ebrius dicatur, qui actu ipso nimium vino est repletus, vt nesciat amplius, quid agat. Ebriosus autem est, qui procliuis est ad ebrietatem, etsi nondum actu ipso sit ebrius. Sic iratus dicitur, qui iam actu ipso irascitur: iracundus autem, qui facile ad iram potest concitari, etiamsi actu ipso nondum irascatur. Est autem iracundia vitium, *quo vehementius irascimur iis, quibus non oportet, & propter quas caussas non oportet, & quando non oportet, & non eo modo, quo oportet.* De hoc vitio monet Aristoteles, quod sit intolerabile, si est integrum, & omnibus suis partibus absolutum. Cito enim perimit ipsum hominem, quemadmodum sæpenumero aliqui ex vehementiore ira exstinguuntur subito, aut in grauissimos morbos incidunt, e quibus non facile possunt euadere. Sunt autem tres species iracundiæ, quæ hoc

Ebrius.
Ebriosus.
Iratus.
Iracundus.
Iracundia quid.

Iracundiæ tres species. *Excandescentia.* loco ab Aristotele indicantur: Vna dicitur ἀκροχολία, *excandescentia*, quæ est vitium, *quo subito, & opinatissimam caussam vehementius irascimur, quam oportet, quo vitio plerumq; laborant cholerici.* Dicitur autem ἀκροχολία, quia ἡ χολὴ, id est, bilis illis versatur quasi ἐν τῷ ἄκρῳ, *in superficie cordis.* Vnde cor accenditur, & calor cordis statim diffunditur per omnes partes cordis: ita vt etiam in oculis, & toto vultu, ac reliquis membris calor appareat. Inquit autem Aristoteles, horum proprium esse, vt cito quidem irascantur, sed facile etiam & statim iram deponant rursum, propter quod primo impetu omnem quasi iram simul effundunt; & hoc modo sibiipsis satisfaciunt. Quod etiam illis est optimum. Si enim iram non cito deponerent, redderentur plane crudeles & feroces. Hanc iram Cicero lib. 1. Epistolar. ad Atticum ait, *interdum etiam esse in optimis hominibus; qui sunt quidem irritabiles sed tamen etiam placabiles.* Altera species iracundiæ nominatur πικρότης & πικρία, *amarulentia*, est vitium, *quo vehementer, facile & diu irascimur, qui hoc vitio laborant, tres de caussis reprehenduntur:* Primo, quia iram diu retinent, neque eam deponunt, nisi vel vindictam fuerint consecuti, vel temporis diuturnitate eam concoxerint: deinde, quia occultant iram, ita vt cũ aliquibus irascuntur, non possint cogitare, quo modo eas velint placare & reconciliare, quia ignorant, quomodo ipsis irascuntur: tertio reprehenduntur, quia sunt morosi, difficiles, & molesti, quibus cum versantur. Tertia species iracundiæ dicitur βαρυθυμία, id est, quasi *animi asperitas*, ea est grauis, pertinax & aperta ira, quæ sine vindicta non potest conciliari. Vocatur etiam χαλεπότης *difficultas*, quia difficiles se præbent in reconciliando: nominatur etiam hæc species *in lib. 3. ad Eudemium* ἀγριότης quasi *ferocitas*. Nam qui hac ira laborant, sunt feroces & crudeles aduersus eos, a quibus sunt offensi: ac differt hæc species a præcedente: quia prior habet occultam iram, quæ temporis diuturnitate quasi concoquitur & exstinguitur: hæc species habet apertam iram, quæ sine vindicta non exstinguitur.

Amarulentia.

Asperitas.

Difficultas.

Ἐν τῇ πραότητι δὲ μᾶλλον.) Hæc est postrema pars cap. in qua Aristoteles primo comparat extrema huius virtutis cum

cum ipsa mediocritate. Deinde reddit rationem, cur non accuratius singulas circumstantias de moderanda ira sit persecutus. Quod ad primum attinet: Propositio comparationis hæc est: *Iracundia magis aduersatur mansuetudini, quam ira vacuitas, ἀοργησία.* Probatur duabus rationibus: Prima sumitur *ex lib. 2. cap. 1.* est talis: *Ea vitia, quæ frequentiora sunt, & ad quæ homines magis sunt propensi, etiam virtuti magis aduersantur.* Sed *ad iracundiam homines magis sunt propensi, & plures etiam hoc vitio laborant.* Ergo *iracundia magis aduersatur mansuetudini, quam ira vacuitas.* Altera ratio: *Quia iracundia minus est accommodata ad vitæ conuersationem, & conseruandam inter homines amicitiam atque concordiam.* Nam *qui iracundi sunt, propter leuissimas caussas, lædunt concordiam & amicitiam, sæpe omnino renuntiant.* Ideo *etiam nemo cum talibus libenter conuersatur, semper cogitur metuere, ne eos offendat.* Contra vero: *cum hominibus placidis & lenibus libenter conuersamur, & facile cum illis amicitiam contrahimus.* Atque hæc de comparatione extremorum cum virtute. Quod autem ad alterum attinet, quamobrem non accuratius Aristoteles explicauerit singulas circumstantias de moderanda ira, eius rei caussam transfert in difficultatem huius quæstionis, cuius sunt duæ caussæ: Prima, quia hæc virtus adeo late patet, vt aliquando vtrumque extremum, si non multum a mediocritate recesserit, habeatur loco virtutis. Nam interdum etiam iracundi laudantur, tanquam sint homines cordati & animosi, qui audeant se aliis opponere, & iniuriam illatam vindicare, & hoc modo se & suos contra aliorum iniurias defendere, famam etiam & existimationẽ suam & suorum tueri contra iniquorum obtrectationes. Imo homines iracundi interdum existimantur esse idonei ad magistratum gerendum, quemadmodum Aristoteles *in lib. 7. polit.* ait, iram conuenire imperio, id est, *ei, qui imperium aliquod habet, si modum in ea seruet.* Nam nimia lenitas & indulgentia magistratuum reddit subditos licentiores ad peccandum. Interdum laudantur ii, qui non sunt iracundi, sed difficulter ad iram prouocantur, tanquam sint homines lenes & mansueti. Ita nunquam

Iracundia an magis aduersetur mansuetudini, quã lenitudo.

Ira circũstantias cur non accuratius descripserit Aristoteles.

iracundia est laudabilis, nunquam lenitas est laudabilis. Et hæc est prima caussa difficultatis. Altera caussa est, quia circũstantiæ versantur circa singularia ea, quæ sunt infinita, & maximam habent varietatem, ita vt non possint certis præceptis & regulis determinari, atque definiri, quæ etiam caussa est, quemadmodum *lib.2.cap.2.* dictum fuit, quod tota hæc doctrina non admittit nimis accuratam & acquisitam præceptioné, quemadmodum aliæ disciplinæ mathematicæ. ideoq; hæc doctrina contenta est probabili argumentorum genere. Etsi autem omnia singularia, quo ad iram attinet, non possunt præceptis comprehendi, tamen Aristoteles hoc monet, esse obseruandum, quod semper mediocritas circa iram sit laudabilis. Extrema autem quæ a mediocritate recedũt, sunt vitiosa, & quæ parum recesserunt, ea leuiter reprehenduntur, quæ longius recesserunt, ea magis reprehenduntur, quæ plurimum recesserunt, ea vehementer reprehenduntur.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις καὶ συζῆν, καὶ λόγων καὶ πραγμάτων κοινωνεῖν, οἱ μὲν ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι. οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες καὶ οὐθὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ δὴ οἰόμενοι δεῖν ἄλυποι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι. οἱ δ' ἐξ ἐναντίας τούτοις πρὸς πάντα ἀντιτυποῦντες, καὶ τοῦ λυπεῖν, οὐδ' ὁτιοῦν φροντίζοντες, δύσκολοι καὶ δυσέριδες καλοῦνται. ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι ἕξεις, ψεκταί εἰσιν, οὐκ ἄδηλον· καὶ ὅτι ἡ μέση τούτων ἐπαινετὴ, καθ' ἣν ἀποδέξεται ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, ὁμοίως δὲ καὶ δυσχερανεῖ. ὄνομα δ' οὐκ ἀποδέδοται αὐτῇ

CAP. 6.

At in congressionibus & conuictu, sermonumq; & negotiorum communitate, esse alii placidi & obsequiosi videntur, omnia ad voluptatem laudantes, nullaq; in re aduersantes, sed minime se molestos esse debere censentes iis, quibus cum habent consuetudinem. alii e contrario iis in omnibus aduersantes, nihilque an molesti sint curantes, morosi & litigiosi nuncupantur. Habitus igitur, quos diximus, vituperabiles esse cõstat, & medium horum laudabilem, ex quo admittetur, quæ oportet, & sicut oportet, itemque ægre feret. verum huius nullum nomen expressum est:

est: sed amicitiæ maxime similis est. talis enim est, qui habitu medio est præditus, qualem modestum amicum esse volumus, qui nos insuper caritate complexus est. Ab amicitia autem differt, quod sit sine affectu & caritate in eos, quibus cum versatur. Neque enim quia amat, vel odit, admittit singula ut debet, sed quia est talis. Nam pariter apud notos, & ignotos, & apud familiares, & non familiares, idem est facturus: in singulis tamen prout conuenit. perinde enim familiares atque externos, neque studio prosequi, neque dolore afficere conuenit. In vniuersum igitur dictum est, quod congressionibus, ut oportet, utetur: spectans autem ad honestum & utile, attendet ne dolorem afferat, vel vna oblectet. videtur enim in voluptatibus doloribusque versari, quæ in cõgressionibus sunt, ac de iis, quæ vel non honestum ipsi fuerit, vel damnosum etiam obsequi, ea grauate feret, malletque molestus esse, et si facienti dedecus adferat, atq; id nõ paruum, aut damnum: contrarium autem dolorem paruum, non admittet, sed repudiabit. varie aũt consuetudinem cum iis habebit, qui in dignitate sunt, & cũ priuatis, & magis vel minus familiaribus: pariterq; pro reliquis discriminibus rerũ, singulis qđ decet attribuẽs, ac oblectare

ζει. ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ. τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, οἷον βουλόμεθα λέγειν τὸν ἐπιεικῆ φίλον, τὸ στέργειν προσλαβόντα. διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους ἐστὶ καὶ τοῦ στέργειν, οἷς ὁμιλεῖ. οὐ γὰρ τῷ φιλεῖν ἢ ἐχθραίνειν, ἀποδέχεται ἕκαστα ὡς δεῖ, ἀλλὰ τῷ τοιοῦτος εἶναι. ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους, καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις ποιήσει, πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει. οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν, οὐδ' αὖ λυπεῖν. καθόλου μὲν οὖν εἴρηται, ὅτι ὡς δεῖ ὁμιλήσει ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, στοχάσεται τοῦ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηδύνειν. ἔοικε μὲν γὰρ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας. τούτων δ' ὅσας μὲν αὐτῷ ἐστὶ μὴ καλὸν ἢ βλαβερὸν συνηδύνειν, δυσχερανεῖ, καὶ προαιρήσεται λυπεῖν, κἂν τῷ ποιοῦντι δὲ ἀσχημοσύνην φέρῃ, καὶ ταύτην μὴ μικρὰν, ἢ βλάβην ἡ δ' ἐναντίωσις μικρὰν λύπην, οὐκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ δυσχερανεῖ. διαφερόντως δ' ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι, καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ μᾶλλον ἢ ἧττον γνωρίμοις. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφοράς, ἑκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον, καὶ καθ' αὑτὸ μὲν

B

in quotidiana vita: quarum vna nominatur Comitas, altera Veritas, tertia Vrbanitas. Hæ distinguuntur fine, quem respiciũt. Nam quędã spectant τὸ ἡδὺ, *iucunditatem*, & voluptatem, idque vel in feria conuersatione, vt est *Comitas*, vel in *Ludicra* conuersatione, vt *Vrbanitas*: aliæ autem spectant solum τὸ ἀληθὲς, id quod verum est in dictis & factis, & ea nominatur Veritas.

Comitas.

In præsenti autem capite agitur de comitate, seu affabilitate & humanitate. Ac primum explicat Aristoteles, quodnam sit eius obiectum: item quod sit eius nomen, & quæ extrema: deinde quæ sint eius officia seu proprietates: tertio explicat etiam breuiter eius extrema.

Eius obiectum.

Quod ad Græcum nomen attinet huius virtutis, Aristoteles dicit, eam non habere proprium nomen, posse tamen φιλίαν appellari, quia cum ea magnam habet cognationem. Nam qui hac virtute præditi sunt, id est, qui sunt comes & humani, facile possunt amicos reperire, & apti sunt ad contrahendas & colendas amicitias, quemadmodum Cicero ait in Oratione pro Muręna, *Comitas, affabilitasque sermonis maxime continent animos hominum*. Et in Lælio inquit, *Amicitia ad omnem comitatem facilitatemque debet esse procliuior.* Germani hanc virtutem etiam videntur ab amicitia nominasse, quia vocant Freundtligkeit / Holdseligkeit. Sed tamen hæc virtus differt a proprie dicta amicitia. Primum, quia vera amicitia est coniuncta cum affectu amoris. Comitas autem potest esse sine isto affectu. Nam potest aliquis erga alterum esse humanus, affabilis & facilis, etiamsi eum non amet. Deinde differt, quia amicitia est tantum inter notos, & eos, qui se mutuo amant: comitas autem potest esse etiam erga ignotos, neque requirit multum amoris.

Comitas quid.

Est autem comitas virtus, *quæ in quotidiana conuersatione in sermonibus & actionibus eam seruat mediocritatem, vt quantum fieri potest, neminem offendat, sed potius omnibus honeste placere studeat.* Ex qua definitione etiam intelligitur, obiectum huius virtutis, nimirũ quod versatur circa communicationem κοινωνίαν sermonis & actionum in quotidianis congressibus. Quia autem est

mediocritas laudabilis. Igitur habet etiam duo vitiosa extrema, quæ digna sunt reprehensione: quorum vnum nominatur *ἀρέσκεια*, id est, *placendi studium*, quod est eiusmodi vitium, quo omnibus studemus placere, siue bene, siue male hoc fiat: alterum extremum nominatur *δυσκολία*, *morositas*, quæ est vitium, quo quis nemini studet placere, sed omnia, quæ ab aliis fiunt, improbat, & semper contrarium conatur defendere. Inter hæc duo extrema comitas medio se habet modo. Nam placere studet tantum in rebus & actionibus honestis: quæ autem contraria sunt, improbat, & sibi displicere ostendit.

Studium placendi.

Morositas.

Comitatis quatuor præcepta.

B *ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλόν.*) Hæc est altera pars capitis, in qua agitur de officiis comitatis. Complectitur autem illa quatuor præceptis: Primum præceptum est: *Vir comis & humanus studere debet, ne sua conuersatio tam in sermonibus, quam in moribus & factis sit aliis molesta, sed potius grata & iucunda: ita tamen vt simul rationē habeat honestatis & vtilitatis, tam suæ, quam eorum, quibus cum versatur. Itaq; solum laudat & probat ea, quæ honeste & vtiliter possunt & debent laudari. Improbat ea, quæ merito sunt improbanda.* Alterum præceptum: *Vir comis & humanus non debet velle aliis ita placere, vt propterea videatur ipsorum præcepta approbare: sed potius debet ea reprehendere, etiamsi aliis hoc fuerit molestum & ingratum.* Etenim etiam hoc est veræ amicitiæ vitium, interdum amicum non admonere, & si opus sit, non reprehendere. Nam, *vt Cicero in Lælio* inquit: *Nulla in amicitiis maior pestis est, quam assentatio, quæ est vitiorum adiutrix.* Item in eodem libro: *Molesta est veritas, quia parit odium, sed obsequium multo est molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.* Tertium præceptum: *Vir comis & humanus in congressibus & hominum conuersatione debet habere respectum personarum, cuius status & conditionis sint ii, cum quibus versatur, vt tribuat id singulis, quod iis conuenit: aliter enim cum aliis est versandum, vt Senex apud Terent. inquit, vt homo est, ita morem geras.* Quartum præceptum: *Vir bonus & humanus in conuersatione non solum spectare debet præsentem iucunditatem: sed etiam considerare ea, quæ possunt postea eueni-*

I. II. III. IV.

euenire & consequi. Itaq́ , etiamsi illius castigatio & reprehensio praesenti tempore ingrata & molesta est , tamen si postea futura est alteri vtilis , non debet eam intermittere. De qua re etiam Paulus in Epistola ad Hebr. cap. 12. sic scribit : *Omnis castigatio in praesens quidem non videtur esse gaudij, sed molestia , at postea factum tranquillum iustitiae reddit , sic qui per illam fuerint exercitati.* Est ergo viri boni & humani interdum exiguam perferre molestiam, vt inde sequatur magnum bonum & commodum. Contra autem peccant ii, qui in omnibus student aliis placere, & nihil volunt in iis reprehendere, etiamsi sciant ipsa illis fore noxia. Quemadmodum etiam verorum amicorum hoc est officium , vt libere reprehendant ea , quae in aliis vident esse turpia & inhonesta.

C Τῇ δὲ συνηδύνοντι.) Haec est postrema pars capitis, in qua agitur de duobus extremis siue vitiis , quae comitati & humanitati opponuntur. Ex quibus primum vitium consideratur in excessu, & nominatur *ἀρέσκεια*, a Latinis *blanditia*, vel in plurali numero *blanditiae*, id est, placendi studium. Nam Cicero in libello de amicitia haec tria commemorat, *assentationem* , *blanditiam* , & *amicitiam* : sed ibi vocabulum *blanditia* non pro virtute , sed pro vitio accipit. Dicit enim , haec tria esse pestes amicitiae. Est autem *ἀρέσκεια* vitium, quo praeter modum & honestatem studemus in omnibus nostris dictis & factis aliis placere. Qui hoc vitio laborant , dicuntur *ἄρεσκοι*, *blandi* , & in eo potissimum peccant , quod nimium sese aliis student accommodare, siue bene, siue male agant, ad omnia conniuent , & nihil audent in aliis reprehendere, metuentes eorum offensiones , ac seruantes illud vulgatum dictum :

Vlula cum lupis, cum quibus esse cupis.

Hoc vitium simile fere est adulationi , sed tamen differt, quia adulatores tantum sui commodi caussa se aliis accommodant , quo commodo cessante , etiam non amplius student aliis placere : sed *ἄρεσκοι blandi*, nullius praenoti commodi gratia aliis student placere , sed tantum hoc faciunt , quia tali natura & ingenio sunt praediti , vt non cupiant quenquam offendere , qualem Terentius

Blanditia.

Pamphilum fuisse describit, qui nimirum omnes, cum quibus erat, facile potuerit perferre ac pati, eorumque studiis obsequi, nemini autem aduersari. Alterum extremum seu vitium consideratur in defectu, & nominatur δυσκολία, *morositas*. Est eiusmodi vitium, quo præter modum & rectam rationem nemini placere cupimus, & omnia aliorum dicta & facta etiam bona & recta improbamus, ac suggillamus. Qui hoc vitio laborant, ideo dicuntur δύσκολοι, quia difficulter possunt aliis consociari, & coniungi a verbo κολλάω, *adglutino*, vnde δύσκολος, qui facile adglutinari non potest. Vocatur etiam δυσέριδες, i. *in contentionibus difficiles ad placandum*. Atque hęc sunt duo extrema siue vitia, quæ comitati aduersantur. Quia autem hæc virtus apud Græcos proprium nomen non habet, ideo Aristoteles ait, ipsa extrema sibi mutuo opponi, adeo vt interdum alterum extremũ, nempe quod est in excessu, in bonam partem accipiatur, & pro ipsa quasi virtute ponatur.

Morositas.

ΚΕΦ. ζ'. — CAP. 7.

A ΠΕρὶ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδόν ἐστι καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης, ἀνώνυμος δὲ καὶ αὐτή. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ἐπελθεῖν. μᾶλλόν τε γὰρ ἂν εἰδείημεν τὰ περὶ τὸ ἦθος, καθ' ἕκαστον διελθόντες. καὶ μεσότητας εἶναι τὰς ἀρετὰς πιστεύσαιμεν ἄν, ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχον συνιδόντες. ἐν δὴ τῷ συζῆν, οἱ μὲν πρὸς ἡδονὴν καὶ λύπην ὁμιλοῦντες εἴρηνται. περὶ δὲ τῶν ἀληθευόντων τε καὶ ψευδομένων εἴπωμεν ὁμοίως ἐν λόγοις, καὶ πράξεσι, καὶ τῷ προσποιήματι. δοκεῖ δὲ ὁ μὲν ἀλαζὼν, προσποιητικὸς τῶν ἐνδόξων εἶναι

IN iisdem fere etiam arrogantia mediocritas versatur: quæ etiam ipsa nomen non habet. nihil autem deterius erit, si & eiusmodi tractemus. nam singulis tractatis, & melius quæ ad mores spectant percipiemus: & virtutes esse mediocritates credemus, in omnibus ita habere contuiti. In conuictu igitur, qui ad voluptatem & molestiam congrediuntur, dicti iam sunt: de veracib. & mentientibus dicamus, pariter in verbis. actionibus, & simulatione. Arrogans ergo videtur, se ex præclaris esse simulare,

mulare, & quæ non habet: vel maiora quam habet. dissimulator contra, quæ habet vel negare, vel eleuare. medius autem cum talis aperte sit, qualis est, & vita & oratione verax, quæ apud se habet, neque maiora neq; minora profiteri. Atq; horum unumquodq; licet & alicuius, & nullius rei caussa facere. qualis autem unusquisque est, talia loquitur & facit, itaque viuit, nisi rei alicuius caussa agat. per se autem mendacium quidem improbum est, & vituperatione dignum: verum vero, honestum & laudabile. Itaq; etiam is, qui medius est, verax, laudabilis est. Mentientes autem, vituperabiles, utrique illi quidem, sed magis arrogans. De utroque autem dicamus: ac prius de veraci. non enim de eo, qui in pactionibus verax est, loquimur. nec quæ ad iniustitiam vel iustitiam spectant (ea enim alterius essent virtutis) sed qui licet nihil eiusmodi intersit, & oratione & vita verax est, quia talis habitu est: & sane qui est huiusmodi, esse probus videbitur. Qui enim veritatis est studiosus, & ubi nihil refert, verax est, verax erit ubi referet, multo magis. Ut enim rem turpe, mendaciũ cauebit, quod per se etiam cauebat. Talis aũt est laudabilis:

καὶ μὴ ὑπάρχοντα καὶ μείζονα ἢ ὑπάρχει. ὁ δὲ εἴρων, ἀνάπαλιν, ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα ἢ ἐλάττω ποιεῖν. ὁ δὲ μέσος αὐθέκαστός τις ὤν, ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ, τὰ ὑπάρχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὑτόν, καὶ οὔτε μείζω οὔτε ἐλάττω. ἔστι δὲ τούτων ἕκαστα καὶ ἕνεκά τινος ποιεῖν καὶ μηδενός. ἕκαστος δὲ οἷός ἐστι, τοιαῦτα λέγει καὶ πράττει, καὶ οὕτω ζῇ, ἐὰν μή τινος ἕνεκα πράττῃ. καθ' αὑτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτόν, τὸ δ' ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετόν. οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν ἀληθευτικὸς μέσος ὢν ἐπαινετός. οἱ δὲ ψευδόμενοι, ἀμφότεροι μὲν ψεκτοί, μᾶλλον δ' ὁ ἀλαζών. περὶ ἑκατέρου δ' εἴπωμεν, πρότερον δὲ περὶ τοῦ ἀληθευτικοῦ. οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν, οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συντείνει· ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς. ἀλλ' ἐν οἷς μηδενὸς τοιούτου διαφέροντος, καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύει, τῷ τὴν ἕξιν τοιοῦτος εἶναι. δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπιεικὴς εἶναι. ὁ γὰρ φιλαλήθης, καὶ ἐν οἷς μὴ διαφέρει ἀληθεύων, ἀληθεύσει καὶ ἐν οἷς μὴ διαφέρει, ἔτι μᾶλλον· ὡς γὰρ αἰσχρὸν τὸ ψεῦδος εὐλαβήσεται, ὅ γε καὶ καθ' αὑτὸ ηὐλαβεῖτο. ὁ δὲ τοιοῦτος ἐπαινετός.

B

ἐπὶ τὸ ἔλαττον δὲ μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ἀποκλίνει. ἐμμελέστερον γὰρ φαίνεται διὰ τὸ ἐπαχθεῖς τὰς ὑπερβολὰς εἶναι. C ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος μηδενὸς ἕνεκα, φαύλῳ μὲν ἔοικεν. οὐ γὰρ ἂν ἔχαιρε τῷ ψεύδει. μάταιος δὲ φαίνεται μᾶλλον ἢ κακός. εἰ δ' ἕνεκά τινος, ὁ μὲν δόξης ἢ τιμῆς οὐ λίαν ψεκτός, ὡς ὁ ἀλαζών. ὁ δὲ ἀργυρίου ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον, ἀσχημονέστερος. οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζών, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει. κατὰ τὴν ἕξιν γὰρ τῷ τοιόσδε εἶναι ἀλαζών ἐστιν, ὥσπερ καὶ ψεύστης. ὁ μὲν τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρων. ὁ δὲ δόξης ὀρεγόμενος, ἢ κέρδους. οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι, τὰ τοιαῦτα προσποιοῦνται ἐφ' οἷς ἔπαινος ἢ εὐδαιμονισμός. οἱ δὲ κέρδους, ὧν καὶ ἀπόλαυσίς ἐστι τοῖς πέλας. καὶ ἃ διαλαθεῖν ἐστὶ μὴ ὄντα. οἷον ἰατρὸν ἢ μάντιν σοφόν, διὰ τοῦτο οἱ πλεῖστοι προσποιοῦνται τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλαζονεύονται. ἔστι γὰρ ἐν αὐτοῖς D τὰ εἰρημένα. οἱ δ' εἴρωνες ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται. οὐ γὰρ κέρδους ἕνεκα δοκοῦσι λέγειν, ἀλλὰ φεύγοντες τὸ ὀγκηρόν. μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἔνδοξα ἀπαρνοῦνται. οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει. οἱ δὲ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φανε-

tamen declinat ad id, quod vero minus est. nam concinnius videtur, quod permolestæ sint exsuperantiæ. qui autem maiora quam habet, simulat, nullius rei caussa, improbo quidem similis est (non enim gauderet mendacio) vanus tamen potius videtur, quam malus. Sin alicuius caussa, hic gloriæ aut honoris, non admodum est vituperabilis, ut arrogans: ille argenti eorumve quæ ad argentum pertinent, fœdior est. at arrogans non in facultate, sed in electione consistit. ex habitu enim & quia est talis, arrogans est, quemadmodum etiam mendax: alter est, qui mendacio ipso gaudet, alter qui gloriam vel lucrum appetit Qui igitur gloriæ caussa arrogantes sunt, eiusmodi simulant, in quibus laus vel beatitudo cernitur. qui vero lucri, ea quibus etiam propinqui fruuntur: quæque si non adsint, latere possunt, ut medicum esse, aut vatem sapientem. idcirco plurimi huiusmodi simulant, & sibi arrogant. in ipsis enim ea sunt, quæ diximus. at dissimulatores minus quam insit dicentes, moribus elegantiores apparent. non enim lucri gratia dicere videntur, sed fastum evitantes. atque hi maxime præclara quæque abnegant quemadmodum etiã Socrates faciebat. Qui autẽ & parua & manifesta-

nifesta dissimulant, versipelles dicũtur, & passim contemnuntur. ac interdum arrogãtia apparet, qualis Lacedæmoniorum vestitus. nam & excessus & nimius defectus, arrogantis est. Qui vere moderate dissimulatione vtuntur, in rebusque non valde manifestis & apertis dissimulant, elegantes videntur. Aduersari autem arrogans veraci videtur. est enim deterior.

ἐν προσποιούμενοι βαυκοπανοῦργοι λέγονται, καὶ εὐκαταφρόνητοί εἰσι. καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται, οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής. καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις, ἀλαζονικόν. οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ, καὶ περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμποδὼν καὶ φανερὰ εἰρωνευόμενοι, χαρίεντες φαίνονται. ἀντικεῖσθαι δ᾽ ὁ ἀλαζὼν φαίνεται τῷ ἀληθευτικῷ. χείρων γάρ.

COMMENTATIONES.

A περὶ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδὸν) Altera virtus, quæ circa communicationem sermonis & actionum in vita quotidiana versatur, nominatur ἀλήθεια, *Veritas* seu *veracitas*, a Latinis nominatur *Candor, integritas & synceritas.* Quod autem ad vocabulum hoc veritatis attinet, notandum est, illud hoc loco accipi, non pro ea notitia, quę est in intellectu, per quam habemus veras de rebus opiniones & sententias animo nostro cõceptas, quam veritatem mathematici per demonstrationes: philosophi autem per rationes probabiles in suis artibus & scientiis inuestigãt. Hæc enim veritas non est virtus moralis, sed pertinet ad scientiam & sapiẽtiam, per quas ita cognoscimus singulas res, quales natura sunt. Hoc enim loco veritas est virtus moralis, *per quam nihil in sermone, moribus & actionibus dicimus aut agimus, quod sit pictum simulatum aut falsum:* seu, vt breuius dicitur: *Veritas est virtus, per quam id, quod corde sentimus, etiam ore, & verbis, & actionibus profitemur.* De hac virtute in hoc cap. primum generatim agit, eamq; cum extremis comparat: deinde seorsim singula explicat: qui autem hac virtute prædiri sunt, dicuntur homines vere veraces, veritatis amantes, candidi, synceri, integri & aperti. Contra vero opponuntur illis homines mendaces, dolosi, fraudulenti, fallaces, callidi, versuti, versipelles, veteratores, vani, iactatores, arro-

Veritas.

Veritas quid.

Veraces.

Mendaces.

gantes & similes alii, qui aliud sentiunt, aliud autem verbis, vel moribus, vel gestibus, vel factis præ se ferunt, & ostendunt. Quos Homerus alicubi ait se æque odisse ac portas inferni.

Veritas cur in Ethicis doceatur.

Quod ergo ad primam huius capitis partem attinet, quatuor sunt consideranda. Primo duas caussas commemorat, quamobrem de hac virtute etiam in hac doctrina explicet. Prima caussa, *vt inde melius cognoscantur ea, quæ ad mores pertinent.* Altera, vt inde intelligatur, *omnes virtutes esse mediocritates, earumque extrema esse vitiosa.*

Obiectum virtutis.

Deinde notandum est obiectum huius virtutis idem esse, quod etiam fuit præcedentis virtutis, nempe *communicationem sermonum & actionum in quotidiana vita.*

Veritas occultari nequit.

Tertio notandum est, hanc virtutem apud Græcos quoque esse ἀνώνυμον, *proprio nomine carere.* Nam, vt antea dictum est, vocabulum veritatis magis pertinet ad intellectum, quam ad morales virtutes: quia tamen hæc virtus præcipue spectat τὸ ἀληθὲς, *ipsum verum in sermonibus & actionibus*, ideo non incommode potest *veritas* nominari, quæ a Græcis dicitur ἀλήθεια q. οὐ λανθάνουσα, *quæ non latet.* Neque enim veritas perpetuo potest occultari. Tandem enim ipsa quoque emergit, & in lucem sese profert, etiamsi aliquandiu opprimatur, ita vt ἀλήθεια dicta sit quasi οὐ λανθάνουσα, i. e. *non latens.*

Verum & falsum dicunt homines propter certam aliquam caussam.

Quarto notanda est hæc distinctio, quod homines verum fatentur aut mentiuntur, vel propter certam aliquam caussam, qua impelluntur, vt verum aut falsum dicant, veluti propter spem præmii, lucri, honoris & alterius alicuius boni, quod inde se consecuturos sperant, vel faciunt hoc propter conciliandum sibi fauorem eorum, quorum gratia talia dicunt, vel faciunt hoc ex metu pœnæ & infamiæ, aut ex odio & inuidia. Hi autem & his similes proprie non pertinent ad hanc virtutem, de qua hic agitur, sed referendi sunt ad eas virtutes, aut ea vitia, quæ circa ista obiecta proprie versantur. Exempli gratia. *Qui in iudicio amore iustitiæ verum dicunt, possunt ad iustitiam referri: ita qui propter spem lucri menda-*

ctum dicit, potest referri ad avaritiam, & sic de ceteris. Vel propter nullam aliam caussam verum aut falsum dicunt, sed hoc tantum faciunt, quia amant veritatem aut mendacium, etiamsi nullum inde habeant commodum, atque hi proprie ad hunc locum pertinent. Est enim veritas, de qua hic agitur, per quam ea, quæ vera sunt, solius veritatis amore simpliciter affirmamus, nihil illis vel addendo vel detrahendo. Qui hac virtute præditus est, dicitur verax, integer, candidus & syncerus ab Aristotele hoc loco peculiari vocabulo *αὐθέκαστος*, id est, *qui ipse singula, qualia sunt, affirmat vel negat.* Dicitur etiã *ἀληθευτικὸς*, id est, verax tam in sermone, quam in omnibus vitæ actionibus. Huic virtuti repugnat mendacium, quod est vitium, *per quod aliter de rebus pronunciamus & affirmamus, quam sua natura sunt, illis vel aliquid detrahendo vel addendo.* Unde apparet, quod mendacium duobus modis possit committi. Primo amplificando, quando plus dicitur, quam ipsa res est. Deinde extenuando, quando minus dicitur, quam res ipsa est. quod vitium nominatur *εἰρωνεία*, illud nominatur *ἀλαζονεία*. Ut autem veritas per se est honesta & laudabilis, ita mẽdacium per se turpe est & vituperandum. Magis tamen vituperanda est arrogantia, quam ironia: quia ironia habet quandam significationem modestiæ, ac solemus magis amare eos, qui sua extenuant, quam eos, qui sua nimium amplificant. nihilq; iis melius aut præstãtius reperiri sibi persuadent.

Verax.

Mendacium quid.

Mendacium duobus modis potest cõmitti.

B *περὶ ἑκατέρου δ' εἴπωμεν.*) Hæc est altera pars huius cap. in qua Aristoteles seorsim agit de veritate, & eius duobus extremis vitiis. Quod itaque ad veritatem attinet, duas notas seu proprietates indicat eius, qui hac virtute est præditus. Prima est, quod dicit, *eum esse amantem æquitatis & iustitiæ.* Nam veritas est pars quædam iustitiæ, quia singulis rebus & actionibus id tribuit in oratione, quod debetur eis. Nam, qui non verum dicunt, illi aut plura aut pauciora tribuunt iis rebus, de quibus loquuntur, quam eis debetur, & hoc modo sunt quasi iniusti. Propter quam caussam Cic. etiam *in lib. 2. de inventione* veritatem

Veritatis notæ.

1.

comprehendit sub iustitia. Est enim iustum & æquum, ita de rebus & de hominum actionibus sentire & loqui, quemadmodum sua natura sunt: & qui aliter de iis sentit vel loquitur, est iniustus. Altera nota seu proprietas est, quod homo verax mauult minus de seipso dicere & prædicare, quam sua bona nimium extollere. Nam illud habet significationem alicuius modestiæ, quam homines solent in aliis maxime commendare: sua autem extollere est odiosum & molestum aliis audire. Vnde plerunque odisse homines arrogantes & superbos solemus, quemadmodum Syracides ait: *Superbos & Deo & hominibus esse odiosos.*

II.

C ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων.) Primum extremum, quod veritati opponitur, consideratur in excessu, & nominatur ἀλαζονεία, id est, *arrogantia* seu *iactantia*. Est eiusmodi vitium *per quod vel ea, quæ non habemus vel plura & maiora, quam habemus, nobis arrogamus.* Hoc vitium explicatur ab Aristotele tali distinctione: *Qui plura & maiora sibi arrogant, quam habent, hi sunt duplices: vel enim faciunt hoc nullius alicuius commodi gratia, quod ex ista iactantia consequi possunt, sed tantũ id faciunt, quia delectantur ista inani gloriatione & iactantia, & suas laudes libenter ipsi prædicant, cum non habeant alios, a quibus laudentur: atque hi non sunt per se mali & improbi: sed potius homines vani & stolidi: ista enim prædicatione non nocent aliis, sed tantum sibiipsis, quatenus præbent se aliis deridendos, & amittunt fidem apud homines, ita vt nemo facile iis amplius velit credere.* Ideo Cato dicit: *Qui seipsos laudant, hi faciunt id, quod stulti facere solent: vel faciunt hoc alterius rei gratia, quod ex tali iactantia & inani gloriatione sperant, se aliquod commodum consecuturos.* Quemadmodum homines ambitiosi multa de seipsis iactitant, tantum quia existimant, se posse inde consequi honorem. Ita homines auari, qui quæstus & lucri gratia multa & magna de seipsis solent prædicare, vt possint hoc modo ab hominibus emungere pecuniam. Quemadmodum autem omnes actiones virtutum præcipue æstimantur τῇ προαιρέσει, id est, *ratione electionis, consilii & propositi ipsius agentis:* ita etiam veritas, & eius extrema vitia, nempe arrogantia & simula-

Arrogantia.

simulatio præcipue æstimantur, ratione electionis τῆς προαιρέσεως, quo animo & consilio aliquid sit dictum aut factum. Atque hinc fit, vt etiam interdum mendacium possit excusari, quando non ex animo malo, sed bono consilio profectum est, vt nimirum in casu necessitatis alterum iuuemus, quatenus honeste fieri potest: quam propter caussam etiam eiusmodi mendacia dicuntur esse honesta & officiosa, ratione nimirum electionis, consilii, & propositi eius, a quo sunt profecta.

Arrogantes qualia sibi soleant arrogare.

Sed hoc loco quæritur, *qualia homines superbi & arrogantes soleant sibi arrogare & attribuere?* Quod ad quæstionem hanc attinet, Aristoteles eam explicat distinctione, qua ostendit, considerandam esse προαίρεσιν, id est, quo animi consilio & proposito sibi plura arrogant, & plura de sese iactitant, quam illis adsit. Nam qui gloriæ caussa sunt arrogantes, hi etiam sibi ea solent arrogare, ex quibus sperant, se posse laudem, gloriam, & honorem apud alios consequi. Hinc est, quod aliqui, vt in honore apud alios sint, arrogant sibi nobilitatem, aut virtutem, aut eruditionem: cum tamen ista non habeant: tantum hoc faciunt, quia cupidi sunt honoris, ac vident eos, quibus ea adsunt, ab aliis honorari. Alii autem sunt, qui quæstus & lucri caussa sunt arrogantes, proinde talia sibi arrogant, ex quibus sperant, se posse quæstum aliquem facere: quemadmodum olim Sophistæ, qui arrogabant sibi sapientiam & eloquentiam, & pro magna mercede profitebantur: qui tamen neque reuera sapientes aut eloquentes fuerunt. Ita hoc loco inquit Aristoteles, esse quosdam, qui iactitant, se posse futura prædicere, aut morbos quosdam alioquin insanabiles sanare, tantum vt emungant ab hominibus pecuniam, quemadmodum facere solent medici, empirici, circumforanei, & similes alii, qui quasdam reconditas curationes se præstare posse prædicant.

Superborum proprium.

Notandum præterea est, hoc hominum superborum & arrogantium proprium esse, vt suas laudes prædicent, & sua facta iactitent plerunque apud homines imperitos & simplices, qui facile iis credunt: apud pru-

dentes & intelligentes non multum gloriantur, quia facile possunt ab iis coargui de mendacio. Praeterea etiam hoc est illorum proprium, quod plerumque gloriantur de iis rebus, de quibus non facile possunt conuinci, verum illis adsint nec ne. Quemadmodum Thraso apud Plautum iactitat apud suos seruulos *se in Cilicia, Macedonia, Cappadocia & aliis remotis locis magnas strages commisisse, qua verum verba nec ne sint, serui eius scire non potuerunt.* Ita apud Æsopum quidam iactator gloriatur *se in Insula Rhodo, eiusmodi saltum fecisse, quem nemo potuerit imitari.* Sic interdum stulti adolescentes, qui, cum a parentibus ablegantur ad academias, quae sunt in exteris regionibus, solent interdum ibi gloriari de sua nobilitate, opibus & diuitiis, cum tamen nihil eorum ipsis adsit. Atqui hoc faciunt cum magna iactura & sumtibus, quos parentes ipsorum gratia sustinent.

Dissimulatio. D ὁ δ' εἴρων ἐπὶ τὸ.) Alterum extremum veritatis consideratur in defectu & nominatur, *εἰρωνία*, id est, *dissimulatio*, quae est eiusmodi vitium, *per quod ea, quae nobis adsunt vel negamus vel extenuamus*, vel vt Rhetores definiunt *εἰρωνία est figura orationis, qua minus dicimus, quam veritas postulat.* **Ironia.** Qui hoc vitio laborant sunt duplices. **Dissimulatores duplices.** Quidam enim dissimulant ea, quae non sunt adeo manifesta & cognita aliis. Hoc si faciunt modestiae caussa, non adeo sunt reprehendendi, qui nolunt se aliis praebere, & videntur etiam *χαρίεντες, homines elegantibus moribus praediti*, quibus cum facilis ne est cōmunicatio vitae. Si vero hoc faciunt, ne cogātur suis bonis & donis, quae a Deo acceperunt aliis seruire, & prodesse, digni sunt reprehensione. Vult enim Deus, vt bona, quae nobis contulit agnoscamus, & libenter ea praedicemus, ita vt de iis aliis benefaciamus. Ita quicunque opibus abundant, debent de iis aliis quoq; bene facere, & nō negare, se opibus esse instructos. Ita qui valet prudentia, consilio, non debet ista bona dissimulare & negare sibi ea adesse, ne cogatur aliis consulere aut prudentia sua atque eruditione prodesse. Alterum genus dissimulatorum est eorum, qui ea dissimulant & negant adesse sibi, quae tamen omnibus sunt manifesta & conspicua. Hi etiam sunt

ſunt duplices. Vel enim faciunt hoc modeſtiæ cauſſa, vt Socrates, *qui etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus fuit iudicatus*. Itaq; licet omnibus eſſet notus, tamen noluit ſeſe aliis præferre & de ſua ſapientia multum gloriari. Imo ſolebat dicere, *ſe vnum hoc ſcire, quod nihil ſciat, adeo alienus fuit ab arrogantia, & ſuperbia*. Quidam autem ea, quæ ſibi adſunt, diſſimulant, non propter modeſtiam aliquam, ſed tantum, vt hac diſſimulatione velint elicere aliorum laudes, vt nimirum ipſi propter talem modeſtiam, quam ſimulant videantur eſſe adeo humiles & modeſti, cum tamen reipſa ſuperbiſs. ſint animo præditi. Atque eos Ariſtoteles hoc loco nominat, *πανουργοτέρους*. A Latinis nominantur *verſipelles, verſuti & delicati, veteratores*, qui licet reipſa ſint arrogantiſſimi, externis tamẽ verbis & indiciis ſimulãt humilitatẽ & modeſtiã, quales ſunt etiam hypocritæ, qui externo habitu veſtitu, & præ ſe ferunt quandam ſanctimoniam. Sed animum habent plenum ſuperbia & faſtu. Quorum exemplum adfert de Lacedæmoniis, *qui etiam in vili habitu & veſtitu, quo vtebantur, ſuperbiebant, & ſeſe oſtentabant, contemnentes Athenienſium & exterorum Græcorum mundiciem in veſtitu*, quemadmodum hoc die Monachi & anabaptiſtæ & ſimiles hypocritæ externo habitu, inceſſu & aliis geſtibus ſanctiores ceteris videri volunt, interea tamen alto ſupercilio alios præ ſe contemnunt, quæ ſuperbia animi longe eſt deterior, quam illa externa, quæ ſtultitiæ magis eſt cognata, quam improbitati.

ΚΕΦ. η'.

A Οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία τις ἐμμελὴς καὶ οἷα δεῖ λέγειν, καὶ ὡς, ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. διοίσει δὲ καὶ τὸ ἐν τοιούτοις λέγειν, ἢ τοιούτων ἀκούειν. δῆλον δ' ὡς καὶ περὶ ταῦτά ἐστιν ὑπερβολή τε καὶ B ἔλλειψις τοῦ μέσου. οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοί, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τοῦ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον. οἱ δὲ μήτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μηθὲν γελοῖον, τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες, ἄγροικοι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι. οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες, εὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὔτροποι. τοῦ γὰρ ἤθους αἱ τοιαῦται δοκοῦσι κινήσεις εἶναι. ὥσπερ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρίνεται, οὕτω καὶ τὰ ἤθη. ἐπιπολάζοντες δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ, καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες. ὅτι δὲ διαφέρουσι καὶ οὐ μικρὸν, ἐκ τῶν εἰ- C ρημένων δῆλον. τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστί· τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα

CAP. 8.

Cum autem in vita etiam requies, in eaque oblectamentum cum ioco sit, videtur hic esse congressio quadam concinna & dicendi qua oportet, & ut oportet, similiterque & audiendi. Intererit autem, apud talesne dicas, an tales audias. Constat vero in iis excessum etiam medii, & defectum esse. Qui igitur ludicro excedunt, scurra esse atque importuni videntur, ludicrum penitus affectantes, & potius eo spectantes ut risum moveant, quam honesta loquantur, doloreque non afficiant eum quem cavillantur. Qui autem neque ipsi quicquam ludicrum dicere possunt, aliosque dicentes moleste ferunt, agrestes esse & duri videntur. At, qui apte ac moderate iocantur, faceti nuncupantur, quasi fando flexiles. Morum enim huiuscemodi esse videntur motiones: atque ut corpora ex motionibus iudicantur, ita etiam mores. Ludicro autem redundante, & plerisque ioco delectantibus, & cavillis magis quam deceat, scurra etiam ut elegantes, faceti nuncupantur: eos tamen differre, ac non parum quidem, ex iis, qua diximus, patet. Medio autem habitus finitima est etiam dexteritas. dexteri vero est talia dicere

dicere & audire, qualia probo atq; ingenuo conueniunt. Quædam enim sunt, quæ ioco dicere, & audire talem hominem decet: & ingenui iocus a ioco seruilis differt. & item eruditi & ineruditi. Quod ex comœdiis veteribus & nouis quiuis percipiat: illis enim ludicrum erat, turpitudinis expressio: his vero potius obscura significatio. Hæc autem ad decorum non parum referunt. Vtrum igitur definiendus est bene cauillans, dicendo quæ ingenuum decet, vel audientem molestia non afficiendo, vel etiam oblectando: an vero hoc quoque indefinitum est? aliud enim alii est & odiosum & iucundum: talia vero etiam audiet. nam quæ quisque audire sustinet, ea quoque facere videtur. non igitur omnia faciet. cauillum enim, cõuitium quoddam est. legumlatores autem nonnulla conuitiari prohibent: oportuit vero fortasse etiam, cauillari. elegans igitur & ingenuus quasi sibi ipse lex sit, ita se geret: ac talis quidem medius est, siue dexter, siue facetus dicatur. Scurra autem ludicro exsuperatur, & neque sibi, neq; aliis parcit, si risum moueat: eaq; dicit, quorum elegans nihil diceret, nõnulla autem ne audiret quidẽ. at agrestis ad huiuscemodi congressiones inutilis est. cũ enim nihil ipse cõferat, o-

τοιαύτας ὁμιλίας ἀχρεῖος. οὐδὲ

λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθερίῳ ἁρμόττει. ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει, καὶ ἀκούειν· καὶ ἡ τοῦ ἐλευθερίου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ αὖ τοῦ πεπαιδευμένου καὶ ἀπαιδεύτου. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν. τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια. διαφέρει δ' οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐσχημοσύνην. πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθερίῳ, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν, ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον ἀόριστον; ἄλλο γὰρ ἄλλῳ μισητόν τε καὶ ἡδύ. τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται. ἃ γὰρ ὑπομένει ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ. οὐ δὴ πᾶν ποιήσει· τὸ γὰρ σκῶμμα, λοιδόρημά τι ἐστιν. οἱ δὲ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν· ἔδει δ' ἴσως καὶ σκώπτειν. ὁ δὲ χαρίεις καὶ ἐλευθέριος, οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστὶν, εἴτ' ἐπιδέξιος, εἴτ' εὐτράπελος λέγεται. ὁ δὲ βωμολόχος, ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος εἰ γέλωτα ποιήσει· καὶ τοιαῦτα λέγων, ὧν οὐδὲν ἂν εἴποι ὁ χαρίεις, ἔνια δὲ οὐδ' ἀκούσαι. ὁ δ' ἄγροικος, εἰς τὰς γὰρ συμβαλλόμενος, πᾶ-

D

ει δυσχεραίνει. δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι ἀναγκαῖον. τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι ἐν τῷ βίῳ μεσότητες· εἰσὶ δὲ πᾶσαι περὶ λόγων τινῶν καὶ πράξεων κοινωνίαν. διαφέρουσι δ', ὅτι ἡ μὲν περὶ ἀλήθειάν ἐστιν, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ. τῶν δὲ περὶ τὴν ἡδονὴν, ἡ μὲν ἐν ταῖς παιδιαῖς, ἡ δ' ἐν ταῖς κατὰ τὸν ἄλλον βίον ὁμιλίαις.

mnibus offenditur. videtur autem requies & iocus in vita res necessaria esse. tres igitur quas diximus mediocritates, in vita sunt: versantur autem omnes in verborum quorundam actionumq; communitate: in quibus illud interest, quod una in veritate, aliæ in iucunditate consistunt. ex iis vero quæ in voluptate sunt, altera in iocis, altera in reliquæ vitæ congressionibus est.

COMMENTATIONES.

Vrbanitas.

Α῎ νεσις δὲ ἡ ἀνάπαυσις) In hoc cap. explicatur ab Aristotele virtus ὁμιλητική, quæ ad quotidianum congressum, & quotidianam conuersatiónem pertinet: nominatur autem εὐτραπελία, *Vrbanitas*. Et primū explicat, quod sit eius obiectum, circa quod versatur: deinde generatim describit, tam ipsum medium, quam eius extrema: tertio specialiter de singulis agit, & proprietates eorum explicat. Materia siue obiectum huius virtutis sunt omnia ea, quæ animi recreandi gratia dicuntur, aut suscipiuntur, veluti sunt iocosæ confabulationes, ioci verbales, facetiæque in sermonibus, item varia genera ludorum, & alia ludicra exercitia, quæ cum aliis animi gratia, & temporis fallendi caussa suscipiuntur: quoniam enim natura non potest continuos labores perferre, totaque hominum vita, tum corporis tum animi laborum & molestiæ plena est, quibus tandem eius vires defatigantur & langueſcunt: ideo post labores cessatio conceditur & quædam requies ab ipsa natura postulatur, vt animus iterum recreetur, vires corporis reficiātur, & hoc modo homines possint alacriores ad nouos labores redire. Hanc ob caussam non solum Deus ipse populo suo Sabbathū concessit, partim vt cultui diuino melius possint dare operam: partim etiā vt non solum hominum, sed etiam iumentorum corpora per illam quietem reficerentur. sed etiam in rebusp. bene constitutis interdum ipsi magistratus suis ciuibus & subditis permittere solent ludos,

Vrbanitatis obiectum.

Sabbathū cur institutum.

ludos, celebrare spectacula, & festa solemnia, per quæ vniuersus populus nonnihil relaxaretur & recrearetur, a quotidianis curis, laboribus atque negotiis, quæ recreatio & quies omnino necessaria est in vita humana. Sicut ait Ouidius:

Quod caret alterna requie durabile non est,
Hæc reparat vires, fessaq; membra nouat.

Et in libro de Ponto 1.

Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis:
Immodicus contra carpit vtrunq; labor.

Quod autem in huiusmodi ludis & recreationibus etiam necessaria sit aliqua virtus, quæ ostendit, quem modum in illis seruare debeamus, probat Aristoteles duabus rationibus. Prima sumitur ex loco totius & partium. *In tota vita, & omnibus vitæ partibus requiritur aliqua virtus: Sed recreatio quæ fit per ludum & iocum, est pars aliqua vitæ, Ergo in ludo & ioco necessaria est aliqua virtus, quæ ostendit, quis modus in his sit seruãdus.* Maior propositio etiam a Cic. lib. 1 Offi. declaratur. *Cum nulla pars vitæ vacare debet in officio, in eoq; excolendo sita est omnis vitæ honestas, & in negligendo turpitudo.* Et Aristot. lib 8. Polit. cap. 3. inquit, *Non satis est posse recte versari in negotio & officio expediendo: sed etiam oportet recte otio posse indulgere.* Ideo etiam Cicero inquit: *ita viuẽdum, vt non solum negotii, sed otii etiam rationem reddere possimus.* Altera sumitur ex contrariis, i. ab ipsis extremis, quæ considerantur in excessu & defectu. Nam *vbi potest dari excessus vel defectus, ibi potest dari mediocritas: nam illæ sunt inter se correlatiua, quorũ natura est vt vno posito alterum quoq; poni necesse sit.* Sed *in ludis & iocis potest reperiri excessus & defectus. Sunt aliqui, qui nimium illis deditii sunt, aliqui vero adeo sunt seueri, & sunt tristes, vt nimium ab illis abstineant.* Ergo *circa ludos & iocos etiam seruanda est aliqua virtus, quæ ostendit mediocritatem inter excessum & defectum esse retinendam.*

In ludo & recreatione esse aliquam virtutem.

Probatur I.

II.

B οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες) Hæc est altera pars huius cap. in qua generatim describit medium, & eius extrema. Primum extremum consideratur in excessu, quando in ludendo & iocando modum excedimus, nominatur βωμολοχία, a Latinis Scurrilitas. Sumta

Scurrili-

βωμολοχία unde dicta.

autem est metaphora Græci vocabuli a mendicantibus, qui ad aras & templa Deum sedebant, & iacebant, & a sacrificantibus & prætereuntibus stipem mendicabant, interea autem ad fallendum tempus nugas tractabant, aut seipsos multis iocis & scommatis vexabant, interdum etiam prætereuntes, qui nihil dedissent conuitiis, prosequebantur, aut deridendos aliis proponebant. Nam βωμολοχία deducitur a βωμὸς, quod significat aram, & a verbo λόχομαι, *iaceo, aut inclinato corpore accumbo.* Nominatur hoc vitium etiam ἀδολεσχία, *nugatio & loquacitas*, aut inanis *garrulitas*, sumta metaphora a conuenticulis pauperum & mendicorum, quæ a Græcis λέσχαι, in quibus nugas tractabant, inde ἀδολεσχὴς *nugator*, dicuntur. Latini scurrilitatem a Græco σκὼρ, id est, stercus: quia eiusmodi nugatores & scurræ sunt plerunque homines impuri, qui turpia, obscura, & obscœna ore suo proferunt, & tanquam stercore aliorum famam & existimationem impuris suis conuitiis inquinare cupiunt.

Garrulitas. Nugator. Scurra unde dictus.

Scurrilitas quid. Est autem scurrilitas vitium, *quo præter modum & decorum nimium ludis & iocis indulgemus.* Huic opponitur alterum extremum siue vitium, quod nominatur *inurbanitas*, id est, *morositas*, a Græcis ἀγροικία, id est, *rusticitas*, vocatur etiam σκληρότης, *duritiés* quædam morum. Est enim vitium, quo nullos iocos vel ipsi dicere, vel ab aliis æquo animo audire possumus. Inter hæc duo extrema consistit ipsa virtus, de qua in hoc capite agitur, quæ nominatur Vrbanitas seu festiuitas, quæ est virtus, quæ mediocritatem seruat in ludis & iocis: ita vt ratio habeatur decori & honestatis: & caueatur offensio aliorum, ac vitetur turpitudo tam in sermone, quam in actione. Nominatur hæc virtus a Græcis εὐτραπελία, quasi *facilitas & flexibilitas morum*, a verbo τρέπω, *verto, flecto, muto.* Nam εὐτράπελοι sunt, quasi εὔτροποι, id est, *facile possunt suos mores, sermones & actiones flectere & accommodare ad aliorum arbitrium, vt illos non offendant sua morositate, sed potius oblectent, seruata tamen honestate.* Dicitur etiam εὐτραπελία ἀπὸ τῶν τρόπων a moribus, quia ex ioco & ludo facile possunt cognosci mores & ingenium alicuius. Vnde interdum principes & magnates, cum periculum facere volunt de moribus & inge-

Inurbanitas quid.

Vrbanitas quid.

εὐτράπελοι unde dicti.

& ingenio suorum nobilium & aulicorum, solent cum ipsis ludere, vt cognoscant, vtrum facile ad iram aut alios affectus soleant concitari. Monet autem Aristoteles, vocabulum εὐτραπελείας interdum etiam in malam partem accipi: propterea quod plerique, dum vrbani in iocando videri volunt, modum excedunt, & efficiuntur scurræ: præsertim quando eorum ioci coniuncti sunt cum turpitudine, aut conuitiis. Propter quam caussam etiam Diuus Paulus ad Ephes. cap. 5. hæc tria vitia prohibet in sermonibus & oratione, nempe αἰσχρότητα, *turpitudinem*: deinde μωρολογίαν, *stultiloquentiam*, & tertio εὐτραπελίαν, id est, *iocandi consuetudinem*. Et sane, quia plerique ioci sunt tantum de rebus ludicris, quarum magna est in vita vtilitas aut necessitas, si præceptum Christi velimus sequi, qui ait: *de omni vitioso verbo nos aliquando deberе rationem reddere*, omnino erit nobis a iocis abstinendum, quando nihil in se habent, quod possit alterum erudire, & ad pietatem excitare.

A iocis omnino abstinendũ.

C τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον.) Hæc est tertia pars capitis, in qua ordine resumit & explicat sigillatim hanc virtutem, & eius duo extrema vitia. Ac primum, quod ad vrbanitatem attinet, notanda est hæc distinctio, quod ea consistit vel ἐν τῷ λέγειν, vel ἐν τῷ ἀκούειν τὰ γελοῖα, id est, *vel in dicendis, vel in audiendis iocis*. Nam qui vrbanus dici & haberi vult, is quoque debet iocos posse proferre ad alios exhilarandos, vel aliorum iocos audire & pati. In dicendis iocis, siue in iocando requiritur ἐπιδεξιότης, id est, *quadam dexteritas & aptitudo*: tali autem dexteritate iocandi plura præcepta, sed admodum paucis verbis ab Aristotele indicantur. • Et primum & præcipuum præceptum est, *vt dicamus iocos honestos & liberales pertinentes πρὸς τὴν εὐσχημοσύνην*, id est, *ad honestam & decoram conuersationem*, de qua Cicero *lib. 1. Officior.* sic ait: *In iocando cauendum est, ne sermo vitium aliquod indicet, esse in moribus*, atque idipsum declarat tali similitudine: *Quemadmodum*, inquit, *pueris non omnem ludendi licentiam concedimus, sed eam, qua ab honestis actionibus non est aliena: sic in ipso ioco aliquod lumen probi ingenii elucere debet*. Est igitur hominis vr-

Vrbanitas consistit vel In dicendis vel audiendis iocis.

In dicendo iocos præcepta siue obseruationes spectanda.

1. Honestas.

bani tales iocos proferre, quæ decent hominem liberum & ingenuum, in quibus neque turpitudo ſermonis, neque iniuria aliqua ineſt aut contumelia aduerſus alios, cum quibus iocamur.

2. Oblectatio.

Secundo obſeruandum eſt, *vt eiuſmodi iocos dicamus & proferamus, qui poſſunt eos, qui audiunt, oblectare, neq; offendere pias caſtasq; aures audientium. Nam finis huius virtutis τῆς εὐτραπελίας, vt ſupra dictum eſt, eſt τὸ ἡδύ, iucunditas & ſuauitas.*

3. Conuitia.

Tertio, *in iocis vitanda ſunt ſcommata & λοιδορίαι, id eſt, conuitia & contumelioſa verba, quæ poſſunt famam & exiſtimationem aliorum lædere*: talia enim etiam legibus olim fuerunt prohibita, quemadmodum admonet Ariſtoteles, imo vt habetur *lib. 4. Inſtitut. Iuſtinian. tit. de iniur.* coniuncta ſunt ea cum iniuria, ita vt poſſit quis propter eiuſmodi iocos contumelioſos actionem iniuriarum contra alterum habere.

4. Modus.

Quarto, *in iocando tenendus eſt modus.* Nam qui modum excedunt, ii incipiunt aliis eſſe moleſti & odioſi, & propterea ſcurræ potius, quam vrbani ſunt nominandi. Vtendum enim eſt iocis in oratione tanquam condimentis quibuſdam, quibus ſermo & oratio fit ſuauior, & magis accepta aliis. Sicut autem in cibis moderate vtendum eſt condimentis, ita etiam in oratione ioci non debent eſſe nimii, ſed moderati, propter quam cauſſam a Latinis *ſales* vocantur, quia orationem condiunt, & ſuauiorem reddunt, quemadmodum ſal cibos.

Ioci vnde ſales dicantur.

Vt igitur non nimium ſalis vtendum eſt in cibis, ita ſales, ioci, & lepores in oratione & ſermone non debent eſſe nimii.

5. Perſona.

Quinto, *in iocando etiam diligens habenda eſt ratio perſonarum, non ſolum noſtræ, ſed etiam aliorum, apud quos, & cum quibus iocamur.* Non enim omnes ioci quemlibet decent: Alii enim ioci conueniunt pueris & adoleſcentibus: alii viris & ſenioribus: ſed etiam non tantum ætas, ſed conditio quoque & ſtatus noſtræ perſonæ conſiderari debet. Alius iocus conuenit militi, alius Theologo. Aliter iocari debet conſul, aut vir aliquis grauis: aliter autem homo plebeius & priuatus. Eodem modo etiam eorum, apud quos iocamur, perſona & conditio eſt diligenter conſideranda. Aliter iocandum eſt apud doctos,

ctos, quam apud indoctos: aliter licet iocari cum iis, qui sunt nobis æquales, quam cum iis, qui sunt in dignitate, ætate, auctoritate & potentia constituti: vt & apud Germanos prouerbium est, *non esse tutum cum potentioribus cerasa comedere*, quo significatur, non esse tutum cum potentioribus iocari. Præterea seruandum est illud, quo præcipitur a Syrac. cap. 30. *parentes non debere nimium iocari cum suis liberis, ne videlicet apud eos amittant suam auctoritatem.* Item etiam magistratibus cum subditis. Item, præceptoribus, pædagogis, ne nimium iocentur cum suis discipulis, ne suam auctoritatem nimium iocando amittant. Sexto, *in iocando habenda est ratio loci & temporis.* Neque enim vbique & semper licet iocari, in templo, in curia, in senatu, in schola, & similibus locis, qui seriis & grauioribus negotiis & actionibus sunt destinati. In iis non vtendum est iocis & ludicris confabulationibus: sed animus intentus esse debet iis, quæ ibi dicuntur vel aguntur. Sic etiam tempore luctus & publicarum calamitatum non indulgendum est ludis & iocis. Septimo, hoc in iocando etiam obseruandum est, *ne temere in eos iocemur, a quibus non fuimus lacessiti.* Modestiores enim videmur, si prouocati ab altero ei per iocum respondemus, & ita iocum ioco compensamus, quam si nos non prouocati priores iocati fuerimus. Octauo, cauendum est, *ne serio iocari videamur, non ad exhilarandos alios, sed ad contemnendos aut deridendos eos, aduersum quos iocamur.* Est enim contra decorum, in conuiuio aut familiari congressu per iocum aliquem ceteris deridendum præbere. Tales enim ioci facile concitant rixas & contentiones, quæ tandem etiam deueniunt in verbera: & sic ex ioco fit serium, quod proprium est rusticorum in iocando.

6. Locus & tempus.

7. Occasio.

8. Serium.

Postremo obseruandum est & hoc, vt eiusmodi iocos in alios proferamus, quales nos vicissim etiam ab aliis possimus audire & pati, iuxta illud dictum: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Itaque, quales iocos aliquis ab aliquo non velit pati aut ferre: tales etiam ipse in alios dicere non debet: alioquin si, quæ vult, dicit,

9. Lex talionis.

viciſſim, quæ non vult, audiet ipſe. Et ideo Ariſtoteles dicit, *quales iocos quis poſſit audire ab alio, tales licet quoque ei in alium proferre.* Atque hæc ſeruanda ſunt in dicendis & proferendis iocis: in audiendis vero iocis, *vt iam dictum eſt*, eiuſmodi ioci ſunt audiendi, qui ſunt honeſti, liberales, eruditi, conuenientes perſonis, locis, & temporibus. Ac talibus iocis poſſumus modeſte quoque arridere: turpibus autem & obſcœnis iocis non eſt arridendum, ne videamur illos approbare, ſed potius oſtendere debemus, nos eiuſmodi iocis offendi. Ex his præceptis, quæ hactenus ſunt tradita, & ex ipſo textu Ariſtotelis colligere poſſumus duas alias diſtinctiones, quæ circa iocum ſunt obſeruandæ: quarum prima eſt, quod ioci alii ſint liberales & honeſti: alii autem illiberales & turpes. Liberales ioci dicuntur, *qui libero & ingenuo homine honeſtatis amante ſunt digni, propterea quod nihil in illis eſt, quod ſit turpe, & poſſit caſtas & pias aures offendere.* Illiberales ioci ſunt, *qui propter obſcœnitatem & turpitudinem verborum hominem liberum & ingenuum non decent, propterea quod vel ſignificationem habent rei turpis, vel coniuncti ſunt cum vitiis, quibus aliorum fama & exiſtimatio læditur.* Et hi rurſus ſunt duplices: vel enim habent apertam αἰσχρολογίαν, id eſt, *verborum turpitudinem.* Quo genere iocandi olim veteres Comici & Satyrici Poetæ vſi fuerunt, qui ſuis carminibus & poematibus aperte & libere hominum vitia taxabant, nulla vtentes circumſcriptione: res ipſas, quales erant propriis ſuis verbis indicantes, nihil metuentes aliorum offenſionem. De qua licentia & libertate veteris Comœdiæ Horatius libro 1. Sermonum, Satyra 4. ſic ſcribit:

Eὔπολις atq; Cratinus Ariſtophanesq; poeta,
Atq; antiquorum comœdia priſca virorum eſt.
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur,
Aut mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.

Vel habent tectam rei turpis ſignificationem, quam hoc loco nominat ὑπόνοιαν, quaſi *ſuſpicionem obſcuram alicuius ſceleris*, per quam non apertis & propriis verbis,

In audiendo iocos ſpectanda 1. Honeſtas.

Iocorũ diuiſio in Liberales & Illiberales: qui habent vel αἰσχρολογίαν, vel ὑπόνοιαν.

bis, sed κρύφα ἀδιάφθορον, per circumscriptionem hominum vitia reprehendebant. Quo genere iocandi recentiores Comici vsi fuerunt, qui cupiebant videri modestiores, vt eo etiam auditores essent gratiores, quorum in numero fuerunt *Menander, Diphilus, & Apollodorus.* De hac distinctione etiam Cicero lib. 1. Officiorum mentionem facit, his verbis: *Duplex est omnino iocandi genus: vnum, illiberale, petulans, & flagitiosum, atque obscœnum: alterum, elegans, vrbanum, ingeniosum, & facetum: facilis autem, ait, est distinctio ingenui & illiberalis ioci: alter enim, si tempore fiat, ac remisso animo, id est, sine iracundia, homine libero est dignus: alter vero non homine quidem dignus, rerum turpitudini si adhibetur verborum obscœnitas.*

Altera autem distinctio sumitur a personis eorum, qui iocantur. Nam qui iocantur, vel sunt homines πεπαιδευμένοι, id est, *liberaliter instituti, & in bonis literis educati.* Talium ioci sunt conditi eruditione, & quasi sale sapientiæ: habent enim in se significationem & indicationem rerum vtilium ad mores informandos. Vnde etiam a Latinis vocantur salse dicta, id est, *sapienter dicta*, quemadmodum Cicero eo nomine laudat Scipionem, quod suis in sermonibus & colloquiis ceteros omnes superauerit sale & facetiis, id est, *elegantibus & prudentibus dicteriis & sententiis*, & tales ioci duplicem habent vim & effectum. Nam & oblectant, & erudiunt audientes. Vel sunt ἀπαίδευτοι, id est, *homines imperiti & indocti*, quorum ioci aut sunt inepti & importuni, nihil in se habentes, quod alios vel erudire, vel oblectare possit, & propterea nominantur insulsi, quasi nullo sale sapientiæ & prudentiæ conditi: aut sunt contumeliosi, quibus eorum fama & existimatio, aduersus quos iocantur, læditur: aut sunt obscœni & turpes, quibus auditorum aures offenduntur: idcoque etiam digni sunt reprehensione & castigatione.

Ioci eruditione conditi.

Ioci inepti.

Contumeliosi.

Obscœni.

Vrbanitatis extrema.

D ὁ δὲ βωμολόχος ἥττων.) Explicantur hoc loco duo vitia vrbanitatis: quorum primum consideratur in excessu, & nominatur βωμολοχία, scurrilitas: & qui hoc vitio laborant, nominantur a Latinis scurræ, fortasse a

1. Scurrilitas.

vocabulo Græco σκῶρ, quod significat stercus, quia proferunt ex ore suo, tanquam ex cloaca fœtidos & turpes iocos, propter quam verborum & iocandi turpitudinem etiam Aristophanes dictus fuit σκωρόμυς κωμικός, *matula comica*, id est, *homo impurus & obscœnus in sermone*.

Inquit autem Aristoteles, eos, qui hoc vitio laborant, superari & vinci a rebus ridiculis: propterea quod ita eiusmodi turpibus iocis & sermonibus dediti sunt, vt non possint sibi temperare, quin vel seipsos, vel alios deridendos proponant: modo, vt ceteros ad risum possint commouere. Sic Cicero in lib. 2. de oratione inquit: *Scurræ proprium est, in omnibus risum quærere, qui est tenuissimus ingenii fastus.* Variis autem modis peccant: *Primum*, quia etiam in seriis negotiis iocantur, & omnia pertrahere in ipsum conantur. *Deinde*, quia in iocando non habent rationem personarum aut loci, aut temporis, sed indifferenter & absque respectu in omnes iocantur. *Tertio*, quia sunt obscœni & contumeliosi in iocando. *Quarto*, quia vt aliis risum moueant, etiam quæuis turpia pati non detrectant, modo risum excitent: quales sunt ii, *qui propter exiguam pecuniam, aut in gratiam aliorum patiuntur, se perfundi aqua & lotio, aut aspergi cineribus vel fuligine.* Item, *qui patiuntur sibi abradi capillos, qui vestitum mutant, externis moribus & gestibus, stultis & morionibus similes esse volunt.*

Scurræ proprium.

Scurræ variis modis peccant.

2. Rusticitas.

Alterum extremum consideratur in defectu, & nominatur ἀγροικία, *rusticitas & inurbanitas*, qui plane superioribus sunt contrarii, & duobus præcipue modis etiam peccant: *Primum*, quod non possunt excultos iocos ad alios obiectandos proferre, sedent in conuiuiis & congressionibus, tanquam trunci & stipites, nihil loquentes, neque aliis arridentes. *Deinde*, peccant, quia non possunt aliorum iocos ferre, sed statim offenduntur, si quis velit cum illis iocari, & prorumpunt in calumnias, mouent rixas, interdum ad verbera deueniunt: propter quam caussam Aristoteles dicit, tales homines ineptos esse ad conuersationes,

Inurbani quot modis peccent.

nes, quæ voluptatis & animi recreandi gratia suscipiuntur.

E τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι ἐν τῷ.) Hæc est conclusio eorum, quæ hactenus de tribus virtutibus, quæ in congressionibus & quotidiana conuersatione versantur, dicta sunt, in qua conclusione Aristoteles duo ostendit: Primum, in quo omnes hæ tres virtutes conueniant: deinde, in quo ipsæ differant. Quod ad primum attinet, inquit Aristoteles, tres prædictas virtutes, nempe *Comitatem, Veritatem, & Vrbanitatem* conuenire in eo obiecto, quia omnes versantur περὶ τὴν κοινωνίαν, & communionem & communicationem τῶν λόγων *sermonum & orationis.* Item, τῶν πράξεων *actionum.* Sunt enim eiusmodi mediocritates, quæ ostendunt, quomodo & in sermonibus, & colloquiis, item in actionibus ita nos erga alios gerere debeamus, ne vel verbis, vel factis, quantum in nobis est, & honeste a nobis fieri potest, offendamus: sed ita potius in eiusmodi congressionibus nos geramus, vt nostra conuersatio iis sit grata & iucunda: propter quam caussam etiam hæ tres virtutes communi nomine appellantur ὁμιλητικαί, quasi *conuersatrices.* Nam ὁμιλεῖν apud Græcos significat *conuersari cum altero.* Omnis autem conuersatio, quæ nobis cum aliis exsistit, vel consistit in sermone & verbis. Vnde Græci Theologi etiam suas conciones, quas ad populum habebant, ὁμιλίας nominabant. Vel consistit in actionibus. In vtroque autem genere, vt dictum supra fuit, requiritur aliqua virtus, quæ ostendit modum & rationem, secundum quam recte honesteq; vtraque communicatio tam sermonum, quam actionum institui debeat.

Comitas, Veritas, & Vrbanitas in quibus conueniant & differant.

Homilia Theologorũ vnde dicta.

Quod ad alterum attinet, de discrimine nimirum harum trium virtutum, ostendit Aristoteles eas, etiamsi obiecto conueniant, tamen differre inter se fine: quælibet enim ad proprium finem refertur, quemadmodum etiam *libro 2. capit 7.* idem discrimen iisdem prope verbis indicatur. Nam differunt hæ tres virtutes, quod vna ex illis simpliciter spectat τὸ ἀληθές id, quod verum est, tam in sermonibus, quam in actionibus: tam in dictis, quam in factis, vt nimirum nihil

dicamus aut agamus, quod sit falsum aut simulatum & fictum, aut cum aliquo dolo vel fraude coniunctum, sed vt aperte, candide, syncere, nos tam in sermone, quam in actionibus erga alterum geramus. Atque ad hunc finem pertinet, veritas ἡ ἀλήθεια, de qua *in ca*. 2 est explicatum. Reliquæ autem duæ virtutes vnum & eundem finem sibi habent propositum, nimirum τὸ ἡδὺ, *id quod iucundum est*, & potest oblectare eos, cum quibus versamur. sed tamen illam iucunditatem & oblectationem non eodem modo quærunt & spectant. Nam vel in seria conuersatione, cum de rebus seriis & grauibus agendum est, iucũditatem aliquam affectãt quemadmodum est ea virtus, quæ nominatur *bonitas* seu *affabilitas*, de qua in cap. 6. dictum est, vel affectant voluptatem & iucunditatem in ludicra conuersatione, quæ animi recreãdi gratia suscepta est, & etiam interdum in vita humana necessaria est. Atq; huc ptinet ea virtus, q̃ postremo loco est explicata, nempe *Vrbanitas*, quæ ostendit quo pacto nos in ludis & iocis ita gerere debeamus, ne quid contra honestatem aut bonos mores aliquid dicamus vel agamus, quod alios possit offendere.

ΚΕΦ. θ'.

A Περὶ δὲ αἰδοῦς ὥς τινος ἀρετῆς οὐ προσήκει λέγειν. πάθει γὰρ μᾶλλον ἔοικεν, ἢ ἕξει. ὁρίζεται γοῦν φόβος τις ἀδοξίας. ἀποτελεῖται δὲ τῷ περὶ τὰ δεινὰ φόβῳ παραπλήσιον. ἐρυθραίνονται γὰρ οἱ αἰσχυνόμενοι· οἱ δὲ τὸν θάνατον φοβούμενοι, ὠχριῶσι. σωματικὰ δὴ φαίνεταί πως εἶναι ἀμφότερα. ὅπερ δοκεῖ πάθους μᾶλλον ἢ ἕξεως εἶναι. οὐ πάσῃ δ' ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἁρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ. οἰόμεθα γὰρ δεῖν τοὺς τηλικούτους, αἰδήμο-

CAP. 9.

De verecundia autem, vt de virtute aliqua, dicendum non est, affectui enim similior quam habitui videtur. Itaque timor quidam infamiæ esse definitur, fitque non secus ac timor, qui rebus formidolosis accidit. Erubescunt enim quos pudet: qui vero mortem timent, pallent: vt corporis vtraq; esse videãtur, quod affectionis magis quam habitus esse videtur. at non omni ætati affectus hic conuenit: sed iuuenili tantum. nam existimamus oportere, qui ea sunt ætate, esse verecun-

dos

dos: propterea quod ex affectu viuentes multa peccent, præ verecundia vero prohibeantur. ac e iuuenibus quidem verecundos laudamus: seniorem laudauerit nemo, quod eum pudeat. nihil enim ei agendum eorum censemus, in quibus pudor consistat. neq; enim est pudor probi viri, siquidem de malis rebus exoriatur. Neque enim agenda res eiusmodi sunt. quod si alia reuera sunt turpia, alia opinione, nihil refert. Neutra enim agi debent. Quare minime est pudendum: praui autem etiam est, esse eiusmodi, qui turpium aliquid agere possit. ita vero esse affectum, vt si turpe quid egerit, pudeat, ac propterea probum se esse existimare, absurdum est. Nam ex iis, quæ lubentes agimus, verecundia exsistit: probus autem vir, lubens nunquam mala faciet. Verecundia autem ex conditione proba res fuerit, si enim ageret, puderet. At hoc in virtutibus minime contingit: si vero impudentia malum est, & turpia agere non vereri, nihilo magis talia agentem pudere bonum est. sed neq; continentia virtus est, sed quædam mixta, de qua posterius tractabitur. Nunc de iustitia dicamus.

τας εἶναι, διὰ τὸ πάθει ζῶντας, πολλὰ ἁμαρτάνειν. ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ κωλύεσθαι. καὶ ἐπαινοῦμεν, τῶν μὲν νέων τοὺς αἰδήμονας. πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός. οὐθὲν γὰρ οἰόμεθα δεῖν αὐτὸν πράττειν, ἐφ' οἷς ἐστὶν αἰσχύνη. οὐδὲ γὰρ ἐπιεικοῦς ἐστὶν ἡ αἰσχύνη, εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις. οὐδὲ γὰρ πρακτέον τὰ τοιαῦτα. εἰ δ' ἐστὶ τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρά, τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐθὲν διαφέρει. οὐδέτερα γὰρ πρακτέα. ὥστ' οὐκ αἰσχυντέον. φαύλου δὲ καὶ τὸ εἶναι τοιοῦτον, οἷον πράττειν τι τῶν αἰσχρῶν. τὸ δ' οὕτως ἔχειν, ὥστ' εἰ πράξειέ τι τῶν τοιούτων αἰσχύνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' οἴεσθαι ἐπιεικῆ εἶναι, ἄτοπον. ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις γὰρ ἡ αἰδώς. ἑκὼν δὲ ὁ ἐπιεικὴς οὐδέποτε πράξει τὰ φαῦλα. εἴη δ' ἂν ἡ αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως ἐπιεικές. εἰ γὰρ πράξαι, αἰσχύνοιτ' ἄν. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἀρετάς. εἰ δ' ἡ ἀναισχυντία φαῦλον, καὶ τὸ μὴ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ πράττειν, οὐθὲν μᾶλλον τὸν τοιαῦτα πράττοντα αἰσχύνεσθαι, ἐπιεικές. οὐκ ἔστι δὲ οὐδ' ἡ ἐγκράτεια ἀρετή, ἀλλά τις μικτή. δειχθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ὕστερον. νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης εἴπωμεν.

COMMENTATIONES.

Ἀπερὶ δὲ αἰδοῦς &c.) In hoc cap. agitur de verecundia seu pudore, vtrum etiam sit in numero moralium virtutum recensenda. Cicero quidem in partition. Oratoriis post enumerationem aliarum virtutum, eam postremo loco recenset, & non virtutem nominat, sed eam dicit esse *custodem omnium virtutum, quæ dedecus fugit & laudem sequitur.* Plutarchus *pudorem non virtutem, sed calcar & stimulum ad omnem virtutem esse* dicit. Plato in Protagora inquit. *Deum hominibus donasse pudorem & iustitiam, vt essent ciuitatum ornamenta & vincula, & altrices amicitiæ.* Cicero in lib. 2. de finibus ait, *quod pudor est moderator cupiditatis.* Plutarchus in libello de pudore scribit, *quod pudor sit signum ingenii apti ad culturam, id est, ad amplectendas artes & scientias, & ad consequendas reliquas virtutes.* Vnde a quibusdam pudor dicitur esse *inchoata quædam virtus*, quia plurimum potest ad consequendam virtutem, quemadmodum etiam Aristoteles *sup. libro tertio cap. 8.* dixit, *pudorem excitare homines ad politicam fortitudinem.* Item in libro tertio ad Eudemium scribit, *pudorem plurimum conferre ad temperantiam.*

Pudor custos omnium virtutum.

Huius autem affectus duo sunt vocabula, tam apud Græcos, quam apud Latinos. A Græcis enim nominatur αἰδὼς & αἰσχύνη a Latinis autem *verecundia* & *pudor.* Etiamsi autem hæc duo vocabula plerumque promiscue vsurpentur scriptoribus, ita vt vnum pro altero ponatur, tamen nonnihil inter se differũt. Nam αἰδὼς verecundia proprie est ille affectus, & metus, qui existit ante peccatum, & absterret homines a peccando: αἰσχύνη autem, id est, pudor est ille affectus & metus, qui existit post peccatũ admissum, quando nimirum aliquem sui errati & delicti adeo pudet, vt etiam doleat se peccasse, qui dolor etiam est laudabilis, quatenus est indicium pœnitentiæ, & quædam quasi pœna & castigatio admissi peccati. Vnde dicitur esse bonum signum, a mala caussa. Hinc aliqui duplicem faciunt pudorem, vnum qui prohibet & absterret homines a peccando, & ille

Verecundia & pudor differunt

Pudor duplex.

pra-

proprie dicitur *verecundia*. Alterum qui castigat homines propter peccatum admissum. Vterque autem est laudabilis affectus. Facit enim, vt vel nihil turpe admittamus, vel si quid est a nobis admissum, eius nos pœniteat. Definitur autem pudor hoc loco, quod sit φόβος τῆς ἀδοξίας, *infamia metus*. Qui enim metuunt infamiam & ignominiam, eos quoque pudet peccare: quandoquidem infamia est comes peccati. Habet autem hic affectus duo extrema, quæ sunt vitiosa, quorum primum dicitur ἀναισχυντία, i. e. *impudentia*, quæ est vitiũ, quo in peccatis perpetrandis nullam infamiam aut dedecus metuimus. Quod vitium est pessimum & indicium summæ nequitiæ, quia quodammodo præcludit aditum omnibus virtutibus, nullamque habet rationem honestatis, quemadmodũ vulgo dicitur: *vbi nullus pudor, ibi nulla honestas*. Euripides ait, *impudentiam esse maximum morbum in hominibus*. Et Plautus inquit *Ego perisse illum puto, cui pudor periit*. Et Seneca ait *pudorem, cum semel periit, non posse amplius redire*. Contra vero in quo pudor est, de eo, etiamsi peccauit, tamen adhuc est bona spes, quod rediturus sit ad sanam mentem. Ideo ait ille apud Terent: *Erubuit, salua res est*. Alterum consideratur in excessu extremum, quando nimius est pudor aut verecundia, & vocatur κατάπληξις, id est, stupor, & quædam animi consternatio, quando in omnibus etiam honestis actionibus verecundamur, & nos pudet etiam ea agere, quæ sunt honesta & laude digna. Vocatur a Plutarcho δυσωπία, *demissio capitis seu vultus*. Hoc vitium ideo dignum est reprehensione, quia, qui eo laborant, non audent etiam honestas actiones suscipere, semper metuentes, ne parum recte agant. Quo vitio sæpe laborant adolescentes, & ii, qui non versati sunt inter homines. Vnde fit, vt detrectent sæpe ea agere, quæ tamen facere debent.

Vterque laudabilis. *Pudor quid.* *Impudentia.* *Stupor.*

Quod autem pudor seu verecundia proprie loquendo non sit virtus moralis, probat Arist. quinq; argumentis. Primum, *Nulla virtus moralis est affectus πάθος quemadmodum in libro secundo capite. 5. est ostensum. Sed verecundia est affectus, quia est metus infamia, vt in*

Pudor quod nõ sit virtus moralis probatur 5. argumentis.

eius definitione dicitur. Ergo *verecundia non est virtus moralis.* Alterum. *Omnis virtus est animi quadam qualitas, qua dicitur esse animi habitus: verecundia autẽ non est animi. Sed corporis qualitas, qua subito euanescit.* Ergo *verecundia non est moralis virtus.* Minorem declarat Aristoteles a signo, quia ex verecundia exsistit rubor in facie, quemadmodum ex metu exoritur pallor. Vnde etiam rubedo illa faciei, a Diogene nominatur *color virtutis,* quia est indicium, virtutem nõ omnino deseruisse eum, qui erubescit propter peccatum admissum. Propterea Cato dicebat, *se magis laudare eos adolescentes, qui erubescerent, quam qui pallescerent, quia pallor est signum mala conscientia.* Tertium argumentum *virtus moralis omni atati & omnibus hominibus conuenit, quemadmodum Cicero lib. 1. Offic. ait, nulla pars vita debet vacare officio, id est, virtute.* Sed *verecundia non conuenit omni atati & omnis hominibus.* Igitur *verecundia non est virtus moralis.* Quia probatur, *quia verecundia tantum commendatur in adolescentibus, quatenus eos absterret a peccando & quasi frenum iniicit cupiditatibus eorum. Itaque cum adolescẽtem laudamus, etiam dicimus esse verecundum adolescentem. In senibus autem verecundia non laudatur quia nihil debent admittere, cuius ipsos possit pudere. Nam propter atatem & prudentiam nihil debent agere sine ratione, & turpe est homini prudenti & seni aliquid agere, propter quod possit pudore affici.* Quartum argumentum *Omnis virtus moralis decet virum bonum, quia pudor exsistit propter malas actiones, quales vir bonus non admittit.* Igitur *pudor non est virtus moralis.* Quod si vero obiiciatur, *turpia & malas actiones esse duplices, alias esse reuera tales, alias tantum operatione tales, propter quas interdum virum bonum possit pudere, si per imprudentiam eas admisit,* respondet Aristoteles, *virum bonum & prudentem non admittere neque ea, qua reuera sunt turpia, neque ea, qua tantum operatione sunt turpia. Quod si vero per imprudentiam aliquid turpe admisit, eiusmodi facta carere culpa, & non esse peccata. Ideoque etiam in talibus neque pudorem habere locum. Nam pudor tantum est in peccatis sponte admissis.* Postremum argumentum *Omnis virtus moralis per se est bona & laudabilis: pudor autem non per se est laudabilis, sed tantum*

II. Omnis.

III.

IV.

Obiect.

Solut.

tantū per conditionē seu κατὰ συμβεβηκὸς, quatenus est dolor quidam, & quasi pœnitentia propter admissum peccatum. Ergo pudor proprie loquendo non est virtus moralis. Quod si quis obiiciat: *Impudentia per se est mala & vituperanda: igitur pudor, qui ei opponitur, per se est bonus & laudabilis* Ad hoc respondet Aristoteles per negationem consequentiæ. Non enim semper id bonum est, quod malo imponitur: sed interdum ea, quæ sibi mutuo opponuntur vtraque possunt esse mala. Exempli gratia: prodigalitas & auaritia sibi opponuntur mutuo, & quasi ex diametro pugnāt, tamen vtraq; sunt mala. Nā prodigalitas mala est in excessu, auaritia vitiosa est in defectu: igitur non sequitur: *Auaritia est mala: igitur prodigalitas, quæ ei opponitur, est bona.* Eodem modo Aristoteles etiam *infra in 7. & 10. libro* refutat eos, qui ideo dicebant, voluptatem esse bonum quoddam, quia opponitur dolori, qui est malum quoddam, quia, inquit, fieri potest, vt etiam duo mala sibi mutuo opponantur.

Obiectio.

Solutio.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. V.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων Βιβλίον ε΄.

CAP. I.

DE iustitia & iniustitia considerandum est, in cuiusmodi actionibus versentur, & qualis sit mediocritas iustitia: & quorum ius sit medium. Hac autem consideratio eadem docendi via, qua in superioribus, progrediatur.

ΚΕΦΑΛ. α΄.

Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, ποίας τε τυγχάνουσιν οὖσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον. ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημέ-

A

eius definitione dicitur. Ergo *verecundia non est virtus moralis.* Alterum. *Omnis virtus est animi quadam qualitas, qua dicitur esse animi habitus: verecundia autē non est animi. Sed corporis qualitas, qua subito euanescit.* Ergo *verecundia non est moralis virtus.* Minorem declarat Aristoteles a signo, quia ex verecundia exsistit rubor in facie, quemadmodum ex metu exoritur pallor. Vnde etiam rubedo illa faciei, a Diogene nominatur *color virtutis,* quia est indicium, virtutem nō omnino deseruisse eum, qui erubescit propter peccatum admissum. Propterea Cato dicebat, *se magis laudare eos adolescentes, qui erubescerent, quam qui pallescerent, quia pallor est signum malæ conscientiæ.* Tertium argumentum *virtus moralis omni ætati & omnibus hominibus conuenit, quemadmodum Cicero lib. 1. Offic. ait, nulla pars vitæ debet vacare officio, id est, virtute.* Sed *verecundia non conuenit omni ætati & omnibus hominibus.* Igitur *verecundia non est virtus moralis.* Quia probatur, *quia verecundia tantum commendatur in adolescentibus, quatenus eos absterret a peccando & quasi frenum iniicit cupiditatibus eorum. Itaque cum adolescētem laudamus, etiam dicimus esse verecundum adolescentem. In senibus autem verecundia non laudatur quia nihil debent admittere, cuius ipsos possit pudere. Nam propter ætatem & prudentiam nihil debent agere sine ratione, & turpe est homini prudenti & seni aliquid agere, propter quod possit pudore affici.* Quartum argumentum *Omnis virtus moralis decet virum bonum, quia pudor exsistit propter malas actiones, quales vir bonus non admittit.* Igitur *pudor non est virtus moralis.* Quod si vero obiiciatur, *turpia & malas actiones esse duplices, alias esse reuera tales, alias tantum operatione tales, propter quas interdum virum bonum possit pudere, si per imprudentiam eas admisit,* respondet Aristoteles, *virum bonum & prudentem non admittere neque ea, quæ reuera sunt turpia, neque ea, quæ tantum operatione sunt turpia. Quod si vero per imprudentiam aliquid turpe admisit, eiusmodi facta carere culpa, & non esse peccata. Ideoque etiam in talibus neque pudorem habere locum. Nam pudor tantum est in peccatis sponte admissis.* Postremum argumentum *Omnis virtus moralis per se est bona & laudabilis: pudor autem non per se est laudabilis, sed*

tantum

II. Omnis.

III.

IV.

Obiect.

Solut.

tantũ per conditionẽ seu κατὰ συμβεβηκὸς, quatenus est dolor quidam, & quasi pœnitentia propter admissum peccatum. Ergo *pudor proprie loquendo non est virtus moralis.* Quod si quis obiiciat: *Impudentia per se est mala & vituperanda: igitur pudor, qui ei opponitur, per se est bonus & laudabilis.* Ad hoc respondet Aristoteles per negationem consequentiæ. Non enim semper id bonum est, quod malo imponitur: sed interdum ea, quæ sibi mutuo opponuntur vtraque possunt esse mala. Exempli gratia: prodigalitas & auaritia sibi opponuntur mutuo, & quasi ex diametro pugnãt: tamen vtraq; sunt mala. Nã prodigalitas mala est in excessu, auaritia vitiosa est in defectu: igitur non sequitur: *Auaritia est mala: igitur prodigalitas, quæ ei opponitur, est bona.* Eodem modo Aristoteles etiam *infra in 7. & 10. libro* refutat eos, qui ideo dicebant, voluptatem esse bonum quoddam, quia opponitur dolori, qui est malum quoddam, quia, inquit, fieri potest, vt etiam duo mala sibi mutuo opponantur.

Obiectio.

Solutio.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. V.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων βιβλίον ε΄.

CAP. I.

De iustitia & iniustitia considerandum est, in cuiusmodi actionibus versentur, & qualis sit mediocritas iustitia: & quorum ius sit medium. Hæc autem consideratio eadem docendi via, qua in superioribus, progrediatur.

ΚΕΦΑΛ. α΄.

A

Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, ποίας τε τυγχάνουσιν οὖσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον. ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημέ-

τοις. ὁρῶμεν δὴ πάντας τὴν τοιαύτην ἕξιν βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσί, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ ἀδικίας, ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι, καὶ βούλονται τὰ ἄδικα. διὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον ὡς ἐν τύπῳ ὑποκείσθω ταῦτα. D οὐδὲ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον ἐπί τε τῶν ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων, καὶ ἐπὶ τῶν ἕξεων. δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι· ἕξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων οὔ· οἷον ἀπὸ τῆς ὑγιείας οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον. λέγομεν γὰρ ὑγιεινῶς βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας· πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων. ἐάν τε γὰρ ἡ εὐεξία ᾖ φανερά, καὶ ἡ καχεξία φανερὰ γίνεται, καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία, καὶ ἐκ ταύτης τὰ εὐεκτικά. εἰ γάρ ἐστιν ἡ εὐεξία πυκνότης σαρκός, ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκός, καὶ τὸ εὐεκτικὸν, τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν σαρκί. E ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐὰν θάτερα πλεοναχῶς λέγηται, καὶ θάτερα πλεοναχῶς λέγεσθαι. οἷον εἰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον. ἔοικε δὲ πλεοναχῶς λέ-

videmus igitur omnes eiusmodi habitum appellare velle iustitiam, ex quo iustis agendis idonei sunt, & ex quo iuste agunt, voluntque iusta: eodem quoque modo de iniustitia, ex qua iniuste agunt, & volunt iniusta. idcirco etiam a nobis hac primũ quasi adumbratione quadam posita sint. Neque enim pariter res habet in scientiis & facultatibus, & in habitibus. nam facultas & scientia esse contrariorum eadem videtur: habitus autem contrarius, contrariorum minime. veluti ex sanitate contraria minime aguntur, sed salubria tantummodo. Nam salubriter deambulare dicimus, cum ita quis ambulat, vt sanus faceret. Ac sæpe quidem agnoscitur contrarius habitus ex contrario: sæpe etiam habitus, ex rebus subiectis. nam & si bona habitudo sit nota, mala quoque habitudo innotescit: & ex bonæ habitudinis efficientibus bona habitudo, & ex hac illa, quæ bonam efficiunt habitudinem. si enim bona habitudo carnis densitas est, necesse est, vt & mala habitudo carnis raritas sit: & bonæ habitudinis efficiens, densitatem in carne efficiat. sequitur autem plerunque, si altera multis modis dicantur, altera quoque multis modis dici: vt si ius, etiam iniuriam. Iustitia autem & in-

iustitia

iustitia dici pluribus modis videtur. sed quia proxima ipsarũ homonymia est, latet. Nec sicut in iis, quæ procul distant, magis apparet. Magna enim, quæ ex forma est, differentia est: ut clauem homonyme dici, & eam quæ collo animaliũ subiacet, & quæ fores claudunt. sumatur ergo, quot modis iniustus dicatur. Videtur vero iniustus esse, leges violans, & alios fraudans, & qui iniquus est: quare patet iustum quoq; esse legi parentem et æquũ. iustũ ergo legi parere, & æquitas erit: iniuria cõtra, legis violatio et iniquitas. quia vero iniustus ẽt alios fraudat, in bonis erit nõ omnibus, sed in quib. est fortuna prosperitas et aduersitas, quæ semper quidẽ simpliciter bona sunt: cuidã tamen non semper. homines autẽ ea optant ac persequuntur: at non oportet. sed optandum ut simpliciter bona, sibiipsis quoq; bona esse: & eligẽda, quæ sibi bona sint. Iniustus vero non semper plus eligit, sed ẽt minus, in iis quæ simpliciter mala sunt. sed quia minus malũ esse quodammodo bonum videtur, boni aũt est fraudatio, propterea fraudator esse videtur. est vero iniquus (hoc enim continet & cõmune est) necnon legis violator: id enim quæ violatio legis est, siue iniquitas, omnem iniustitiam continet, estque omni iniustitiæ commune.

γεσθαι ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀδικία. ἀλλὰ διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τὴν ὁμωνυμίαν αὐτῶν, λανθάνει. καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πόρρω δήλη μᾶλλον. ἡ γὰρ διαφορὰ πολλὴ, ἡ κατὰ τὴν ἰδέαν· οἷον ὅτι καλεῖται κλεὶς ὁμωνύμως, ἥ τε ὑπὸ τὸν αὐχένα τῶν ζώων, καὶ ᾗ τὰς θύρας κλείουσιν. εἰλήφθω δὴ, ὁ ἄδικος ποσαχῶς λέγεται. δοκεῖ δὲ, ὅ, τε παράνομος ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος· ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος. τὸ μὲν δίκαιον ἄρα τὸ νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον· τὸ δ' ἄδικον τὸ παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον. ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία. ἃ ἐστι μὲν ἁπλῶς αἰεὶ ἀγαθά· τινὶ δὲ οὐκ αἰεί. οἱ δ' ἄνθρωποι ταῦτα εὔχονται καὶ διώκουσι· δεῖ δ' οὔ· ἀλλ' εὔχεσθαι μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, καὶ αὐτοῖς ἀγαθὰ εἶναι· αἱρεῖσθαι δὲ τὰ αὐτοῖς ἀγαθά. ὁ δ' ἄδικος οὐκ ἀεὶ τὸ πλέον αἱρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔλαττον, ἐπὶ τῶν ἁπλῶς κακῶν· ἀλλ' ὅτι δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ἀγαθόν πως εἶναι, τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἐστὶν ἡ πλεονεξία, διὰ τοῦτο δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι. ἔστι δὲ ἄνισος· τοῦτο γὰρ περιέχει καὶ κοινόν· καὶ παράνομος. τοῦτο γὰρ ἡ παρανομία, ἤτοι ἡ ἀνισότης, περιέχει πᾶσαν ἀδικίαν, καὶ κοινόν ἐστι πάσης ἀδικίας.

E

G

ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος ἄδικος ἦν, ὁ δὲ νόμιμος δίκαιος, δῆλον ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστί πως δίκαια. τά τε γὰρ ὡρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς, νόμιμά ἐστι. καὶ ἕκαστον τούτων δίκαιον εἶναί φαμεν. οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι περὶ ἁπάντων, στοχαζόμενοι ἢ τοῦ κοινῇ συμφέροντος πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς κυρίοις, ἢ κατ' ἀρετὴν, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον τοιοῦτον· ὥστε ἕνα μὲν τρόπον δίκαια λέγομεν, τὰ ποιητικὰ καὶ φυλακτικὰ τῆς εὐδαιμονίας καὶ τῶν μορίων αὐτῆς, τῇ πολιτικῇ κοινωνίᾳ. προστάττει δ' ὁ νόμος, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥιπτεῖν τὰ ὅπλα· καὶ τὰ τοῦ σώφρονος, οἷον μὴ μοιχεύειν, μηδὲ ὑβρίζειν· καὶ τὰ τοῦ πράου, οἷον μὴ τύπτειν, μηδὲ κακηγορεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ μοχθηρίας, τὰ μὲν κελεύων, τὰ δ' ἀπαγορεύων. ὀρθῶς H μὲν, ὁ κείμενος ὀρθῶς· χεῖρον δὲ, ὁ ἀπεσχεδιασμένος. αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη ἀρετὴ μέν ἐστι τελεία, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον· καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη· καὶ οὔθ' ἕσπερος, οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός· καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν,

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.

Quoniam autem legem violans iniustus erat, parens vero legi iustus: perspicuum est omnia legitima esse quodammodo iusta. nam quæ sunt a legum ferendarum facultate definita, legitima sunt. quorum singula iusta esse dicimus. leges autem de omnibus præscribunt, spectãtes vel cõmunem omnium utilitatem, vel optimorum, vel præcipuorum aut virtute, aut alio tali quodam modo: quare uno quidem modo iusta dicimus, efficientia & conseruantia felicitatis, eiusque partium, ciuili societati. Lex vero præcipit, & fortis viri munia facere, ut non deserere ordinem, non fugere, non abiicere arma: & temperantis, ut non mœchari, neque libidinari: & mansueti, ut non pulsare, neque conuiciari, similiter quoque in aliis virtutibus & vitiis, alia iubens, alia prohibens: recte quidem, illa quæ recte constituitur: peius vero, quæ ex tempore scripta est. Atque hæc quidem iustitia virtus sane perfecta est, non simpliciter tamen, sed alterius collatione: & propterea sæpenumero iustitia virtutum præstantissima esse videtur: & neque hesperus, neque lucifer adeo admirabilis. adde quod prouerbii loco dicimus,

Iustitia in se virtutes complectitur omnes.

ac perfecta maxime est virtus, quia perfectæ virtutis est usus: perfecta autem est, quia qui eam habet, etiam erga alterum virtute uti potest, ac non erga se solum. Multi enim sunt, qui quidem in suis rebus virtute uti possunt, in alienis vero minime possunt. Ob idque recte illud Biantis habere videtur: Principatus virum ostendet. nam alterius comparatione & in societate iam est, qui imperat. Ob id vero ipsum quoque alienum bonum videtur esse sola e virtutibus iustitia, quia ad alterum spectat. Agit enim quæ aliis conducunt, aut imperanti, aut Reipublicæ. Pessimus igitur est, qui erga se & erga amicos prauitate utitur: optimus autem, non qui erga se, sed qui erga alios virtutem exercet: id enim opus est difficile. Itaque hæc iustitia, non pars virtutis, sed vniuersa virtus est neque contraria, iniustitia, pars vitij, sed vniuersum est vitium. quid vero virtus & iustitia hæc differat, ex ijs quæ diximus, patet: eadem enim est. esse tamen non idem: sed quatenus ad alterum spectat, iustitia, quatenus talis est habitus, virtus simpliciter est.

καὶ τελεία μάλιστα ἀρετή, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσίς ἐστι· τελεία δ' ἐστίν, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν, καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι. ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὑτόν· πολλοὶ γὰρ ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις τῇ ἀρετῇ δύνανται χρῆσθαι· ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον, ἀδυνατοῦσι· καὶ διὰ τοῦτο εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείξει. πρὸς ἕτερον γὰρ, καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἤδη ὁ ἄρχων. διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη, μόνη τῶν ἀρετῶν, ὅτι πρὸς ἕτερόν ἐστιν. ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει, ἢ ἄρχοντι, ἢ κοινωνῷ. κάκιστος μὲν οὖν ὁ πρὸς αὑτὸν, καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρίᾳ· ἄριστος δ' οὐχ ὁ πρὸς αὑτὸν τῇ ἀρετῇ. ἀλλ' ὁ πρὸς ἕτερον. τοῦτο γὰρ ἔργον χαλεπόν. αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλὰ ὅλη ἀρετή ἐστιν. οὐδ' ἡ ἐναντία, ἀδικία, μέρος κακίας, ἀλλ' ὅλη κακία. τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή. τὸ δ' εἶναι, οὐ τὸ αὐτό· ἀλλ' ᾗ μὲν πρὸς ἕτερον δικαιοσύνη, ᾗ δὲ τοιάδε ἕξις, ἁπλῶς ἀρετή.

COMMENTATIONES.

In hoc libro agitur de iustitia, & quidem in posteriore

loco, non quod inferior ea sit ceteris virtutibus, sed quia latius patet, quam ceteræ virtutes. Complectitur enim sub se omnes alias virtutes. Vnde etiã ad eius naturam & præstantiam melius intelligendam necessarium fuit ceteras virtutes prius explicare. Itaq; non est inferior, sed præstantior omnibus aliis virtutibus, quia, *vt Arist. lib. 1. dixit: id bonum præstãtius est, quod latissime patet, & plura bona sub se complectitur.* Hanc ob caussam Cicer. lib. 3. Offic. *Iustitiam dicit esse dominam & reginam omnium virtutum.* Et in lib. 3. de legib. *Iustitia,* inquit, *est omnium virtutum caussa atq; scientia.* Et in lib. 1. de natura deorum *Iustitia est excellentissima virtus.* Aristoteles in lib. polit. cap. 8. iustitiæ præstantiam ex eo maxime cõmendat, quod per *eam continetur & consistit societas inter homines.* Nam sine ea nulla posset inter homines vel constitui, vel conseruari etiam societas. Ideoque eam nominat *ἀρετὴν κοινωνικὴν virtutem societatibus hominum accommodatam.* Quod etiam Cic. lib. 1. Offic. indicat cum ait. *Iustitia in societate hominum inter ipsos & vitæ q. communitate versatur, propter quam caussam et iustitia dicitur esse virtus quæ sese ad alios extendit.* Nam tota eius natura & vis cernitur in cõmunicatione officiorũ, & rerũ erga alios, atq; in eo potissimũ differt a ceteris virtutib. moralib⁹, quia earum actiones maxima ex parte seorsim considerantur ratione agentis, a quo proficiscuntur. Iustitiæ autẽ actiones non possunt recte cognosci, nisi respectu alterius, erga quẽ exercentur. Ex his igitur intelligitur, quamobrem Arist seorsim, & quidem postremo loco de iustitia agat. Potest a. hic liber in tres partes cõmode distribui, quarũ prima continet iustitiæ diuisionem & definitionem in primis quinq; capitibus. Altera pars est de iure & iniuria, quæ sunt tanquam effectus iustitiæ, de quibus agitur in 6. & 7. capite. Tertia pars vsq; ad finem continet explicationem quarundam quæstionum, quæ ad hanc doctrinam melius intelligendam pertinent, vt *an volenti possit fieri iniuria, an æquitas eadem sit cum iustitia, an quis seipsum possit iniuria afficere?*

Iustitia omnium virtutum domina.

Iustitia in quo differat a ceteris virtutibus.

Contenta huius libri.

Primo ergo loco agit de iustitia & iniustitia tanquam de habitibus, ex quibus proficiscuntur ius & iniuria, velut effectus habituum, quia habitus sunt caussæ efficientes

entes actionum. Itaque iustitia est caussa efficiens iustæ actionis, quæ est ipsum ius, quod in actione cernitur. Ita iniustitia est caussa efficiens iniustæ actionis alicuius vel passionis, quæ nihil aliud est, quam ipsa iniuria, quæ alicui ab altero est illata. Propter hanc caussam Vlpianus ait, *Iustum nomen accepisse a iustitia*, respiciens non Grāmaticorum Etymologiam, qui iustitiam dicunt a iure dictam, quasi ius prius sit quam iustitia. Vlpianus autem magis respicit naturam rerum in hac deriuatione, & ius vocat *iustam actionem* seu *iustum factum*, quod ab habitu iustitiæ proficiscitur.

A περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας.) Quatuor sunt partes huius cap. Prima est καθολικὴ, quæ continet duas propositiones. Altera ὁρικὴ continens *definitionem iustitiæ*. Tertia διαιρετικὴ continet diuisionem vtriusq;. Quarta ἐκθετικὴ continens *explicationem primi membri diuisionis de iustitia vniuersali.*

Huius ca. partes sunt. 4.

Primæ partis sunt duæ propositiones, quarum prima est de materia seu argumento huius libri. *Dicendum est*, inquit, *nobis de iustitia, circa quas actiones versetur.* Deinde *qualis sit mediocritas.* Tertio *quæ sint eius extrema.* Hæc propositio est triū partium, τριμερής. Prima est περὶ τῶν πράξεων, *de actionibus.* Vbi notandum est, Aristotelem tantum facere mentionem, τῶν πράξεων, & non affectuum, τῶν παθῶν, quemadmodum in ceteris virtutibus, quoniam omnis vis præcipue cernitur in voluntate āgētis, reliquarum autem virtutum vis maxime cernitur in moderatione affectuum. Altera pars propositionis agit de mediocritate: ait enim *considerandum esse qualis mediocritas sit iustitia*, quoniam mediocritas iustitiæ non ita consideratur, quemadmodum in ceteris virtutibus, in quibus mediocritas consideratur πρὸς ἡμᾶς, *respectu nostri.* Hic vero consideratur præcipue mediocritas ipsius rei, τοῦ πράγματος. Tertia pars propositionis est de extremis iustitiæ.

Vbi notandum est, ceteras virtutes habere duo extrema, quæ nunquam possunt simul in eodem homine, & in eadem actione locum habere, sed sunt sibi mutuo opposita, vt vnum pellat alterum.

Iustitia autem tantum habet vnum extremum, quod ei opponitur, nempe iniustitiam, sed tamen illud extremum ita se habet, vt locum obtineat duorum extremorum, tam eius, quod est in excessu quam eius, quod est in defectu. Nam iniustus in vtroque simul peccat. Dum enim nimium sibi tribuit, simul etiam minus alteri tribuit, quam ei debetur. Ac ita hæc duo extrema plus & minus simul concurrunt in vna eademque actione hominis iniusti.

B ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν.) Altera propositio est de methodo explicandi hanc doctrinam. Inquit enim *eadem methodo explicandum esse de iustitia, qua etiam cetera virtutes sunt explicata.* Quibus verbis indicat, se non exquisita & accurata Mathematicorum demonstratione, & probatione doctrinā de iustitia velle explicare, sed tātum probabili & populari argumentādi genere vti, propterea quod hæc virtus maxime versatur circa actiones hominum, quæ sunt singulares & magnam habent varietatem propter circumstantias, quarum non potest esse exquisita certitudo ac demonstratio, qualis est in disciplinis mathematicis.

C ὁρῶμεν δὴ πάντας.) Post propositionem, qua indicauit argumentum huius libri & methodum explicandi hanc doctrinam de iustitia, progreditur Aristoteles in hac altera parte cap. ad ipsam explicationem, eamq; incipit a definitione iustitiæ, quemadmodum etiam in ceteris virtutibus facit, atque hæc est optima explicandi alicuius thematis ratio, quæ a definitione incipit, quemadmodum Cicero *lib 1 offic.* præcipit, *Omnis, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur.* Inquit autem Aristoteles, eo modo iustitiam recte definiri, quēadmodum plerumque homines eam definiunt. Nempe, quod iustitia sit *habitus, per quem idonei sumus ad agēdum ea, quæ sunt iusta, & per quē etiam iusta agimus & volumus.* Iniustitia vero est habitus per quem *homines volunt & agunt, quæ sunt iniusta.* Definitiones hæ constant ex genere & differentiis. Genus est habitus ἕξις, vbi notandum est, genus hoc esse remotius, proximum autē genus esse virtutem, quæ per habitum intelligitur.

Iustitia quid.

Iniustitia.

Diffe-

Differentiæ sunt tres: Prima est δυνάμεως, *facultatis*. Dicit enim, *quod per iustitiam homines idonei sint ad iustas actiones, id est, quod habeant facultatem & vim agendi ea, quæ sint iusta*. Altera differentia est τῆ πράξεως, actionis. Non enim satis est habere facultatem agendi ea, quæ sunt iusta: sed oportet etiam facultatem illam producere in actum, & agere, quæ sunt iusta: quia, vt Cicero ait, *omnis laus in actione consistit*. Neq; enim laudari potest, qui habet facultatem agendi aliquid, quod est rectum & honestum, nisi etiam illud ipsum agat, & ipsæ virtutes non sunt otiosæ qualitates, quæ in homine latent, sed prorumpunt in actum. Tertia differentia est τῆ βουλήσεως, *voluntatis*. Addit enim Aristoteles, quod per iustitiam homines etiam volunt ea, quæ sunt iusta, id est, expetunt & eligunt ea, quæ voluntas in omni actione virtutis præcipue considerat, & peculiari nomine appellatur προαίρεσις per quam certo animi proposito & consilio constanti voluntate agimus ea, quæ sunt secundum virtutem. Qui enim temere & casu, aut inuitus, aut ignorans agit, quod est rectum, ille non potest iure & merito propter virtutem laudari: ideo etiam Iurisconsulti in definitione iustitiæ voluntatis mentionem faciunt: Eam enim sic definiunt: *Iustitia est constans & perpetua voluntas, suum cuiq; ius tribuendi*. Hinc Plutarchus in vita Catonis ait: *Iustitiam & iniustitiam ideo præ cæteris virtutibus & vitiis magis solere laudari aut vituperari, quia præcipue a voluntate hominis proficiscuntur, & non ex aliquo affectu aut perturbatione*. Notandum etiam est, esse quandam ἀναστροφὴν, *inuersionem ordinis*, quod βούλησις voluntas ponitur post actionem, quæ tamen naturaliter debet præcedere.

Οὐδὲ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον.) Hic locus habet occupationem, qua rationem reddit, quamobrem iustitiam definierit solum ex iustis actionibus, & non etiam ex contrariis iniustis actionibus, quemadmodum ceteræ artes, scientiæ, & facultates solent definiri per contrarias actiones, veluti cum dicimus: *Rhetorica est ars persuadendi & dissuadendi, accusandi & defendendi, laudandi & vituperandi*: orator enim vtrumq; potest præstare. Sic medicina definitur per contraria, quod sit: *Scientia*

Obiectio.

Rhetorica.

Medicina.

sanitatis & morborum, salubrium & insalubrium. Dialectica dicitur, *esse ars disputandi in vtramq; partem, affirmando & negando.* Itaque posset aliquis quærere, *cur etiam iustitiam non dixerat, esse habitum agendi ea, quæ sunt iusta vel iniusta.* Ad hanc obiectionem respondet hoc loco per distinctionem, qua ostendit, non esse eandem rationem definiendi artes, scientias, & facultates, quæ est ratio definiendi habitus πρακτικούς. Nam scientiæ & facultates versantur circa contraria obiecta. Vt iurisprudentia non solum considerat, quid sit iustum, sed etiam quid sit iniustum: ita videndi facultas non solum percipit ea, quæ sunt alba, sed etiam quæ sunt nigra: potentia odorandi non tantum percipit ea, quæ sunt suaueolentia, sed etiam quæ sunt graueolentia. In habitibus vero πρακτικοῖς, quales sint virtutes & vitia, diuersa est ratio. Non enim versantur circa contrarias actiones, sed semper circa easdem: ita vt a iustitia tantum proficiscantur iustæ actiones: ab iniustitia autem iniustæ actiones. Vnde iustitia non definitur, quod sit habitus, per quem possimus agere ea, quæ sunt iusta vel iniusta, sed tantum dicitur esse habitus, per quem agimus, quæ sunt iusta: quemadmodum se res habet in ceteris virtutibus, a quibus non proficiscuntur contrariæ actiones, sed tantum vnius modi actiones, ita vt vir iustus, temperans, fortis, non possit agere, nisi ea, quæ sunt iusta, fortia, aut temperata. Eadem quoque ratio est in vitiis, a quibus non proficiscuntur contrariæ actiones, bonæ scilicet & malæ, sed tantum malæ actiones ab ipsis proficiscuntur, vt ab iniustitia iniustæ actiones, ab intemperantia intemperantes actiones, & sic de ceteris.

Hanc responsionem declarat Aristoteles ab exemplo simili de habitibus corporis, a quibus tantum eiusmodi, & non contrariæ operationes proficiscuntur. Exempli gratia: Sanitas & morbus sunt contrarii habitus corporis, a quibus etiam contrariæ proficiscuntur operationes. Nam a sanitate solum proficiscuntur sanę operationes omnium partium & membrorum corporis, veluti pedum in ambulando & currendo, manuum in laborando, oculorum in videndo, ventriculi

in appetendo & concoquendo cibo. Similiter etiam ceterarum partium sani corporis sunt sanæ etiam operationes. Contra vero a morbo non nisi morbosi corporis, eiusq; partium operationes: neq; enim potest ægrotus ita pedibus incedere aut currere, aut manibus aliquid apprehendere, laborare, gestare, aut aliud aliquid agere, quemadmodũ homo sanus. Ita etiam ventriculus ægroti, non potest eo modo cibum appetere, aut concoquere, sicuti ventriculus hominis sani. Eadem ratio omniũ aliorum habituũ, a quibus tales solum operationes proficiscuntur, quales sunt ipsi habitus. Quemadmodũ ergo ratio se habet in habitibus corporis: eadem est ratio habituum animi in virtutibus & vitiis: ita etiam, qualis sit habitus, siue bonus, siue malus, tales etiam sunt operationes & actiones. Cum ergo iustitia sit habitus animi bonus, ideo non potest nisi per bonas & iustas actiones definiri. Iniustitia autem, quia est vitiosus animi habitus, non potest nisi per iniustas & vitiosas actiones definiri. Sunt enim contrarii habitus, iustitia & iniustitia. Ideo etiam per contrarios terminos, *vt Dialectici loquuntur*, sunt definiendi. Post hanc responsionem ad oblatam obiectionem, pro maiore declaratione Aristoteles breuiter attingit seu indicat tres modos, quibus habitus possunt definiri & cognosci: Primus modus est, quando habitus aliquis cognoscitur, & definitur ex eius contrario, vt mors & vita sunt contraria. Quemadmodum autem vita dicitur esse animi & corporis consocietas, ita mors dicitur esse animi & corporis dissolutio. Sic albedo & nigredo sunt colores contrarii. Quid autem albedo, cognosci potest ex nigredine: nam si albedo est color, dissipans visum: igitur nigredo est color congregans visum. Eodem modo *εὐεξία* habitus corporis bonus, & *καχεξία*, sunt contrarii habitus corporis, quorum vnus ex altero cognoscitur. Nam si bonus habitus cognoscitur ex carnis densitate, ex coloris bonitate, ex membrorum vigore, & omnium virium corporis integritate. Igitur *καχεξία*, id est, *mala constitutio corporis*, cognoscitur ex carnis raritate, coloris vitiositate, & reliquarum virium corporis imbecillitate. Alter modus est, quando habitus

cognoſcuntur ex ſuis ſubiectis, quibus inſunt, & ex operationibus ſuis, quæ ab illis proficiſcuntur. Exempli gratia, quid ſit iuſtitia, cognoſcitur ex actionibus viri iuſti, cui iuſtitia ineſt: ſic etiã quid ſit muſica, quid dialectica, aut alia aliqua ars, ſiue ſcientia, cognoſcitur ex actionibus eorum, in quibus illæ artes & ſcientiæ inſunt. Exempli gratia, quia cernimus & audimus bene canere muſicum, Arithmeticum bene numerare, Dialecticum bene diſputare, hinc definimus, ipſum habitum, & dicimus, muſicam eſſe artem bene canendi, Arithmeticam bene numerandi, Dialecticam eſſe artem bene diſputandi & argumentandi. Tertius modus, quando ex cauſſa efficiente aliquem habitum, ipſe quoq; habitus cognoſcitur. Exempli gratia, ſi ſcio, quæ ſit cauſſa efficiens ſanitatis, etiam poſſum ſcire, quid ſit ſanitas. Nam, ſi eſt æqualis contemperatio quatuor humorum in corpore animalis. Ergo etiam ſanitas poteſt ſic definiri, quod ſit æqualis contemperatio quatuor humorum in corpore animalis.

Iuſtitiam diuidi poſſe.

Argum.

E *ἀκολουθεῖ δ', ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.*) Hæc eſt tertia pars cap. in qua accedit ad inueſtigandam diuiſionem iuſtitiæ. Antequam autem eam diuidat, primum oſtendit, quod poſſit diuidi tali argumento: *Ea, quæ ſunt homonyma, id eſt, æquiuoca, poſſunt diuidi: nam omne vocabulũ æquiuocum poteſt diuidi in ſua ſignificata.* Sed *vocabulum iuſtitia eſt æquiuocum.* Ergo *iuſtitia poteſt diuidi.* Minor propoſitio, quod vocabulum iuſtitiæ ſit æquiuocum, probatur a contrario concreto, id eſt, ab iniuſto, ex quo ſic argumentatur: *Si vocabulum iniuſti eſt homonymon.* Igitur *etiam vocabulum iuſti erit ὁμώνυμον*, iuxta regulam Dialecticorum, quæ eſt in lib. 1. Topic. vbi dicitur, *ſi vnum contrariorum eſt æquiuocum.* Igitur *etiam alterum erit æquiuocum.* Sed *vocabulum iniuſti eſt æquiuocum.* Ergo *etiam vocabulum iuſti tale erit.* Quod ſi vero iuſtum & iniuſtum ſunt æquiuoca: etiam iuſtitia & iniuſtitia erunt vocabula æquiuoca, iuxta alteram regulam Dialecticorum, quæ eſt apud Ariſtotelem *in lib. 1. Topic.* qua dicitur: *Si vnum coniugatorum eſt æquiuocum, etiam reliqua ſunt æquiuoca. Iuſtus autem & iuſtitia: item iniuſtus & iniuſtitia ſunt coniugata.* Ergo *ſi vnum ex illis eſt æquiuocum,* reli-

reliqua quoq; erunt aequiuoca. Notanda etiam est in hoc loco ex verbis Aristotelis hæc distinctio, quod nimirum verborum homonymia siue æquiuocatio est duplex: Vel est Manifesta & aperta, quando vocabulum aliquod significat res specie differentes, vt vocabulum *canis* proprie significat animal quadrupes latrabile: deinde significat impudicum aut infidum: tertio significat sydus cœleste, vnde *dies caniculares* appellantur. Hæ tres res plane inter se sunt differentes, & propterea homonymia est aperta. Cuius Aristoteles exemplum ponit primum κλεὶς clauis, δὶς, quod vocabulum etiam duas res plane diuersas significat: primum instrumentum ferreum, quo aperiuntur ianuæ: deinde os ceruicis prope iugulum, quo ossa humerorum vel scapularum coniunguntur. Vel ὁμωνυμία est Obscura & latens, quando vocabulum significat quidem res diuersas: sed tamen, quæ magnam inter se habent cognationem, vt non facile possint a quouis discerni. Exempli gratia: parsimonia aliquando significat frugalitatem, aliquando auaritiam, πλεονεξίαν: ita calliditas aliquando significat solertiam & acumen ingenii, aliquando vero ponitur pro versutia & fraudulentia.

Æquiuocatio verborũ duplex.

Manifesta.

Occulta.

F εἰλήφθω δή, ὁ ἄδικ☉.) Hactenus in hac tertia parte huius cap. ostendit, vocabulum iustitiæ esse ὁμώνυμον, æquiuocum, & propterea posse diuidi. Iam declarat ipsam ὁμωνυμίαν, eamq; inuestigat in contrario concreto, nempe in iniusto. Nam quot modis iniustus dicitur, tot modis etiam dicitur iustus: & quot modis dicitur iniustus, tot modis etiam dicitur iniustitia, & totidem modis ipsa iustitia. Contrariorum enim & coniugatorum, quod ad significata attinet, eadem est ratio. Iniustus autem duobus modis dicitur: primum generatim seu vniuersaliter, is dicitur iniustus, *qui legum est transgressor, seu, qui peccat contra aliquam legem, propterea quod non tribuit legi eam obedientiam, quæ ei debetur:* deinde iniustus dicitur specialiter seu particulariter is, *qui inæqualis & iniquus distributor est externorum bonorum, eoq; modo vni plus, alteri minus, quam eis debetur, distribuit.* Qui primo modo est iniustus, nominatur παράνομος, id est, *legum transgressor.* Qui altero modo est iniustus, nominatur

Iniustus generaliter quis.

Specialiter quis.

ἄνισος, *inæqualis seu iniquus.* Vocatur etiam πλεονέκτης, *plura possidens seu appetens, quam ipsi debentur.* Eodem modo iustus dicitur vel vniuersaliter, & in genere is, qui legum est obseruans, ab Aristotele dicitur νόμιμος: vel particulariter is, qui est æqualis, siue æquus in distributione & commutatione bonorum, qui nimirum tantum vnicuiq; tribuit, quantum ei debetur. Ab Aristotele in hoc loco nominatur ἴσος, *æqualis, seu amans æqualitatem & æquitatem in distribuendis bonis.* Ex hac duplici significatione iusti & iniusti colligitur etiam duplex iustitia, quarum vna dicitur vniuersalis, altera particularis. Vniuersalis iustitia est *obedientia erga omnes leges,* & ideo dicitur vniuersalis, *quia complectitur sub se omnes virtutes, de quibus leges vniuersaliter præcipiunt.* Ab Aristotele nominatur νόμιμος δικαιοσύνη, id est, quasi *legalis iustitia.* Particularis iustitia est *virtus, quæ seruat iustam æqualitatem in distributione & commutatione bonorum vel malorum.* Hæc ideo dicitur particularis, quia solum spectatur in externarum rerum distributione aut commutatione respectu eius, erga quem exercetur. Vocatur hoc loco ab Aristotele ἰσότης, id est, æqualitas: quia seruat æqualitatem in dando. Eodem modo etiam iniustitia est duplex, vel vniuersalis, vel particularis. Vniuersalis iniustitia est trangressio & violatio quarumcunque legum, & nominatur παρανομία. Quicunque contra legem aliquam peccat, is est iniustus, quemadmodum Apostolus Paulus ad Romanos cap. 1. *omnem legis transgressionem* vocat ἀδικίαν, *iniustitiam.* Et Diuus Ioannes in sua Epistola, *peccatum esse ἀνομίαν,* id est, *legis transgressionem.* Particularis iniustitia est vitium, quo in distributione & commutatione externorum bonorum violatur iustitia, id est, æqualitas, & vocatur ἀνισότης, id est, *inæqualitas.* Item, πλεονεξία, id est, *plura habendi cupiditas.*

Iustus generaliter quis. *Iustus specialiter.* *Iustitia vniuersalis.* *Iustitia particularis.* *Iniustitia vniuersalis.* *Particularis.*

Obiectū iustitiæ.

Ex hac distributione vtriusque iustitiæ etiam intelligitur, quod sit obiectum, siue materia huius virtutis. Nam vniuersalis iustitia versatur circa actiones omnium virtutum: particularis autem iustitia versatur solum circa distributionem & commutationem exter-

norum

norum bonorum vel malorum, quæ subiecta sunt fortunæ, &c, vt Aristoteles inquit, in quibus locum habet *εὐτυχία, secunda & aduersa fortuna.* Nam in illis expetendis possumus modum excedere, & peccare, & effici iniusti. Itaque iustitia non seruatur circa bona animi: partim, quia in illis expetendis non possumus peccare: partim, quia ea non possumus aliis ita distribuere, vt propterea efficiamur iniusti.

Sed hic notandum est, bona externa dupliciter considerari: vel *ἁπλῶς, simpliciter*, & tunc semper per se, & sua natura sunt & dicuntur bona, quatenus nimirum sunt a Deo optimo maximo in vsum hominum creata, eisque concessa. Vel considerantur respectu hominum, qui ea expetunt, & tunc non semper & simpliciter, neque omnibus sunt bona: sed quodammodo *ἀδιάφορα, neutra*, nec bona, nec mala, nisi quatenus homines vel bene, vel male illis vtuntur, bonis & legitimis, vel malis & illicitis mediis ea assequuntur. Etenim talia bona sæpe exsistunt noxia & mala iis, qui illis abutuntur. In his ergo bonis externis, qui tantum sibi tribuit vel aliis, quantum illis debetur, dicitur iustus: qui vero plus minusve sibi aut aliis tribuit, ille dicitur iniustus, *ἄδικος* & *πλεονέκτης*, plura habens & possidens, quam ei debentur. Quod si quis vero obiiciat, *homines interdum in distributione malorum sibi ipsis minorem partem de illis tribuere, quam aliis, atque ideo non esse πλεονέκτας nominandos.* Ad hoc respondet Aristoteles, eum, qui minus mali sibi tribuit, quam aliis etiam esse *πλεονέκτην* nominandum, quia quod minus malum est, habet rationem boni: itaq; quatenus minus habet de malis, quam alii, eatenus etiam plus bonum, quam alii: & propterea recte possit *πλεονέκτης* nominari.

Bona dupliciter consideranda.

Obiectio. Solutio.

G *ὁ περὶ δὲ ὁ παράνομος.*) Hæc est quarta pars capitis, in qua explicatur primum membrum diuisionis, nempe de iustitia vniuersali. Sunt autem hic tria obseruanda: primum, *quid sit iustitia vniuersalis:* deinde, *qualis ea sit virtus*, id est, *quæ sit eius dignitas & præstantia:* tertio, *quomodo a virtute morali differat.* De primo, iu-

Iustitia vniuersalis quid.

stitia vniuersalis est virtus, *per quam obedientiam præstamus omnibus legibus, idq; in eum finem, vt & publica vtilitas promoueatur, & politica seu ciuilis societas inter homines conseruetur*: vel, vt breuius dicatur: *Iustitia vniuersalis est obedientia erga omnes leges in ciuili societate.* Plato in lib. 4. de Repub. eam sic definit: *Iustitia est ἁρμονία & consensio trium virium animæ, per quam duæ inferiores potentiæ obtemperant superiori. Ex qua harmonia & consensione trium potentiarum animæ exsistunt homines iusti, fortes, temperantes, mansueti, & aliis virtutibus præditi.* Hæc iustitia dicitur vniuersalis, quia complectitur sub se omnes virtutes, dicitur esse νόμιμος, id est, *legalis*, quia se extendit ad omnes leges, in quibus virtutum præcepta continentur, quia leges nihil aliud sunt, quam præcepta virtutum. Hanc vniuersalem iustitiam etiam Iurisconsulti intelligunt, quando omnia iuris præcepta referuant ad hæc tria capita: *honeste viuere, neminem lædere, ius suum cuiq; tribuere*: quorum duo prima præcepta proprie pertinent ad vniuersalem iustitiam: tertium autem pertinet ad particularem iustitiam. Quod vero vniuersalis iustitia sese extendat ad omnes virtutes & leges, probat Aristoteles quatuor rationibus: Prima sumitur a contrario, *si is, qui contra leges facit, est iniustus*: igitur *is, qui legibus obtemperat, est iustus.* Et per consequens *etiam ea, quæ legibus præcipiuntur, sunt iusta; & legum obseruatio est quædam iustitia.* Altera ratio sumitur ex definitione facultatis ferendarum legum, quæ νομοθετικὴ dicitur. Nam ἡ νομοθετικὴ nihil aliud est, quam scientia iusti & iniusti. Ex quo sequitur, quod ea, quæ legibus præcipiuntur, sint iusta: quæ autem legibus prohibentur, sunt iniusta. Notandum vero est, quod Aristoteles hoc in loco dicit, *omnia legitima esse aliquo modo iusta*: quibus verbis indicare vult, non omnia simpliciter esse iusta, quæ legibus percipiũtur, propterea quod interdum quædam leges sunt malæ & vitiosæ, quæ, vt Cicero inquit, ne quidem deuia sunt nominandæ. Nam in vitiosis formis Rerumpub. veluti in tyrannide, aut in vitiosa δημοκρατίᾳ interdum quædam leges feruntur, quæ non per omnia sunt iustæ, sed tantum accommodatæ arbitrio & voluntati vel tyrannorum, vel aliorum, quæ per

Cur dicatur vniuersalis.

vim

vim leges illas suis subditis obtundunt, quas obseruant: dicuntur quidem esse boni ciues, quatenus obedientiam suis subditis præstant, sed tamen possunt boni viri nominari, quemadmodum etiam in sequenti capite Aristoteles ait, non omnem bonum ciuem, etiam bonum virum posse nominari. Et *in lib. 3. polit. cap. 7.* inquit, *in sola ἀριστοκρατίᾳ aliquem posse simul & bonum ciuem & bonum virum nominari.* Eo modo, Cicero in lib. 2. de legib. affirmat, *multa sæpe perniciose & pestifere legibus sanciri populis, quæ non magis legis nomen habent, quam si latores aliquas concessu suo sanxerint.* Et in Epistola ad Lentulum ait, *aliud esse ciuem bonum & virum bonum.* Et propter hanc caussam Aristoteles hoc loco vtitur ista particula *quando*, aliquo modo ostendens, non simpliciter esse iusta omnia ea, quæ legibus sunt præcepta. Tertia ratio sumitur a fine legum & virtutum: Est enim vtrobique idem finis, nempe publica vtilitas, salus atq; conseruatio ciuilis societatis inter homines: publica autem vtilitas consideratur vel respectu vnius, qui legitimum habet imperium, vt *in regno*: vel respectu paucorum, qui habent imperium, vt *olychargia*: vel respectu omnium, vt *in democratia.* Hi autem, qui imperium habent in alios, & potestatem ferendi leges, vel habent illud imperium propter quandam excellentiam virtutis, auctoritatis, aut beneficiorum, quæ in alios contulerunt, vt *in regno & aristocratia*: vel habent illud imperium propter diuitias, nobilitatem, aut potentiam, vt *in olychargia*: vel propter libertatem & æqualitatem iuris, vt *in democratia.* Quarta ratio sumitur ab exemplis, quibus ostendit, leges de omnibus virtutibus præcepta dare: etenim de fortitudine præcipiunt, non deferendam esse aciem, non abiicienda esse arma, quemlibet ciuem debere fortiter iura, leges, libertatem & religionem patriæ suæ defendere: de temperantia præcipiunt, cauendam esse ebrietatem, sobrie & caste esse viuendum, & sic de ceteris virtutibus leges officia præscribunt, quæ cuilibet sunt præstanda, qui propter virtutem velit laudari. Sunt autem duplicia legum præcepta: alia sunt *Affirmatiua*, quæ iubent, quæ facienda sunt: alia sunt *Negatiua*, quæ prohibent vitia. Vnde a

Vtilitas publica quot modis consideretur.

Legũ præcepta duplicia.

Cicerone in lib. 2. de legib. *Lex definitur, quod sit ratio apta ad iubendum & ad vetandum*: & in lib. 1. de legib. inquit: *Lex est summa ratio, insita in natura, quæ iubet ea, quæ sunt facienda, prohibetq; contraria.* Vbi notandum est, triplicem esse finem nostrarum actionum: Primus & principalis finis debet esse gloria Dei, quemadmodum Paulus 1. ad Corinth. 10. ait: *Omnia ad gloriam Dei facite.* Et Christus, Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificetur pater vester, qui est in cœlis.* Alter est communis & politicus, nimirum, vt omnia referantur ad publicam pacem & tranquillitatem, & ad conseruandam ciuilem societatem. Tertius est priuatus, pertinens ad nos ipsos & nostros. Nam honeste viuere, & legibus obtemperare, etiam priuatim singulis est vtile. Ex his iam dictis facile intelligi potest, quam prudenter & necessario Aristoteles præter iustitiam particularem, qua vnicuique suum tribuimus, etiam constituerit quandam iustitiam vniuersalem, quæ ad omnes & virtutes & leges extenditur, nimirum, vt ostenderet virtutum actiones, non tantum ad priuatum nostrum vsum & finem referendas esse, sed etiam ad publicam vtilitatem, & politicam societatem, quæ maxime ex eo pendet, si homines secundum virtutem inter se viuunt & agunt. Atque hunc communem finem respicit vniuersalis iustitia, quam in omnium virtutum actionibus spectare debent homines. Exempli gratia, non modo ideo temperanter & sobrie viuendum, quia priuatim prodest cuique naturæ & valetudini, neque ideo tantum fortiter pugnandum est, quia priuatam inde laudem & gloriam comparamus: sed quia hoc postulat honestas publica & vtilitas, etiam pax & tranquillitas, quæ non potest seruari in vita scelerata & intemperante: quemadmodum experientia ipsa testatur sæpe propter vnius aut paucorum improbitatem, scelera & flagitia, integras Respublicas & ciuitates turbari & labefactari, & euerti. Sicut Catilinæ improbitas totam Rempublicam Romanam turbauit. Et Hesiodus: *Sæpe propter vnius hominis culpam tantam ciuitatem*

Lex quid.

Actionũ triplex finis.

nitatem luere pœnas. Atque hunc publicum & politicum finem Philosophi, tanquam principalem finem actionum humanarum statuere, in eoque hominis beatitudinem positam esse, existimarunt. Verum nos Christiani ex sacris literis edocti adhuc vlterius adscendere debemus, nempe ad eum finem, quem primo loco proposuimus, videlicet, vt omnes actiones ad gloriam Dei referamus, quod ipsum eleganter Lutherus in explicatione Decalogi indicat, cum in singulis præceptis semper repetat hæc verba, *debemus Deum timere & diligere, ne hoc vel illud faciamus*, id est, *ne habeamus Deos alienos: ne per nomen eius iuremus, ne occidamus, aut adulteremus, aut furemur:* quasi diceret, *ideo præcepta Dei in actionibus nostris sunt obseruanda, vt Deo reddamus debitum cultum & obseruantiam, & vt ille per nostras actiones glorificetur.*

Η *αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη.)* Post definitionem vniuersalis iustitiæ accedit hoc loco ad explicandam eius excellentiam & præstantiam, quam describit septem notis siue proprietatibus: quarum prima est, *quia est virtus perfecta, τελεία ἀρετή.* Secunda, *quia est præstantissima.* Tertia, *quia est pulcerrima.* Quarta, *quia est communissime & latissime patens.* Quinta, *quia accommodata est societati ciuili.* Sexta, *quia efficit virum optimum.* Septima, *quia non est pars virtutis, sed vniuersa virtus.* Quod ad primam notam attinet, iustitia vniuersalis dicitur esse virtus perfecta, *ἀρετὴ τελεία*, propter duas caussas: Prima, *quia sub se complectitur omnes leges:* & per consequens, *omnium virtutum præcepta, quæ in legibus continentur, propter quam caussam etiam is, qui hac virtute præditus est, dicitur esse perfecte vir bonus*, vt ait Aristoteles *lib. 1. magnorum moralium, cap. 32.* Deinde, ideo dicitur perfecta virtus, quia ostendit *verum vsum virtutis, quo pacto non solum quisque erga seipsum recte debeat esse affectus: sed etiam, quomodo erga alterum debeat sua virtute recte vti: non enim satis est, vt quo ad nos ipsos bene habeamus, sed debemus etiam nostra virtute, & nostris actionibus, totaq; vita aliis prodesse.* Neque enim, vt Plato inquit,

Iustitiæ vniuersalis notæ.

1. Cur dicatur perfecta.

solum nobis nati sumus, sed etiam partem aliquam nostri ortus sibi vendicat patria, parentes, liberi, agnati, & omnes, qui eiusdem nobiscum sunt ciuitatis. Altera nota est, quod dicitur, esse ἀρετὴ κρατίστη, *virtus optima & præstantissima*, quia ipsius proprius effectus est tueri & conseruare politicam societatem: qua in hac vita post religionem veram nihil habemus præstantius. Ideo Plato lib. 4. de Repub. eam inter quatuor virtutes supremo loco collocat, propterea, quod, qui ea præditus est, etiam ceteras virtutes videtur habere, quemadmodum in quarta nota dicitur. Tertia est, quod nominatur ἀρετὴ καλλίστη, *pulcerrima virtus*, quod Aristoteles ostendit comparatione. Comparat enim Hespero & Lucifero, quæ stella omnium lucidissima mane antecedens ortum Solis, & vesperi subsequens Solis occasum. Vnde etiam in carmine de Lyaco, de quo suprà *lib. 1. cap. 8.* dictũ est, scribitur, τὸ δικαιότατον κάλλιστον εἶναι, id est, *quod iustissimum est, esse pulcerrimum.* Et Plato in Gorgia ait, *omne iustum esse pulcrum.* Et apud Athenæum lib. 2. iustitia dicitur habere χρύσεον πρόσωπον καὶ χρύσεον ὄμμα, id est, *aureum vultum & aureum oculum: ita vt aurum est pulcerrimum & splendidissimum inter reliqua metalla: ita iustitia sit pulcerrima inter omnes alias virtutes.* Quarta nota est, quia iustitia vniuersalis latissime patet. *Bonum autem, quo latius patet, & diffunditur in plures, eo etiam est præstantius.* Propter quam caussam dicitur Deus, *summum & præstantissimum bonum, quia eius bonitas per omnes creaturas est diffusa, adeo, vt quicquid bonum est, ab eo solo suam habeat originem.* Quod autem vniuersalis iustitia latissime pateat, probat Aristoteles testimonio Theognidis, qui dixit, *Iustitia in sese virtutes continet omnes.* Et a Pythagoræis nominatur *mater & nutrix omnium virtutum.* Et Aristoteles in lib. 3. politicorum cap. 8. inquit, *vbi est iustitia, ibi necesse est, omnes sequi virtutes.* Propter quam caussam etiam apud Stobæum dicitur, esse συναγωγὴ τῶν ἀρετῶν, quasi *congregatio & coaceruatio omnium virtutum.* Quinta nota est, quod iustitia est virtus κοινωνικὴ πρὸς ἕτερον, quasi *suas actiones communicat cum aliis:* neque enim potest aliquis priuatim solus & erga seipsum iustitiam exercere: sed

II. Cur optima.

III. Cur pulcerrima.

IV. Cur late pateat.

V. Cur aliis suas actiones communicet.

ſed neceſſe eſt, vt erga alterum ſuam iuſtitiam exerceat in externorum bonorum diſtributione, vel commutatione. Nam per iuſtitiam aliis debemus eſſe vtiles. Ideoque dicitur, eſſe ἀγαθὸν πρὸς ἕτερον καὶ ἀλλότριον, id eſt, *bonum, quod alteri communicatur, & non eſt proprium eius, a quo proficiſcitur, ſed alterius, cui communicatur.* Vbi Ariſtoteles dicit, *virum iuſtum agere ea, quæ alteri ſunt vtilia.* Et infra in cap. 6. *vir iuſtus ὁ δίκαιος & alteri laborat*, id eſt, *ſeruit non ſibi, ſiue ſit in magiſtratu conſtitutus, ſiue extra magiſtratum.* Nam cum eſt in magiſtratu, omnia ſua conſilia & actiones dirigit ad publicum, & commune ſuorum ſubditorum bonum: ſi vero eſt extra magiſtratum, tum omnes actiones ſuas refert ad vtilitatem principis ſui & magiſtratus, cui eſt ſubiectus. Et hoc modo intelligenda ſunt hæc verba Ariſtotelis, cum ait, *virum iuſtum agere ea, quæ ſunt vtilia, vel principi, vel communi bono, κοινῷ.* Quod autem iuſtitia ſuas actiones ad alterius commodum dirigat, teſtatur etiam Cicero lib. 2 de Repub. cum ait, *Iuſtitia foras ſpectat, vt & totam ſe ad alienas vtilitates porrigit & explicat.* Ideo Euripides ait, *virum iuſtum non ſibi, ſed aliis videri eſſe natum, nempe illis, quibus ſua iuſtitia cupit prodeſſe.* Propter hanc cauſſam Ariſtoteles lib. 3. politic. cap. 8. *iuſtitiam eſſe*, dicit, ἀρετὴν κοινωνικήν. Ideoque accommodatam πρὸς κοινωνίαν πολιτικήν, *ad ciuilem & communem ſocietatem adminiſtrandam & conſeruandum:* quia oſtendit, quo pacto in adminiſtratione Reipublicæ, & in publicis negotiis gerendis recte & integre ſit verſandum. Nam in illis præcipue cognoſcitur & perſpicitur viri alicuius virtus, quemadmodum Bias, vnus ex ſeptem ſapientibus Græcis dixit, ἡ ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσι, id eſt, *magiſtratus virum indicat.* Multi enim in priuata quidem vita & ſuis negotiis poſſunt celare & occultare ſuos defectus & ſua vitia. Quando vero ad publica negotia adminiſtranda adhibentur, tum demum ſeipſos produnt, & ſæpenumero longe alii apparent, quam antea eſſe putabantur: vnde prouerbium natum, *honores mutant mores.* De qua re Chryſoſtomus eleganter in Dialogo ſic ſcribit: *Homines priuatam & tranquillam vitam agentes, nullisque aliis negotiis implicati, poſſunt te-*

gere suas infirmitates, sed in medium producti coguntur sensus animorum, qui antea latebant, in lucem adspectumque praeferre. Gubernatio enim hominem ex tenebris eductum in clara luce collocat, & quicquid est consiliorum & affectuum in corde, id omne aperit & patefacit. Quod enim Iureconsultus eleganti similitudine declarat, *quemadmodum vas aliquod integrum sit, nec ne, non potest cognosci, nisi aqua infundatur: ita, qualis quisque sit, sine magistratu nullo modo perspicitur.* Et Sophocles in Antigone inquit, *nullius pectus potest introspici, priusquam magistratum gesserit.* Sexta nota praestantiae & dignitatis iustitiae vniuersalis est, *quia efficit virum optimum*, ἄριστον: quia iustitia haec non vnam solum, sed omnes virtutes complectitur: necesse est autem, eum esse optimum, in quo sunt omnes virtutes. Hanc notam Aristoteles probat a contrario, quoniam iniustitia efficit virum pessimum, κάκιστον, qui non solum erga se, sed etiam erga alios est improbus. Postrema nota est, quia iustitia vniuersalis non est tantum pars aut species aliqua virtutis, quemadmodum sunt reliquae virtutes, de quibus in praecedentibus libris est explicatum: sed est ὅλη ἀρετὴ, vniuersa virtus, quod Aristoteles etiam ostendit a contrario: quia iniustitia est vniuersa improbitas, ὅλη κακία. Etsi autem iustitia vniuersalis in vniuerso genere considerata, videatur eadem esse cum virtute morali in genere considerata: tamen differt a generali virtute τῷ λόγῳ, id est, definitione. Nam iustitia vniuersalis definitur & consideratur respectu eius, erga quem exercetur. Quemadmodum antea dictum est, iustitiam referri πρὸς ἕτερον. Virtus autem moralis definitur & consideratur seorsim per se, ratione nimirum eius, qui illo habitu est praeditus, & non respectu alterius: vel, vt breuius dicatur, refertur ad habentem, id est, ad eum, qui ea est praeditus. Iustitia autem vniuersalis refertur ad alterum, erga quem exercetur.

6. Cur efficiat virum optimum.

7. Cur dicatur vniuersa virtus esse.

CAP.

CAP. 2.

Quærimus autem, quæ quidem in parte virtutis est, iustitiam: est enim quædam, vt dicimus. similiter & de iniustitia, quæ ex parte est. quod autẽ sit, argumẽto est, quod qui aliis vitiositatibus operatur, iniuste quidem agat, nihilo tamẽ alios fraudet: vt qui abiicit scutum per ignauiam, aut conuitiatur per atrocitatem, aut per auaritiam pecuniis non iuuit. at cum sæpe fraudat alios, nullo talium, sed neq; vniuersis, at prauitate tamen quadam agit (nam eum vituperamus) atque iniustitia. Est igitur alia quædam iniustitia, quæ velut pars est vniuersæ, & iniuria quædam, quæ in parte est iniuriæ vniuersæ, quæ legem violat. adde quod si alius quidem lucrãdi caussa mœchetur, insuperq; accipiat, alius vero tribuat, damnoq; afficiatur ob cupiditatem, hic sane intemperans magis esse videbitur, quam fraudator: ille autem iniustus, & non intemperans. constat igitur, quod lucrandi caussa id facit. Præterea in aliis omnibus iniustis factis, ad quandam prauitatem semper relatio fit: vt si mœchatus est, ad intemperantiam: si socium in acie deseruit, ad ignauiam: si verberauit, ad iram. at si lucratus est, ad nullum vitium, nisi ad

ΚΕΦ. β'.

Ζητοῦμεν δέ γε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην. ἔστι γάρ τις, ὡς φαμέν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος. σημεῖον δ' ὅτι ἐστί. κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν, ἀδικεῖ μέν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν· οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν· ἢ ὁ κακῶς εἰπών, διὰ χαλεπότητα· ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι, δι' ἀνελευθερίαν. ὅταν δὲ πλεονεκτῇ πολλάκις, κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ πάσας, κατὰ πονηρίαν δέ τινά· ψέγομεν γάρ· καὶ κατ' ἀδικίαν. ἔστιν ἄρα γέ τις ἄλλη ἀδικία, ὡς μέρος τῆς ὅλης, καὶ ἄδικόν τι ἐν μέρει τοῦ ὅλου ἀδίκου, τοῦ παρὰ τὸν νόμον. ἔτι εἰ ὁ μὲν τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύοι καὶ προσλαμβάνοι, ὁ δὲ προστιθεὶς καὶ ζημιούμενος δι' ἐπιθυμίαν, οὗτος μὲν ἀκόλαστος δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτης, ἐκεῖνος δ' ἄδικος, ἀκόλαστος δ' οὔ. δῆλον ἄρα ὅτι διὰ τὸ κερδαίνειν. ἔτι περὶ μὲν τἆλλα πάντα ἀδικήματα γίνεται ἡ ἐπαναφορὰ ἐπί τινα μοχθηρίαν αἰεί· οἷον εἰ ἐμοίχευσεν, ἐπ' ἀκολασίαν· εἰ ἐγκατέλιπε τὸν παραστάτην, ἐπὶ δειλίαν· εἰ δὲ ἐπάταξεν, ἐπὶ ὀργήν. εἰ δ' ἐκέρδανεν, ἐπ' οὐδεμίαν μοχθηρίαν, ἀλλ' ἢ ἐπ'

ἀδικίαν. ὥστε φανερὸν ὅτι ἐστί τις ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην, ἄλλη ἐν μέρει συνώνυμος· ὅτι ὁ ὁρισμὸς ἐν τῷ αὐτῷ γένει. ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἕτερον ἔχουσι τὴν δύναμιν· ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τιμὴν, ἢ χρήματα, ἢ σωτηρίαν, ἢ εἴ τινι ἔχοιμεν ἑνὶ ὀνόματι περιλαβεῖν ταῦτα πάντα, καὶ δι' ἡδονὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους· ἡ δὲ περὶ ἅπαντα περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος. ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ δικαιοσύναι πλείους, καὶ ἐστί τις καὶ ἑτέρα παρὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν, δῆλον· τίς δὲ καὶ ποία τις, ληπτέον. διώρισται δὴ τὸ ἄδικον, τό, τε παράνομον καὶ τὸ ἄνισον· τὸ δὲ δίκαιον, τό τε νόμιμον καὶ τὸ ἴσον. κατὰ μὲν οὖν τὸ παράνομον, ἡ πρότερον εἰρημένη ἀδικία ἐστίν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον οὐ ταυτὸν, ἀλλ' ἕτερον, ὡς μέρος πρὸς ὅλον· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἅπαν ἄνισον, τὸ δ' ἄνισον οὐ πᾶν πλέον· καὶ τὸ ἄδικον καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταυτὰ, ἀλλ' ἕτερα ἐκείνων· τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δ' ὡς ὅλα. μέρος γὰρ αὕτη ἡ ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης, ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας λεκτέον, καὶ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου ὡσαύτως. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν τεταγμένη δικαιοσύνη καὶ ἀδικία, ἡ μὲν τῆς ὅλης ἀρετῆς οὖσα χρῆσις πρὸς ἄλλον, ἡ δὲ τῆς κακίας,

B

iniustitiam. Quare perspicuum est, esse iniustitiam quandam praeter totam aliam in parte synonymam: quod in eodem genere sit definitio. Vtraque enim ad alterum vim habet: sed haec in honore, aut pecuniis, aut salute, aut si nomine aliquo vno possent comprehendi, in iis omnibus versatur, & ob voluptatem e lucro: illa autem in omnibus, in quibus probus. Esse igitur iustitias plures, atque quandam & aliam a tota virtute, patet: quae autem ea sit, & qualis, sumendum est. Definitum ergo fuit, iniuriam esse legis violationem & iniquitatem: ius vero, & legi parere, & aequitatem. Itaque ex legis violatione iniustitia, quã prius dixi, existit. at quia iniquitas & plus non est idem, sed aliud, vt pars ad totum (quod enim plus est, omne iniquum est, non omne autem iniquum plus est) iniuria quoque & iniustitia non eadem, sed ab illis aliae: atque haec vt partes, illae vt tota. Haec enim iniustitia totius iniustitiae pars est, & iustitia iustitiae similiter. Quare etiam de iustitia in parte & iniustitia dicendum est, de iure item & iniuria. Ea igitur, quae ex tota virtute constituta est iustitia, & iniustitia, quarum altera totius virtutis vsus est ad alium, altera vitii,

omit-

omittatur: ius quoque & iniuria, quæ ex his dependent, quomodo definienda sint, manifestum est. Pleraq; enim legitima ea fere sunt, quæ ex tota virtute geruntur. nam lex ex vnaquaque virtute viuere iubet, & ex vnoquoque vitio prohibet. Efficientia autem totius virtutis ea sunt legitima, quæ legibus de institutione in commune sancita sunt: quæ vero de singulorum institutione, qua simpliciter vir bonus euadit, ciuilisne sit facultatis, an alterius, postea definiendum. non enim idem fortasse est, virum aliquem esse bonum, & ciuem omnem. Iustitiæ igitur ex parte, iurisque eius, vna quidem species est, quæ in distributionibus, aut honoris, aut pecuniarum, aut aliarum rerum consistit, quæ diuidua sunt eiusdem ciuitatis participibus. In his enim euenit, vt alter alterius & non æquam & æquam habeat portionem. altera vero quæ in commerciis emendandis versatur. Eius autẽ duæ sunt partes. nam ex commerciis alia sunt voluntaria, alia inuoluntaria. voluntaria eiusmodi sunt: vt venditio, emtio, mutatio, sponsio, vsura, depositio, cõductio. quæ voluntaria dicuntur, quia principium commerciorum voluntarium est. ex inuoluntariis autẽ clandestina alia sunt, vt furtum, adulterium, veneficium,

ἀφείσθω· καὶ τὸ δίκαιον δὲ καὶ τὸ ἄδικον τὸ κατὰ ταύτας, φανερὸν ὡς διοριστέον. σχεδὸν γὰρ τὰ πολλὰ τῶν νομίμων τὰ ἀπὸ τῆς ὅλης ἀρετῆς πραττόμενά ἐστι· καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν, καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος. τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὅλης ἀρετῆς ἐστὶ τῶν νομίμων, ὅσα νενομοθέτηται περὶ παιδείαν τὴν πρὸς τὸ κοινόν. περὶ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον παιδείας, καθ' ἣν ἁπλῶς ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι, πότερον τῆς πολιτικῆς ἐστὶν, ἢ ἑτέρας, ὕστερον διοριστέον· οὐ γὰρ ἴσως ταὐτὸν ἀνδρί τ' ἀγαθῷ εἶναι, καὶ πολίτῃ παντί. τῆς

D

δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου, ἓν μέν ἐστιν εἶδος, τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς, ἢ τιμῆς, ἢ χρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων, ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας· ἐν τούτοις γάρ ἐστι καὶ ἄνισον ἔχειν, καὶ ἴσον ἕτερον ἑτέρου. ἓν δὲ τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν. τούτου δὲ μέρη δύο. τῶν γὰρ συναλλαγμάτων, τὰ μὲν ἑκούσιά ἐστι, τὰ δὲ ἀκούσια. ἑκούσια μὲν τὰ τοιάδε· οἷον πρᾶξις, ὠνή, δανεισμός, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις. ἑκούσια δὲ λέγεται, ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων, ἑκούσιος. τῶν δ' ἀκουσίων, τὰ μὲν λαθραῖα, οἷον κλοπή, μοιχεία, φαρμακεία,

προαγωγεία, δουλαπατεία, δολοφονία, ψευδομαρτυρία· τὰ δὲ βίαια, οἷον αἰκία, δεσμός, θάνατος, ἁρπαγή, πήρωσις, κακηγορία, προπηλακισμός.

lenocinium, seruorum seductio, dolosa cædes, falsa testificatio: alia violenta, ut flagellatio, vincula, mors, rapina, mutilatio, conuitium, ludibrium.

COMMENTATIONES.

De iustitia particulari.

A ζητοῦμεν δέ γε) In hoc cap. Aristoteles aggreditur explicationem iustitiæ particularis, quæ est propria huius libri materia. Nam de vniuersali iustitia non necesse plura amplius dicere: quia ea diffusa est per virtutes singulas de quibus in præcedentibus libris dictum est. Quod autem ad hoc caput attinet, tria præcipue in eo explicantur.

Iustitiam aliquam esse, quæ sit particularis, et diuersa ab vniuersali.

I. Arg.

Primo, *an sit aliqua iustitia particularis, quæ diuersa sit ab vniuersali iustitia, & a reliquis virtutibus, quæ sunt hactenus explicatæ.* deinde *quæ sit eius σχέσις, affectio & habitudo ad vniuersalem iustitiam.* Tertio *quotuplex sit particularis iustitia.* De primo, quod sit aliqua particularis iustitia diuersa ab vniuersali probatur ex eius contrario tanquam notiore, nempe ab iniustitia. idq; tribus argumentis. Primum est tale: *Si datur iniustitia particularis, quæ diuersa est ab vniuersali iniustitia:* Igitur *etiam concedenda erit iustitia particularis, quæ diuersa est ab vniuersali, quia cótrariorum eadem est ratio:* Sed *est aliqua iniustitia particularis, quæ diuersa est ab vniuersali:* Igitur *erit etiam aliqua iustitia particularis, quæ diuersa est ab vniuersali.* Minor seu assumtio probatur ex loco differentium. *Nam hæc duo, nimirum παρανομία, legum transgressio, quæ pertinet ad vniuersalem iniustitiam, sicuti in præcedenti cap. est dictum, & πλεονεξία, quæ pertinet ad particularem iniustitiam, sunt inter se diuersa.* Ergo *etiam iustitia vniuersalis diuersa est a particulari.* Antecedens declaratur exemplis, quia potest fieri vt aliquis sit *παράνομος, legis alicuius transgressor,* qui tamen non potest dici *πλεονέκτης,* id est, *particulariter iniustus.*

Exempli gratia: Homo intemperans transgreditur leges temperantiæ & sobrietatis: ita homo timidus, qui

qui non fortiter defendit patriam; peccat contra leges suæ ciuitatis, quæ vnicuique ciui commendat patriæ defensionem. Sic homo auarus, qui egenti non succurrit, peccat contra leges caritatis. Hi & similes possunt quidem dici iniusti secundum vniuersalé iniustitiam, quatenus legibus non tribuunt eam obedientiam, quæ illis debetur, sed dici tamen non possunt particulariter iniusti, quæ tantum cernitur & consistit in mala & iniusta bonorum distributione, per quam alicui plus vel minus tribuitur, quam ei debetur. Cum igitur παρανομία aliud quid sit, quam πλεονεξία, vtraque dici potest iniustitia, illa vniuersalis quidem, hæc autem particularis. Ideo necesse est particularē iustitiam diuersam esse ab vniuersali.

Alterum argumētū sumitur ab exemplo parium, de quibus, *vt Dialectici aiunt*, idē debet esse iudiciū. *Si iniustitia vniuersalis eadem esset cum particulari iniustitia, tum omnes, qui iniuste agerent, eodem modo & propter eandem caussam dicendi essent iniusti.* Sed *non omnes, qui iniuste agunt: eodē modo, & propter eandem caussam dicuntur esse iniusti.* Igitur *iniustitia particularis nō est eadem cum vniuersali.* Assumtio probatur exemplo. *Si duo adulterium cōmittunt, quorum vnus facit hoc propter præmium & mercedem aliquam, alius autem facit hoc tantum explendæ libidinis gratia, vterq; quidem facit, quod est iniustum, & propterea potest dici iniustus, sed non eodem modo, neq; propter eandem caussam. Prior enim dicitur iniustus secūdum particularem iniustitiam, nempe propter πλεονεξίαν, vt plus aliquis inde habeat: posterior vero dicitur iniustus propter vniuersalem iniustitiam, quatenus peccat contra leges temperantiæ & castitatis.*

II. Argumentum.

Tertium argumentum. *Si πλεονεξία, cupiditas plura habendi, quæ est particularis iniustitia, eadem esset cum παρανομία legum transgressione, quæ est vniuersalis iniustitia, tum posset πλεονεξία quoq; referri ad reliqua vitia moralia, de quibus hactenus est explicatū. Sed πλεονεξία nō potest ad illa vitia referri, sed est peculiare quoddam vitium, quod iustitiæ particulari opponitur.* Ergo *iniustitia particularis diuersa est ab iustitia vniuersali.* Quę q.in his trib. argumētis dicta sunt de iniustitia, eadē ēt de eius cōtrario, nēpe de iustitia sunt intelligenda, q a contrariorum eadem est ratio, ex quo concludit Aristot. id

III. Argumentum.

quod est in quæstione, quod nimirum *sit aliqua particularis Iustitia, quæ diuersa est ab vniuersali*, quod erat probandum. Vt enim vniuersalis iniustitia generatim dici potest de omnibus vitiis moralibus: particularis autem iniustitia tantum dici potest de iniqua bonorum distributione & commutatione. Ita etiam vniuersalis iustitia generatim dici potest de omnibus virtutum actionibus, particularis vero iustitia solum dici potest de æquali & iusta bonorum externorum distributione & commutatione, in quibus locum potest habere *κέρδος καὶ ζημία, lucrum & damnum*, ita, vt qui plus lucri & minus damni ex eiusmodi distributione & commutatione percipit, proprie & particulariter dicatur iniustus.

B Διώρισται δὴ τὸ ἄδικον) Hæc est altera pars cap. in qua Aristoteles comparat inter se vtramque iustitiam vniuersalem & particularem, qua comparatione ostendere vult, quomodo iustitia vniuersalis se habeat erga particularem. Summa autem huius constitutionis in eo cōsistit, *quod iustitia vniuersalis se habeat ad particularem, quemadmodum se habet totum ad partes.* Atque hoc rursum ostendit a contrario nempe ab iniustitia. Nam iniustitia vniuersalis est veluti totum, quia complectitur sub se omnia ea, quæ sunt *παράνομα*, id est, *contra leges*, id est, *omnia iniuste facta, quocunque alias nomine soleant appellari*. Particularis autem iniustitia non dicitur de omni iniusto facto, sed tantum de iniqua bonorum externorum distributione aut commutatione, in qua non seruata est iusta æqualitas pro ratione & dignitate, aut etiā æstimatione tam personarum, quam rerū, quæ distribuuntur aut inter se commutantur per quam iniquam distributionem vna pars habet plus, quā ei debetur, quod vocatur speciali nomine, *κέρδος* lucrum: altera vero pars habet minus, quam ei debetur, quod vocatur *ζημία damnum*. Vbicunque autem est plus vel minus lucrum vel damnum in distributione & commutatione rerū, ibi etiam est ἀνισότης inæqualitas, & propterea etiam iniuria & iniustitia. Eodem quoque modo iustitia vniuersalis se habet ad particularem, quemadmodum totum ad partem. Nam iustitia vniuersalis dicitur de omnibus actionibus quæ legibus & virtutibus sunt consentaneæ. Iusti-

Comparatio vniuersalis & particularis iustitiæ.

tia

tia autem particularis dicitur solum de iusta & æquali bonorum distributione & commutatione, in qua seruatur eiusmodi æqualitas, vt neutra pars possit dici habere plus vel minus, quā ei debetur. Ex hac mutua affectione iustitiæ vniuersalis & particularis ēt intelligitur iustitiā vniuersalem totius magis, quàm particularē, & ꝓpterea in consecutione habere naturā generis. Iustitiam a. particularem habere naturam speciei. Nam in consecutione sic possum⁹ dicere. *Omne iustum particulare, q ab Aristotele ἴσον, id est, æquale nominatur, etiam est iustū vniuersale, q vocatur νόμιμον legale. Non a. omne νόμιμον etiā est ἴσον æquale.* Ita ēt in contrario. *Omnis, qui particulariter est iniustus etiā pōt dici vniuersaliter iniustus, non a. omnis qui vniuersaliter est iniustus, ēt particulariter est iniustus.*

C ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν.) Hic locus continet ἀπόδιωξιν, reiectionē lōgioris explicationis & tractationis de iustitia vniuersali, cuius hæc ratio est. Quia eius natura p omnes virtutes morales est diffusa, *de quib. in præcedentib. libris hactenus est explicatū*. Nam iustitia vniuersalis, q̄ ēt legalis dicitur, nihil aliud est q̄ facere ea, q̄ legibus sunt præcepta, & omittere ea, q̄ legib. sunt prohibita. Præcipiūt a. leges ea q̄ sunt secundū virtutē, prohibent v. ea, quę sunt vitiosa & virtutib. cōtraria. Quia a. legū doctrina seu explicatio ꝓprie ꝑtinet ad τὴν πολιτικὴν scientiā ciuilē, & ad publicā disciplinam, atq; institutionē, qua docetur, qua pacto possit aliqs in republ. esse bonus ciuis. Hæc a. doctrina de morib. solū pertinet ad homines priuatos, qua docetur, quo pacto vnus qsq; priuatim per se possit esse vir bonus. Ideo doctrina & explicatio vniuersalis iustitiæ magis ꝑtinet ad publicā institutionē, & ad sciētiā politicā. Notādū est ergo in hoc loco, q q̄madmodū τὰ νόμιμα legitima sunt duplicia. Alia n. sunt publ. & Politica, q̄ cōmuniter ꝑtinēt ad oēs eiusmodi ciuitat. ciues. Alia a sunt Priuata & q. singularia, q̄ priuatim ad singulos ptinent. Ita ēt ἡ παιδεία, id est, *institutio & disciplina* est duplex, vna cōmunis & publica, qua omnes ciues eodē modo informantur & instituuntur in ciuitate, eum in finē, vt possint fieri boni ciues. Atq; hæc p̄cipue pertinet ad legū latores & ad scientiā politicā. Vocatur a. ab Arist. hoc loco παιδεία πρὸς τὸ κοινόν, i. e. *disciplina qua respicit cōmune bonum*

Iustitia legalis.

Legitima sunt duplicia.
Politica.
Priuata.
Institutio cōmunis.

& cõmunẽ honestatem, pacẽ & tranquillitatem ciuitatis. Altera a. παιδεία institutio seu disciplina est priuata, quà priuatim singuli ad virtutẽ & morũ honestatẽ erudiũtur, & nominatur hoc loco ἡ παιδεία καθ' ἕκαστον quasi *singularis institutio & disciplina.* Quemadmodũ a. publicæ disciplinæ scopus est efficere bonũ ciuem: ita ẽt priuatę disciplinæ scopus est efficere virũ bonũ. Itaq; πολιτικὴ & ἠθικὴ versantur circa idem subiectũ, nẽpe circa hominẽ virtutibus & bonis legib informandũ: sed tamen diuersus est scopus, & ipsa ethica debet præcedere, & prius singulorũ mores ad virtutem informare, vt postea ipsa politica, eo melius possit ex eodem homine quoq; efficere ciuem bonũ. Non n. vt Arist. dicit plane eadem sunt, esse ciuem bonũ, & esse virum bonũ, quia ciuis bonus dicitur respectu eius reipubl. in qua viuit, si legib. illius obtẽperat, licet interdũ leges sint vitiosę, vt in tyrannide & Olicharгia & δημοκρατίᾳ, in quibus interdum iniq leges feruntur, sed tamen ciuis bonus nominatur q illis obtẽperat. Vir a. bonus dicitur solũ, q bonis & honestis legib. obtẽperat. Ideo Arist *lib. 3 polit. cap. 3. & lib. 11. cap.* 7. dicit, non nisi in ἀριστοκρατίᾳ eundem esse posse ciuem bonum, & virũ bonum, qa in ἀριστοκρατίᾳ omnes leges referuntur ad honestatẽ & virtutem & publicam vtilitatem: non autem ad vnius solũ aut paucorum arbitrium & cõmodũ. Quod autem non eadem sint, esse bonũ virum & ciuem bonum ad Lentulum his verbis testatur. *Ego a repubI. sæpe postulaui, vt si quem ciuem bonum habuisset, etiam bonum virum esse pateretur.*

Diuisio Iustitiæ particularis.

Δ τῆς δὲ κατὰ μέρος.) Hæc est postrema huius cap. pars, quæ continet diuisionẽ iustitiæ particularis, cuius duas facit species. Vna dicitur διανεμητικὴ *distributiua*: altera συναλλακτικὴ *commutatiua*, & διορθωτικὴ, id est, *correctiua.*

I. Iustitia distributiua.

Iustitia distributiua est virtus, *qua rationem habet dignitatis personarum in distributione rerum tam bonarũ quam malarum, ita vt seruetur ea æqualitas, quæ cuiq. pro suo merito debetur.*

II. Commutatiua.

Commutatiua iustitia est virtus, *quæ in commutatione rerum seruat æqualitatem & corrigit inæqualitatem quæ est in rebus permutandis, propter quã caussam ẽt nominatur correctiua.* Quia n. res, q permutantur sunt diuersæ, & pleruumq; inæquales, ideo vt iusta possit fieri permu-

permutatio, necesse est, prius illam æqualitatem tollere, & quodammodo corrigere, vt in permutando neutri parti fiat iniuria, ne vna pars magis accipiat, quam dederit. Differunt hæ duæ species potissimum quatuor modis: Primum, ipsis actionibus, ταῖς ἐνεργείαις, quemadmodum patet ex illarum appellatione. Nam iustitiæ distributiuæ propria actio est, recte distribuere bona vel mala externa pro conditione, merito, dignitateq; personarum: veluti sunt *honores, præmia, labores, officia*: item, *pœna & supplicia*. Iustitiæ autem commutatiuæ propria actio est, iuste & recte res commutare, ita vt post factam permutationem vtraque pars æqualem habeat portionem. Deinde differunt obiectis: Nam iustitia distributiua versatur circa ea, quæ communiter inter plures sunt distribuenda. Commutatiua autem versatur circa priuatarum rerum permutationem. Tertio differunt personis. Nam distributiua proprio pertinet ad eos, qui sustinent publicam personam, veluti sunt magistratus, patresfamilias, domini, præceptores, præfecti publicorum operum, & similes aliæ personæ, quæ inter eos, qui ipsis subiecti sunt, aliquid debent distribuere. Commutatiua autem iustitia pertinet ad priuatos homines, qui inter se contrahunt, permutant, aliaq; commercia exercent. Quarto differunt hæ duæ species præcipue τῇ ἀναλογίᾳ, proportione, quam seruant. Nam distributiua iustitia seruat proportionem Geometricam: commutatiua seruat proportionem Arithmeticam, quæ nudam spectat æqualitatem rerum permutandarum. Commutatiua autem iustitia hoc loco diuiditur rursum, ratione contractuum, circa quos versatur. Facit autem Aristoteles duplices contractus, Voluntarios & Inuitos. Est autem contractus mutua & honesta duorum vel plurium de re aliqua legitimo modo transferenda, vel quo ad dominium, vel quo ad vsum, vel quo ad obligationem. Voluntarii contractus dicuntur: *qui fiunt inter volentes & consentientes*. Horum enumerat Aristoteles hoc loco sex species: Prima est emtio & venditio, per quam interueniente pretio dominium alicuius rei transfertur ad alterum. Altera dicitur mutuatio, δάνεισμός, qua rem aliquam alteri tradimus,

Differunt 4 modis.

I.

II.

III.

IV.

Diuisio iustitiæ commutatiuæ.

Voluntarii contractus.

Eorum 4. species.

1. Emtio venditio.

2. Mutuatio.

vt similem nobis restituat absque fœnore: dicitur mutuum, quia meum fit tuum. Nam per mutuationem siue mutuum etiam dominium ad alterum transfertur. Tertia species dicitur commutatio, per quam rem aliquam alteri vtendam tradimus, ea tamen conditione, vt eandem nobis restituat. Quarta species nominatur sponsio, per quam fidem nostram ad alienam promissionem obstringimus, ea conditione, vt si is, qui promisit, promissum non præstiterit, nos ad præstandum simus obligati. Quinta nominatur depositum, est alicuius rei in alterius fidem commissio, ea conditione facta, vt eam nobis petentibus iterum restituat. Huc pertinet, quod est alicuius rei pro debito obligatio. Sexta species μισθώσις, est locatio & conductio, per quam vsum alicuius rei, interueniente mercede, alteri ad tempus certum concedimus.

3. Commutatio.

4. Sponsio.

5. Depositum.

6. Locatio cōductio.

Contractus inuiti qui.

Inuiti contractus dicuntur, *qui fiunt nobis vel nolentibus, vel ignorantibus.* Dicuntur autem inuiti non ratione agentis. Nam in illis agens sponte & sciens agit, sed ratione patientis, cui per eiusmodi contractus, vel ignoranti, vel inuito fit iniuria. Atqui hi sunt duplices, vel sunt clandestini, qui fiunt plane nobis ignorantibus, veluti est *furtum, adulterium, veneficium, serui nostri corruptio & abductio*: item, *cædes per dolum illata, falsum.* Violenti contractus dicuntur, qui fiunt quidem nobis scientibus, sed tamen præter nostram voluntatem, veluti sunt *carceres & vincula, quæ per vim nobis iniiciuntur*: item, *iniuriosa & contumeliosa verberatio, aut violenta mors, aut corporis, vel alius membri vulneratio & mutilatio*: item, *rapina, per quam violenter alterius bona ipso præsente & vidente auferuntur*, ἁρπαγή: item, *maledicentia & opprobrium.* Notandum vero hoc loco est, quod Iureconsulti istos inuitos contractus non solent appellare nomine contractuum, quia inter contrahentes debet mutuus esse consensus. Sed Aristoteles hoc loco vocabulum συνάλλαγματος contractus accipit pro quauis communicatione & compensatione, quæ solet inter agentes & patientes existere: quoniam non solum in contractibus voluntariis, sed etiam in inuitis contractibus alteri parti potest fieri iniuria: atque ideo etiam

Clandestini.

Violenti.

etiam magistratus tales iniurias punit, & decernit, faciendam esse aliquam compensationem ei, qui hoc modo iniuriam est passus: ideo furem cōdemnat, vt quadruplū restituat ei, cui suam rem abstulit, aut luat in corpore. Ita punit eū, qui cædem fecit, aut falsum dixit testimonium, aut adulterium cum alterius coniuge commisit, hic vel in corpore, vel in pecunia luat pro delicti ratione, vt hoc modo ei, qui iniuriam passus est, fiat compensatio. Quod autem ad hanc diuisionem iustitiæ particularis attinet, notandum est Aristotelem his duabus differentiis iustitiæ, scilicet distributiuæ & commutatiuæ, voluisse quasi complecti societatem totam humanam nostram, quæ in his duobus potissimum consistit, in personarum ordinatione & rerum communicatione, sicut etiam Iurisconsulti totam doctrinā Iuris diuidunt in personas & res, circa quas omnes actiones & caussæ forenses versantur. Est autem vtraque species iustitiæ in vita humana maxime necessaria. Nam per iustitiam distributiuam constituuntur imperia, magistratus, & singulorum, qui in republ. viuunt, officia, quæ si non essent distincta, non posset tranquillitas & publica vtilitas in ciuitate aliqua diu consistere. Eadem quoque necessaria est in domestica administratione, vt nimirum distincta sint singulorum officia, & constet, quātum honoris cuique debeatur. Eodem modo commutatiua iustitia vitæ humanæ necessaria est propter priuatarum rerum communicationem. Nam sine ea homines non possunt diu inter se exercere commercia, quæ propter tantam rerum variarum inopiam omnia sunt necessaria. Docet ergo hæc iustitia, quomodo commercia ista sint exercenda ne vni parti fiat iniuria, id est, ne vna pars redigatur in inopiam, altera vero nimium abundet.

CAP. 3. — ΚΕΦΑΛ. γ'.

QVoniam autem & iniustus iniquus, & iniuria iniqua est medium quoddā esse iniqui perspicuum est: id autem est æquum. in quacunq; enim a-

Ἐπεὶ δ' ὅ,τε ἄδικος ἄνισος, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, δῆλον ὅτι καὶ μέσον τί ἐστι τοῦ ἀνίσου· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον. ἐν ὁποίᾳ γὰρ πρά- A

ᾧ δ' ἐστὶ τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον, ἐστὶ καὶ τὸ ἴσον. εἰ οὖν τὸ ἄδικον ἄνισον, τὸ δίκαιον ἴσον. ὅπερ καὶ ἄνευ λόγου δοκεῖ πᾶσιν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον μέσον, τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη. ἐστὶ δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσίν. ἀνάγκη τοίνυν τὸ δίκαιον μέσον τε καὶ ἴσον εἶναι, καὶ πρός τι, καὶ τισὶ καὶ ᾗ μὲν μέσον, τινῶν· ταῦτα δ' ἐστὶ πλεῖον καὶ ἔλαττον, ᾗ δὲ ἴσον ἐστὶ, δυοῖν· ᾗ δὲ δίκαιον, τισίν· ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέτταρσιν. οἷς τε γὰρ δίκαιον τυγχάνει ὄν, δύο ἐστὶ, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα, δύο. καὶ ἡ αὐτὴ ἔσται ἰσότης, οἷς, καὶ ἐν οἷς. ὡς γὰρ ἐκεῖνα ἔχει τὰ ἐν οἷς, οὕτω κἀκεῖνα ἔχει. εἰ γὰρ μὴ ἴσοι, οὐκ ἴσα ἕξουσιν. ἀλλ' ἐντεῦθεν αἱ μάχαι, καὶ τὰ ἐγκλήματα, ὅταν ἢ ἴσοι μὴ ἴσα, ἢ μὴ ἴσοι ἴσα ἔχωσι καὶ νέμωνται. B ἔτι ἐκ τοῦ κατ' ἀξίαν τοῦτο δῆλον. τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες κατ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι, τὴν μέντοι ἀξίαν οὐ τὴν αὐτὴν λέγουσι πάντες ὑπάρχειν. ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ, ἐλευθερίαν· οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ, οἱ μὲν πλοῦτον, οἱ δ' εὐγένειαν· οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ, ἀρετήν. ἔστιν ἄρα τὸ δίκαιον ἀνάλογόν τι. τὸ γὰρ ἀνάλογον οὐ μόνον ἐστὶ μοναδικοῦ ἀριθμοῦ ἴδιον, ἀλλ' ὅ-

ctione est plus & minus, in eadem etiam est æquum. si igitur iniuria est iniqua, ius est æquum, quod etiam absq; ratione omnibus videtur. Cum vero æquum sit medium, ius quoque medium quoddam erit. est autem æquum in minimis duobus. necesse est igitur, vt ius & medium, & æquum sit, & ad quiddam, & quibusdam. & quatenus medium est, aliquorum (ea autem sunt plus & minus) quatenus vero æquum est, duorum: quatenus ius, quibusdam. Itaque necesse est ius, in quatuor minimis esse. nam & si quibus ius esse contingit, duo sunt, & in quibus res, duo: eademque & quibus, & in quibus æquitas erit. vt enim habent ea in quibus, ita etiam illa habent. nam si non sunt æqui, non æqua habebunt: sed inde pugna & criminationes exsistũt, cum aut æqui nõ æqua, aut non æqui æqua habent & accipiũt. præterea ex eo, quod pro dignitate fit, id patet. ius enim in distributionib. pro dignitate quadam esse oportere, omnes fatentur. Dignitatẽ tamen non eandem asserunt omnes esse, sed qui popul. gaudent imperio, libertatem: qui paucorum, partim diuitias, partim nobilitatem: qui optimatiũ, virtutem. Ius igitur quiddam est proportione comparatum. Proportio enim non tantum numeri solitarii est, sed

numeri

numeri in totum. nam proportio æqualitas est rationis, & in quatuor minimis est. deiunctam sane in quatuor esse perspicuum est: sed & coniunctam. Vno enim perinde ac duobus vtitur, bisque dicit: veluti, quam rationem habet A ad B, eandem & B ad C: bis enim B. dictum est. Quare si B bis positum sit, quatuor erunt comparata proportione. Est autem etiam ius in minimis quatuor, ratioque eadem est: deiuncta enim sunt simili modo & quibus, & quæ. Erit igitur vt A terminus ad B, ita C ad D: & vicissim igitur, sicut A ad C, B ad D. Quare etiam totum ad totum, quod distributio conduplicat: & si sic composita fuerint, iuste conduplicat. Igitur termini A cum C, & B cum D coniugatio, ius est quod in distributione consistit, ac medium ius est, nimirum eius quod præter proportionem est. quod enim proportione fit, est medium: ius autem fit proportione. vocant vero eiusmodi proportionem geometricam mathematici. nam in geometrica euenit, & id totum ad totum est, quod vtrunque ad alterum. Non est autem coniuncta hæc proportio. non enim vnus numero terminus fit, cui, & quod. Ius hoc igitur proportione fit: iniuria vero, id quod præter proportionem est.

λως ἀριθμοῦ. ἡ γὰρ ἀναλογία, ἰσότης ἐστὶ λόγου, καὶ ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις. ἡ μὲν οὖν διῃρημένη, ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον, ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής. τῷ γὰρ ἑνὶ ὡς δυσὶ χρῆται, καὶ δὶς λέγει. οἷον ὡς ἡ τοῦ α πρὸς τὴν τοῦ β, οὕτω καὶ ἡ τοῦ β, πρὸς τὴν τοῦ γ. δὶς οὖν ἡ τοῦ β, εἴρηται. ὥστ᾽ ἂν ἡ τοῦ β τεθῇ δὶς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. ἔστι δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός. διῄρηται γὰρ ὁμοίως οἷς τε καὶ ἅ. ἔσται ἄρα ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β, οὕτως ὁ γ πρὸς τὸν δ. καὶ ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ὁ α πρὸς τὸν γ, ὁ β πρὸς τὸν δ. ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον· ὅπερ ἡ νομὴ συνδυάζει· κἂν ἥ τις συντεθῇ, δικαίως συνδυάζει. ἡ ἄρα τοῦ α ὅρου τῷ γ, καὶ ἡ τοῦ β τῷ δ σύζευξις, τὸ ἐν διανομῇ δίκαιόν ἐστι, καὶ μέσον τὸ δίκαιον τοῦτ᾽ ἐστὶ τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον. τὸ γὰρ ἀνάλογον, μέσον· τὸ δὲ δίκαιον, ἀνάλογον. καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν γεωμετρικὴν οἱ μαθηματικοί. ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει, καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. ἔστι δ᾽ οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία. οὐ γὰρ γίνεται εἷς ἀριθμῷ ὅρος ᾧ, καὶ ὅ. τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο ἀνάλογον, τὸ δ᾽ ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον.

C

γίνεται ἄρα, τὸ μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμβαίνει. ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν, πλεῖον ἔχει· ὁ δ' ἀδικούμενος, ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ, ἀνάπαλιν. ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακὸν, πρὸς τὸ μεῖζον κακόν. ἔστι γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετὸν τοῦ μείζονος· τὸ δ' αἱρετὸν, ἀγαθόν· καὶ τὸ μᾶλλον, μεῖζον. τὸ μὲν οὖν ἓν εἶδος τοῦ δικαίου τοῦτ' ἐστί.

fit ergo vt alterum plus, alterum minus, quod & in operibus contingit. qui enim iniuriam facit, plus habet: qui patitur, minus ex bono: in malo autem contra. boni enim loco est minus malum, maioris mali collatione. minus enim malum magis expetendũ est, quam maius: at quod est expetendum, est bonum: & quod magis, maius. Atque hæc vna iuris species est.

COMMENTATIONES.

In hoc & sequente cap. agitur de mediocritate iustitiæ particularis. Quia enim, *vt in secundo libro dictum est*, omnium virtutum formæ essentialis vis atq; natura consistit in mediocritate, sine qua nulla potest esse virtus, aut virtuosa actio: iustitia autem est virtus: ideo etiam præcipue mediocritas eius est consideranda, quoniam quicquid est extra mediocritatem, illud est iniustum & iniquum. Quoniam vero iustitiæ mediocritas consistit in certa quadam ἀναλογίᾳ seu *proportione*, partim rerum, quæ inter alios sunt distribuendæ, aut inter se commutandæ, partim etiam personarum, inter quas fit distributio: ideo vt melius intelligantur ea, quæ ab Aristotele de vtriusque iustitiæ proportione nonnihil obscurius traduntur, vt inquam, possint melius intelligi: ideo prius quædam generatim sunt de proportione dicenda.

Proportio quid. Ἀναλογία, id est, proportio, a Mathematicis sic definitur, *quod sit trium, aut quatuor, aut etiam plurium quantitatum*, id est, *magnitudinum aut numerorum certa quædam ad se inuicem affectio.*

Proportio triplex. Est autem triplex ἀναλογία apud Mathematicos, alia dicitur Musica, alia Arithmetica, alia Geometrica. *Musica.* Musica harmonia ad hunc locum non pertinet: consideratur enim solum in harmonia sonorum & vocum, *Arithmetica.*

atque

atq; in eorundem interuallis. Arithmetica autē & Geometrica ἀναλογία ad hunc locum pertinēt præcipue. Dicitur autem esse Arithmetica proportio, quando tres aut plures numeri parib. interuallis a se mutuo distant. Exēpli gratia, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & sic deinceps, dicuntur inter se habere Arithmeticā proportionē, quia vnus numerus ab alio suo vicino tantum distat vnitate. Eodem modo, 2. 4. 6. 8. 10. 12 habent Arithmeticam proportionem. Nam a se mutuo paribus interuallis distant nempe duabus vnitatibus 3. 6. 9. 11. 13. 15. Analogia Geometrica est quatuor vel pluriū numerorum similitudo secundum certam quandam rationem, qua erga se mutuo sunt affecti, veluti cum dico, *quemadmodum se habent* 4. *ad* 8. *ita se habent* 6. *ad* 12. In his quatuor numeris non est eadem distantia, neque sunt eadem interualla, quia 6. longius distant a 12. quam 4. ab 8. sed tamen est æqualis affectio & habitudo χέσις. *Quemadmodum bis* 4. *efficiunt* 8 *ita bis* 6. *efficiunt* 12. Atque hæc proportio dicitur esse dupla. Ita cum dico, *quemadmodum se habent* 2. *ad* 6. *ita se habent.* 3. *ad* 9. dicitur esse proportio tripla: vt enim ter duo faciunt 6. sic ter 3. faciunt 9 Atque hæc est principalis & primaria proportionum diuisio, quæ in duabus speciebus iustitiæ particularis, nempe in distributiua & commutatiua est obseruanda: quia secundum has duas proportiones etiam vtriusque iustitiæ mediocritas cōsideratur. Differunt autem hæ duæ proportiones trib. modis. Primum, quod proportio arithmetica consideratur ratione quantitatis secundum æqualitatem interuallorum & distantiarum. Proportio autem Geometrica consideratur ratione qualitatis, secundum similitudinem affectionis & rationis, qua erga se sunt affecta. Deinde differunt, quod in proportione Arithmetica progressus potest fieri in infinitum Semper enim numerus additione alterius numeri potest quasi in infinitum crescere. Sed Geometrica proportio consistit intra certos terminos, quæ inter se mutuo conferuntur. Tertio differunt, quod proportio Arithmetica semper habet similes excessus. Nam sequens numerus semper eodē modo excedit suum antecedentē numerum, quo ille priorem excesserat. In Geometrica a. proportione non semper

Arithmetica.

Geometrica.

Dupla.

Tripla.

Proportio Arithmetica & Geometrica quid differant.

sunt similes excessus, & propterea ẽt non sunt ęqualia interualla. Præter diuisionẽ proportionũ Arist. etiã mentionẽ facit duarũ aliarum diuisionũ: nimirũ ꝙ proportionum alia dicitur esse cõtinua *συνεχὴς*: alia diiũcta seu discreta. Continua proportio ea dicitur, in qua actu quidem solũ tres termini ponũtur. Potestatę v. sunt quatuor, Quia vnus terminus bis est sumẽdus, Exẽpli gratia: Cum dicimus, *quemadmodũ se habent duo ad 4. ita se 4 ad 8.* In hac proportione actu quidem tantũ tres ponuntur termini nempe 2. 4. & 8. Sed medius terminus bis sumitur. Disiuncta proportio dicitur, in qua actu sunt & ponuntur quatuor termini, vt cum dico, *quemadmodũ se 4. habẽt ad 8, ita se 6 ad 12.* Tertia diuisio. Proportio Geometrica vel est directa, in qua primus terminus cum secũdo, & tertius cum quarto directe cõparatur, vt cum dicimus, *quemadmodũ se habẽt 2. ad 4 ita se habent 3. ad 6.* vel est permutata, in qua primus terminus cũ tertio, & secundus cũ quarto cõmutatur, vt *quẽadmodũ se habet 2. ad 3. ita 4. ad 6.* Hanc proportionẽ, inf. c. 5. dicit esse factã per diametrũ quam per lineam trãsuersam. Notandũ ẽt est, ꝙ ad textũ attinet, Arist. istos terminos proportionũ ẽt dialecticorum more appellare antecedẽs & consequẽs Item totũ & partẽ, vbi per antecedẽs intelligit primũ numerũ, qui cum altero cõparatur. Per cõsequẽs a. intelligit alterũ num. ad quẽ fit cõparatio. Exẽpli gratia, 4. collata ad 8. sunt duo numeri, ex quib. 4. dicũtur esse antecedẽs. 8. a. dicũtur esse cõsequẽs. Per totũ a. Arist hoc loco intelligit vtrumq; numerum simul consideratum, per partem vero intelligit alterum tantum solum numerum seorsim consideratum.

Ἀλλ' ἐπεὶ δ' ὅτι.) Duæ sunt partes huius ca. in prima tractat quæstionẽ *εἰ ἐστὶ*, *an sit*, i. e. *iustitia particularis cõsistat in mediocritate.* In altera parte agit de mediocritate iustitię distributiuæ qualis ea sit, & quam seruet proportionẽ. Quod ad primã partẽ attinet, duæ sunt eius propositiones. Prima est *iustitia est quadã mediocritas.* Probatur a cõtrario hoc modo per *συλλογισμὸν* cõpositũ, *si iniustus est inæqualis.* Igit. *iniustũ est inæquale.* Deinde *si iniustum est inæquale.* Ergo *iustũ est æquale,* iuxta naturã contrariorũ, quorum cõtraria sunt consequẽtia. Tertiũ *si iustum est æquale.* Ergo *iustũ est mediũ:* quia omne æquale est mediũ inter duo inæqualia

Margin notes: *Proportionum alia diuisio in Continuã Disiunctam.* — *Proportionũ III. diuisio. Directa Permutata.* — *Iustitia particularis an consistat in mediocritate.*

lia, i.e. inter plus & minus. Quarto *si iustum est medium. Ergo iustitia est mediocritas.* Iuxta naturam coniugatorum. Nam coniugata sunt *iustum* & *iustitia*, *mediocritas* & *medium*. His Syllogismus cōpositus etiam pōt redigi ad syllogismū simplicem categoricū. *Omne æquale est medium. Iustum a. est æquale.* Igitur *iustum est medium*, & per consequens, *omnis iustitia est mediocritas*. Ex his intelligitur, æqualitatē, *quemadmodum Cic. lib. 1 offic.* ait maxime esse iustitiæ, quemadmodum etiā ait Seneca, *æqualitas est prima, id est, præcipua pars æquitatis, & iustitiæ.* Quidquid enim ab æqualitate recedit, id neq; æquū neque iustum esse potest. Vnde & Cic in topicis ius definit, *ꝙ sit æquitas seu æqualitas constituta ijs, qui sunt eiusdem ciuitatis.* Atq; hæc de prima propositione capitis, qua ostēditur, ꝙ iustitia sit quædā mediocritas, quēadmodū & reliquæ virtutes. Altera propositio pertinet ad qualitatē, qualis nimirū mediocritas sit ipsa iustitia. Est a. hæc propositio, *iustitia non est nuda & simplex mediocritas, sed est mediocritas ἀναλογικὴ proportionalis.* Hæc probatur duob. argumētis. Primū sumitur a definitione eorū, q̄ dicūtur esse *ἀνάλογα* i.e *pportionalia*. Et est tale argumētū *ἀνάλογα dicūtur esse ea, q̄ consistunt inter terminos certo modo, erga se mutuo affectos. Iustitia & iustū, consistunt intra terminos certo modo erga se mutuo affectos.* Ergo *iustitia & iustū sunt & debent esse ἀνάλογα*, i.e. *certā habere pportionē.* Et per consequens *iustitia mediocritas debet esse. ἀναλογικὴ*. Minor ꝓpositio, in qua dicitur, ꝙ iustitia & iustū consistant intra terminos certo modo erga se affectos, probatur ex natura relatiuorū. Nam *omnia relatiua respiciūt suum terminū tanq̄ correlatiuū.* Sed *iustum & iustitia sunt in numero relatiuorū, q̄a, vt supra dictū est, iustum est æquale, & mediū inter plus & minus, quo respectu dicitur esse æquale vel mediū.* Præterea in priore cap. dictum est, quod iustitia & iusta actio reficiat alterū, erga quem exercetur. Ideoq; dicitur iustitia esse bonū *πρὸς ἕτερον*, ꝙ ad alterū refertur. Nemo n. erga seipsum exercet iustitiā, aut respectu sui ipsius dicitur esse iustus, sed tantum respectu alterius, erga quem suam iustitiam exercet. Ergo *iustitia & iustum consistunt intra terminos certo modo erga se mutuo affectos, & per consequens sunt ἀνάλογα.* Termini autem intra

Iustitia particularis qualis sit mediocritas.

Termini inter quos versatur iustitia duo. *I. Rerum.* *II. Personarum.*

quos versatur & consistit iustitia & iusta actio, sunt duplices. Vel enim sunt rerum, quæ iuste sunt distribuendę aut cõmutandæ, vel sunt personarum, per quas fit distributio aut cõmutatio. Personę sunt rursum duę. Vna eius, qui agit iuste, hoc est, qui iuste aliquid distribuit aut permutat. Altera persona est eius, erga quem actio iustitiæ exercetur, i. e cui aliquid distribuitur, aut ẽt cum quo aliquid commutatur. Eo modo res etiam sunt duæ, vna quę distribuitur, id est, *pecunia, vt honores, præmia, labores, officia & his simil a quæ distribuuntur.* Altera res est ipsa caussa, propter q̃ fit distributio, veluti cum pręmia distribuũtur propter diligentiam aut labores præstitos. Ita sunt honores qui distribuuntur propter virtutẽ aut res præclare gestas. Sic merces datur & distribuitur propter laborem. Sic ẽt in iustitia cõmutatiua cõsiderantur duæ personæ & duæ res: duæ personæ vt *agricola & vinitor,* duæ res vt *frumentum & vinum.* Nam agricola permutat frumentũ cum vinitore pro vino. Ita sutor & pistor sunt duæ personæ, cõmutant duas res, nempe *calceum & panẽ.* Quod a. in his terminis non nuda sit æqualitas seruãda, sed æqualitas ἀναλογικὴ, quæ certam habet proportionem, probatur a contrario. Nam si non seruatur proportio siue proportionalis æqualitas, non fieri iusta potest cõpensatio: ex quo etiam requiritur, vt necessario alteri parti fiat iniuria, quæ deinde caussa est litiũ & querelarũ, & per consequens etiam violetur ciuilis societas. Ex his intelligitur, quamobrem Aristoteles dicat, iustitiam & iustam actionem, nimirum consistere in 4. terminis. Sunt enim duo termini rerum & duo personarum.

Iustitiam esse mediocritatem analogicã *Dignitas rerum & personarũ quid*

B εἰ ἐκ τῆς κατ' ἀξίαν.) Hoc est alterũ argumentũ quo Arist probare vult, *iustitiam esse mediocritatem analogicã.* Sumitur a. ἐκ τῆς ἀξίας, tam personarũ, quam rerum, quæ spectanda est in iusta distributione & cõmutatione. Per dignitatẽ a. personarũ intelligit Arist. meritapersonarũ, vt nimirũ vnicuiq; tantũ tribuatur quantũ meretur: per dignitatẽ a. rerum πραγμάτων pretium siue valorẽ rerum, q̃ distribuuntur aut cõmutantur. Eæ n. debent inter se mutuo correspondere. Hinc sic argumentatur. *Vbi dignitas personarum & pretia rerum spectantur, ibi necesse est cõsiderari cõmutationem analogicã (proportionẽ) vt singula*

gula singulis correspondeant. Sed in exercendis actionibus iustitiæ, id est, in distribuendo & cõmutando spectare oportet dignitatem personarum & pretia rerum, vt cuilibet tãtum tribuatur & detur quãtũ ei debetur. Ergo *in iustitiæ actionibus necesse est considerare ἀναλογίαν, & per consequens mediocritas iustitiæ debet esse analogica.* Vnde hoc est huius loci argumentum, pro cuius explicatione Aristoteles duas mouet quæstiones. Prima est, *quo pacto dignitas ἀξία soleat æstimari.* Ad hanc respõdet, dignitatem non eodem modo in omni republ. æstimari. Nam in δημοκρατίᾳ dignitas æstimatur ex libertate, quia in ea forma reipubl. omnes æque sunt liberi, & propterea etiã omnes pari iure volũt, & eodem loco haberi. In Olichargia *in paucorum dominatu* dignitas personarum æstimatur ex diuitiis, vel ex potentia vel ex nobilitate. Nam quo quis est nobilior, ditior aut potentior, eo etiam plura sibi deberi, æstimat neq; contentus esse vult pari iure cum ceteris viuere. In ἀριστοκρατίᾳ *in dominatu optimatũ* dignitas æstimatur ex virtute & rebus præclare gestis, ita vt quo quis pluribus virtutibus est præditus, & res præclaras gessit, eo etiã digniori loco habeatur. Altera quæstio est *quo pacto (analogia) proportio possit considerari in actionibus iustitiæ, cum tamẽ proprie conueniat iis, quæ pertinent ad quantitatẽ, veluti sunt numeri & magnitudines: nam ἀναλογία est proprie affectio numerorũ & magnitudinum. Iustitia autem est in prædicamento qualitatis quæ neq; numerus est, neq; magnitudo.* Huic obiectioni occurrit Arist. per distinctionem qua ostẽdit quo pacto possit locum habere in actionib. iustitiæ. Nam inquit, numerus est duplex vel dicitur numerus numerans, quem hoc loco nominat, ἀριθμὸν μοναδικὸν, id est, *numerum absolutum & solitarie consideratum sine ipsis rebus*, quæ enumerantur, vt cum simpliciter dico 1. 2. 3. 4. 20. 100. 1000. hunc numerum proprie considerat Arithmetica, & ab Aristotele in μετὰ φύσ. nominatur. Mathematicus numerus, consideratur ἐξ ἀφαιρέσεως per remotionem earum rerum, quæ numerantur. Alius dicitur numerus numeratus, qui non absolute & seorsim, sed cum ipsis reb. quæ numerantur, consideratur, & ideo vocatur ἀριθμὸς ἐκ προσθέσεως *numerus ex adiectione*, quia adiiciuntur simul

Dignitas quo pacto soleat æstimari.

Proportio quo modo in actionibus cõsiderari possit.

Obiectio.

Solut.

Numerus numerãs.

Numerus numeratus.

etiam res ipsæ, quæ enumerantur, vt cum dicimus, *vnus mundus, duo luminaria cœli, tria principia rerum. 4. elementa quinq; sensus, 6 species motus localis, 7. Planetæ, 100 flor., mille homines, 5. libri Moysis.* Quod igitur ad ἀναλογίαν attinet, ea quidem per se cōsideratur in numero numerante, & proprie pertinet ad numeros & magnitudines: per accidens a. etiam consideratur in numero numerato, i. e in rebus ipsis, q̄ numerātur. Atq; hoc modo ἀναλογία & potest considerari in actionib. iustitiæ, quatenus illæ versantur circa personas & res, quarum dignitas & pretia ēt ratione quantitatis siue numeri æstimari solet.

Obiectio. Sed hoc loco obiiciat aliqs, *quo pacto verum sit, omnē proportionē consistere intra quatuor terminos, cum tamē in proportione continua συνεχεῖ tantū sint tres termini.*

Responf. Huic obiectioni Arist. etiam occurrit, & respondet per distinctionem, q nimirū in Geometrica proportione actu qdem tātum sint tres termini, potestate autē sint quatuor termini: qa medius terminus bis sumitur. Et hoc ostendit Arist. Exemplo literarū, quemadmodū inquit se habet A ad B ita B ad C sic actu quidem sunt tres termini: sed potentia sunt quatuor. Nam medius terminus B bis sumitur in ipsa ἀναλογίᾳ: sic ēt res se habet in numeris, vt cum dicimus *quemadmodū se habēt 3 ad 9. ita 9. ad 27. habent.* Est n. proportio dupla in vtraq; cōparatione: & quāuis actu ponantur tantū tres termini aut numeri, nēpe 3. 9. & 27. tamē medi⁹ terminus bis ponitur, & sic τῇ δυνάμει sunt numeri quatuor. Ex his ergo dictis concludit Arist. verū esse q proportio iustitiæ, vt nimirū cōsideretur & cōsistat in quatuor terminis, quorū debet esse proportionalis quoq; æqualitas, si debeat iusta fieri rerū distributio aut commutatio.

Cἔστι δὲ καὶ τὸ.) Hæc est altera pars cap. in qua agitur specialiter de mediocritate & ἀναλογίᾳ iustitiæ distributiuæ: totius a huius loci hæc est principalis propositio. In *iustitia distributiua tenēda est mediocritas ea, q̄ est secundū proportionē Geometricā.*

Proportio Geometrica. Est a. Geometrica proportio, *vt sup. dictū est,* in qua spectatur dignitas personarū & pretium rerū, q̄ sunt inter personas distribuēdæ, ita vt æqualib. æqualia, inæqualibus inæqualia & singulis conuenientia tribuantur. Hæc proportio pbatur ex natura iustitiæ distribu-

Iustitiam distributiuã consistere in mediocritate Geometrica.

stributiuæ & proportionis Geometricæ, cuius probationis talis potest esse syllogismus. *Vbicunq; inter personas diuersa conditionis diuersæ res sunt distribuendæ, ibi tenenda est proportio Geometrica.* Sed *in iustitia distributiua res diuersa inter p̃sonas diuersa conditionis sunt distribuenda.* Igitur *in iustitia distributiua tenẽda est proportio Geometrica.* Maior nota est ex definitione, natura & proprietate Geometricæ proportionis, de qua iam dictum est. Eius enim proprium est tribuere, quantum cuiq; pro merito debetur: vt res q̃ distribuuntur correspondeant personis quib. distribuuntur. Et hoc modo sit inter personã & rẽ distribuendã q̃dam conuenientia & ἀναλογία. Minor propositio solũ in hoc loco declaratur exemplo literarum more mathematicorũ, q Exemplum q a obscurius est, potest resolui in terminos reales & p̃sonales. Ponit enim Arist. quatuor literas α, β, γ, δ, quib. subindicare vult quatuor terminos, qui in proportione Geometrica sunt obseruandi & inter se cõparandi. Itaq; pro duab. literis α & γ p̃sonas duas possumus accipere, inter quas est aliq d distribuendũ, veluti Ajacem & Vlyssem: pro duabus vero literis B & D possumus accip e duas res. i.e. duo pręmia, quæ Aiaci & Vlyssi sunt distribuẽda propter res p̃clare & fortiter in bello gestas. In hac distributione vt fiat iuste, considerãda est dignitas vtriusq; personæ, & cuiq; tãtum dandũ, quantũ dignus est & p̃meruit. Si igitur Aiax duplo maiora gessit in bello q̃ Vlysses, ẽt requirit proportio iustitiæ distributiuæ, vt præmium Aiacis duplo sit præstantius & melius, quã sit præmium Vlyssis. Exempli gratia, si ex præda, quæ hostibus est erepta Vlyssi dantur ducenti coronati, certe Aiaci dandi erunt 400. coronati, aut equi aut minæ. Simile Exemplum etiam tale esse potest. Sint duo mercenarii Dauus & Cottus, qui laborarunt in vinea. Dauus sex horas, Cottus tres horas, si distribuenda est merces pro laboribus præstitis, Dauo duplo maior merces debetur, quam Cotto, secundum proportionem Geometricam & iustitiam distributiuam. Qui enim plus laborauit, etiam plura promeritus est. Similis p̃portio non tantũ in præmiis distribuẽdis tenẽda est, sed ẽt in omnibus aliis distributionibus, q̃ fiunt inter personas inæquales, vt nimirum consideretur, quid

& quantum vnicuiq; tribuendum sit. Nisi n. hoc discrimē obseruetur, necesse est inde sequi magnā cōfusionem in vita humana, propterea q̄ alioqui mali & indigni æquales haberentur, aut ēt præferrentur bonis & dignis. Deinde etiam officia & labores interdum demandarentur ineptis & minus idoneis: deniq; nulla fieret meritorū & beneficiorum iusta compensatio. Ex quibus tandē sequerentur, *vt antea dixit*, lites & querelæ, per quas turbatur & tollitur publica pax & tranquillitas in ciuili societate, quando munerū æqualib in æqualia, aut inæqualibus æqualia tribuūtur. Etenim viri prudentes & intelligentes iniq; ferunt, quando vident pari honore & p̄mio affici, eodemq; loco haberi bonos & malos, dignos & indignos. Quemadmodum apud Hom. Achilles conqueritur de rege Agamēnone, q̄ pari honore afficiat in exercitu viros fortes & ignauos : atque ideo recusat amplius pro Græcis pugnare. Sic ēt Crates Philosoph⁹ Thebanus conqueritur de hac iniqtate sui temporis, *quod reges, principes & magnates in distribuēdis præmiis, & dandis stipendiis non spectent dignitatē & merita personarum.* Inquit enim *eo rem productā esse, vt coquo plus detur stipēdij, quam medico, adulatori plus quam Philosopho.* Ait enim *coquo dari decem minas, medico tantum vnam drachmam, adulatori dari decem talenta, Philosopho triobulum, viro consiliario dari fumum, id est, nihil.* Eodem modo legimus ἐν παραβολῇ, quæ est apud Matth. cap. 20. *quod mercenarij qui totum diem in vinea laborauerant, indigne tulerint se non plus mercedis accipere, quam ij qui vnam solum, aut 2. horas laborassent.* Ac quoniam tam in ciuili gubernatione, quam in domestica administratione varia ac diuersa sunt officia & munera, ad quæ obeunda & peragenda non omnes æque apti sunt & idonei. Ideo in illorum distributione etiam hæc Geometrica proportio tenenda est, vt singulis ea demandentur, quæ videntur per eos posse effici: singuli etiam eos labores, ea officia suscipiant & agant, quæ ipsorum conditioni & viribus conueniant, & ad quæ efficienda sciunt se esse idoneos. Quisquis enim suam exornare debet spartam, id est, suum negotium agere, & sua sorte esse contentus, neque aliena & maiora viribus suis expetere aut aggredi, ne sua

Crates Thebanus.

Spartam suam quilibet ornet.

ne sua ambitione & curiositate alienis negotiis se immisceat & implicet, quæ non possit ad finem perducere. Inde etiam Plato dixit: *Optimum esse eum reipub. statum, qui est secundum proportionem Geometricam constitutum, quoniam conseruat ordinem & τάξιν, inter homines, qui diuersæ sunt conditionis, & singulis tribuit, quæ illis debentur.* Sed quæritur hoc loco, *Quo pacto & unde æstimanda & cognoscenda sit iusta distributio?* Ad hanc quæstionem Aristot. respõdet, iustam distributionem cognoscendam & iudicandam esse ex comparatione terminorum, i. personarum, inter quas, & rerum, quarum facta est distributio. Comparatio autem illa duobus modis est instituenda: primum seorsim in singulis terminis, per quam singuli termini inter se conferuntur: deinde coniunctim in tota proportione: cum duo termini coniuncti comparantur cum duobus terminis cõiunctis. Ea autem comparatio, quæ instituitur in singulis terminis, seorsim etiam est duplex. Vel enim fit directe: quando primus terminus comparatur cum secundo, & tertius cum quarto, quod Aristoteles rursum per literas indicat, videlicet, ὡς τὸ ἄλφα, quando A, Aiax comparatur cum B, id est, præmio, quod Aiaci debetur: & C. id est, Vlysses comparatur cũ D, id est, præmio, quod Vlyssi debetur: per hanc comparationem intelligi potest, verum illa præmia respondeant meritis & dignitatibus personarum, quibus tribuantur. Vel comparatio illa fit alternatim mutatis terminis, quando primus terminus comparatur cũ tertio, & secundus cum quarto, i. cum A, id est, Aiax comparatur cum C. i. Vlysse, & B, i. præmium Aiacis cum D, id est, præmio Vlyssis. Ex qua comparatione cognoscitur, quemadmodum vna persona superet dignitate alteram, i. quemadmodum virtus Aiacis & res ab eo gestę in bello superent virtutes Vlyssis, & res ab eo gestas, quia tantum etiam excellere debet præmium, quod Aiaci datum est præmio, quod datum est Vlyssi. Atq; hæc est prima comparatio, quæ fit in singulis terminis. Altera comparatio facienda est in terminis coniunctis, & vt Aristoteles inquit, totum cum toto est comparandum, nempe Aiax & ipsius præmium cum Vlysse, & ipsius præmio. Atq; hæc comparatio est veluti δοκιμασία, i. examen, et quasi proba,

Iustitia distributiua vnde æstimanda & cognoscenda.

per quam exploratur, vtrum distributio recte, iuste, & secundum *ἀναλογίαν* sit facta. Nam si in hac altera comparatione eadem est ratio & proportio ad totum, quæ fuit in prima comparatione partis ad partem, tunc iuste & recte facta est distributio. Nam est hæc propria nóta Geometricæ proportionis vt ita se habeat, quemadmodum se habet pars ad partem. Notandum est autem in iustitia distributiua proportionem continuam habere locum: ratio est, quia non potest fieri in iustitia distributiua, vt duo termini diuersi constituant vnũ numero terminum, qui bis possit in propositione & cõparatione sumi: quẽadmodum in coniuncta proportione est faciendũ. Hinc ergo sic argumentatur, *Vbi nullus est communis terminus, sed omnes termini sunt diuersi, ibi non potest esse coniuncta proportio*: Sed *in iustitia distributiua omnes termini sunt diuersi*. Nam personæ, inter quas est aliquid distribuendum, sunt diuersę, & etiam res, quę inter illas distribuuntur sunt diuersæ, cuiq; enim certi aliquid distribuendum est: Ergo *in iustitia distributiua continua proportio non habet locum*.

Proportio continua in iustitia distributiua locũ non habet.

Arg.

Ad finem capitis Aristoteles monet, ista tria, quæ solent in iustitia considerari, nempe *æquale*, *τὸ πλέον*, *plus*, & *τὸ ἔλαττον*, *minus*, non tantum in rebus, sed etiam in actionibus & factis posse locum habere. Nã qui iniuriam fecit, is dicitur habere plus boni & minus mali, quam is, qui iniuriam passus est: sic enim habet plus mali & minus boni. Contra vero in duobus malis, quæ sunt inæqualia, is, qui minus malum habet, dicitur habere plus boni, quam alter, qui maius malum habet: semper enim inter duo mala inæqualia, id, quod minus malum est, dicitur habere rationem boni, quia magis est eligendum.

Quicquid autem est eligendum & expetendum, illud habet rationem boni, quatenus nimirum eligitur, etiamsi sua natura bonum non sit. Exempli gratia: In periculo naufragii duo mala simul sese offerunt, vt vel vitam amittat, vel nauem exoneret, & merces abiiciat: sed inter hæc duo mala mercator eligit posterius, & abiicit merces, vt possit vitam seruare, & cum naui saluus euadere. Itaque hoc alterum, etiamsi sit malum, ta-

men præ illo eligitur. Dicitur aliquo modo esse bonum: ita homo sceleratus, qui supplicio est afficiendus, & adiudicatus patibulo aut rotæ; mauult capitis quam aliud aliquod supplicium subire & hoc si impetrat, habet loco beneficii, & agit iudici gratias, etiamsi maximum sit malum, tamen iudicat, minus malum esse, quam illa duo supplicia.

CAP. 4.

Reliqua vero una in emendando posita, quæ in commerciis, tū voluntariis, tum inuolūtariis fit: hoc aūt ius aliam a priore speciem habet. Ius enim in distribuendis cōmunibus reb. positū semper fit ea proportione, quam diximus. et enim ex pecuniis publicis, si distributio fiat, eadem ratione erit, quā habent inter se ea, quæ collata sunt. Iniuriaq; item huic iuri opposita, præter proportionē est. Ius vero quod in commerciis est, est quidem æquū quiddam, & iniuria iniquū: at non illa proportione, sed arithmetica. Nihil enim refert, probusne vir malum, an malus probum fraudet: neque probusne an improbus adulteratur: sed ad nocumenti differentiam lex solum spectat, utiturque quasi æqualibus: si hic iniuriam faciat, ille patiatur: & si hic lædat, ille lædatur. Quare iniuriam hanc, cum sit iniqua, æquare iudex conatur.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

A Τὸ δὲ λοιπὸν ἓν τὸ διορθωτικόν, ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις καὶ τοῖς ἀκουσίοις. τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον, ἄλλο εἶδος ἔχει τοῦ προτέρου. τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν, ἀεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην. καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν, ἐὰν γίνηται ἡ διανομή, ἔσται κατὰ τὸν λόγον τὸν αὐτόν, ὅνπερ ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὰ εἰσενεχθέντα· καὶ τὸ ἄδικον τὸ ἀντικείμενον τῷ δικαίῳ τούτῳ, παρὰ τὸ ἀνάλογόν ἐστι. τὸ δ' ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἐστὶ μὲν ἴσον τι, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον· ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκείνην, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει, εἰ ἐπιεικὴς φαῦλον ἀπεστέρησεν, ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ· οὐδ' εἰ ἐμοίχευσεν ἐπιεικής, ἢ φαῦλος· ἀλλὰ πρὸς τοῦ βλάβους τὴν διαφορὰν μόνον βλέπει ὁ νόμος, καὶ χρῆται ὡς ἴσοις, εἰ ὁ μὲν ἀδικεῖ, ὁ δ' ἀδικεῖται· καὶ εἰ ὁ μὲν ἔβλαψεν, ὁ δὲ βέβλαπται. ὥστε τὸ ἄδικον τοῦτο, ἄνισον, ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής. B

καὶ γὰρ ὅταν ὁ μὲν πληγῇ, ὁ δὲ πατάξῃ, ἢ καὶ κτείνῃ, ὁ δ' ἀποθάνῃ, διῄρηται τὸ πάθος καὶ ἡ πρᾶξις εἰς ἄνισα. ἀλλὰ πειρᾶται τῇ ζημίᾳ ἰσάζειν, ἀφαιρῶν τοῦ κέρδους. λέγεται γάρ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, κἂν εἰ μή τισιν οἰκεῖον ὄνομα εἴη, τὸ κέρδος, οἷον τῷ πατάξαντι. καὶ ἡ ζημία τῷ παθόντι. ἀλλ' ὅταν γε μετρηθῇ τὸ πάθος, καλεῖται τὸ μὲν ζημία, τὸ δὲ κέρδος. ὥστε τοῦ μὲν πλείονος καὶ τοῦ ἐλάττονος τὸ ἴσον, μέσον· τὸ δὲ κέρδος καὶ ἡ ζημία, τὸ μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον ἐναντίως· τὸ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ πλέον, τοῦ κακοῦ δὲ ἔλαττον, κέρδος· τὸ δ' ἐναντίον, ζημία· ὧν ἦν μέσον τὸ ἴσον, ὃ λέγομεν εἶναι δίκαιον. ὥστε τὸ μὲν ἐπανορθωτικὸν δίκαιον ἂν εἴη, τὸ μέσον ζημίας καὶ κέρδους. διὸ καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν, ἐπὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσι· τὸ δ' ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἰέναι, ἰέναι ἐστὶν ἐπὶ τὸ δίκαιον. ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον δίκαιον ἔμψυχον, καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον· καὶ καλοῦσιν ἔνιοι μεσιδίους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμενοι. μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ ὁ δικαστής. ὁ δὲ δικαστὴς ἐπανισοῖ· καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημένης, ᾧ τὸ μεῖζον τμῆμα τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτ' ἀφεῖλε, καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσ-

Nam cum hic percussus est, ille percussit, aut etiam interfecit, ille autem interiit, affectio & actio in partes non aequas divisa est, sed damno aequare conatur, de lucro detrahens. Dicitur enim, ut simpliciter dicam, in talibus, tametsi nonnullis minime proprium nomen sit, lucrum, ut ei qui percussit: & damnum, ei qui passus est. Sed cum affectio perpenditur, vocatur hoc damnum, illud lucrum. Quare pluris & paucioris medium est aequum: lucrum autem & damnum, illud est plus, & hoc minus contrarie. plus quidem boni, & minus mali, lucrum: contrarium vero, damnum: quorum erat medium aequum, quod esse ius dicimus. quare in emendando positum ius, lucri & damni medium fuerit. propterea etiam cum altercantur, ad iudicem confugiunt. iudicem autem adire, adire est ius ipsum. iudex enim esse vult ius quoddam animatum. & quaerunt iudicem medium: & vocant nonnulli intermedios, quasi, si medium consecuti fuerint, ius quoque ipsum consecuturi. Ius igitur medium quiddam est: siquidem & iudex. iudex autem inaequat. Et quemadmodum linea in partes inaequales divisa, quo maior pars dimidium excedit, id ab ea abstulit, & adiunxit parti mino-

ri:cum

ri: cum autem totum æqualiter fuerit diuisum, tum suum se habere inquiunt, cum æquum acceperint. Æquum autem medium est pluris & minoris arithmetica proportione: propterea appellatur δίκαιον, eo quod bipertito fiat, quasi δίχαιον quis dixerit, & δικαστής, quasi bipertiens. Cum enim a duorum æqualium altero ablatum fuerit, & additum alteri, duabus iis partibus alterum excedit. nam si ablatum esset, non autem adiunctum, vno duntaxat excederet: medium scilicet vna. similiter medium a quo detractum vna. Hoc ergo notum faciemus, & quid a plus habente detrahendum sit: & quid minus habenti adiungendum. nam quo medium accedit, id minus habenti addendum est: quo autem exceditur, a maximo detrahendum. Sint æquales inter se lineæ A A, B B, C C, dematurque ab A A, pars A E, & addatur ad C C, D C. Quare tota D C C, lineæ excedet A E, parte C D, & C F: igitur etiam B B. parte C D. Est autem hoc in aliis quoque artibus. Tollerentur enim, nisi efficiens, & quantum & quale faceret: & patiens tantum id & tale pateretur. Emerserunt autem nomina hæc, damnum & lucrum, ex voluntaria cōmutatione. plus enim ha-

ἔθηκεν· ὅταν δὲ δίχα διαιρεθῇ τὸ ὅλον, τότε φασὶν ἔχειν τὸ αὑτοῦ, ὅταν λάβωσι τὸ ἴσον. τὸ δ' ἴσον μέσον ἐστὶ τοῦ μείζονος καὶ ἐλάττονος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστίν, ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι δίχαιον, καὶ ὁ δικαστὴς διχαστής. ἐπὰν γὰρ δύο ἴσων ἀφαιρεθῇ ἀπὸ θατέρου, πρὸς θάτερον δὲ προστεθῇ, δυσὶ τούτοις ὑπερέχει τὸ ἕτερον. εἰ γὰρ ἀφῃρέθη μέν, μὴ προσετέθη δέ, ἑνὶ γ' ἂν μόνον ὑπερεῖχε· τοῦ μέσου ἄρα ἑνί, καὶ τὸ μέσον τὸ ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη, ἑνί. τούτῳ ἄρα γνωριοῦμεν, τί τε ἀφελεῖν δεῖ ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχοντος, καὶ τί προσθεῖναι τῷ ἔλαττον ἔχοντι. ᾧ μὲν γὰρ τὸ μέσον ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ τῷ ἔλαττον ἔχοντι· ᾧ δ' ὑπερέχεται, ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ μεγίστου. ἴσαι αἱ ἐφ' ὧν, αα, ββ, γγ, ἀλλήλαις, ἀπὸ τῆς αα ἀφῃρήσθω τὸ αε, καὶ προσκείσθω τῇ γγ, τὸ ἐφ' ὧν δγ. ὥστε ὅλη ἡ δγγ. τῆς αε ὑπερέχει τῷ γδ, καὶ τῷ γζ· τῆς ἄρα ββ, τῷ γδ. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο. ἀνῃροῦντο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον· καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο, καὶ τοσοῦτο, καὶ τοιοῦτο. ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς. τὸ μὲν γὰρ πλεῖον

ἔχειν ἢ τὰ ἑαυτοῦ, κερδαίνειν λέγεται· τὸ δ' ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς, ζημιοῦσθαι· οἷον ἐν τῷ πωλεῖν καὶ ὠνεῖσθαι καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος. ὅταν δὲ μήτε πλέον, μήτ' ἔλαττον, ἀλλὰ αὐτὰ δι' αὐτῶν γένηται, τὰ αὑτῶν φασὶν ἔχειν, καὶ οὔτε ζημιοῦσθαι, οὔτε κερδαίνειν. ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.

bere, quam sua, lucrari dicitur: minus vero quam a principio, damnum facere: vt in vendendo & emendo, ac in quibuscunque rebus aliis lex concedit. Cum autem neque plus, neque minus, sed sua cuique per se contigerunt, sua ipsorum habere se dicunt, neq; damnum pati, neq; lucrum. Quare lucri cuiusdam et damni, quæ præterquam libeat fiunt, ius medium est, æquum obtinere & prius & posterius.

COMMENTATIONES.

Iustitia commutatiua.

Ἀπὸ δὲ λοιπὸν ἓν τὸ διορθωτικόν.) In hoc cap explicatur altera species iustitiæ, quæ nominatur cõmutatiua συναλλακτική, quia versatur circa rerum cõmutationem συνάλλαγμα. Appellatur etiam correctiua διορθωτική, quia congruit in æqualitate, quæ est in rebus permutandis, ostendendo, quomodo ita possint exæquari, vt iusta fiat earum permutatio, quæ est inæqualis, i.e. per quã aliquis plus accipit, quã dedit, aut plus dat, quã accepit. Quam vero necessaria quoque sit hæc species iustitiæ inde cognosci potest, quia sine commutatione rerum societas & vita hominum non potest diu consistere, propter inopiam plurimarum rerum, quibus ad vitæ sustẽtationem opus habemus, neque etiam omnes possunt omnia a seipsis habere: neque etiam omnis terra vel regio omnia profert & producit, quemadmodum Ouid. ait:

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Conuenit, hic oleis, hic bene farra virent.

Et Virg lib. 1. Georg. monet diligenter agricolam considerare debere,

Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset.

Nam inquit:

Hic segetes illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi, atq; iniussa virescunt.

Atque

Atque hæc declarat exemplis:

Nonne, inquit, *vides Crocios vt Tmolus odores,*
India mittit ebur: molles sua thura Sabæi?

Cum ergo non omnia in omnibus regionibus proueniant, ideo fit, vt vna regio indigeat iis fructibus, quibus alia regio abundat, ac propterea cogamur ea, quæ in nostra regione non habemus, ab aliis petere, & vicissim iis dare ea, quibus nos abundamus. Atque propter hanc necessitatem, quæ ex indigentia & inopia rerum existit, inuenta sunt commercia, per quæ permutamus nostra cum aliis, & alii vicissim sua nobiscum, veluti cum commutatur frumentum pro vino, aut pro pecunia, quæ quod ad pretium attinet, æquiualet frumento vel vino, quod ab aliis habere cupimus. Hæc autem permutatio rerum debet fieri secundum æqualem compensationem, vt vna pars tantum det, quantum ab altera cupit accipere, quod, nisi fieret, non posset eiusmodi permutatio esse diuturna, quia ea pars, quæ minus accipit, facile redigeretur ad inopiam. Quomodo autem tales permutationes possint iuste fieri, hoc docet altera hæc species iustitiæ, quæ commutatiua & correctiua nominatur: quam iustitiæ speciem etiam Deus ipse in sua lege confirmat & requirit, cum in Leuitico cap. 19. sic præcipit suo populo: *Nolite facere iniquum aliquid in regula, in pondere, in mensura, in statera: iusta & æqua sint pondera, iustus modius æquusq; sextarius: quia ego Dominus Deus vester.* Ad hanc iustitiæ speciem pertinet illud Græcorum dictum, δὸς καὶ λαβέ τι, *da aliquid, & vicissim accipe aliquid.* Item Iureconsultorum forma, qua dicunt, *do vt des, facio vt facias.*

Permutatio rerum quomodo fieri debeat.

Potest autem hoc caput in tres partes distribui, quarum prima continet discrimen, quod est inter iustitiam commutatiuam & distributiuam. In altera ostenditur, quod etiam iustitia commutatiua debeat habere mediocritatem analogicam. In tertia parte explicantur quædam quæstiones de proportione iustitiæ cōmutatiuæ. De prima parte: Iustitia distributiua differt a iustitia commutatiua duobus potissimū modis: Primum, ratione materiæ seu obiecti, circa quod versatur. Nam iustitia

Tres partes huius capitis.

Iustitia commutatiua quid differat a distributiua.

distributiua versatur circa distributionẽ rerum communium κοινῶν, quę communiter inter plures sunt distribuendæ: veluti sunt *honores, præmia, munera, officia, labores, tributa, vectigalia, pœnæ, & supplicia*: & proptie hæc species pertinet ad ciuilem gubernationem. Ideoq; etiam nominatur iustitia politica. Commutatiua autem versatur circa commutationem priuatorum bonorũ, quorum vsus in vita quotidiana est maxime necessarius, & proprie pertinet ad domesticam rerum administrationem. Ideoq; etiam œconomica nominatur. Deinde differunt ratione formæ, id est, ipsius analogiæ siue proportionis, quam vtraq; species maxime sequitur. Nam iustitia distributiua, *quemadmodum in præcedenti cap. est ostensum*, seruat proportionem Geometricam, in qua præcipue spectatur dignitas & conditio personarum ac præmium rerum. Iustitia autem commutatiua seruat proportionem Arithmeticam, in qua nuda rerum æqualitas spectatur absque personarum respectu. Itaque iustitia distributiua pertinet ad pondus, & differentiam personarum, quarum præcipue habet rationem. Commutatiua autem iustitia pertinet ad rerum compensationem, vt ea sit æqualis: etiamsi personæ sint diuersæ. Exempli gratia: In iustitia distributiua consuli vel senatori maior honor exhibendus est, quam sutori aut plebeio alicui homini: hoc enim requirit Geometrica proportio: sed tamen non propterea in permutando, vt in emendo & vendendo, & similibus contractibus, ne propterea consuli vinum vel frumentum vendendum sit minori pretio, quam homini priuato: sed hic simplex est spectanda æqualitas, ne in eiusmodi contractibus altera pars dicatur habere damnum, altera lucrum: tum enim non iusta esset facta permutatio. Quod autem iustitia commutatiua tantum spectet æqualitatem rerum permutandarum, & non respiciat personarum dignitatem, conditionem, aut ordinem, Aristoteles declarat exemplo legum: *Quemadmodum*, inquit, *leges simpliciter & æqualiter omnibus feruntur, & transgressoribus earũ pœnas minantur absq; vllo respectu personarũ: ita etiam Arithmetica proportio in iustitia commutatiua non solum spectat æqualitatem rerum, quæ sunt permutandæ, vt vtrinq; fiat æqua-*

æqualis compensatio, cuiuscunq; conditionis, ordinis, aut dignitatis sint ii, qui inter sese permutant. Et hoc præcipuum munus est iustitiæ commutatiuæ, ne alterutra pars permutantium habeat vel excessum, vel defectum, id est, *lucrum aut damnum.* Imo, si in permutatione aliqua inæqualitas accidit, per quam vni parti videtur esse facta iniuria, officium est huius iustitiæ, illam inæqualitatem corrigere, & ei, cui iniuria facta est, compensationem facere, de lucro eius, qui plus in permutatione consecutus est, quam ipsi iure debebatur: propter quam caussam etiam hæc iustitia vocatur correctiua, quia corrigit illam inæqualitatem, & eam ad æqualitatem redigit.

Cur dicatur correctiua.

B ἀλλὰ τὸ ἄδικον τοῦτο.) Hæc est altera pars capit. in qua agit de mediocritate iustitiæ commutatiuæ. Et quemadmodum in præcedente cap. cum agere vellet de mediocritate iustitiæ distributiuæ, prius ostendit, & probauit, in iustitia distributiua etiam mediocritatem locum habere. Eodem modo quoq; in hoc loco prius probat, mediocritatem etiam in iustitia commutatiua locū habere, antequam ostendat, qualisnam illa sit mediocritas. Vtitur autem eodem argumento, quo etiam in præcedente cap. vsus fuerat, quod est tale: *Omne æquale est medium inter duo inæqualia, quorum alterum est plus, alterum minus.* Sed *iustum commutatiuum est æquale.* Ergo *iustum commutatiuum etiam est medium quoddam inter duo inæqualia.* Et per consequens: *Iustitia commutatiua est mediocritas.* Maior propositio per se nota est ex natura relatiuorum. Nam *omne æquale ponitur inter duo extrema, quæ sunt inæqualia, quorum respectu etiam dicitur esse medium.* Minor autem propositio, in qua dicitur, quod iustum commutatiuum sit æquale, probatur a scopo & officio iudicis, qui huius iustitiæ est administer. Potest autem in eiusmodi syllogismū reduci illa probatio: *Quicquid præcipue spectat iudex in diiudicanda iusta commutatione, in eo etiam consistit iustitia commutatiua.* Sed *iudex in diiudicanda commutatione iusta præcipue spectat æqualitatem.* Ergo *in iustitia commutatiua præcipue æqualitas est spectanda, earum nimirum rerum, quæ permutantur.* Minor probatur hoc loco ab exemplo & facto eorum,

Iustitiam commutatiuam esse mediocritatem.

Argum.

Minoris probatio.

Argum.

qui, cum post permutationem propter inæqualitatem sibi iniuriam factam esse existimăt, & propterea inter sese litigare & contendere incipiunt, solent confugere ad iudicem, & de iniqua permutatione conqueri, vt per eius sententiam obtineant id, quod est æquum & iustum. Iudex enim sustinet personam iuris, & propterea dicitur esse *ius animatum*, δίκαιον ἔμψυχον. Vnde dici etiam solet, *ad iudicem ire, nihil aliud esse, quam ad ipsum ius ire*: quia iudicis officium est ostendere & pronuntiare, quid sit iuris: & iniuriam, quæ vni parti propter inæqualitatem illata est, corrigere & tollere: quod fit, si ad æqualitatem vtramque partem redigat: nempe auferendo ab altero, qui plus habet partem aliquam, quæ deest ei, qui minus habet, eamque partem ei adiudicare, vt hoc modo vtrique fiant æquales partes, eorum, qui permutarunt. Hoc Aristoteles declarat duobus exemplis: vnum est de percutiente & percusso: quorum ille percutiens fecit iniuriam, & ea in parte habet plus, & quasi potior eo, qui est percussus. Hic autem passus est iniuriam a percutiente, & ea in re habet minus, & inferior est percutiente: sunt ergo inter se inæquales. Itaque confugiunt ad iudicem, & is, qui iniuriam passus est, conqueritur de illa iniuria & inæqualitate: iudex hanc inæqualitatem volens corrigere, & ad æqualitatem redigere, punit ipsum percutientem, qui iniuriam fecit, vel pœna pecuniaria, vel alia aliqua pœna. Per hanc pœnam aufert ab eo, qui iniuriam fecit, id, quod videbatur plus habere, & sic fit compensatio alteri pro accepta iniuria, ita vt non amplius videatur esse deterior, & deteriori loco percutiente, sed per illam vindictam quodammodo redditur ei æqualis, vt alter non possit multum de suo gloriari, quasi potiori loco sit eo, cui iniuriam intulit.

Iudex est ius animatum.

Iudicis partes esse inæqualitatē corrigere duobus exemplis demonstratur.

Alterum exemplum est Mathematicum, desumtum a linea, quæ in duas partes inæquales est dissecta, cuius duo illa segmenta, τμήματα, inæqualia, tum iterum possunt fieri æqualia, quando excessus lineæ maioris secatur per medium, & vna eius pars a maiore linea aufertur, & adiicitur minori lineæ, tum ambæ lineæ rur-

sum

ſus fierent æquales. Exempli gratia: Sit linea aliqua ſex pedum longa, nempe linea A B, quæ inæqualiter diſſecta, facit duas lineas inæquales, nempe lineam A C, quæ eſt quatuor pedum, & lineam C B, quæ eſt duorum pedum: facta comparatione harum linearum apparebit lineam A C, ſuperare lineam C B duobus pedibus. Nam ſi media pars huius exceſſus, nempe vnus pes adiiciatur lineæ minori C B, tum faciet eam ſimilem A C: nam vtraque habebit tres pedes. Hoc exemplum etiam poteſt reſolui & linearum & literarum hoc modo ad exemplum reale. Sit hereditas aliqua duobus fratribus a parentibus relicta: nempe Sempronio & Titio, quæ hereditas eſt in vniuerſum 1500. florenor. In hac diuiſione Sempronius conſequitur nongentos florenos, Titio obtingunt ſexcenti floreni. Diuiſio hæc eſt inæqualis, & propterea iniuſta. Qui enim idem ius habent in adeunda hereditate paterna, iis etiam ęqualis portio debetur. Ideo quia Titius minus accepit, merito conqueritur de damno & iniuria, ſibi a fratre illata, ac poſtulat, æqualem habere partem cum fratre, iſta inæqualitas cognoſcitur ex exceſſu melioris partis, quam conſecutus eſt Sempronius. Nam Sempronius trecentos florenos plus accepit, quam Titius. Itaque hi trecenti floreni in duas æquales partes ſunt diuidendi: & vna pars, nempe 150. adiudicandi ſunt Titio, & tunc ambo fratres habebunt æquales partes ex illa hereditate: ſinguli ſcilicet habebunt 750. floren. Eodem modo iudex, quando corrigere vult iniuſte factam permutationem inter ipſos litigantes, quærere debet medium inter eum, qui plus, & alterum, qui minus habet: quo medio inuento facile poterit corrigere illam inæqualitatem, & ipſam permutationem ad æqualitatem redigere, ac tunc erit iuſta, vt neutra pars poſſit de iniuria conqueri. Nam vt omne iuſtum debet eſſe æquale, ita etiam eſt medium quoddam inter ea, quæ ſunt inæqualia & iniuſta. Ideo inquit Ariſtoteles, eſſe quoſdam, qui exiſtimant, τὸ δίκαιον iuſtum eſſe, quaſi δίχαιος aut δίχα ἰὸν, id eſt, *per medium tranſiens*, quod nihil aliud, quam æqualitatem ſeruare. Nam Mathematici διχοτομίαν vocant, mi-

δίκαιον q. δίχαιον. Dichotomia.

quando linea aliqua per medium punctum in duas æquales partes secatur. Nam quod est extra medium, illud est inæquale, quia vel habet excessum vel defectum, id est, *plus vel minus*: ideoq; etiam est iniustum. Hanc ob caussam ii, qui iniuria affecti sunt, & minus videntur habere, ac deteriore esse conditione, quam deberent, quærunt iudicem tanquam medium siue mediatorem, per quem possint suum ius, quod ipsis debetur, consequi, id est, *æquales fieri ei, a quo iniuriam acceperunt.* Hoc autem ius consistit in ipso medio & inæqualitate, quemadmodum etiam Aristoteles *in lib. 3. polit. cap. 12.* ait: τὸ μὲν δίκαιον ζητοῦντες τὸ μέσον ζητοῦσι Hinc etiam iudices a quibusdam vocantur μεσῖται, *mediatores*, qui mediam viam inter litigantes quærunt & ingrediuntur. Vnde a Græcis διὰ μέσου δίαιτος illi, qui debent dirimere controuersias. Hinc videtur deductum vocabulum Germanicum Bidermann/ quasi vtrorumque vir, Beydermann/ qui vtrique parti litigantium æque fauet, & æqualitatem inter vtramque partem quærit. Hanc ob caussam etiam quidam existimant, iudicem dictum esse δικαστὴν, quasi διχαστὴν, qui per medium ipsam litem & controuersiam sedat a Græco verbo διχάζω, id est, *in duas partes æquales seco.* Iudex enim in iustitia commutatiua corrigenda totam summam rerum permutandarum in duas æquales partes secat, & facta comparatione eorum, quæ vtraque pars accepit facile inde perspicit, quantum vnicuique parti debeatur, & quantum vna pars plus, altera minus accepit: & ab ea parte, quæ plus accepit, aufert aliquam partem excessus, & adiudicat ei parti, quæ minus accepit, donec fiant inter se æquales, ita vt in permutatione vna pars det tantum, quantum accepit, & altera tantum accipiat, quantum dedit.

Iudices μεσῖται dicuntur.

Bidermañ vnde.

Quæstiones septẽ huius capitis.

C τὸ δ' ἴσον μέσον ἐστὶ τῆς.) Hæc est tertia pars cap. huius, in qua de iustitia commutatiua septem quæstiones explicantur, pro maiore eorum, quæ dicta sunt, declaratione: 1. Prima quæstio est, *qualem proportionem seruet iustitia commutatiua, vt possit iusta fieri permutatio.* 2. Altera est, *quo pacto secundum illam proportionem æqualitas rerum permutandarum sit inuestiganda & æstimanda.* 3. Tertia, *vtrum proportio iustitiæ commutatiuæ, id est, Arithmetica*

tica proportio possit etiam locum habere in iustitia commutatiua. Quarta, *in quibus proportio Geometrica locum habeat.* Quinta, *vtrum iniusta sit permutatio, quando aliquis in permutando plus dat volens, quam ipse accepit.* Sexta, *quodnam sit signum iustæ aut iniustæ permutationis.* Septima, *quo pacto definitio virtutis, in qua dictum est, eam esse mediocritatem, quoad nos possit competere iustitiæ commutatiuæ, quæ simpliciter considerat medium rei sine personarum respectu.* Quod ad primam quæstionem attinet: quia quæritur, *qualem proportionem seruet iustitia commutatiua?* Respondet Aristoteles, eam seruare proportionem Arithmeticam. Inquit enim, *æquale, quod in hac iustitia consistit, est medium inter plus & minus secundum Arithmeticam proportionem.* Est autem Arithmetica proportio, *quemadmodum supra initio cap. 3. dictum fuit*, in quo omnino varia & æqualia sunt terminorum interualla: ita vt ipsi termini a se mutuo æque sint distantes, & nullus alterum, qui sibi vicinus est, superet. Eodem modo in permutatione rerum nuda & simplex spectanda est æqualitas citra vllum respectum personarum: ita enim, qui inter se permutare volunt, permutationem instituere debent, vt nulla pars plus habeat, quam altera, sed vt æqualia dentur pro æqualibus, tantum scilicet vini in pretio, quantum valet ipsum frumentum, quod ad pretium attinet. Sic etiam, cum in emendo & vendendo pro mercibus datur pecunia, non plus pecuniæ dandum, quam sit pretium ipsarum mercium, quas emimus. Nisi enim hæc æqualitas seruetur, non erit iusta permutatio, quia vna pars habebit lucrum, & altera damnum. Exempli gratia: Si frumentum permutandum est cum vino, & agricola dat duodecim saccos frumenti, quorum singuli valent 2. flor. Igitur etiam vinitor agricolæ debet dare tantum vini, cuius pretium correspondeat pretio frumenti: atque in talibus contractibus, qui permutandi gratia fiunt, non habetur respectus personarum, cuiuscunque sint status & conditionis. Neq; enim consideratur, vtrum ille, qui emere vult aliquid ab altero, sit nobilis vel rusticus, consul aut plebeius, literatus aut illiteratus, vir bonus aut vir malus: sed simpliciter considerantur, quæ sunt per-

4.
5.
6.
7.

Iustitia commutatiua qualem proportionem seruet.

mutanda, vt nimirum æqualia pro æqualibus reddantur, quod est propriũ proportionis Arithmeticæ, in qua termini paribus interuallis a se mutuo distant. Quo pacto autem in iustitia commutatiua æqualitas secundum proportionẽ Arithmeticam sit inuestiganda & æstimanda, Aristoteles declarat exemplo Mathematico trium linearum æqualium, & ostendit, quomodo istæ lineæ, si inæquales factæ fuerint, possint iterum ad æqualitatem redigi: quo exemplo doceri vult, quomodo permutatio aliqua, q̃ iniusta facta, possit ad proportionem Arithmeticam reuocari ad æqualitatem, ita vt nõ amplius sit iniusta, sed iusta permutatio. Primum autem exemplum Aristotelis explicabimus, deinde illud applicabimus ad exemplum reale. Aristotelis exemplum tale est: *Sint tres lineæ inter se æquales, quarũ quælibet habet 6. pedes, nempe linea αα, ΒΒ, & linea γγ: tum si a prima linea αα auferantur duo pedes, nempe αε, & adiiciantur tertiæ lineæ γγ, tum omnes tres lineæ efficientur inæquales. Nam linea αα habebit tantũ 4. pedes: linea autem ββ habebit 6. & linea tertia habebit 8. pedes. Itaq; media linea BB superabit primam lineam duobus pedibus: a tertia autẽ superabitur duobus pedibus. Sunt ergo omnes tres inæquales: redigi autẽ poterunt ad æqualitatẽ per applicationem mediæ lineæ BB, quæ habet adhuc suam primam lineam, & est veluti norma, per quam primæ lineæ defectus, & tertiæ excessus poterit cognosci & corrigi: nempe si ea pars, quæ tertia linea ipsam mediam excedit, auferatur tertiæ lineæ, & adiiciatur primæ lineæ, tum rursum erunt æquales, quemadmodum initio fuerant. Nam duo pedes ablati a tertia lineæ, quæ est 8. pedũ, relinquuntur 6. pedes tertiæ lineæ: hi duo pedes additi primæ lineæ, quæ est tantum 4. pedum, etiam constituent lineam 6. pedum, & sic omnes tres efficientur æquales.* Eodem modo etiam rerum iniusta permutatio, per quam vna pars damnũ, altera lucrum consecuta est, potest corrigi, & ad æqualitatẽ reuocari: si nimirum lucrũ ab vna parte auferatur, & restituatur ei parti, quę damnũ passa est, tum vnaquęq; pars permutantiũ habebit æquales portiones, & de iniuria neutra potest conqueri. Exemplũ hoc Mathemat. potest etiam resolui in exemplũ reale, id est, certarũ rerũ, quas aliqui cupiunt inter se cõmutare. Verbi gratia: Dicamus,

Æqualitas in iustitia commutatiua quo pacto secundum proportionẽ Arith. inuestiganda.

duos

duos esse mercatores, qui inter se volunt cōmutare aromata, Caius & Titius. Caius cupit cum Titio permutare saccum cinamoni cum sacco croci. sed saccus cinamoni valet 50. flor. saccus a. croci 80 flor. Hæc si simpliciter permutētur, esset inæqualis, & iniusta permutatio. Quia p 80. flor. alter pmutaret tantū 50. flor. Itaq, vt fiat iusta permutatio, q̄renda est æqualitas rerū permutādarum. Ea a. inuestigatur primū, si vtrumq; pretiū cōiungatur, & deinde totū diuidatur in duas æquales partes. Sic n. apparebit, quantū quisq, debeat habere in pmutatione, q̄a debēt esse æquales. Itaq; 80. coniuncta cum 50. efficiunt 130. hæc in duas partes æquales diuisa, ostendūt vnicuiq, deberi pro 65 flor. atomata. Quia autem saccus cinamoni valet tantum 50. flor. ideo is. qui crocum accipit, debet alteri restituere 15. florenos, & sic iusta erit permutatio. Tertia quæstio est *de Arithmetica proportione, vtrum etiam possit habere locum in iustitia distributiua?* Ad hanc Aristoteles sic respondet: Etiamsi distributio præmiorum, honorum, laborum, pœnarum & similium rerum pręcipue pertinet ad proportionē Geometricam, in qua personarum dignitas spectatur, tamen interdum etiam in his seruanda est æqualitas & proportio Arithmetica Primum quando inter æquales, i. e. qui eiusdem sunt & dignitatis & cōditionis ista sunt distribuenda. Nā etiam hic iuxta proportionē Geometricam æqualia æqualibus sunt distribuēda: Deinde propter res ipsas, quæ distribuūtur. Nam hæ debent correspondere dignitati, conditioni & merito eorū, quib tribuūtur. Exempli gratia, præmia debent respondere diligentiæ adhibitæ, labores debent respondere viribus eorū, quib iniungūtur, vt dicitur, vltra vires nemini est aliquid iniungendum. Sic mercedes & stipendia, quæ tribuuntur pro laboribus debent ipsis correspondere, vt quo quis plus laborauit, eo etiam plus accipiat. Nam pœnæ & supplicia debent conuenire delictis, quia peccata non sunt omnia paria & æqualia, vt Stoici dixere, sed alia aliis sunt grauiora: atrociora delicta, atrocioribus pœnis esse coercenda, castiganda & punienda. Quia autem omnino pares sunt, paribus quoque præmiis vel pœnis sunt afficiendi.

Proportio Arithmetica an etiā locū habeat in iustitia distributiua.

Proportio Arithmetica in quibus rebus locum habeat.

Quarta quæstio est, qua quæritur *in quibus rebus locum habeat proportio Arithmetica*. Ad hanc ita respondēdum est. Proportio Arithmetica locū habet primum in permutatione earundem rerum, veluti cum res, quæ sunt eiusdem speciei permutare volunt, *vt panem cum pane, frumentum cum frumento*, quæ mutuatio frequenter accidit in re domestica, cum a vicino vel amico aliquid mutuo accipimus. In hac mutuatione omninò seruāda est Arithmetica proportio, vt tantundē alteri restituamus, quātū ab eo accepimus. Imo etiam Hesiodi præceptum sit obseruandum, qui iubet *in eiusmodi mutuationibus aliquāto maiore mensura, si possumus, restituendū esse alteri, quod ab eo mutuo accepimus*. Hac enim ratione non solum in permutando iusti esse videbimur, sed etiam grati & liberales. Ita vt etiam, quemadmodum Hesiodus ait *altera vice, si iterum opus habeamus maiore cum fiducia aliquid petere possimus*. Deinde proportio Arithmetica etiam habet locum in permutatione diuersarum rerum, veluti cū vinum pro frumento, aut pecuniam pro mercibus, aut ipsas merces inter se commutamus. In hac permutatione etiam tenenda est hæc æqualitas, *vt tātum quisq; det, quantū ab altero vult* accipere. Alioquin enim talia commercia non possent diu exerceri. Imo vt dicit Aristoteles cito tollerentur, si agens & patiens, id est, ipsi permutantes non æqualia darent & acciperent. Exempli gratia, si sutor semper deberet minus accipere pro calceis, quam ipsi constitisset corium, non posset diu suum officium exercere.

Permutatio vtrum sit iniusta, quādo quis volens plus dat, quā accipit.

Quinta quæstio est huius loci, *vtrum iniusta permutatio sit, si quis volēs plus dat alteri in permutando, quā ab eo accipit?* Ad hanc quæstionem sic potest responderi. Etiamsi ea permutatio, in qua aliquis volens plus dat q̄ accipit, non sit secundum proportionem arithmeticam, tamen non potest propterea dici iniusta, quia talis volens de suo iure aliquid remittit, volenti enim non fit iniuria, *quemadmodum in 9. cap. explicabitur*, sed tantum inuito. Ideo in hoc libro inquit Aristoteles. *Iustitiam commutatiuā ostendere medium inter lucrum & damnum in ijs commercijs & permutationibus in quibus præter nostram voluntatem damnum accipimus*. Nam quod ad liberas

per-

permutationes & donationes attinet, quæ non ex iure, sed ex sola voluntate & libero arbitrio dantis pendent, in his iniuria locum non habet, etiamsi vna pars videatur minus accepisse, quam altera. Proinde illa mercedis distributio inter operarios, de qua Matth. cap. 20. habetur non fuit iniusta dicenda, etiamsi paterfamilias postremis operariis tantundē dedit, quātū primis. Fecit enim hoc ex libera sua voluntate. Ideo ceteris, qui indigne hoc ferebant, respondit, *se potestatē habere in suis bonis faciendi, quicquid velit.* Sexta quæstio est de signo, *per quod possit cognosci iusta aut iniusta permutatio.* Hoc signum paucis verbis Aristoteles indicat, cum inquit *considerandum esse, vt permutantes post permutationem factam tantundem habeant, quantū ante permutationem habuerunt; non vero altera pars habeat lucrum, altera damnum.* Nam si post factam permutationem sunt æquales, ita vt neuter possit de lucro gloriari, vel de damno conqueri, tum est iusta permutatio. Sin vero altera pars post factam permutationem plus vel minus habet, quam antea, indicium est, iniustam esse illam permutationem. Septima quæstio, quæ hic etiam consideranda est, licet Aristoteles eius rei faciat manifestam mentionem, pertinet ad ipsam mediocritatem iustitiæ commutatiuæ.

Permutatio iusta aut iniusta sit quo pacto cognoscatur

Dixit enim Aristoteles, mediocritatem iustitiæ commutatiuæ non considerari respectu personarum, sed tantum nudam & simplicem æqualitatem rerum, quæ permutantur, *vt supra in lib. 2. in definitione virtutis fuit dictum.* quod virtus posita sit in mediocritate non ipsius rei; sed personarum. Nam virtus considerat, quid vnamquamque personam deceat, ita vt non eadem æqualitas omnibus æque conueniat: Proinde videtur illa virtutis definitio non competere iustitiæ commutatiuæ, quæ solum spectat medium rei, & nō medium personæ. Ad hanc obiectionem siue quæstionem sic potest respondere, quod iustitia vtrinque medium considerat & rei & personæ. Rei quatenus ostendit, & quodammodo efficit illud medium, quemadmodum circa finem sequentis cap. ait, quod iustitia est effectrix τῦ μέσυ, id est, *medij siue τῦ ἴσυ æqualitatis*: personæ autem respectu me-

Virtutis definitio quo pacto conueniat iustitiæ cōmutatiuæ.

dium dicitur, quatenus illud ipsum medium rei etiam accommodatur personis secundum *ἀναλογίαν proportionem*, & similitudinem rationum, vel Geometricam in distribuendo, vel arithmeticam in commentando.

Lucri & damni vocabula quo pacto ad iustitiæ actiones sint translata.

Διελήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα.) Ad finem cap. monet Aristoteles, quo pacto illa vocabula lucri & damni τοῦ κέρδους etiam has ad actiones iustitiæ & iniustitiæ sint translata. Nam etsi ista vocabula proprie tantum dici possunt de contractibus & commerciis voluntariis, quando aliqui volentes & scientes inter sese contrahunt & commercia exercent, tamen possunt etiam transferri ad contractus inuitos, ἀκούσια συναλλάγματα, in quibus nobis nolentibus aut ignorantibus alii damnum inferunt & iniuriam faciunt, veluti fit *in furtis, rapinis, adulteriis, contumeliis, cædibus & similibus aliis actionibus, & factis, quibus vel fama & existimatio nostra, vel bona, & possessiones nostræ violantur & imminuuntur, quibus omnibus damnum accipimus & per consequens etiam iniuriam.*

Tales autem iniuriæ & eiusmodi damna requirunt quoque compensationem aliquam, vt nobis damnum vel iniuriam passis, satis fiat & damnum resarciatur, & iniuria compensetur. Quæ compensatio debet fieri per iustitiam commutatiuam secundum proportionem Arithmeticam, vt pro magnitudine damni & iniuriæ æqualis fiat compensatio per pœnam & mulctam, quæ irrogatur a iudice ei, qui iniuriam & damnum intulit, per quam pœnam siue mulctam adimitur ei, qui iniuriam fecit id, quod videbatur plus habere, & restituitur ei, qui iniuriam est passus id, quod videbatur minus habere.

ΚΕΦ. ε'.	CAP. 5.
A Δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν. ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον, τὸ ἀν-	*Videtur autem nonnullis par pari referre simpliciter ius esse: quemadmodum Pythagoras dicebant. Ius enim absolute par pari alii referre diffiniebant.*

finiebant. verum par pari referre, neque ad distribuendi ius, neque ad emendandi congruit. volunt tamen ipsi Rhadamanti quoque ius hoc dicere:

Cuique pati si retttuleris par, ius erit aequum.

multis enim locis dissidet: ut si imperio potiens percusserit, repercutiendus non est: & si imperantem percusserit, non solum est percutiendus, sed & supplicio afficiendus. praeterea lubensne an invitus, multum refert. Sed in commerciorum societatibus par pari referens, consociat, ex proportione, non ex aequalitate. par enim pari referendo ex proportione, civitas constat. Vel enim ut male referant, quaerunt: alioqui esse servitus videtur, nisi par pari referretur, vel ut bene. alioqui non fiet communicatio: at communicatione consistunt. unde etiam Gratiarum templum palam proponunt, ut exstet remuneratio. Id enim proprium gratiae est. Nam & ei, qui gratificatus est, obsequium rependendum, etiam ipsi rursus gratificando. Coniugatio autem ex diametro remunerationem hanc ex proportione facit: ut sit aedificator, ubi A: sutor, ubi B: domus, ubi C: calceus, ubi D. Oportet igitur, ut aedificator a sutore opus ipsius accipiat,

ἀντιπεπονθὸς, ἀλλὰ τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει, οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν. καίτοι βούλονται γε τοῦτο λέγειν, καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον·

εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ. οἷον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι· καὶ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῆναι μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι. ἔτι τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον διαφέρει πολύ. ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς, κατ' ἀναλογίαν, καὶ μὴ κατ' ἰσότητα. τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις. ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν· εἰ δὲ μὴ, δουλεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσει, ἢ τὸ εὖ. εἰ δὲ μὴ, μετάδοσις οὐ γίνεται· τῇ μεταδόσει δὲ συμμένουσι. διὸ καὶ χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται, ἵνα ἀνταπόδοσις ᾖ. τοῦτο γὰρ χάριτος ἴδιον. ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι, χαριζόμενον. ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν τὴν κατὰ ἀναλογίαν, ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις. οἷον οἰκοδόμος ἐφ' ᾧ α, σκυτοτόμος ἐφ' ᾧ β, οἰκία ἐφ' ᾧ γ, ὑπόδημα ἐφ' ᾧ δ. δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον παρὰ τοῦ σκυτοτόμου τὸ ἐκείνου ἔργον,

B

καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι τὸ αὑτοῦ. ἐὰν οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται, ἔσται τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ μή, οὐκ ἴσον, οὐδὲ συμμένει. οὐθὲν γὰρ κωλύει, κρεῖττον εἶναι τὸ θατέρου ἔργον, ἢ τὸ θατέρου. δεῖ οὖν δὴ ταῦτα ἰσασθῆναι. ἔστι δὴ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. ἀνῃροῦντο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν, ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο, καὶ τοσοῦτον, καὶ τοιοῦτον. οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ, καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων καὶ οὐκ ἴσων· ἀλλὰ τούτους δεῖ ἰσασθῆναι. C διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστὶν ἀλλαγή, ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε, καὶ γίνεταί πως μέσον. πάντα γὰρ μετρεῖ· ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ D τὴν ἔλλειψιν, πόσα ἄττα δὴ ὑποδήματα ἴσον οἰκίᾳ, ἢ τροφῇ. δεῖ τοίνυν ὅπερ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαδὶ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν, ἢ τροφήν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλλαγή, οὐδὲ κοινωνία. τοῦτο δ', εἰ μὴ ἴσα εἴη πως, οὐκ ἔσται. δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον. τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία ἣ πάντα συνέχει. εἰ γὰρ μηθὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγή, ἢ οὐχ ἡ αὐτή·

& ipse suum illi tradat. Quod si primum sit ex proportione aequum, deinde par pari referatur, erit id quod dicitur: sin minus, aequum non erit, nec consistit. nihil enim vetat, opus unius praestabilius, quam alterius, esse. Quocirca aequanda ea sunt. est autem hoc in aliis quoque artibus: tollerentur enim, nisi & efficiens, & quantum, & quale faceret: & quod patitur, id & tantum & tale pateretur. Non enim ex duobus medicis societas fit, sed ex medico & agricola, & omnino diversis, & non aequalibus: sed hi tamen aequandi sunt. Idcirco omnia ea, quorũ est commutatio, comparabilia esse quodam modo debent, quamobrem numus accessit, ac quodam modo medium fit. metitur enim omnia: quare etiam excessum & defectum, quotnam calcei domui, vel alimento aequales sint. Oportet igitur, quod est aedificator ad sutorem, tot calceos ad domum, aut alimentum esse. nisi enim id fiat, non erit commutatio nec societas. id autem, nisi aequalia ea, quodam modo sint, non erit. oportet igitur, ut uno quodam cuncta mensurentur, ut dictum est prius. at id est re vera quidem usus, qui omnia consociat. nam si nulla re usus sit hominibus, vel non similiter, aut non erit cõmutatio, aut non eadem:

nimirum

nimirum in usus vicem numus ex pacto substituitur: & idcirco numus appellatur, quod nō natura sit, sed instituto: in nobisq; sit, eum mutare, atq; inutilem reddere. Par igitur pari reddetur, cum aequatae res fuerint: ut quod est agricola ad sutorem, id opus sutoris ad agricolae opus sit. In formam autem proportionis redigere opus non est, cum permutabunt. alioqui utrasq; habebit exsuperationem alterum extremū: sed ubi habuerint sua quisque, ita aequi & socii sunt: quoniam in ipsis fieri haec aequalitas potest. Sit agricola A, alimentum C, sutor B: opus ipsius aequatum D. si autem hoc modo par pari nō referretur, nulla esset communicatio. usum vero, quasi res una quadam id esset, consociare, illud declarat, quod cum neutri usus venerit alterorum, aut utriq;, aut alter commutationē non faciant: ut cum eo, quod hic habet, cuipiam usus erit, ut vino, pro quadam frumenti commeatum. id igitur aequatum prius sit, necesse est. In futuram tamen commutationem, si nunc nihilo usus erit, quia futurus est, si egeat, numus veluti sponsor nobis intercedit. eum enim afferenti accipere liceat, oportet. idem igitur etiam huic contingit. non enim semper aequale potest. quamuis magis velit permane-

οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. ἔσται δὴ ἀντιπεπονθὸς, ὅταν ἰσασθῇ. ὥστε ὅπως γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τὸ ἔργον τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ. εἰς σχῆμα δὲ ἀναλογίας οὐ δεῖ ἄγειν, ὅταν ἀλλάξωνται. εἰ δὲ μὴ ἀμφοτέρας ἕξει τὰς ὑπεροχὰς τὸ ἕτερον ἄκρον. ἀλλ' ὅταν ἔχωσι τὰ αὐτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινωνοὶ· ὅτι αὕτη ἡ ἰσότης δύναται ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι. γεωργὸς α, τροφὴ γ, σκυτοτόμος β, τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ ἰσασμένον δ. εἰ δ' οὕτω μὴ ἦν ἀντιπεπονθέναι, οὐκ ἂν ἦν κοινωνία. ὅτι δ' ἡ χρεία συνέχει, ὥσπερ ἕν τι ὂν, δηλοῖ, ὅτι ὅταν μὴ ἐν χρείᾳ ὦσιν ἀλλήλων, ἢ ἀμφότεροι, ἢ ἅτερος, οὐκ ἀλλάττονται· ὥσπερ ὅταν οὗ ἔχει αὐτὸς, δέηταί τις, οἷον οἴνου, διδόντες σίτου ἐξαγωγήν. δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι. ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλλαγῆς, εἰ νῦν μηδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται ἐὰν δεηθῇ, τὸ νόμισμα οἷον ἐγγυητής ἐστιν ἡμῖν. δεῖ γὰρ τοῦτο φέροντι εἶναι λαβεῖν. πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό. οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσον δύναται. ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλ-

D

λον. διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι· οὕτω γὰρ ἔσται ἀεὶ ἀλλαγή· εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. τὸ δὴ νόμισμα, ὥσπερ μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν, ἰσάζει. οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς κοινωνία ἦν· οὔτ' ἀλλαγὴ, ἰσότητος μὴ οὔσης· οὔτ' ἰσότης, μὴ οὔσης συμμετρίας. τῇ μὲν οὖν ἀληθείᾳ ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα, σύμμετρα γενέσθαι· πρὸς δὲ τὴν χρείαν, ἐνδέχεται ἱκανῶς. ἓν δή τι δεῖ εἶναι· τοῦτο δὲ ἐξ ὑποθέσεως. διὸ νόμισμα καλεῖται. τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα. μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι. οἰκία ἐφ' ἧς α, μναῖ δέκα β, κλίνη γ. τὸ δὴ α τοῦ β ἥμισυ, εἰ πέντε μνῶν ἀξία ἡ οἰκία ἢ ἴσον· ἡ δὲ κλίνη δέκατον μέρος τὸ γ, τοῦ β· δῆλον τοίνυν πόσαι κλῖναι ἴσον οἰκίᾳ, ὅτι πέντε· ὅτι δ' οὕτως ἀλλαγὴ ἦν, πρὶν τὸ νόμισμα ἦν, δῆλον. διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ εἰ κλῖναι πέντε ἀντὶ οἰκίας, ἢ ὅσου αἱ πέντε κλῖναι·

E τί μὲν οὖν τὸ ἄδικον, τί τὸ δίκαιον ἐστιν, εἴρηται. διωρισμένων δὲ τούτων, δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν, καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν, τὸ δ' ἔλαττόν ἐστιν. ἡ δὲ δικαιοσύνη, μεσότης ἐστὶν, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσου ἐστίν, ἡ δὲ ἀδικία τῶν ἄκρων. καὶ ἡ μὲν

re. idcirco cuncta æstimata esse oportet. ita enim semper erit cõmutatio. at si ea fuerit, communicatio quoque. numus igitur vt medium, res a se modificatas adæquat. neque enim absque permutatione, communicatio exstiterit: neque permutatio, absque æqualitate: neque æqualitas, absque modificatione. ac fieri quidem non potest, vt quæ adeo inter se distant, vere modificentur: id ad vsum tamẽ satis commode fit. vnum igitur quiddam esse oportet, atque id ex constitutione. vnde etiam numus vocatur. hic enim modificata reddit omnia. numo enim omnia metimur. Sit domus vbi A, minæ decem B. lectus C. A igitur dimidium ipsius B, si quinque minis domus æstimetur, aut æqualis sit: lectus autem C, quia decima pars ipsius B. patebit profecto quot lecti domui sint æquales, nimirum quinque. Ita autem factam fuisse permutationem, antequam numus esset, perspicuum est. nihil enim interest, an lecti quinque sint pro domo, an quãti lecti quinque. quid igitur iniuria, quid iustum sit, dictum est. his aũt definitis, perspicuum est iustã actionem esse iniuriam faciendi, & iniuriam patiendi, medium. illud enim plus habere, hoc minus est. Iustitia vero mediocritas est, non eodem modo, quo superiores virtutes, sed quia medii est, iniustitia autem extremorum. Ac iusti-

tia

tia quidem est, qua iustus dicitur promtus ad rem iustam agendam ex electione, & ad distribuendum & sibi cum altero, & alteri cum alio, non ita, vt expetendæ rei plus sibi, minus vicino sit, damnosæ contra: sed ex æqua proportione, itemq; alteri cum altero. Iniustitia autem contra, ad rem iniustam. id autem excessus & defectus est vtilis rei, vel damnosæ præter proportionem. Idcirco iniustitia excessus est & defectus, quia exsuperationis & defectionis est. In se quidem exsuperationis & rei simpliciter vtilis: & defectionis, damnosæ: in aliis autem, in totũ quidem similiter, quantum vero præter proportionem, vtro modo inciderit. iniuste facti autem minus est, iniuriam pati: magis, facere. De iustitia igitur & iniustitia, quæ sit vtriusque natura, in hunc modum dictum sit, de iure similiter & iniuria, in vniuersum.

δικαιοσύνη ἐστὶ, καθ' ἣν ὁ δίκαιος λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τοῦ δικαίου καὶ διανεμητικὸς καὶ αὐτῷ πρὸς ἄλλον, καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον· οὐχ οὕτως, ὥστε τοῦ μὲν αἱρετοῦ, πλέον αὐτῷ· ἔλαττον δὲ, τῷ πλησίον· τοῦ βλαβεροῦ δ' ἀνάπαλιν, ἀλλὰ τοῦ ἴσου τοῦ κατ' ἀναλογίαν· ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλον. ἡ δ' ἀδικία τοὐναντίον, τοῦ ἀδίκου. τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις τοῦ ὠφελίμου ἢ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον. διὸ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἡ ἀδικία, ὅτι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεώς ἐστιν· ἐφ' αὐτοῦ μὲν, ὑπερβολῆς τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου· ἐλλείψεως δὲ, τοῦ βλαβεροῦ. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, τὸ μὲν ὅλον, ὁμοίως· τὸ δὲ παρὰ τὸ ἀνάλογον, ὁποτέρως ἔτυχε· τοῦ δὲ ἀδικήματος, τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι· τὸ δὲ μεῖζον, τὸ ἀδικεῖν. περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, τίς ἑκατέρας ἐστὶν ἡ φύσις, εἰρήσθω τοῦτον τὸν τρόπον, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου, καθόλου.

COMMENTATIONES.

A *δοκεῖ δέ τισι καὶ*) In hoc capite agitur de Iure talionis, quæ a Græcis nominatur *ἀντιπεπονθὸς*, quasi *reciproca aut mutua passio*. Barbari vocant *contrapassum* & *repassionem*: quando quis idem patitur, quod alteri fecit, vt si *inflixit colaphum aut amputauit digitum vel manum, patietur sibi vicissim infligi colaphum*

aut digitum vel manum amputare. Nominatur autem ἀντιπεπονθὸς, a verbo ἀντιπάσχω, id est, *vicissim patior*, a Latinis dicitur *Talio* & *Ius talionis*, quia talia tribuuntur, qualia quis fecit aut alteri præstitit. Vnde apud Gellium *retaliare*, quasi talia retribuere, qualia alter fecit. De hoc iure etiam in sacris literis exstat præceptum, vt in Exod. cap. 21. in Deuteron cap. 19. vbi Moyses exigit vitam pro animo, oculum pro oculo, &c. Huius legis etiam mentio fit in legibus 12. tabularum, vbi inter ceteras leges etiam hæc ponitur: *Si membrum rupit meum, e pacto talio esto*, id est, *vicissim membrum rumpatur.* Ac de hac lege plura habentur apud Gellium cap. 1. lib. 20. Quid autem de Iure talionis sentiendum sit, Aristoteles in hoc capite explicat. Cuius hæ sunt quatuor partes: primum exponit Pythagoræorum sententiam de hoc Iure talionis, eamque refutat: deinde suã de hoc iure exponit sententiam: tertio ostendit quomodo ius talionis in commutatione rerum diuersarum ita sit inuestigandum, & seruandum, vt possit fieri iusta talio, id est, compensatio. Quarto concludit ea, quæ hactenus de definitione & mediocritate vtriusque iustitiæ dicta sunt.

Talio.

Ius talionis.

Pythagoras quid de Iure talionis senserint.

De prima parte Pythagoræi dicebant, ius & iustitiam nihil aliud esse, quam talionem, id est, eiusmodi retributionem & compensationem, nempe, si quis idem patitur sibi fieri, quod ipse alteri fecerat. Et hoc ius nominabant ἁπλῶς δίκαιον, *simpliciter ius, quasi ipsissimam iustitiæ regulam.* Atque hanc suam sententiam confirmabant aut auctoritate & testimonio Rhadamanthi, qui fingitur a Poetis, quod fuerit iustissimus iudex apud inferos, cum suis duobus fratribus, Minoe & Æaco; quorum etiam mentionem facit Virg. lib. 6. Æneid. vbi de Rhadamantho sic scribit,

Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna.

Et Cicero libro primo Tusculanarum quæstionum, *Rhadamanthum & Minoa* vocat *inexsecrabiles iudices apud inferos, qui simpliciter ipsum ius exsequuntur, sine omni commiseratione aut mitigatione.*

Hic Rhadamanthus leges quasdam versibus conscripsit, inter quas etiam hanc legem de iure Talionis scripsit,

psit, cuius verba Aristot. recitat inquiens, εἴκε πάθοι & &c. *si qua quis faciat, patiatur, ius erit æquum, si qua quis faciat, eadem patiatur, & ipsum iudicium rectum fuerit vindictaq; recta.*

Atque hæc Pythagoræorum est sententia de Iure talionis. Eam Aristoteles refutat duobus argumentis. Primum sumitur ex diuisione iustitiæ, hoc modo, *si talionis ius est verissimum & rectissimum ius: igitur locũ habebit in vtraq; iustitia distributiua & cõmutatiua.* Sed *ius talionis neq; locũ habet in distributiua, neq; in cõmutatiua iustitia.* Igitur *ius talionis non est simpliciter verissimum & rectissimum ius.* Minor propositio est duarũ partium, quarũ prima est de iustitia distributiua: altera de iustitia commutatiua. Quod a. ius talionis non habeat locum in iustitia distributiua, probatur ex eo, *quia in iustitia distributiua, quemadmodum supra dictum fuit, habendus est respectus personarũ, ita vt cuilibet persona id tribuatur, quod eius dignitati & meritis conueniat: non enim eodem modo puniendus est, qui consulem verberauit aut prætorem, sicut is qui vulnerauit seruum aut hominem priuatum.* Sic ebrietas *non eodem modo reprehendenda & castiganda est in cõcionatore, quo in milite.* Sed *in talione Pythagoræorum non habetur respectus personarum. sed requiritur, vt simpliciter eadem delicta eodem modo puniantur, qualescunque fuerint personæ, quæ deliquerunt.* Ergo *ius talionis non habet locum in iustitia distributiua.* Altera pars minoris pertinet ad iustitiam commutatiuam, in qua etiamsi requiritur quodammodo æqualis compensatio secundũ proportionem Arithmeticam, tamen ipsum ius talionis non semper in omnibus potest habere locum. Nã ius talionis requirit, vt eadem pro iisdem retribuamus, & rependamus, veluti *panem pro pane, vinum pro vino, pecuniam pro pecunia, & quidem in ipsa specie Thaleros pro Thaleris, coronatos pro coronatis.* Sed in iustitia commutatiua non semper eadem pro iisdem rependuntur, sed plerumque res diuersæ permutantur pro rebus quidem diuersis, eiusdem tamen pretii & valoris, vt vinum pro frumento, pannus pro pecunia, merces pro laboribus, præmium pro diligentia, honor pro virtute. In hac permutatione non simpliciter seruatur lex Talionis, et-

Argumentum.

Ius talionis non habere locũ in iustitia distributiua.

tamsi seruetur æqualitas secundum Arithmeticam proportionem. Alterum argumentum sumitur a discrimine factorum, quorum alia sunt *ἑκούσια voluntaria*, *alia ἀκούσια non voluntaria*, quæ sane plurimum inter sese differunt. Si inquit *iustitia nihil aliud est, quam ipsum ius talionis, per quod eadem re, eodem plane modo oportet alteri retribuere, quod ipsi est factum, ab eo igitur, qui imprudens & inuitus alterum læsit aut iniuria affecit, is iuxta naturam talionis & Pythagoreorum sententiam vicissim pari modo ab imprudente & inuito esset lædendus & iniuria afficiendus, vt nimirum iniuria inuita per inuitam vindictam compensaretur, & hoc modo per omnia esset æqualis*, & vt Gellius inquit, *quod per imprudentiam factum est, debet etiam retaliari per imprudentiam.* Sed hoc est *ἀδύνατον, nemo enim potest inuitus aut imprudens illatam iniuriam vindicare, sed facit sciens & volens.* Igitur *ius talionis, pro vt Pythagorei illud interpretabantur, non est simpliciter ipsum ius.* Præterea monet Gellius in Pythagorica *talione seu vindicta omnes circumstantias exacte esse seruandas: vt vindicta plane secundum omnes circumstantias ita fiat, quemadmodum iniuria ab altero fuit illata, ita vt neque maior sit vindicta, neque minor.* Sed hoc omnino exacte fieri non potest, sicuti in eodem loco Gellius prolixe ostendit. Ergo *Pythagorica talio non est simpliciter ipsum ius aut iustitia.*

Secunda pars capitis.

B ἀλλ' οὐ μὲν ἐν ταῖς κοινωνίαις.) Postquam Aristoteles proposuisset sentētiam Pythagoreorūm de iure talionis, & ostendisset, eam non esse simpliciter ipsum ius seu iustitiam, quemadmodum ipsi intelligebant, iam in altera parte cap. vlterius progreditur, & suam de talione siue iure talionis exponit sententiam: neque enim omnino ius illud a iustitia est excludendum, imo ipsum ius naturæ & ipsa æquitas postulant quodāmodo aliquam talionem siue retributionem, vt nimirum, quæ quis alteri fecit siue bona sint siue mala, ipse quoque vicissim talia ab eo exspectet.

Lex talionis natura insita.

Vnde sententia hæc quodammodo naturæ nostræ insita est. *Quod tibi non fieri vis, alteri ne feceris.* Et Christus Saluator noster in Euangelio inquit *qua mensura metieritis eadem remetientur alij vobis.* Et Propheta

Esaias

Esaias inquit *væ tibi qui spolias alterum, quoniã ipse spoliaberis.* Proinde Aristoteles in hac secunda parte huius cap. primum ostendit, *quod talio, id est, retributio omnino necessaria sit in iustitia.* Deinde ostendit *qualis ea debet esse, vt sit iusta & iustitiæ cõsentanea.* Quod ad primum attinet, talionem siue retributionem in iustitia esse necessariam probatur tali argumento. *Quare ciuilis societas continetur & cõseruatur ea ad iustitiã est necessaria, quoniam ex omnibus virtutibus, vt Cicero lib. 1. offic. ait iustitia maxime accommodata est ad ciuilem societatem conseruandam.* Vnde ab Aristotele lib. 3. polit. nominatur ἀρετὴ κοινωνικὴ, id est, *virtus apta ad communicationem officiorum.* Minor, *talione, id est, retributione & compensatione tam bonorum quam malorum ciuilis societas continetur & conseruatur.* Ergo *talio siue retributio ad iustitiam est necessaria.* Minor probatur a caussa efficiente ciuilis societatis: nam caussa quamobrem homines, qui initio dispersi in agris seorsim viuebant, inter se coirent & societatem constituerent, præcipue fuit ipsa inopia & indigentia plurimarum rerum, quibus ad vitę sustentationem opus habemus, quas quoniam non omnes per nos ipsos habere possumus: nudi enim in hanc lucem edimur, & nihil nobiscum afferimus. Hęc inquam inopia homines coegit, vt inter se societatem facerent, & per eam ab aliis cõpararent. quæ ipsi ex se habere non potuerunt: atque hinc nata est mutua inter se homines officiorum communicatio & bonorum permutatio, per quam alter alterius inopiæ & indigentiæ possit succurrere. Hæc a. communicatio & societas non potest ẽt consistere & durare absq; talione, i.e. *retributione & cõpensatione officiorum ac beneficiorum* quam Pithagorei nominarunt ἀντιπεπονθὸς *quasi mutuam & reciprocam passionem.* Quod autem hæc necessaria sit, declarat Aristoteles amplius a distinctione eorum, quæ retribuũtur. Nam retributio ἀντίδοσις vel est malorum, id est, *damnorum & iniuriarum,* quæ nobis sunt ab aliis illatæ, & vocantur speciali vocabulo, *vindicta,* vel est bonorum, id est, *beneficiorum & officiorum,* quæ ab aliis accepimus, & ea nominatur *Gratitudo.* Vtraque autem retributio siue retaliatio necessaria est in ciuili societate, quod

Talionem in iustitia necessariam esse. Argumentum.

Minoris probatio.

Retributio duplex Vindicta Gratitudo.

Aristoteles ostendit ex effectu. Nam inquit si permittitur non malorum retributio, i. e. si non licet iniurias illatas vindicare aut postulare compensationem pro damno, quod nobis ab aliis est illatum, tunc existet quædam seruitus & tyrannis in eiusmodi ciuitatibus, & non erit liberalis appellanda: quia olim seruis non concedebatur actio aduersus suos dominos, etiamsi iniuriam ab illis essent passi. Imo tanta olim erat dominorum in seruos potestas & licentia, vt etiamsi eos occiderent, tamen de iniuria non possent accusari. Itaque tantum licebat libero homini iniuriam vindicare & actionem instituere aduersus eum, a quo iniuria erat affectus. Quod si vero bonorum, id est, beneficiorum retributio non conceditur, tum simul quoque tollitur gratitudo, qua sublata necesse est quoque tolli ciuilem societatem, quia nemo volet amplius alteri benefacere. De ingratis enim nemo libenter bene meretur. Vnde etiam dicitur, quod *ingratitudo exsiccat fontem liberalitatis.* Quod vero gratitudo in ciuili societate maxime colenda & retinenda sit, probat Aristoteles a signo siue facto veterum Græcorum, qui propterea in vrbibus Græciæ in medio foro exstruxerunt templum Gratiarum, vt nimirum ciues suos ad gratitudinem excitarent & assuefacerent. Imo Poetæ fingunt tres Gratias a Ioue patre & matre ἐυρυνόμῃ quasi gratitudo sit lex a Deo hominum mentibus innata. Nam principium hoc ethicum, quo gratiam referendam esse dicitur, vt finguntur esse tres gratiæ, quæ circa beneficia sunt tres præcipue actiones, *dare, accipere & referre.*

Potestas dominorũ in seruos quæ olim

Ingratitudo.

Templum gratiarũ exstructum a Græcis.

Gratiæ tres.

Ac prima Dea gratiarum nominatur ἀγλαΐα, id est, *splendida.* Beneficia enim non debent esse sordida aut occultari, sed debent celebrari & prædicari ab eo, qui accipit. Altera Dea dicitur ἐυφροσύνη *hilaris & læta.* Sicuti enim hilari animo est dandum, ita etiam cum hilaritate & animi promtitudine gratia pro beneficiis est referenda.

Aglaia.

Euphrosyne.

Tertia dicitur θαλεία, nam beneficiorum acceptorum memoria semper apud nos debet florere & nunquam senescere. Finguntur etiam gratiæ nudæ, quia beneficia debent vacare fuco & fraude, quemadmodum interdum homines callidi

Florida Thalia.

Gratiæ cur nudæ.

non

non animo syncero aliis bene faciunt, sed tantum suis beneficiis conantur alios sibi deuincire, a quibus (*ut Terentius dicit*) beneficium accipere, est libertatem vendere. Deinde finguntur etiam inter sese quasi connexæ & cohærentes, veluti per aliquā catenam: quia semper vnū beneficium debet parere alterum, & quasi initium esse, *ut Aristoteles hoc dicit loco*, noui beneficii, & causa perpetuæ & indissolubilis amicitiæ. Deniq; finguntur ita, vt vna ex illis sit auersa ab accipiente facie, quo significatur, eos, qui beneficium præstant, non debere spectare, quantum alter, qui accipit, vicissim sit retributurus, sed potius obliuisci eorum, quæ dederit. Quod etiam Saluator noster Christus videtur innuere, cum ait: *In benefaciendo sinistram debere ignorare, quid fecerit dextra.* Duæ autem Gratiarum finguntur facies in dantem conuersæ, quo significatur, beneficium non solum prompto animo esse accipiendum: sed etiam dupliciter, si fieri potest, retribuendum. Ex his iam dictis intelligitur ius talionis, id est, *ipsam retributionem in iustitia esse necessariam.* Quomodo autem illa fieri debeant, Aristoteles etiam ostendit, & inquit, in iustitia non nudam & simplicem talionem seu retributionem spectandam esse, qualem Pythagoræi spectauere vel statuere: sed esse debere eam analogicam, id est, proportionalem, per quam, etiamsi non simpliciter Pythagoræorum more idem pro eodem retribuitur, tamen retribuitur id, quod est æquiualens, & seruatur ἡ ἰσότης, *æqualitas*, quæ omnino etiam in iustitia est necessaria; sublata enim æqualitate compensationis & retributionis beneficiorum atq; officiorum præstitorum, etiam tollitur iustitia. Nam, *vt supra dictum fuit: Quicquid est inæquale, id etiam est iniquum:* & per consequens, *etiam iniustum.* Sed hic rursum duæ aliæ quæstiones exsistunt: vna, *quamobrem res permutandæ prius ad æqualitatem analogicam sint reuocandæ*: altera, *quo pacto illa analogica æqualitas sit inuestiganda in rebus diuersis.* Quod ad primam quæstionem attinet, caussa, *quamobrem res permutandæ prius sint ad analogicam æqualitatem reuocandæ*, est, quia res, quas cupimus permutare, plerunq; sunt dissimiles & diuersæ, veluti *cum frumentū commutatur cum vino*: item, *cum res venales, quæ*

Cur connexa.

Cur auersa facie.

Res permutandæ cur prius ad analogicā æqualitatē reuocandæ sint.

ad victum vel amictum pertinent, commutantur cum pecunia. Præterea, quia diuersa sunt opificum opera, quorum semper vnus alterius opibus indiget, igitur ea inter sese sunt commutanda: neq; enim, *vt Aristoteles dicit*, ciuitas aliqua constat ex vno medico, id est, ex vno tantum genere hominum aut artificum, sed ex diuersis hominum generibus & opificibus: vt hi igitur inter sese possint sua officia & sua opera commutare: ea autem inter se sunt admodum diuersa: ideo non possunt iuste inter sese permutari, nisi prius reuocentur ad aliquam æqualitatem, vt vnius opus alterius operi ita correspondeat, vt posset fieri æqualis permutatio, &, *vt Aristoteles dicit*, vt agens & patiens, id est, ipsi permutantes inter se æqualia vicissim dent & accipiant: quæ æqualitas, nisi seruaretur, statim tollerentur omnia commercia. Nemo enim diu posset commercium exercere cum altero, si semper minus deberet accipere, quam dedit. Atq; hæc est caussa, quamobrem res permutandæ prius reuocandæ sint ad æqualitatem. Quod vero ad alteram quæstionem attinet, *quomodo in rebus tam diuersis æqualitas sit inuestiganda*, de ea in præcedenti cap. pluribus dictum est. Et in hoc loco Aristoteles breuiter hanc ipsam quæstionem declarat exemplo, cuius hæc est sententia: Primum ad inuestigandam æqualitatem diuersarum rerum res illæ inter se sunt comparandæ secundum proportionem Geometricam. Comparatio autem illa debet fieri κατὰ διάμετρον, secundum permutatos terminos, vt primus cum tertio, & secundus cum quarto comparetur. Ex hac comparatione videbitur, quantum illæ res inter se mutuo excedant: deinde illę res redigendæ sunt ad æqualitatem Arithmeticam per additionem eorum, quæ desunt vni parti, & detractionem eorum, quæ alteri parti supersunt, ita vt neq; excessus, neq; defectus aliquis sit in rebus permutandis, sed vtrinq; sit æquale pretium. Hoc vbi factum fuerit, tunc poterit in permutatione esse talio, id est, *retributio æqualis*, non quidem secundum Pythagoræorum æqualitatem, sed secundum Arithmeticam proportionem, quæ, *vt supra dictum*, in iustitia commutatiua seruanda est. Hanc responsionem declarat exemplo ædificatoris & sutoris, qui

Æqualitas quomodo in rebus inuestiganda.

qui sunt admodum diuersi opifices, quorum etiam opera plane sunt diuersa, nempe *domus* & *calceus*, inter quę tamen potest reperiri aliqua æqualitas, si ad prædictum modum inter sese comparentur: nam quantum opus ędificatoris, nempe domus in pretio excedit opera sutoris, nempe calceos, tantum ipse sutor se velit cum ædificatore commutare, debet vel in calceis, vel in pecunia ædificatori vicissim dare pro domo, vt æqualis fiat etiam compensatio.

C διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ.) Hæc est tertia pars huius cap. in qua Aristoteles agit de medio, per quod æqualitas analogica diuersarum rerum est inuestiganda & constituenda: quemadmodum enim omnia, quæ sunt inæqualia, si ad æqualitatem sunt redigenda, opus habent aliquo medio, tanquam norma & regula, cuius applicatione ad æqualitatem rediguntur, quemadmodum supra cap. 4. dictum fuit de lineis inæqualibus, quod per aliam lineam, tanquam mediam æquales sint faciendæ: ita etiam faciendum est in permutatione diuersarum rerum, vt prius per aliquod medium reuocentur ad æqualitatem, per quam vtraque pars æqualem sortem consequitur, nec possit post permutationem factam, vel de damno & iniuria conqueri, vel de lucro gloriari: nisi enim ante permutationem res ad æqualitatem redigentur, vt tantum quis det, quantum accipit, & vicissim tantum accipiat, quantum dedit, tum iniusta erit permutatio: quia alterum extremum, id est, altera pars permutantium habebit vtrumque excessum æqualitatis, nempe plus & minus: vel, quia plus dat, & minus accipit: vel, quia plus accipit, & minus dat. Quæ sane permutatio propter æqualitatem est iniusta. Ad hanc ergo iniustam permutationem euitandam monet Aristoteles, eos, qui permutare aliquas res inter sese volunt, debere eas prius τὸ σχῆμα ἀναλογίας ἄγειν, id est, *ad formam aliquam porportionis ducere*, id est, *inter sese comparare, ex qua comparatione possint cognoscere, quantum vna res alteram superet*, id est, *quis sit earum rerum vel excessus, vel defectus, quibus cognitis, facile poterunt in illis reperire æqualitatem.* Quod declarat exemplo: *Si*, inquit, *agricola frumentum*

Medium, per quod analogica æqualitas inuestigatur.

commutare velit cum sutore pro calceis, oportet, vt prius videat, quantum saccus frumenti in pretio superet calceos sutoris. Vnde constabit, quotnam calceos sutor debeat agricolæ pro frumento dare. Sed hic quæritur, *quodnam sit illud medium, quo res permutandæ possint æstimari, & ad æqualitatem reuocari.* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles duo esse media, quorum vnum est a natura profectum: alterum est ex hominum lege & instituto natum. Primum & antiquissimum medium est ἡ χρεία, vel ἡ ἔνδεια, vsus, necessitas, & indigentia rerum. Quælibet enim res tanto pretiosior esse videtur, quanto magis ea indigemus, & quanto maiorem nobis præstat vsum: imo indigentia, *vt Aristoteles ait*, est caussa permutationis & communicationis rerum, atque adeo vinculum societatis ciuilis. Ideo dicit, ἡ χρεία συνέχει πάντα, *indigentia omnia in sese continet, & quasi vinculo connectit.* Nam si homines nullius rei indiguissent, nunquam inter sese societatem fecissent, sed bestiarum more dispersi hinc inde habitassent: præterea si nulla re homines indigerent, etiam non opus esset rerum aut officiorum permutatione & communicatione. Itaque recte indigentia dicitur esse vinculum humanæ societatis, quo homines inter sese ita connexi, vt semper vnus alterius ope atque opera indigeat. Atque hoc est medium, quod a natura est profectum. Alterum medium nominatur νόμισμα, *numus*, qui veluti successit in locum indigentiæ: quia enim indigentia non semper, neque apud omnes, neque in iisdem rebus locum habet: ita vt quouis tempore possit quilibet cum altero sua opera & suas res permutare, quia fieri potest, vt alter non egeat ea re, quam ego cupio permutari: ideo, vt etiam inter tales posset fieri permutatio, repertus est nummus tanquam alterum medium permutationis: sicuti etiam ait Iureconsultus in pandectis: *Quia*, inquit, *non semper nec facile concurrebat, vt cum tu haberes, quod ego desiderarem: inuicem ego, quæ tu desiderares: ideo electa est quædam materia, id est, constitutus est numus, cuius publica & perpetua existimatio difficultatibus permutationum subueniret.* Exempli gratia: potest fieri, vt pistor eodem tempore non egeat calceis, quando sutor eget pane. Itaque

Medium illud quodnam sit.

Indigentia caussa permutationis.

Indigentia vinculum humanæ societatis.

Numus cur inuentus.

itaque etiam pistor non volet panem sutori pro calceis permutare. Vt igitur etiam tum temporis possit fieri inter pistorem & sutorem permutatio, & sutoris indigentiæ possit succurri, vt a pistore accipiat panem, inuentus est numus, qui huic indigentiæ succurrit, quem pistor a sutore accipit, & ei dat panem. Est autem numus commodissimum medium, quo pretio rerum permutandarum æstimatur & inuestigatur earum æqualitas: ideo dicit Aristoteles, *quod numus omnia æstimet, & ostendat in rebus permutandis τὴν ὑπεροχὴν, id est, excessum, & τὴν ἔλλειψιν, defectum*: simul etiam ostendit, *quomodo ille excessus & defectus in rebus permutandis sit corrigendus, & quomodo res inæquales ante permutationem & æqualitatem sint vocandæ, vt possit fieri iusta permutatio.* Atque hæc declarat rursum exemplo literarum quatuor, id est, terminorum, agricolæ scilicet & sutoris, qui sua opera, nempe frumentum & calceos inter se cupiunt permutare.

Numus omnia æstimat.

Ὅτι δ' ἡ χρεία συνέχει.) Hic locus continet eorum, quæ de duobus mediis permutationum dicta fuerunt, ampliorem declarationem, qua ostendit, quem habeant vsum in vita humana & ciuili societate, quod ad commercia & permutationem rerũ attinet. Nam quod ad τὴν χρείαν attinet, id est, *inopiam rerum & indigentiam*, quæ, vt Plato *lib. 2. de legib. & lib. 6. polit.* affirmat, subinde in vita humana occurrit, ea non solum est αἴτιον ποιητικὸν, *caussa efficiẽs, & quodammodo principiũ humanæ societatis*, quatenus ea necessitate quadam homines coegit, vt mutui auxilii gratia in vnum conuenirent, & inter se societatem constituerent: sed est etiam αἴτιον συνέχον, id est, *caussa continens*, id est, *vinculum, quo societas inter homines connectitur & conseruatur.* Quod Aristoteles hoc loco ostendit, argumento desumto a contrario per Soritem, id est, syllogismum compositũ hoc modo: *Vbi nulla est indigentia, ibi etiam nulla est caussa permutationis inter aliquos. Nam, qui non eget aliqua re, is quoque eam ab altero non cupit accipere, aut permutatione comparare: inter quos nulla est caussa permutationis, inter eos etiam nullũ est commercium. Nam permutatio nihil aliud est, quam commercium cum aliquo: inter quos nullum*

Indigentiam esse caussam societatis humanæ.

est commercium, inter eos etiam nulla est societas: quia commercium est quadam species societatis. Ergo *vbi nulla est indigentia, inter eos etiam nulla est societas:* & per consequens *a contrario.* Ergo *vbi est indigentia, inter eos quoque potest esse societas.* Hoc argumentum declarat Aristoteles exemplo duarum regionum, quarum vna eget vino, & abundat frumento: altera autem eget frumento, & abundat vino. Harum duarum regionum incolæ & ciues possunt inter se habere & exercere commercia, ita vt vinum pro frumento, & frumentum pro vino inter se permutent: & propterea ea regio, quæ frumento abundat, & vino eget, concedit atque permittit suis incolis siue ciuibus, vt possint exportare frumentum, & pro eo importare vinum. Et ita inter sese commercia habere, & societatem constituere. Vnde apparet, quo pacto indigentia dicatur esse caussa societatis & commerciorum inter homines. Vt autem commercia illa, & istæ permutationes recte & iustæ fiant, inquit Aristoteles, *oportere vtrinq; res illas diuersas. frumentum scilicet & vinum ad aliquam æqualitatem redigere:* quod fit per æstimationem vtriusque pretii, ad illam æstimationem inuentus est numus & νόμισμα, quod est tanquam medium, per quod res illæ (alioquin plane inter se dissimiles) fiunt æquales. Nam numus ideo a Græcis νόμισμα dictus est, vel ἀπὸ τοῦ νομίζειν, id est, æstimo, vel ἀπὸ τοῦ νόμου a lege, quam appellationẽ etiam Latini retinuerunt: quia secundũ numum tanquam aliquam legem rerum pretia æstimantur, vt possint ad aliquam æqualitatem reduci: deinde propter hanc ipsam caussam numus etiam hoc loco apud Aristot. appellatur μέσον, id est, *mediũ:* item μέτρον *mensura*, τῆς ἀλλαγῆς *permutationis.* Applicatur enim instar regula & mensura in rebus permutandis, vt inde cognoscatur, quantũ inter se distent, & quomodo possit æqualis & iusta fieri earum permutatio, quod Aristoteles exemplo domus & lecti, quæ duæ res admodum sunt inter se dissimiles, vt videantur vix posse permutari: sed tamen, si vtraq; res æstimetur pecunia, poterit aliqua æqualitas in illis reperiri ad faciendam iustam permutationem. Exempli gratia: Si pretium domus sit quinq; minarum, id est, 50. coronatorum: lecti autem pretium

Indigentia caussa commerciorum.

Numus cur νόμισμα dictus.

pretium est tantū vnius minæ, id est, 10. coronatorū. Hic constabit, quod pro domo debeant dari quinq; lecti, si iusta facienda est permutatio. Nam pretiū quinq; lectorum æquale erit pretio ipsius domus. Tertio notandum etiam est, quod numus est ὑπάλλαγμα, id est, *vicarius, & quasi subsidiū indigentiæ*: cum enim alter non indiget ea re, quā nos cupimus cum eo permutare pro alia re, qua nos egemus, tum eius loco offerimus numos siue pecuniam, per quā impetramus ab eo eam rem, qua egemus: vt si pistor non eget calceis, tum temporis, quando sutor eget panibus, tum loco calceorū sutor pecuniam offert pistori pro panibus, & ita pecunia vicem gerit indigentiæ. Quarto loco etiam numus ab Aristot. hoc loco vocatur ἐγγυητὴς, i. *sponsor & fideiussor*, sumta metaphora ab eis, qui sponsiones dant, vt possint aliquid ab altero mutuo accipere; sic etiam, quando numum siue pecuniam offerimus, quodammodo sponsorem damus, ad impetrandam eam rem, qua egemus. Sed differunt hæc duo media: nempe indigentia & numus, quia indigentia est a natura, quemadmodū Xenophon ait in œconomico: *Simplex natura voluit alterū alterius opera indigere.* Estq; verissima & perpetua caussa permutationis. Numus autem non est a natura, sed inuentus & constitutus est ab hominū voluntate & arbitrio, qui cū viderant, non semper vnum alterius opere, quod permutare cupit indigere, excogitarunt numum, qui non solum esset medium ęstimationis rerum, sed etiam permutationis, quibus interuenientis etiam res diuersissimæ possint ad æqualitatem reuocari & permutari. Vnde etiā numus dicitur esse κατὰ συνθήκην *ex pacto*: item ἐξ ὑποθέσεως *ex conditione*, nam tantum valet, quantū homines eum valere volunt. Vnde etiam eius valor & pretiū interdū crescit & augetur, interdū etiam minuitur, interdū vero omnino abrogatur. Ideo Aristot. dicit, *numo idē accidere quod indigentiæ: quia scil. non semper & apud omnes eiusdem est valoris & pretii.*

Numus vicarius est indigentiæ.

Numus cur fideiussor dicatur.

Indigentia & numus quid differant.

Ε τὶ μὲν ὂν τὸ ἄδικον.) Hæc est postrema pars huius capitis, in qua duo præcipue Aristoteles agit: Primum ostendit, quo pacto iustitia dicatur esse *mediocritas*: deinde ex supra dictis colligit pleniorem quandam iustitiæ & iniustitiæ definitionem. Quod ad primum attinet,

Iustitia vtrum sit mediocritas inter duo extrema, & cur?

quæritur, *vtrum iustitia eodem modo sit mediocritas inter duo extrema vitiosa, quemadmodum præcedentes virtutes omnes, ideo mediocritates esse dicuntur, quia posita sunt inter duo extrema, quæ sunt contraria vitia, & virtuti opponuntur secundum excessum & defectum: quemadmodum liberalitas dicitur esse mediocritas inter prodigalitatem & auaritiam: sic fortitudo est media inter audaciam & timiditatem: magnanimitas est media inter superbiam & pusillanimitatem.* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles, iustitiam quidem non esse positam in medio: ita vt habeat duo sibi opposita contraria vitia certis nominibus expressa: sed tamen etiam dici posse mediocritatem: partim, quia ipsa ostendit & efficit mediũ, quod in distributionibus & permutationibus rectũ est tenendum, quatenus ostendit certam analogiam, quæ tenenda est in talibus actionibus: partim etiam ideo mediocritatem dicendam esse, quia eius contrariũ, nempe iniustitia, complectitur vtrunq; extremum; videlicet excessum & defectum. Nam iniustitiæ sunt duo contrarii effectus, quorum vnus est, facere iniuriam: alter est, pati iniuriam, ἀδικεῖσθαι. Hi duo effectus ita ergã se mutuo affecti, quemadmodum plus & minus. Nam is, qui iniuriam facit, videtur habere plus, & esse superiori loco: qui iniuriam patitur, videtur habere minus, & esse inferiori & deteriori loco: sed duo hæc extrema non sunt ambo semper cum vitio coniuncta, quemadmodum extrema reliquarum virtutum semper vtraq; sunt vitiosa. Nam facere iniuriam semper est vitiosum, & cum improbitate & scelere coniunctum. Omnis enim, qui alteri facit iniuriam, improbus est & sceleratus. Pati autem iniuriam, etiamsi sit malum, tamen non est cum improbitate & scelere coniunctum: non enim, quia patitur aliquis iniuriam, ideo malus est & improbus. Imo plerunque optimi quiq; improborum iniuriis magis sunt expositi. Inde Socrates dicere solebat: *Satius esse pati, quam facere iniuriam, quia vir bonus potest quidem pati iniuriam: nunquam autẽ efficit aliis iniuriam.* Ex his ergo apparet, iustitiam dici mediocritatem, non præcipue ratione collocationis, quod ipsa medium locum habet inter duo extrema vitiosa, sicut ceteræ virtutes: sed potius ratione caussæ efficientis,

Iniustitiæ effectus.

Iniuriam pati satius, quã facere.

quare

quatenus ipsa est medii, id est, *aequalitatis inter plus & minus effectrix.* Quod ad alterum attinet Aristoteles ex hactenus dictis colligit has duas definitiones: vnam, iustitiae: alteram, iniustitiae. Iustitia est *habitus, secundum quem vir iustus certo consilio & animi proposito agit ea, quae sunt iusta, tribuendo tam sibiipsi, quam alteri id, quod iustum & aequale est secundum certam proportionem.* Iniustitia est *habitus, secundum quem vir iniustus certo consilio & animi proposito agit ea, quae sunt iniusta tribuendo tam sibi, quam alteri id, quod iniustum & inaequale est contra proportionem.* In his definitionibus duae praecipuae differentiae sunt notandae: vna, *τῆς προαιρέσεως, electionis & voluntatis*: altera, *τῆς πράξεως, actionis.* Vtraque enim haec duo debent conuenire, ideo etiam Iureconsulti dicunt, quod *iustitia sit constans & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendo.* Et Plato in vita Catonis ait, *hanc esse praecipuam caussam, quamobrem iustitia tantopere soleat laudari*: iniustitia autem vituperari, quia praecipue pendent ab hominis voluntate, & non a ceteris affectibus, sicuti reliquae virtutes. Quod vero ad alteram attinet, quae est actionis, duae sunt (*vt ex dictis apparet.*) Actiones iustitiae nempe *distribuere* & *commutare.* Vnde etiam natae sunt duae species iustitiae, nempe *Distributiua* & *Commutatiua*: quo pacto illae duae actiones fieri debeant, in praecedentibus dictum est, & hoc loco breuiter declaratur duplici distinctione: Primum distribuimus & commutamus vel bona vel mala: deinde distribuimus aliquid, vel tantum inter alios, vel simul inter nos & alios. Itaque iusta distributio erit, quando de bonis nobis non plus & aliis minus, aut de malis nobis minus, & aliis plus tribuimus, quam proportio requirit. Iniusta distributio, quando de bonis nobis plus & aliis minus, de malis autem nobis minus & aliis magis tribuimus, quam proportio requirit iusta. Sic etiam iusta permutatio est, quando & in bonis & in malis, neque plus, neque minus damus, quam nos accipimus: contra iniusta permutatio est, quando vel in bonis, vel in malis plus aut minus alteri damus, quam accipimus.

Iustitia quid.

Iniustitia quid.

Definitio Iurisconsultorum.

Actiones iustitiae duae.

ΚΕΦ. ϛʹ.

A Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἀδικοῦντα μήπω ἄδικον εἶναι, ὁποῖα ἀδικήματα ἀδικῶν ἤδη ἄδικός ἐστιν ἑκάστην ἀδικίαν, οἷον κλέπτης, ἢ μοιχὸς, ἢ λῃστής; ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει; καὶ γὰρ ἂν συγγένοιτο γυναικὶ, εἰδὼς τὸ ᾗ· ἀλλ' οὐ διὰ προαιρέσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ διὰ πάθος. ἀδικεῖ μὲν οὖν, ἄδικος δ' οὐκ ἔστιν. οἷον οὐδὲ κλέπτης, ἔκλεψε δέ· οὐδὲ μοιχὸς, ἐμοίχευσε δέ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται πρότερον.
B δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τὸ πολιτικὸν δίκαιον. τοῦτο δ' ἐστὶν ἐπὶ κοινωνῶν βίου πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν, ἐλευθέρων καὶ ἴσων, ἢ κατ' ἀναλογίαν ἢ κατ' ἀριθμόν· ὥστε ὅσοις μή ἐστι τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλά τι δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα. ἔστι γὰρ δίκαιον, ἐν οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς· νόμος δ', ἐν οἷς ἀδικία. ἡ γὰρ δίκη, κρίσις τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου· ἐν οἷς δ' ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία. τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ πλέον αὑτῷ νέμειν τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν· ἔλαττον δὲ,
C τῶν ἁπλῶς κακῶν. διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον, ἀλ-

CAP. 6.

Quoniam vero accidit, ut qui iniuriam faciat, nondum sit iniustus, qualesnam iniurias faciens, iam certo iniustitiæ genere iniustus est, ut furne, an adulter, an latro? an ita quidem nihil intererit? Nam cum muliere congrediatur, sciens, qui cum, non tamen delectu primum habito, sed ex affectu: is sane iniuriam quidem facit, non tamen est iniustus, ut neque fur, licet furatus sit: nec adulter, licet adulteratus sit. Simili modo etiam de aliis. Quo modo igitur par pari referre, iuri congruat, dictum est superius. Ne autem lateat, oportet id quod quærimus, & simpliciter ius, & ciuile ius esse. hoc autem est, in quibus est vitæ communicatio, ut satis eis sit liberis & patribus, vel proportione, vel numero: ut quibus hoc non sit, inter eos, neque ius ciuile sit, sed ius quoddam, & per similitudinem. est enim ius, in quibus etiam inter se lex est: lex autem, in quibus est iniustitia. iudicium enim, iuris & iniuriæ diiudicatio est: in quibus vero est iniustitia, in iis quoque iniuriam facere: in quibus vero est iniuriam facere, non in omnibus iniustitia est. hoc autem est, sibi tribuere plus ex simpliciter bonis, minus ex simpliciter malis. Propterea non sinimus imperare hominem, sed

rationem

rationem: quoniam sibi ipse id facit, & fit tyrannus. est autem qui imperat, iuris ipsius custos: at si iuris, æqui etiã. Quoniam vero esse ipsi nihil amplius videtur (siquidem est iustus. Non enim plus ex simpliciter bono sibi attribuit, nisi id ipsi proportione conueniat: idcirco alteri laborat. Atq; ideo iustitiam alienum esse bonum inquiunt, quemadmodum etiã prius dictum est) merces quædam profecto dãda est: ea autem est honor & decus. Cui vero hæc satis non sunt, ii tyranni fiunt. At vero herile ius ac paternum non idem est his, sed simile. Non enim erga sua simpliciter, iniustitia est: possessio autem & proles, quoad tantula fuerit, & non separata, quasi pars sui est: atqui sese vult lædere nemo. unde non est erga se iniustitia. igitur neque iniuria, neque ciuile ius. ex lege enim erat, & in quibus lex esse solebat. hi autem erant, quibus & imperandi & obtemperandi æqualitas inest. Idcirco magis erga uxorem, quam erga liberos & possessiones ius est. id enim est ius familiæ, quod a ciuili etiam ipsum diuersum est.

λὰ τὸν λόγον, ὅτι ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖ, καὶ γίνεται τύραννος. ἔστι δὲ ὁ ἄρχων φύλαξ τοῦ δικαίου· εἰ δὲ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου. ἐπεὶ δ' οὐθὲν αὐτῷ πλέον εἶναι δοκεῖ· εἴπερ δίκαιος. οὐ γὰρ νέμει πλέον τοῦ ἁπλῶς ἀγαθοῦ αὑτῷ, εἰ μὴ πρὸς αὐτὸν ἀνάλογόν ἐστι. διὸ ἑτέρῳ πονεῖ. καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον εἶναί φασιν ἀγαθὸν τὴν δικαιοσύνην, καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον· μισθὸς ἄρα δοτέος· τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας. ὅτῳ δὲ μὴ ἱκανὰ τὰ τοιαῦτα, οὗτοι γίνονται τύραννοι. τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκαιον καὶ τὸ πατρικὸν, οὐ ταὐτὸν τούτοις, ἀλλ' ὅμοιον. οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὑτοῦ ἁπλῶς· τὸ δὲ κτῆμα καὶ τὸ τέκνον ἕως ἂν ᾖ πηλίκον καὶ μὴ χωρισθῇ, ὥσπερ μέρος αὑτοῦ. αὑτὸν δ' οὐδεὶς προαιρεῖται βλάπτειν· διὸ οὐκ ἔστιν ἀδικία πρὸς αὑτόν. οὐδ' ἄρα ἄδικον, οὐδὲ δίκαιον τὸ πολιτικόν. κατὰ νόμον γὰρ ἦν, καὶ ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος. οὗτοι δ' ἦσαν, οἷς ὑπάρχει ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. διὸ μᾶλλον πρὸς γυναῖκά ἐστι δίκαιον, ἢ πρὸς τέκνα καὶ κτήματα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον, ἕτερον δὲ ἐστι καὶ τοῦτο τοῦ πολιτικοῦ.

D

COMMENTATIONES.

A Ἐπεὶ δὲ ἐστι.) In hoc capite incipit altera pars huius

Secunda pars huius lib. 5. libri, in qua, posteaquam de habitu iustitiæ & iniustitiæ egisset, iam agere vult de iure & iniuria, quæ tanquam effectus proficiscuntur a duobus prædictis habitibus. *Ius.* Iam, vt Vlpianus ait, *ius est iusta quadam actio, & iustum factum, quod a iustitia proficiscitur.* Sic etiam iniu- *Iniuria.* ria est iniusta actio & iniustum actum, quod ab iniustitia proficiscitur. Habitus enim secundum ordinem naturæ sunt priores & caussæ efficientes actionum. Etsi enim Grammatici iustitiam a iure dictam esse velint, quoad ipsam etymologiam attinet, tamen non propterea iustitia posterior est ipso iure: sed quia est habitus, ideo præcedit ordine naturę ipsum ius, quemadmodum semper *Duæ sunt huius capit. partes.* caussa efficiens præcedit suum effectum. Sunt autem duæ partes huius cap. quarum prior commodius præfigi posset initio 8. capit. Nam attinget in ea quandam quæstionem, quam in 8. cap. explicat. Posterior autem *I. Pars.* pars continet diuisionem iuris. De prima parte quæstio, quæ ab initio huius capit. ponitur, est talis: *Vtrum pro-* *Quæstio.* *pter quoduis iniustum factum, aut iniustam actionem aliquis possit dici iniustus, secundum iniustitiam particularem?* Hanc quæstionem, vt diximus, explicat in 8. cap. in hoc vero loco tantum illustrat quibusdam exemplis, ex quibus aliquo modo etiam ipsa responsio potest colligi secundum hanc distinctionem: *Omnes, qui agunt aliquid, quod est iniustum, vel faciunt hoc ἐκ προαιρέσεως, id est, deliberato consilio & proposito, & vt Iureconsulti loquuntur, faciunt hoc animo iniurianti, atq; hic propter tales actiones recte & merito possunt dici iniusti: quia in omnibus virtutum & vitiorum actionibus præcipue spectatur ἡ προαίρεσις, electio, voluntas, consilium, animus & propositum agentis: vel faciunt hoc διὰ τὸ πάθος, id est, propter vehementiorem animi perturbationem & affectum, vt ex vehementi ira, odio, amore, cupiditate, furore. Hi propter tales actiones non possunt absolute & proprie iniusti nominari, nisi secundum vniuersalem iustitiam, quatenus peccarunt contra legem aliquam.* Atque hanc responsionem confirmat hoc loco exemplis aliorum vitiorum: *Potest enim aliquis furtum admittere, aut homicidium perpetrare, qui tamē proprie non potest dici fur aut homicida: si nimirum non fecit eo animi proposito vel consilio, vt scilicet vellet eius-*

eat eiusmodi facinus perpetrare, veluti si inuitus, coactus, aut ignorans, insciens eiusmodi factum vel facinus, vel casu, vel fortuito commisit. Ex his igitur patet, non propter quoduis iniustum factum aliquem iniustum esse dicendum: sic etiam se res habet in contrario, id est, in iustis factis, ita vt possit aliquis iustum aliquid facere, qui tamen non propterea iustus sit nominandus, veluti, si per ignorantiam aut fortuito aliquid fecit, quod rectum & iustum est, non continuo etiam iustus potest appellari, *quemadmodum in lib.3.cap.1.dictum est.*

B *δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν.)* Hæc est altera & præcipua pars huius cap quę continet diuisionem iuris: quia enim vocabulū τὸ *δίκαιον iuris* & *iusti* pluribus modis dicitur: ideo recte eius diuisio traditur, vt eo melius cognoscatur, de quo iure Aristot.in hoc lib.agat. Ideo inquit *in lib.1. magnor.moral.cap.34.* ἐπεὶ δὲ τὸ δίκαιον πολλαχῶς λέγεται, διορισέον ἂν εἴη ὑπὲρ ποίου δικαίου ἐστὶν ἡ ἐπίσκεψις, id est, quia ius multiuarium dicitur: ideo determinandum, de quonam iure præsens sit disputatio. Est autem plena huius & sequentis cap. diuisio ista: Ius est duplex; aliud dicitur ἁπλῶς δίκαιον, *simpliciter ius*, quod speciali nomine dicitur δίκαιον πολιτικὸν, *ius ciuile*: aliud dicitur δίκαιον κατ' ὁμοιότητα, id est, *quoddam ius, & secundum similitudinem*, vel, vt Dialectici loquuntur, *ius secundū quid* κατά τι. Hoc speciali nomine vocatur δίκαιον οἰκονομικὸν, *ius domesticum.* Habet enim domestica societas aliquid simile cum politica societate. Itaq; etiam domesticum ius habet aliquid simile cum politico iure. Ius simpliciter dictū rursum est duplex: vel est φυσικὸν, *naturale*: vel νομικὸν, *legitimum.* Deinde ius οἰκονομικὸν est triplex: vel est πατρικὸν, i. patrium seu paternū, *vt inter parentes & liberos*: vel est δεσποτικὸν herile, *vt inter dominū & seruū*: vel est γαμικὸν coniugale aut matrimoniale, *quod est inter coniuges maritū & vxorem.* Atq; hæc est totius iuris nuda diuisio, cuius singuli sunt explicanda membra. Ius politicū in hoc loco sic definitur, *quod sit communio siue societas vitæ inter homines liberos, & proportione aliqua inter se æquales in hoc instituta, vt habeat sufficientē copiam rerū ad vitam necessariarū.* Definitio hęc desumta est ex loco caussarū. Nam formalis caussa est *ipsa communio & societas vitæ.* Finalis

II. Pars.

Ius simpliciter dictum.
I. Ciuile.
Domesticum.
II. Naturale.
Legitimū.
Patrium.
Herile.
Matrimoniale.
Ius politicum quid.

caussa iuris politici, atq; adeo omnis ciuilis societatis est ἡ αὐτάρκεια, i. *sufficientia earũ rerum, quæ ad vitæ sustentationem sunt necessariæ.* In hac caussa finali attingitur etiam efficiens, de qua in præcedenti cap. dictũ est. Ea autẽ est ipsa indigentia & inopia rerũ, quæ homines impulit, vt ciuilẽ inter sese societatẽ cõstituerent, & ciuile ius colerent, vt hoc modo alter alterius inopiam subleuaret. Caussa materialis iuris politici sunt ipsi homines, inter quos hoc ius est constitutũ. Monet aũt Aristot. ius ciuile non habere locũ inter omnes homines, sed tantũ inter eos, qui sunt liberi, & qui secundũ aliquam proportionẽ inter se sunt æquales, vel saltẽ eiusdẽ æqualitatis participes. Duobus aũt modis dicuntur inter se esse ęquales, vel secundũ ἀναλογίαν Geometr. in qua æqualitas spectatur ex dignitate, vel secundũ numerũ, vel analogiam Arith. in qua nulla habetur ratio dignitatis, virtutis, aut aliarũ rerum, sed æqualitas tantũ spectatur secundũ caput, q̃ fit in democratia. in qua sutor aliquis, aut textor, aut faber tantũ valet, quantũ nobilis aliquis, aut literatus, aut virtute aliqua præditus. Quod vero tantũ inter homines liberos & eiusdẽ æqualitatis participes ius ciuile locũ habeat probat Aristot. duobus argum. Primum sumitur a cognatione & affinitate, quę est inter ius & legẽ, & hinc sic argumentatur: *Inter quos habet locũ lex, inter eos etiam locũ habet ius ciuile*, quemadmodum Cic. lib. de legib. inquit, *quibus lex data est, iisdẽ datum est ius.* Et in eod. lib. inquit, *inter quos est cõmunio legis, inter hos etiam communio iuris.* Et paulo post, *iuris exordium a lege est sumendum: ius enim nititur legibus tanquã fundamento.* Sed *solũ inter homines liberos & æquales locũ habet lex.* Ergo *solũ inter homines liberos & æquales et locũ habet ius.* Minorẽ ꝓbat a contrario: *Inter quos locus est iniustitia, id est, q̃ possunt se mutuo iniuria afficere, inter eos quoq; locũ habent leges, quia leges datæ sunt ad ꝓhibendã ab aliis iniuriã, aut ad castigandã & vlciscendã iniuriam ab aliis illatã.* Sed *inter hoẽs liberos & æquales solũ põt esse locus iniustitiæ, quemadmodũ paulo post Aristot. probabit.* E. *solũ inter hoẽs liberos & æquales locũ habẽt leges.* Alterũ arg. *quibus conceduntur iudicia, i. q̃ possint se vocare mutuo in ius, inter eos locũ habet ius ciuile.* Sed *hominib. solũ liberis cõcedũtur iudicia, quoniã seruis nõ cõceduntur iudicia aduersus suos dominos, neq;*

Ius ciuile locũ habere tantum inter homines liberos.

I.

Minor.

II.

possunt in foro & iudicio de iniuria dominorũ conqueri. E. *ius ciuile solũ locũ habet inter hoẽs liberos.* Maiorẽ declarat definitione: *Nam*, inquit, *δίκη iudiciũ nihil aliud est, quã κρίσις diiudicatio iuris & iniuriæ.* E. *quibus conceditur iudicium, illis etiam conceditur ius, quo possunt postulare diiudicationem & æstimationem illatæ iniuriæ.*

C διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν)Hęc est quædã παρέκβασις ab instituta iuris diuisione, cõtinens quasdã ὑποθέσεις de legũ auctoritate, & magistratus politici officio ac munere. Sunt aũt 4. ὑποθέσεις in hoc textu notandæ: Prima est ὑπόθεσις, *imperium non homini simpliciter, sed rationi, i. legi est permittendũ, i. non solus homo debet imperare, sed potius lex debet imperare hominib.* Ratio huius ꝓpositionis sumitur ab officio magistratus. Nã magistratus nõ debet esse supra ius & legẽ, sed potius debet esse custos iuris & æqualitatis, ꝙ sane facere nõ possunt nisi ratione, i. lege regatur, eamq; tanq̃ normã & regulam in iudicando sequatur. Ideo inquit Aristot. *in lib. 3. polit. cap. 12.* constituendi sunt magistratus, vt sint νομοφύλακες *legũ custodes*, & ὑπηρέται, i. *ministri legũ.* In eod. lib. inquit, *qui legi concedit imperiũ, ille videtur Deo permittere imperiũ: qui vero soli homini imperiũ cõcedit, is videtur quasi bestiæ cõcedere imperiũ. Nam affectus animos hominũ perturbat, & a vero auocat in iudicando. Lex enim caret affectibus.* Ex his intelligitur ẽt, ꝙ semp melius sit secundũ leges scriptas (si modo sint veræ leges) gubernare & iudicare, q̃ secundũ cuiusq; hominis arbitriũ & voluntatẽ. Vnde ẽt Deus ipse in sua politia voluit exstare ius scriptum, & leges certas per Moysen populo suo. Etenim leges carent affectibus, & æqualiter se erga oẽs habẽt, nec possunt flecti aut corrũpi ꝓmissis vel minis, vt ad gratiã aliquid faciant. Homines aũt simpliciter cõsiderati sine ratione, sæpe per affectus auocãtur a simplici & vera norma iuris & æqualitatis, vt in iudicando nõ sequãtur id, ꝙ verũ & rectũ est, sed solũ, ꝙ ipsis videtur. Notandũ vero est, ꝙ hoc loco Arist. vocabulũ τ̃ λόγου, i. *rationis*, accipit ꝓ ipsa lege, qua, vt Plat. *12. lib. de leg.* inquit, *lẽgẽ τὸν νόμον dictã esse ἀπὸ τ̃ νοῦ a ratione & mente.* Quẽadmodũ Cic. *in 11. Philip.* legẽ definit, *ꝙ sit recta ratio, imperans honesta, & prohibens contraria.* Et Aristot. infra *in lib. 10. cap. vlt.* inquit, *secundũ rationem*

Propositio I.

II. *viuere, esse secundum legem viuere.* Altera ὑπόθεσις: *Iustus magistratus non pro se, sed pro aliis, id est, pro suis subditis debet laborare.* Nam, *vt in 1. cap. dictum est*, iustitia est alienum bonum, per quod alteri & non nobis ipsis debemus prodesse. Sic iustus magistratus non sua, sed subditorum commoda debet procurare, de qua re Cicer. lib. 1. offic. sic scribit: *Qui Reipub. præsunt, duo Platonis præcepta retinere debent: vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt, quicquid agant, ad eam referant, obliti suorum commodorum: alterum, vt totum corpus Reipub. curent, ne cum partem aliquam curant, reliquas deserant.* Quemadmodum enim in terra, sic procuratio Reipub. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorũ, quibus commissa est gerenda, id est, magistratus ex suo officio in priuatum commodum quærere, sed publicum spectare commodum debet, quemadmodum Cicer. in orat. de lege Agrar. inquit: *Si populo consulis, remoue te a suspicione priuati tui commodi, & fac fidem, te nihil, nisi populi vtilitatem quærere.*

III. Tertia ὑπόθεσις: *Magistratui pro suo labore vicissim a suis subditis debetur sua merces & proprium præmium: præmium autem illud, quod magistratui debetur pro sua cura, non aliud est, quam honor. Nam honor est maximum bonum inter externa bona, quemadmodum lib. 4. cap. 3. est dictum. Cum autem magistratum gerere sit summum in rebus humanis munus & officium, ideo & præstantissimum ei præmium debetur.*

IV. Quarta ὑπόθεσις: *Qui magistratus non est contentus honore: sed aliquid amplius a suis subditis expetit, nempe opes vel potentiam, is non est verus & iustus magistratus, quia plura postulat, quam sibi debentur, & propterea efficitur tyrannus.*

D Τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκαιον.) Post digressionem redit Aristoteles hoc loco ad institutam iuris diuisionem, & agit de altero eius membro, nempe de iure œconomico seu domestico. Est autem ius œconomicum *communio & societas vitæ eorum, qui eiusdem sunt domus, instituta ad generis propagationem, & familiæ ad domesticorum societatem.* Hoc ius nõ est simpliciter & absolute ius, sed tantum propter similitudinem, quam habet cum iure ciuili. Est enim domus, *vt Aristoteles in polit. ait*, quasi parua quædam ciuitas, & ciuitas est quasi magna quædam domus.

Ius œconomicũ.

Domus.

domus. Ideoq; in vtraq; gubernatione tam domestica quam ciuili sunt multa communia, & similia. Imo ex domestica societate paulatim per amplificationem familię nata est ciuitas & ciuilis societas, *quemadmodum in lib. 1. polit. Aristoteles ostendit*, quod primum fuerit vna domus: deinde ex vna domo prodierunt plures domus & familiæ, donec ex pluribus domibus constitueretur vicus vel pagus, tandem ex multis pagis aut vicis constituta est ciuitas. Quod autem ius domesticum non sit simpliciter ius, probat Aristoteles duobus argumentis: Primum, *vbi est simpliciter ius, ibi etiam locum habet simpliciter iniuria: nam dato vno contrario, etiam datur alterum.* Sed *in iure œconomico iniuria simpliciter non habet locum.* Ergo *etiam ius œconomicum non est simpliciter ius.* Minor probatur hoc modo: *Iniuria non est, nisi erga alienos.* Ratio, *quia nemo sibiipsi vult, aut potest facere iniuriam: sed domestici non sunt alieni, sed sunt nostri, & quasi pars nostra. Nam liberi sunt pars suorum parentum, tanquam ab illis progeniti.* Ideo etiam pater & filius dicuntur eandem sustinere personam. Sic etiam serui sunt pars de bonis & possessionibus suorum dominorum. Vnde Aristoteles in politicis dicit, *seruos esse veluti instrumenta animata, quorum opera domini vtuntur.* Et olim inter diuitias & possessiones numerantur serui, quam alia iumenta. Sic etiam sentiendum est de coniugibus, qui etiam non sunt diuersi, sed vt sacræ literæ affirmant, sunt quasi vna caro: ideo neque parentes liberis, neque domini seruis, neque coniuges sibi mutuo proprie dicuntur facere iniuriam. Alterum argumentum: *Inter quas non est lex, quæ æqualiter omnes obligat, inter eas etiam non est illud ius, quod simpliciter ius dicitur.* Sed *inter domesticos non sunt eiusmodi leges, quæ æqualiter omnes obligant.* Ergo *inter domesticos non est τὸ ἁπλῶς δίκαιον, simpliciter ius.* Maior paulo ante fuit declarata, cum dictum est, *ius tantum locum habere inter eos, inter quos est communio legis.* Minor probatur primum ex eo, *quia pater non iisdem legibus tenetur, quibus filius.* Esset enim hoc iniquum, patrem debere iisdem legibus esse subiectũ, quibus subiectus est filius: plane enim hoc modo tolleretur patrum auctoritas & potestas. Eodem modo, neque

Ius domesticũ non esse simpliciter ius.

I.

Minoris probatio.

II.

dominus iisdẽ legibus subiectus est, quibus seruus: neq; etiam mariti & vxoris per omnia eædem sunt leges, quia diuersa eorum sunt officia & munera iure familiari. Deinde probatur etiam ex eo, *quoniam, qui iisdem legibus tenentur, inter eos quoq; est æqualitas imperandi & parendi. Sed tantum vna pars debet imperare, altera vero parere.* Igitur *inter domesticos non sunt eiusmodi leges, quæ æqualiter omnes obligant.* His duobus argumentis subiicit Aristot. quandam ἐπανόρθωσιν, id est, *correctionem*, qua ostendit, in societate coniugali ius simpliciter dictum magis habere locum, quam in societate herili aut paterna. Et ratio est: quia in societate coniugali ambo coniuges sunt eiusdem libertatis participes: ideoq; maior inter eos est æqualitas, & per consequens, plus est inter eos iuris. Pariter enim fere imperant familiæ & suis subditis, imo interdum sibi mutuo seruiunt maritus vxori, & vxor vicissim marito, nonnunquam etiam maritus tenetur vxori obtemperare, si rem aliquam vxor melius intelligit, & melius potest dare consilium: sed tantum istud ius, quod est inter coniuges, nondum potest dici ἁπλῶς δίκαιον, *simpliciter ius*, quia adhuc inter eos magna est differentia. Maritus enim præstantior & dignior est vxore, ideo etiam ei proprie debetur imperium, & propterea ab Apostolo Paulo dicitur esse *caput vxoris*: propterea vxor, etiamsi habeat aliquod imperium in domo, tamen id non habet ex seipsa, sed solum ex auctoritate mariti. Deniq; vxor non potest proprie marito leges præscribere, sicut maritus vxori. Differt autem ius politicum & œconomicum tribus modis: Primum, ius politicum est inter eos, qui habent propria bona & distinctas possessiones: ius vero œconomicum est inter eos, quorum bona vel sunt communia, *vt inter coniuges*, vel sunt vnius tantum partis, vt patris & domini. Deinde differunt, quod ius politicum est inter æquales, vel numero, *vt in democratia*, vel proportione, *vt in regno & aristocratiis*: ius vero œconomicum est ius inæquale, vt dominus semper superior est seruo, parentes superiores sunt liberis, maritus præstantior est vxore. Tertio differunt, quod ius in administratione iuris politici, & in corrigendis iniuriis opus est aliqua tertia persona, quæ di-

Maritus caput vxoris.

Ius politicum & œconomicum quid differant.

1.

2.

3.

quæ diuersa est a litigantibus, vt est magistratus, iudex, arbiter, quorũ munus est dirimere controuersias & iniurias castigare. In administratione autem iuris œconomici, non necesse est tertiam personam accedere, sed administratio & correctio eius est penes eum, qui superior est in domo, sc. penes patremfamilias, qui debet domesticorum controuersias dirimere, & iniurias castigare, neque licet domesticis ab eius iudicio & scientia ad alium aliquem iudicem, aut tertiam aliquam personam, prouocare.

CAP. 7.

E Ciuili autem iure aliud naturale est, aliud legale. naturale, quod vbicunque eandẽ vim habet, & non, quia videatur, vel minime: legale, quod a principio vtrũ hoc vel alio modo fiat, nihil refert: vbi vero fuerit cõstitutum, refert: vt minâ redimi, aut capram sacrificare, nõ duas oues: itẽ quæ de singulis sanciunt, vt Brasidæ sacrificare, & ea, quæ plebiscitis decernuntur. Sed nõnullis omnia esse huiusmodi videtur, quia quod est natura, immobile est, & vbique eandem vim habet: quẽadmodum ignis & hic et apud Persas vrit: iura vero moueri vidẽt. at hoc nõ ita habet, sed quodã modo. quanquã apud deos fortasse nullo modo est, apud nos tamen est quiddã etiam natura mobile, licet non omne. sed est tamen aliud natura, aliud non natura. Quidnam autem sit natura, ex iis quæ possunt etiam aliter

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

A Τὸ δὲ πολιτικοῦ δικαίου, τὸ μὲν φυσικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν. φυσικὸν μὲν, τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή. νομικὸν δὲ, ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐδὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως. ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει· οἷον τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι, ἢ τὸ αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα. ἔτι ὅσα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα νομοθετοῦσιν· οἷον, τὸ θύειν Βρασίδᾳ, καὶ τὰ ψηφισματώδη. B δοκεῖ δὲ ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν φύσει, ἀκίνητον, καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν· ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν Πέρσαις καίει· τὰ δὲ δίκαια, κινούμενα ὁρῶσι. τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὥς. καίτοι παρά γε τοῖς θεοῖς ἴσως οὐδαμῶς ἔχει, παρ' ἡμῖν δ' ἐστὶ μέν τι καὶ φύσει κινητὸν, οὐ μέντοι πᾶν. ἀλλ' ὅμως ἐστὶ τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ οὐ φύσει. ποῖον δὲ φύσει τῶν ἐνδεχομένων καὶ ἄλλως

ἔχει, καὶ ποῖον οὔ, ἀλλὰ νομικὸν καὶ συνθήκῃ, εἴπερ ἄμφω κινητὰ ὁμοίως, δῆλον. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς ἁρμόσει διορισμός. φύσει γὰρ ἡ δεξιὰ κρείττων· καίτοι ἐνδέχεται πάντας ἀμφιδεξίους γενέσθαι. τὰ δὲ κατὰ συνθήκην, καὶ τὸ συμφέρον τῶν δικαίων, ὅμοιά ἐστι τοῖς μέτροις. οὐ γὰρ πανταχοῦ ἴσα τὰ οἰνηρὰ καὶ σιτηρὰ μέτρα, ἀλλ' οὗ μὲν ὠνοῦνται, μείζω· οὗ δὲ πωλοῦσιν, ἐλάττω. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μὴ φυσικά, ἀλλ' ἀνθρώπινα δίκαια, οὐ ταυτὰ πανταχοῦ, ἐπεὶ οὐδὲ πολιτεῖαι, ἀλλὰ μία μόνον πανταχοῦ κατὰ φύσιν ἡ ἀρίστη. τῶν δὲ δικαίων καὶ νομίμων ἕκαστον, ὡς τὰ καθόλου πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα, ἔχει. τὰ μὲν γὰρ πραττόμενα πολλά. ἐκείνων δὲ ἕκαστον ἕν. καθόλου γάρ. διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δικαίωμα καὶ τὸ δίκαιον. ἄδικον μὲν γάρ ἐστι τῇ φύσει, ἢ τάξει· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὅταν πραχθῇ, ἀδίκημά ἐστι· πρὶν δὲ πραχθῆναι οὔπω, ἀλλ' ἄδικον. ὁμοίως δὲ καὶ δικαίωμα, καλεῖται δὲ καὶ τὸ κοινόν, μᾶλλον δικαιοπράγημα· δικαίωμα δέ, τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. καθ' ἕκαστον δὲ αὐτῶν, ποῖά τε εἴδη καὶ πόσα, καὶ περὶ ποῖα τυγχάνει ὄντα, ὕστερον ἐπισκεπτέον.

C

se habere, & quid non, sed legale & ex constitutione, si utraque mobilia simili modo sunt, perspicuum est. & in aliis eadem diuisio conueniet. natura enim dextra præstantior est: licet fieri possit, vt omnes ambidextri fiant. inter iura vero, quæ ex constitutione & utilitate sunt, similia mensuris sunt: non enim vbique sunt æquales vinariæ & frumentariæ mensuræ, sed vbi emunt, maiores sunt: vbi vendunt, minores. simili modo non naturalia, sed humana iura non eadem vbique. nam neque respubl. apud omnes est eadem, sed vna tantum vbiq; est secũdum naturam, quæ optima est. vnumquodq; autem ius & legitimum, vt vniuersa ad singula, se habet. nam quæ aguntur, multa sunt: illorum autem quodq; est vnum, vniuersum enim est. iniuste autem factum & iniuria, iure factum item & ius, inter se differunt. iniuria enim natura est, vel constitutione: ea vero ipsa cum facta est, iniuste factum est: prius vero, quam facta fuerit, nondum est sed iniuria. simili modo etiam iure factũ. Id tamen quod commune est, potius iuste factũ vocatur: iure factum vero, iniuste facti correctio. horum autem sigillatim, qualesnam & quot species sint, ac in quibus versentur, postea considerandũ est.

COM-

COMMENTATIONES.

A τῦ δὲ πολιτικῦ δικαίου.) In hoc cap. primum traditur ὑποδιαίρεσις *sub diuisio* iuris politici. Deinde explicantur quædam vocabula, quibus auctor hactenus in doctrina de iustitia vsus fuit. *Ius politicū ab Aristotele* duplex esse statuitur: aliud n. nominat φυσικὸν *naturale*, aliud autem nominat νομικὸν *legitimum* seu legale: vbi notandum est ius politicum a Philosophis latius accipi, quam a Iureconsultis. Nam Iureconsulti ius naturale δίκαιον φυσικὸν non comprehendunt sub iure ciuili, sed tantum per ius ciuile intelligunt illud ius, quod certis quibusdam ciuibus, qui in eadem viuunt ciuitate, est commune. Atqui illud separant a iure naturali, quemadmodum Imperator *in institutionibus lib. 1.* admonet, ius ciuile a ciuitate suum habere nomē, veluti cum dicimus, *Ius Atheniensium, Romanorū, Quiritū*, quo intelligitur illud ius, quo Athenienses Romani aut Quirites aliquando vsi fuerunt. Aristoteles vero & Philosophi sub iure ciuili etiam complectūtur ius naturale, quatenus vero homo naturæ instinctu impellitur ad ciuilem societatem colēdam. Vnde etiā dicitur esse natura animal ciuile, i. e. ad ciuilē societatem aptum. Preterea ius naturale ideo sub ciuili cōprehenditur, quia continet & tradit generalia præcepta, quo pacto homines ciuilem societatem inter se colere possint, vt trāquille viuant. Cuiusmodi sunt hæc tria præcepta apud Iureconsultos, quæ natura hominib. nota sunt, & tamē necessaria ad ciuilem societatem, videlicet honeste viuere, neminem lædere, suum cuique tribuere: deniq; in omni societate, & ciuili societate, non tantum ius ciuile, quod legibus deprehensum & definitum est, sed etiam ius naturæ, quod mentibus hominum inditum est, a ciuibus obseruandū est. Est n. ius naturale, quod natura omnib. hominibus ingenerauit, quemadmodū hoc loco ab Aristotele definitur. Iureconsulti autē ius naturale definiunt, q natura omnibus animalib. ingenuit. Vbi rursum notanda est hæc differētia, quod Iurecōsulti ius naturale latius accipiunt, q̄ Philosophi: tribuunt n. illud omnibus animalib. Philosophi autē vocabulū iuris non cōmunicant brutis animantibus: & ratio hæc est, q a illud ꝓprie ius dicitur, q cum certa ratione est

Ius politicū latius a Philosophis quā IC. accipitur.

Propriè

put est *pietas, quam patriæ debemus & parentib.* Tertium est *gratia siue gratitudo, q̃ debemus benemeritis.* Quartum est *vindicatio, q̃ debemus ijs, qui iniuriam passi sunt in puniẽdis & vindicandis sceleribus.* Quintũ caput *est obseruantia quã debemus magistratui & senioribus.* Sextum est *veritas quã debemus omnibus hominib. tam in dictis, quã in factis.* Ad hoc ius pertinent illa ἀξιώματα & principia practica, natura nobis nota, videl. *Deum esse colendũ, parẽtes esse amandos & honorandos, Gratiã pro beneficio reddenda. Fidem datam esse seruandã, suum cuiq; tribuẽdum.* Alteri non faciendũ esse id, quod quisq; sibi fieri nolit. Huius iuris elegãs extat encomiũ apud Cic. *lib. 3. de rep.* cuius loci initiũ est tale. *Est quidem vera lex, recta ratio naturæ congruens &c.* Ius a. legitimũ dicitur, quod legibus est descriptũ & sancitũ ab ipsis hominibus. Vnde ad finẽ huius cap. nominatur δίκαιον ἀνθρώπινον, i. e. *ius humanum*: vocatur et *ius positiuũ*, quia ab hominib. est positum & constitutum. Atque hoc præcipue est illud ius, quod Iureconsulti vocant *ius ciuile.* Eius quoq; duæ sunt notæ siue proprietates, quas hoc loco breuiter Arist. videretur attingere: quarũ prima pertinet ad eius effectũ, altera ad caussam efficientẽ. Quod ergo ad primã proprietatẽ attinet, q̃ est de vi & potestate. illud. n. ius inq̃t Aristo. anteq̃ legib. est sancitũ & cõstitutum nullã habere vim obligãdi hominem, vt illud teneatur seruare, sed esse ἀδιάφορον indifferẽs, ita vt possit citra voluptatẽ & pœnã ab hominib⁹ seruari vel non seruari: Exẽpli gratia. Anteq̃ magistratus legẽ statuit, ne qs conscẽdat mœnia aut arma gestet in vrbe, aut noctu oberret in ciuitate, tum liberũ est cuiq; id facere vel non facere: postq̃ v. lex lata est, nemini liceret talia facere, tũ nõ ãplius est ἀδιάφορον, i. e. in differẽs, vt qs possit citra culpã aut pœnam & reprehensionem mœnia cõscendere, aut arma gestare. Quod v. attinet ad alterã proprietatẽ, q̃ est de caussa efficiẽte huius iuris: inq̃t Arist. hoc ius nõ esse ἀπὸ τῆς φύσεως, a natura, sed hominũ instituto. Ideo ẽt infra nominatur δίκαιον κατὰ συνθήκην, i. e. *ius secundũ positionẽ & cõstitutionẽ.* Quia ab hominib. est cõstitutũ, & nititur hominũ arbitr. & volũtate. Ideoq; ẽt põt mutari pro ratione tẽporũ, personarũ, locorũ & aliarũ circũstantiarũ, de hoc iure Arist. *lib. 1. magnorũ moraliũ*

Ius legitimum.

Humanũ Positiuũ.

Iuris ciuilis proprietates.

I.

II.

*cap.54.*scribit: Id, quod nos statuimus & sancimus, iam efficitur ius: & propterea ius illud vocamus secundũ legem, i.e. legitimum. Etsi a. hoc ius non sit a natura, tamẽ, si est recte constitutum, non repugnat iuri naturali, sed potius eius esse debet determinatio & explicatio. Vnde et Theologi dicunt, decalogum, qui continet ius scriptũ, esse explicationẽ iuris naturæ. Et Philo Iudæus in vita Abrahami inquit vitam sanctorũ patriarcharum, qui secundum naturæ ius vixerunt, nondum n. habuerunt ius scriptum, esse q. cõmentarios & explicationes iuris naturæ. Est a. ius hoc duplex, quemadmodũ ex exemplis ab Aristotele allatis colligi potest: vel non est cõmune multis, quod ad plures pertinet. Exempli gratia: cõmunis lex fuit apud Athenienses, quæ ad omnes ciues pertinebat, *vt qui vellent Ioui sacrificare, immolarẽt ei capram & non oues.* Sic quoq; cõmune ius fuit inter Lacedæmonios & Athenienses, *vt durante illo bello, vtraq; pars posset suos captiuos redimere pro certa pecunia, veluti pro vna mina, quæ valebat circiter decem coronatos:* vel est singulare, *quod tãtum ad certam aliquã personam aut aliam circumstantiã pertinet.* Cuiusmodi fuit lex apud Amphipolitanos, qua iubebatur, *vt quotannis in honorẽ ducis Brasidæ propter res præclare gestas festũ certo die celebrarent.* Cui exemplo similis est Siculorũ lex, q in honorẽ Marcelli annua sacrã celebrabant, quæ ipsi vocabant Marcellea. Huius generis sunt, cuius eã decreta, quæ Athenienses nominarunt ψηφίσματα quasi *populi suffragijs cõstituta*, a Romanis vocabantur *plebiscita*, quæ nihil aliud sunt, quã particularia quædam decreta, aut leges particulares, tantũ ad certum tẽpus latæ, veluti cum tempore pestis magistratus legem fert, ne amplius ducantur choreæ, aut agitentur conuiuia, aut alii ludi celebrentur: hæc lex non perpetuo obligat ciues, sed tantũ ad aliquod tẽpus, durante scil. peste.

Ius ciuile duplex.

A Δοκεῖ δ' ἐνίοις πᾶσι.) Hic locus continet quandam πρόληψιν occupationẽ cuiusdam obiectionis, eiusq; solutionem. Fuerunt n. aliqui qui dixere *non esse ius naturale:* atq; id probabant tali argumẽto. *Quæ naturalia sunt, ea sunt immutabilia & vbiq; eandẽ habent vim.* Sed *iura nõ sunt immutabilia.* Igitur *nulla iura sunt naturalia.* Maior propositio probatur & declaratur exemplo ignis, *cuius natura*

Ius naturale nullum esse.

natura est vrere & calefacere, hanc naturam nũquã mutat sed semper & vbiq; in omnibus locis retinet. Nam ignis non solum in Græcia, sed ẽt apud Persas vrit & calefacit, ita supra *in lib. 2 cap. 1.* dixit: *Nihil eorum, quæ natura sunt posse ita assuefieri, vt naturam suam amittat, lapidem enim sua natura deorsum ferri, ignem autẽ sursum, neq; posse fieri vt qs lapidem ita sursum proijciendo assuefaciat, vt non iterum deorsum cadat.* Minor ꝓpositio ẽt manifestã & nota est ex ipsa experientia. *Leges enim & iura sæpe mutantur a magistratibus.* Et Cic. in li. 3. Offic ait: *sæpe numero fieri, vt ea, quæ alioqui honesta esse videãtur, ratione temporũ fiant inhonesta.* Ad hanc obiectionem respondet a duplici distinctione quarum prima ad maiorẽ altera ad minorem. Quod ad maiorem, qua dicitur naturalia esse immutabilia, notanda est hæc distinctio: Naturalia considerãtur per se vel & simpliciter & sunt mutabilia, quia a Deo ita sunt condita vt semper eodem modo se habeant: vel cõsiderantur respectu hominum, & aliarum circumstãtiarum, veluti temporis, loci & similium. Hoc modo naturalia iura considerata interdũ admittunt mutationem. Exempli gratia: *depositum reddere naturaliter est iustum. Sed furioso gladium depositum reddere, non est honestum.* Itaq; inquit hoc loco, *naturalia quidem, quod ad Deos attinet, non possunt aliter sese habere: quod ad homines vero etiam quædam naturalia sunt mutabilia, sed tamen non omnia.* Præterea etiam hæc distinctio in maiore propositione tenenda est, quod naturalia quædam habent necessarias caussas, atq; illa simpliciter sunt mutabilia respectu nostri, quia nos illas caussas non possumus mutare. sed tamen q̃ ad Deum attinet, talia non prorsus sunt immutabilia, quia Deus non est illis caussis allegatus, sed potest naturæ cursum mutare: sicuti testantur quædam exempla S. literarum. Quædam vero solum habent probabiles & contingentes caussas, & talia non sunt simpliciter immutabilia: quia aliqua ex parte ẽt hominum voluntati & diligentiæ sunt obiecta, vt possint vel corrigi, vel mutari, sine naturę destructione. Quod ad minorẽ propositionem attinet, in qua dicitur, iura sæpe numero mutari: respõdet Aristot. quoq; per distinctionẽ. Plura n. considerantur, vel in vniuerso genere, vel in quibusdam

Obiectio

Responsio.

Naturalia quatenus sint immutabilia.

casibus & circũstantiis & singularib⁹. In vniuerso genere cõsiderata non mutantur, sed tantũ in quibusdam casibus singularib & circũstantiis. Exempli gratia, ius naturæ iubet parentib. esse obtemperandũ, & id semp est verum & nunq̃ mutatur. In singulari v. aliquo casu põt mutari: veluti *si parens a filio postularet, vt iuraret pdere patriam, aut abnegaret agnitã veritatẽ, sed filius nõ tenetur patri obedire, & tamẽ non propterea mutatur illud ius naturæ quo in genere pcipitur, parentibus esse obtẽperandũ.* Et hoc est, quod Arist. paucis verbis hoc loco indicat, cũ ait, *esse quodque quoddã ius mutabile, non a in vniuersum.* Quæ a hoc loco dicũtur de iuris immutabilitate, præcipue intelligẽda sunt de iure naturali. Nã iura legitima, q̃ proficiscuntur & pẽdent ex hominũ volũtate & cõstitutione, ac plerunq; æstimãtur vtilitate eorum, quib. dantur, ea sæpissime mutãtur. Caussa a. huius rei est. Primum, q a diuersæ sunt formæ rerũpubl. ad quas *vt Arist li. 4. polit. c 1.* scribit, leges & iura sunt accõmodanda: non enim eodẽ iure viuere possunt in regno & in democratia, in Aristocratia & Oligargia. Præterea, quia nõ quidem omnib. potest vtile esse, ideo non possunt omnes iisdẽ legib. & eodem iure viuere. Aliud n. vtile est in regno. aliud in Democratia & aliud in Aristocratia & sic in aliis Leges autẽ, *vt ait Cic. in 2 de legibus.* ad salutẽ & vtilitatem ciuitatũ sunt conditæ, & in constituendis legib. videndum est, quid cuiq; ciuitati sit vtile. Vnde factum est quemadmodum Horat. ait, *vt ipsa vtilitas sit prope mater iusti & equi*: Et Plutarchus in vita Agesilai, *quod apud Lacedæmonios illud iustum habitũ fuisset, quod vtile esset Spartæ.* Propter hanc caussam Arist. hoc loco ius legitimũ nominat δίκαιον κατὰ τὸ συμφέρον, i. e. *ius secundũ vtilitatem.* Quemadmodũ ius naturale præcipue spectat honestatẽ, ita hoc ius præter honestatem etiam spectat vtilitatem eorum, quibus præscribitur & *infra lib. 8. capit. 9* ait, homines id appellare iustum, quod communiter est vtile. Atque hæc est responsio ad obiectionem, quam Arist exemplis similibus declarat. *Naturalia* inquit, *proinde se habent, vt manus dextra respectu sinistra: nam naturaliter dextra manus semper robustior & valentior est sinistra: Etiamsi contingeret plurimos, imo omnes homines esse ambidextros, qui sinistra æq bene vti possint*

Vtilitas mater iusti & æqui.

in. [illegible]

sent ac dextra: Ita naturalia iura semper dicũtur immutabilia: etiamsi interdum per accidens contingat, aut contingere potest aliquid in illis mutari: Legitima vero iura proinde se habent, vt mensura & pondera esculentorũ & poculentorum. Ea enim pro diuersitate locorum & temporum sæpissime mutantur, vt alia maiora sint, alia minora, prout magistratibus & principibus visum fuerit, quæ etiam varietas est in monetis, quarum valor interdum crescit, interdum minuitur. Ita etiam iura legitima interdum mutãtur, interdum etiam omnio abrogantur, pro vt diuersa est reip. forma, diuersus etiam temporũ status, diuersa denique hominũ conditio: propterea vocãtur humana iura δίκαια ἀνθρώπινα: Nam vt omnes aliæ res sunt mutabiles: Ita humana iura sunt mutabilia, quia pendent ab hominum voluntate, quæ varia est & mutabilis: vnde dicitur, tẽpora mutãtur & nos: Imo mutata forma reipubl. mutantur leges & iura. Ex his iam dictis discrimen iuris naturæ & legitimi notandum est: Primum enim differunt ratione caussæ efficientis. Nam ius naturæ caussam efficientem habet necessariam, vel potius Deum ipsum naturæ auctorem. Legitimum vero ius caussam efficientem habet hominem seu hominis arbitrium: atque ideo illud dicitur *ius diuinum:* hoc autem humanum: Deinde differũt notitia: nam ius naturæ ab omnibus hominibus sana mente præditis intelligitur, ius legitimum vero solum intelligitur a viris prudentibus, aut qui ab illis sunt instituti & edocti. Tertio differunt vi & efficacia. Nam ius naturæ vbique & apud omnes est idem: legitimum vero solum valet apud eos, quibus est latum, ceteros autem homines non obligat: valet etiam tantum ad certum aliquod tempus: itaque neque semper, neque apud omnes est vnum & idem. Quarto differũt fine: nam ius naturæ solum spectat honestatem: legitimum vero præsupponit honestatem & spectat vtilitatem eorum, quibus est latum. Ideo nominatur *δίκαιον συμφέρον ius vtile.* Quinto differunt præstantia & dignitate. Nam ius naturæ habet suam auctoritatem a Deo, qui illud naturæ indidit: Legitimum vero suam auctoritatem habet ab hominib. & per se nullã habet dignitatem, nisi etiam consentiat iuri naturæ. Sexto differunt, constantia & stabilitate. Nam ius

Ius naturæ & ius legitimũ quid differant.

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

naturæ non pōt omnino abrogari, legitimum vero non solú sępissime mutatur, sed interdú ēt omino abrogatur.

Διαφέρει δὲ τὸ.) Hæc est altera pars huius cap. continens distinctionem & explicationem quorundam vocabulorum quibus hactenus vsus est in doctrina de iustitia. Distinctio a. talis est, *vocabula quibus in explicatione iustitiæ vsus est, alia sunt cōcreta, alia sunt abstracta, vel vt Grāmatici, alia sunt substantiua & alia adiectiua.* Abstracta habitū significant, i. e. virtutem iustitiā & eius oppositū iniustitiā. Concreta sunt q̄ ab habitu iustitiæ vel iniustitiæ denominātur. Eaq; dicuntur vel de psonis, vel de reb. vel de factis, vel de actionib. & passionibus, cum iustitia vel iniustitia cōiunctis: de personis, vt δίκαιος iustus dicitur, q habitu iustitiæ est prædictus: de reb. vt τὸ δίκαιον, i. e. *res, quæ vel sua natura vel legib. est iusta:* τὸ ἄδικον iniuria, i. e. *res iniusta, aut factū iniustum ab habitu iniustitiæ profectum.* De factis dicūtur τὸ δικαιοπράγημα, id est, *iustū factum ab aliquo quocunq; modo admissum.* Δικαίωμα *iust. e seu iure factū* itē correctio iniuriæ ab altero admissę, q̄ correctio per sententiam proprie fit iudicis, per quā iniuria alteri illata, aut corrigitur, aut castigatur, aut cōpensatur. ἀδικία proprie dicitur de iniuria, quæ certo ꝓposito & cōsilio alicui ab altero est illata. Ἀδίκημα autem dicitur iniustū aliquod factum, quocūq; modo de actionibus iniustitiæ & iustitiæ sunt hæc verba, nempe δικαιοπραγεῖν, id est, *agere ea, quæ sunt iusta, quocunq; modo siue volens & sciens, siue nolens & inscius & ignorans,* δικαιοπραγεῖν, id est, proprie est agere ea, quæ sunt iusta ex habitu iustitiæ, id est, ex certo animi proposito & consilio, seu vt Græci loquuntur ἐκ προαιρέσεως, Δικαιοῦν, id est, iustificari est id, quod iniustum est corrigere & ad æqualitatem iuris reuocare, ἀδικοπραγεῖν, est ea, quæ iniusta sunt quocunq; modo agere, ἀδικεῖν, est agere quæ iniusta sunt ex habitu iniustitiæ, id est, *ex certo animi proposito & consilio.* Et hoc proprie est, quod Latini dicunt facere vel inferre iniuriam, de passionibus hæc verba sunt notanda δικαιοῦσθαι, *iustificari* significat iustum per sententiam iudicis obtinere. Quando n. iudex iniuriam illatā punit, & vindicat, dū alter, qui iniuriā fecit quodā modo iustificatur, & ius, q sibi debetur, cōsequitur. ἀδικοπάσχειν est

Abstracta.
Concreta

est vim iniustam ab altero pati, siue a volente & sciente, siue ab inuito & ignorante: ἀδικεῖσθαι est pati iniuriam a sciente & volente. Ex hac distinctione vocabulorum & explicatione eorum facile intelligitur, quid ad quæstionem, quę initio sexti cap fuerat proposita, sit respondendum: nempe non propter quamuis actionem iustam vel iniustam, aliquem posse iustum, vel iniustum statim nominari: propterea etiam omnem, qui patitur, quæ sunt iniusta, etiam pati iniuriam. Sed de his in sequenti cap. plura dicemus.

CAP. 8.

Cum iura vero & iniuria sint ea, quæ diximus, iniuste agit, & iuste quispiam, cum ea lubens agit: cū vero inuitus, neq, iniuste, neq, iuste agit, nisi ita forte accidat: quibus enim accidit vt iusta sint vel iniusta, ea agunt. at iuste vel iniuste factū lubenti & inuito definitur. Cum enim lubenter fit, vituperatur: tumq; vna est iniuste factum. Quare iniustum quidem erit quippiā, non idū tamen iniuste factū, nisi vt libenter fiat accesserit. adpello aūt id factum libenter, vt & prius dictum est, quod in sua quisq; potestate situ sciens, neque ignorans agit, nec quem, nec quo, nec cuius caussa: vt quē pulset, & qua re, et cuius caussa, & vnū quodq, illorum, non vt accidit, neq; per vim: vt si quis apprehensa manu huius, alium pulset: non lubens tamen: non est enim in ipso. fieri etiam potest, vt qui pulsatur. sit pater:

ΚΕΦ. ζ'.

Ὄντων δὲ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων, ἀδικεῖ μὲν, καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ. ὅταν δὲ ἄκων, οὔτ' ἀδικεῖ, οὔτε δικαιοπραγεῖ, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· οἷς γὰρ συμβέβηκε δικαίοις εἶναι ἢ ἀδίκοις πράττουσιν. ἀδίκημα δὲ καὶ δικαιοπράγημα ὥρισται τῷ ἑκουσίῳ, καὶ ἀκουσίῳ. ὅταν γὰρ ἑκούσιον ᾖ, ψέγεται· ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότ' ἐστίν. ὥστ' ἄδικόν τι ἔσται μὲν, ἀδίκημα δὲ οὔπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ. λέγω δὲ ἑκούσιον μὲν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, ὃ ἄν τις τῶν ἐφ' αὐτῷ ὄντων εἰδὼς, καὶ μὴ ἀγνοῶν πράττῃ, μήτε ὃν, μήτε ᾧ, μήτε οὗ ἕνεκα· οἷον τίνα τύπτει, καὶ τίνι, καὶ τίνος ἕνεκα· κἀκείνων ἕκαστον, μὴ κατὰ συμβεβηκός· μηδὲ βίᾳ· ὥσπερ εἴ τις λαβὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τύπτοι ἕτερον. οὐχ ἑκὼν δέ. οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ. ἐνδέχεται δὲ τὸν τυπτόμενον πατέρα εἶναι,

τὸν δ᾽ ὅτι μὲν ἄνθρωπος, ἢ τῶν παρόντων τις γινώσκειν· ὅτι δὲ πατὴρ, ἀγνοεῖν· ὁμοίως δὲ τὸ τοιοῦτον διωρίσθω καὶ ἐπὶ τοῦ οὗ ἕνεκα, καὶ περὶ τὴν πρᾶξιν ὅλην. τὸ δὴ ἀγνοούμενον ἢ μὴ ἀγνοούμενον μὲν, μὴ ἐπ᾽ αὐτῷ δὲ ὂν, ἢ βίᾳ, ἀκούσιον. πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει ὑπαρχόντων εἰδότες καὶ πράττομεν καὶ πάσχομεν, ὧν οὐθὲν οὔτε ἑκούσιον οὔτε ἀκούσιόν ἐστιν. οἷον τὸ γηρᾶν ἢ ἀποθνήσκειν. ἔστι δ᾽ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ τῶν δικαίων, τὸ κατὰ συμβεβηκός· καὶ γὰρ ἂν τὴν παρακαταθήκην ἀποδοίη τις ἄκων καὶ διὰ φόβον, ὃν οὔτε δίκαια πράττειν, οὔτε δικαιοπραγεῖν φατέον, ἀλλ᾽ ἢ κατὰ συμβεβηκός. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀναγκαζόμενον καὶ ἄκοντα τὴν παρακαταθήκην μὴ ἀποδιδόντα κατὰ συμβεβηκὸς φατέον ἀδικεῖν, καὶ τὰ ἄδικα πράττειν. τῶν δὲ ἑκουσίων, τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν, τὰ δ᾽ οὐ προελόμενοι. προελόμενοι μὲν, ὅσα προβουλευσάμενοι. ἀπροαίρετα δὲ, ὅσα ἀπροβούλευτα. τριῶν δὴ οὐσῶν βλαβῶν τῶν ἐν ταῖς κοινωνίαις, τὰ μὲν μετ᾽ ἀγνοίας ἁμαρτήματά ἐστιν, ὅταν μήτε ὃν μήτε ὃ μήτε ᾧ μήτε οὗ ἕνεκα ὑπέλαβε, ταῦτα πράξῃ. ἢ γὰρ οὐ βάλλειν, ἢ οὐ τούτῳ, ἢ οὐ τοῦτον, ἢ οὐ τούτου ἕνεκα ᾠήθη. ἀλλὰ συνέβη, οὐχ οὗ ἕνεκα ᾠήθη·

B

C

ipse autem hominem eum quidem esse, aut ex praesentibus aliquem sciat, patrem tamen esse ignoret: similiter quoque de illis, quorum caussa quippiam fit, idem definitum esto, & in omni actione. quod igitur ignoratur, aut non ignoratur, non est tamen in ipso, vel per vim fit, ab inuito fit. Multa enim ex iis, quae sunt natura scientes, agimus & patimur. quorum nihil neque lubentium est, neque inuitorum, ut senescere, vel mori. Est autem perinde in iniustis, ac in iustis, id quod fortuito accidit. Etenim si quis reddiderit depositum inuitus & per metum, neque iusta agere, neque iuste facere dicendus est, nisi quatenus accidat: pari modo etiam, qui coactus & inuitus depositum non reddit, dicendus est, ex accidenti iniuriam facere, & iniusta agere. Ex lubenter factis autem, alia delectu habito agimus, alia non habito. delectu habito agimus, quae ante consultauimus: non habito, quae nulla consultatione praetergressa. Verum cum tres sint noxae in societatibus, ea quae ignorantia fiunt, peccata sunt, cum neque quem, neque quemodo, neque quo, neque cuius caussa considerans, ea gerit. vel enim se non esse percussurum, vel non hoc, vel non hunc, vel non huius caussa putauit: sed accidit, non cuius caussa putarat:

veluti,

veluti, nō ut vulneraret, sed ut stimularet: aut non quem, aut non quo modo. Quando igitur praeter rationem noxa fuerit, infortunium est: quando vero non praeter rationem, sed sine vitio, peccatū. peccat enim quis, cum ipse principiū caussae fuerit: infortunate agit, cū extrinsecus. At cum sciens quidem, sed sine antegressa deliberatione, iniuste factum est: ut quae ex ira fiunt, aliisq; affectibus, qui necessarii, naturalesve hominibus accidunt. qui enim hic nocent, & peccant, iniuste quidem agunt, suntque iniuste facta, nondum tamen iniusti sunt ob haec, neq; mali. non enim noxa ex malitia fit: cum vero ex electione, iniustus ac pravus est. Quocirca recte, quae ex ira fiunt, non ex providentia iudicantur. non enim auctor est, qui iracundia facit, sed qui ad iram provocavit. Praeterea neq; an factum sit necne, sed an iure factū sit controvertitur. Nam ex opinata iniustitia, ira est. Non enim sicut in commertiis factumne sit, contendunt, quorum necesse est alterum pravum esse, nisi ex oblivione id faciant: sed de re consentientes, iurene factum sit, altercantur qui autem insidiator est, minime ignorat. Quare alter iniuria se esse affectum putat, alter minime. Si autem ex electione nocuerit,

οἷον οὐχ ἵνα τρώσῃ, ἀλλ' ἵνα κεντήσῃ, ἢ οὐχ ὅν, ἢ οὐχ ὥς. ὅταν μὲν οὖν παραλόγως ἡ βλάβη γένηται, ἀτύχημα· ὅταν δ' ἡ μὴ παραλόγως, ἄνευ δὲ κακίας, ἁμάρτημα. ἁμαρτάνει μὲν γὰρ, ὅταν ἐν ἑαυτῷ ἡ ἀρχὴ ᾖ τῆς αἰτίας· ἀτυχεῖ δὲ, ὅταν ἔξωθεν. ὅταν δὲ εἰδὼς μὲν, μὴ προβουλεύσας δὲ, ἀδίκημα: οἷον ὅσα τε διὰ θυμὸν καὶ ἄλλα πάθη ὅσα ἀναγκαῖα ἢ φυσικὰ συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις. ταῦτα γὰρ βλάπτοντες καὶ ἁμαρτάνοντες, ἀδικοῦσι μὲν καὶ ἀδικήματά ἐστιν. οὐ μέντοι πω ἄδικοι διὰ ταῦτα οὐδὲ πονηροί. οὐδὲ γὰρ διὰ μοχθηρίαν ἡ βλάβη. ὅταν δ' ἐκ προαιρέσεως, ἄδικος καὶ μοχθηρός. διὸ καλῶς τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται. οὐ γὰρ ἄρχει ὁ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ ὀργίσας. ἔτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ γενέσθαι, ἢ μὴ, ἀμφισβητεῖται, ἀλλὰ περὶ τοῦ δικαίου. ἐπιφαινομένη γὰρ ἀδικία ἡ ὀργή ἐστιν. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς συναλλάγμασι περὶ τοῦ γενέσθαι ἀμφισβητοῦσιν, ὧν ἀνάγκη τὸν ἕτερον εἶναι μοχθηρὸν, ἂν μὴ διὰ λήθην αὐτὸ δρῶσιν. ἀλλ' ὁμολογοῦντες περὶ τοῦ πράγματος, περὶ τοῦ ποτέρως δίκαιον ἀμφισβητοῦσιν. ὁ δ' ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἀγνοεῖ. ὥστε ὁ μὲν οἴεται ἀδικεῖσθαι, ὁ δ' οὔ. ἐὰν δ' ἐκ προαιρέσεως βλάψῃ,

ἀδικεῖ· καὶ κατὰ ταῦτα ἤδη τὰ ἀδικήματα ὁ ἀδικῶν, ἄδικος, ὅταν παρὰ τὸ ἀνάλογον ᾖ, ἢ παρὰ τὸ ἴσον. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δίκαιος, ὅταν προελόμενος δικαιοπραγῇ. δικαιοπραγεῖ δὲ ἂν μόνον ἑκὼν πράττῃ. τῶν δ' ἀκουσίων, τὰ μέν ἐστι συγγνωμονικὰ, τὰ δ' οὐ συγγνωμονικά. ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά. ὅσα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά. ὅσα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες μὲν, διὰ πάθος δὲ, μήτε φυσικὸν, μήτ' ἀνθρώπινον, οὐ συγγνωμονικά.

iniuste agit, & qui ex his iam iniuriis iniuste facit, iniustus est, cum vel proportionem violet, vel æquum. Similiter vero etiam iustus est, cũ delectu habito iuste egerit. iuste autem agit, si modo lubens agat at ex iis, quæ inuiti agimus, alia ignoscenda sunt, alia non. nam quæ non modo ignorantes, sed ex ignoratione peccant, sunt ignoscenda: quæ vero non ignoratione, sed ignorantes facimus, ex affectu tamen, neque naturali, neque humano, ignoscenda non sunt.

COMMENTATIONES.

A´ντων δὲ τῶν δ.) Caput hoc pertinet ad explicationem quæstionis, quæ initio cap. 6. proposita fuerat: *Vtrum scil. propter quamuis actionem iustam vel iniustã possit aliquis dici iustus vel iniustus: itẽ iuste vel iniuste agere.* Primum autem ponitur responsio ad hanc quæstionem: deinde eadem respõsio declaratur, tertio diuisionibus, qua vna est de factis voluntariis, περὶ τῶν ἑκουσίων, altera περὶ τῶν ἀκουσίων, de factis inuitis seu inuoluntariis. Quod ergo ad ipsam responsionẽ attinet, ea facta est per distinctionem, quam in 6. cap. etiam attigit. Est autem talis distinctio: *Qui iuste vel iniuste agit, is vel sponte volens & sciens ea agit: vel inuitus & ignorans. Qui sponte volens & sciens agit, quæ sunt iusta vel iniusta, is recte merito & iure dicitur iustus vel iniustus: item iuste vel iniuste agere. Qui autem talia facit ignorans, is non proprie potest iustus vel iniustus nominari, sed tantũ per accidens, quia casu agit ea, quib accidit, vt sint iusta vel iniusta. ipse vero ea non agit ex amore iustitiæ, aut animo iniurianti.* Ratio huius responsionis sumitur a caussa formali, secundum quam actiones virtutum & vitiorum æstimantur, nempe a προαιρέσει, i. proposito

Quæstio.

Responsio.

posito & voluntate agentis, & a natura spontanei, atque inuiti. Nam, *vt in lib. 8 cap. 13 dicitur*, præcipuum τὸ κύριον, quod in virtute morali spectatur, est ἡ προαίρεσις, id est, *animi voluntas & propositum agētis*. Tum enim actiones recte laudantur vel vituperantur, si admissæ sunt & perpetratæ a scientibus & volentibus, id est, si sunt spontaneæ. Exempli gratia: *Qui sponte, volens & sciens reddit, aut non reddit depositum, is recte potest iustus vel iniustus dici: qui autem inuitus depositum reddit, vel nō reddit, non potest iustus vel iniustus propterea dici: itaq; consideranda sunt hic ea, quæ in tertio lib. cap. 1. dicta sunt de spontaneo & inuito.* Est enim spontaneum id, quod fit a sciente & volente: inuitum autem est, quod fit vel ab ignorante vel a nolente: itaq; ad actionem spontaneam duo requiruntur, scientia siue notitia eius rei, circa quam agens versatur: deinde libera eius voluntas. Ad scientiam autem in agendo necessaria præcipuarum circumstantiarum cognitio, *de quibus in lib. 3. dictum est*, veluti sunt res, personæ, modus, instrumenta & finis, cuius gratia actio suscipitur. Ad libertatem autem in agendo requiritur agentis προαίρεσις, id est, *electio, voluntas & consensus*. Itaque ad demonstrandam spontaneam actionem, vtrumq; oportet probare nempe, quod in ipso agente fuerit scientia & notitia eius, quod egit. & quod ad illam notitiā quoq; accesserit eius voluntas. Nam si alterum horum non potest probari, actio non potest dici spontanea. ἀκούσιον autem inuitum contrario modo definitur, nempe partim ignorantia, partim coactione τῇ βίᾳ, quando agens vel ignorauit præcipuas circūstantias suæ actionis *vt si quis patrem percussit in tenebris, ignorans fuisse patrem, etiamsi sciuerit fuisse hominem*: deinde dicitur etiam ἀκούσιον, quando agens ad actionem, non præbuit suam voluntatem & plenum consensum: etiamsi sciuerit quod egerit, vt si quis coactus alterum percutit sua manu, quam non ipse, sed alius rexit, & violenter ad illum motum pertraxit, *vt si quis violenter arrepta manu mea alterum percutiat contra meam voluntatem*. Etiamsi autem ad demonstrandam spontaneam actionem vtrumq; oporteat probare, nempe scientiam & voluntatem fuisse in agente: tamen ad inuitam actionem demonstrandam satis est

Actionis spontaneæ requisita.

Inuitæ actionis requisita.

ostendere, verum solum vel ignorantiam vel coactionem præter has actiones, quarum dicuntur aliæ spontaneæ, aliæ coactæ, sunt etiam quædam intermediæ siue mixtæ actiones, quæ neq; sunt plane spõtaneæ, neque omnino coactæ, cuiusmodi sunt actiones naturales, in quibus voluntas hominum non dominatur, & propterea a quibusdã nominantur vasciones veluti sunt *esurire, sitire, calere, frigere, sudare, senescere, canescere, mori, ægrotare*, & similes actiones siue passiones, quæ non sunt positę in nostro arbitrio nostraque potestate, vt possimus eas suscipere vel non suscipere, deponere aut non desponere, sed accidunt quidem nobis scientibus, non tamen omnino nolentib. vel volentib. & propter tales actiones, quę non proficiscuntur neque reguntur ab hominis voluntate & consilio nemo potest iustus vel iniustus, bonus vel malus propterea laudari aut vituperari.

Actiones inter media.

Ἐ τῶν δ' ἑκουσίων, &c.) Hæc est altera pars cap. in qua Aristoteles declarat iam allatã responsionem tribus argumentis seu diuisionibus. Prima diuisio est de spontaneis factis. Ea enim sunt duplicia, nam fiunt, vel consulto, id est, de iniustitia & nominantur προαιρετὰ καὶ προβουλευτά, id est, *prius apud nos proposita & deliberata*. & qui hoc modo agunt, quæ iusta vel iniusta sunt, hi recte dicuntur esse iusti vel iniusti: vel fiunt absque præcedente electione & deliberatione, id est, vt Græci loquuntur, ἄνευ προαιρέσεως, nimirum ex vehementiore aliquo affectu, aut animi perturbatione & propter talia nemo potest tanquã iustus vel iniustus laudari vel vituperari, atque hæc vocantur ἀπροαίρετα id est, *non prius apud animũ nostrum proposita & constituta*, vocantur ἀπροβούλευτα i. e. *nõ prius deliberata & consultata.* Ex hac diuisione etiam colligitur discrimen, quod est inter ἑκούσιον, spontaneum, & inter προαίρεσιν electionem. Nam ἑκούσιον latius patet, quam προαίρεσις, quia sunt quædam actiones spontaneæ, quę tamen non proficiscuntur ab electione, voluntate & consilio agentis. Præterea etiam bestiis tribuuntur actiones spontaneæ: προαιρέσεις autem illis non possunt attribui, quia omnis προαίρεσις electio coniunctam habet rationem & voluntatem, quæ duo non sunt in bestiis. Itaq; bestiæ dicuntur multa sponte agere: velsuti

Spontanea duplicia.

Spontaneum & electio q̃d differant.

uti

uti sunt *ire ad pascua, redire ad stabulum, currere, saltare & his similia agere*, quæ sua sponte & non coacte faciunt. Non autem possunt rem agere ἐκ προαιρέσεως *ex animi consilio, electione & proposito*. Hinc etiam hoc potest intelligi, quod Græcum vocabulum ἑκούσιον rectius Latine *spontaneum* dicatur, quam voluntarium, quemadmodum quidam reddiderunt: quia voluntarium de bestiis dici non potest, quemadmodum spontaneum.

C τριῶν δὴ οὐσῶν βλαβῶν.) Altera distinctio, qua declaratur responsio ad quæstionem allatam sumitur a differētia damnorum siue incommodorum & iniuriarum, quæ ab aliis inferuntur alicui. Eiusmodi autem damna siue incommoda a Græcis vocantur βλάβαι βλάμματα a verbo βλάπτω *noceo*, a Cicerone in lib 3. de finibus nominantur detrimenta, & intelliguntur per ea in hoc loco omnia damna, siue mala & incommoda, quæ alicui inferuntur, vel in corpore, vel in fama & existimatione, vel in aliis bonis. Ea autem sunt triplicia: vel enim proficiscuntur ab ignorantia, vel a vehementi aliqua perturbatione & affectu, vel a malo animi proposito, electione & consilio: damnum siue iniuria

βλαβῶν nomine quid intelligatur

I.

Tunc dicitur ab ignorantia esse profecta, quando is, qui alterum læsit, aut alteri damnum vel iniuriā intulit, ignorauit circumstantias, in quibus præcipue actiones consistunt, veluti est circumstantia personę, loci, temporis, modi, instrumenti & finis siue caussæ finalis, *de quibus omnibus supra in lib. 3 cap. 1 est explicatum*. Hæc autem iniuria seu tale damnum rursum est duplex: vel enim infertur alteri παραλόγως præter opinionem agentis, vt *si venator in sylua hominem telo suo interficiat, volens feram aliquam interficere, & ignorans hominem in eo loco fuisse, tale factum proprie dicitur ἀτύχημα a Latinis infortunium*, vel non infertur παραλόγως *præter opinionem agentis*: sed tamen absque eius malitia & nocendi studio: veluti *si quis sclopedarium instructū incaute manibus tractans suum socium, aut alium aliquem astantem interficiat? Ita si duo sodales animi caussa digladiando sese mutuo exercent & vnus alteri eruit oculum aut si amputet digitum*: tale factum dicitur ἁμάρτημα *erratum & delictum*. Ac differt a priore: quia

Damnū quando ab ignorantia dicatur profectum.

Damnū duplex.

Infortunium.

Erratum.

Quid differunt.

principium siue caussa huius facti est in ipso agente. In priore vero principium siue caussa est extra agentem, nẽpe in fortuna, quia casu & fortuito accidit, vt homo in sylua esset tunc, cũ ipse telum aduersus feram emitteret. Hæc duo genera damnorum non propriè possunt iniuriæ nominari, neque reddunt eum qui ista admisit, iniustũ. Quia non profecta sunt ex malitia & improbitate agentis. Alterum genus damnorum est, quod ꝓficiscitur ex animi perturbatione & vehementi aliquo, sed tamẽ naturali & necessario affectu, vt ex ira, amore, cupiditate & similibus affectibus, quibus homines sæpe numero præter voluntatem & opinionem abripiuntur & impelluntur ad aliquas actiones: quemadmodum *Petrus ex nimio timore abnegauit Christum, & non ex malitia aut animi proposito.* Ita de Moyse legitur, *quod ex furore ira interfecerit quendam Ægyptium, qui iniuriam cuidam Hebræo faciebat:* tale factum dicitur quidem ἀδίκημα, id est, iniustum factum, non tamen est ἀδικία iniuria: neq; potest aliquis propterea vere iniustus appellari, quoniã non proficiscitur ἐκ προαιρέσεως *ex certo animi proposito & cõsilio, neq; ex malitia & improbitate* animi quod Aristoteles duabus confirmat rationibus, quod propter eiusmodi iniusta facta damna & incommoda nemo possit proprie iniustus nominari, quia non sunt profecta ἐκ προαιρέσεως, id est, *voluntate & proposito agentis.* Prima sumitur ab auctoritate & testimonio veteris cuiusdam Poetæ, apud quem etiã reperitur hic versus τὰ ἐκ θυμοῦ, οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεσθαι *quæ ex ira & animi commotione fiunt non iudicantur consulto & industria esse facta.* Vnde etiam Plato 9. libr. de legibus ait, *Cædem quæ per iram est admissa esse quodammodo medium inter ea, quæ sponte & inuite fiunt.* Ratio autem huius rei est, *quoniam principium, id est, caussa actionis non est in ipso irato qui alterum læsit, sed potius in altero qui eum ad iram prouocauit & caussam iræ præbuit: nisi enim ad iram eum prouocasset, non fuisset ab eo læsus.* Altera ratio a signo sumitur consequente. *Nam quæ peccantur consulto, & de industria, ea non possunt iure defendi: nam quæstio iuris in eiusmodi delictis non habet locum, sed tantum quæstio facti: quæ autem ex ira peccantur, illa interdum admittunt defensionem iuris. Potest enim iratus*

Damnorum genus III.

Damna ex animi perturbatione ira non esse iniusta.

tus

tus dicere se iustas habuisse caussas vindicandi illatam iniuriam. Vnde etiam nunquam eiusmodi facta consequuntur in iudicio veniam. Hoc in loco notandum est, quod Aristoteles dicit duo genera quæstionum venire in iudicium. Vnum genus est περὶ τοῦ γενέσθαι, quod Latini vocant quæstionem facti, *vtrum aliquod sit ab altero admissum*, nec ne. Alterum genus est περὶ τοῦ δικαίου, id est, quæstio de iure. Facti quęstio dicitur, quando dubitatur, *vtrum reus admiserit id, de quo dubitatur*, vt in Rosciana oratione quæritur, *vtrum S. Roscius patrem suum occiderit, nam filius hoc ipsum negabat.* Ac pertinet hæc quęstio proprie ad statum coniecturalem. Iuris autem quæstio dicitur *cum de facto constat, quæritur autem de iure facti*, vt in caussa Miloniana constabat quidem, quod Milo Clodium interfecisset, sed quęrebatur, *vtrum iure cũ interfecerit.* Vnde Cic in eadem ratione inquit: *facti quæstio est inæqualis, id est, in tortura. Iuris autem quæstio est in iudicio.* Atq; ea pertinet ad statum iuredicialem. Ex hac distinctione sic argumentatur Aristoteles. *Qui ex industria & data opera peccant, hi non possunt se defendere: sed tantum negatione facti: sed qui ex iræ peccant illi possunt sese iure defendere.* Ergo *qui ex ira peccant non dicuntur de industria & ἐκ προαιρέσεως peccasse.* Hoc argumentũ declarat Aristoteles exemplo desumto a contractibus iniustis, in quibus, quia de iniuria constat, non amplius quæritur de iure, sed tantum de facto. Tertium genus damnorum est, quod non solum ex animi ꝓposito proficiscitur: sed etiam coniunctum est cum malitia & improbitate agentis: sed quod ex malo animi proposito proficiscitur, atque eiusmodi factum proprie dicitur *ἀδικία iniuria*, & ꝓpter tale factũ merito aliquis dicitur *ἄδικος iniustus*, & qui hoc modo alteri damnum infert dicitur, *ἀδικεῖν iniuriam inferre.*

Facti quæstio.

Iuris quæstio.

Argumentum.

A contractibus.

Damnorũ genus III.

D τῶν δ᾽ ἀκουσίων τὰ μέν.) Tertia distinctio, qua allata responsio declaratur, pertinet ad peccata & facta inuita & nõ voluntaria. Ea autem sunt duplicia, vel sunt συγγνωμονικὰ venialia, quæ merentur veniam, cuiusmodi sunt ea, *quæ homines non solum ignorantes, sed etiam per ignorantiam admittunt*: in quibus ipsa ignorantia est præcipua caussa peccati & admissi facti: vel non sunt συγγνω-

Peccata venialia.

Non venialia. μαμικά, id est, omnino non venialia, cum homines peccant quidem ignorantes: sed tamen non omnino propter ignorantiam, sed magis ex aliquo affectu, & animi perturbatione. In hac distinctione notandum est id, *quod supra lib. 3. cap. 1. dictum fuit.* Aliud esse ignorantem agere, & per ignorantiam agere. Ignorans enim dicitur, qui sibiipsi suæ ignorantiæ caussa est. Exempli gratia, *Ebrius, cum peccat ignorans quidem peccat, quia obrutus vino nescit, quid agat, sed huius ignorantiæ ipse sibi est caussa, quatenus nimio vino sese obruit: proinde non potest prætextu ebrietatis aut ignorantiæ, quam ex ebrietate accersiuit, sese excusare.* Imo Pittacus, vnus ex septem sapientibus, indicauit, *duplici pœna dignum esse eum, qui hoc modo peccasset: primum propter ipsam ebrietatem: deinde propter peccatum, quod ex ebrietate admisit.*

Ignorans quis agat.

Per ignorantiam quis. Per ignorantiam vero peccare dicitur, cum ignorantia alicuius circumstantiæ caussa fuit vt peccaret. Exempli gratia: Oedypus patrem suum Laium in bello Thebano interfecit, existimans fuisse hostem, quia eum non nouerat: atque per ignorantiam hanc fuit excusatus. Similiter etiam postea in vxorem duxit matrem suam Locastam, quam ipse quoque non nouerat.

ΚΕΦ. θ'. CAP. 9.

A Ἀπορήσειε δ' ἄν τις εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ τοῦ ἀδικεῖν. πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν ὥσπερ Εὐριπίδης εἴρηκε λέγων ἀτόπως·

μητέρα κατέκτα τὴν ἐμὴν, βραχὺς ὁ λόγος,
ἑκὼν ἑκοῦσαν, ἢ θέλουσαν οὐχ ἑκών.

πότερον γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔστιν ἑκόντα ἀδικεῖσθαι, ἢ οὔ, ἀλλ' ἀκούσιον ἅπαν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀδικεῖν πᾶν ἑ-

Dubitarit autem quispiam, an satis de faciendæ, patiendaque iniuria definitum sit: ac primum an sit, sicut Euripides dixit, absurde inquiens:

Meam parentem occidi ego (sermo breuis)
Lubens lubentem, vel volentem non lubens.

Vtrumne vere fieri possit, vt lubens quispiam iniuria afficiatur, necne? an omne id inuitum sit: vt & iniuria afficere, lubenter factum est omne:

tinne: & omnene eo, aut illo modo, ut & iniuriam facere, lubentis sit: an lubentis sit aliud, aliud inuiti: & similimodo de iure agendo. iuste enim agere totum lubentis est: ut merito utroque modo pariter opponi debeat, & iniuria, & iure fieri, quod vel lubentis, vel inuiti sit. Absurdum autem videretur, si iure fieri lubentis esset totum. nam nonnullis iure quid fit non lubentibus. Quinetiam de eo dubitaret quispiam, utrum qui iniustum aliquid passus est, iniuria omnis afficiatur: an sicut & in agendo, ita & in patiendo est. fieri enim potest, ut in utrisq. ex accidenti iusta consequamur. pariter autem in iniustis quoque fieri constat: nam non idem est, iniusta agere, & iniuria afficere: neque iniusta pati, & iniuria affici. similiter quoque de iuste agendo & iure faciendo. Non enim potest quisquam iniuria affici, nisi sit qui afficiat: aut cuiquam iure quid fieri, nisi sit, qui iuste agat. Verum si simpliciter iniuria afficere, est lubentem lædere, lubentem autem, scientem & quem, et quo, & quomodo: intemperans vero lubens se ipse lædit: lubens iniuria afficeretur, contingeretq. ut se ipse quis iniuria afficeret.

κούσιον. καὶ ἆρα ἅπαν οὕτως ἢ ἐκείνως, ὥσπερ καὶ τὸ ἀδικεῖν πᾶν ἑκούσιον, ἢ τὸ μὲν ἑκούσιον, τὸ δ' ἀκούσιον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι· τὸ γὰρ δικαιοπραγεῖν πᾶν ἑκούσιον, ὥστ' εὔλογον ἀντικεῖσθαι ὁμοίως καθ' ἑκάτερον τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ τὸ δικαιοῦσθαι, ἢ ἑκούσιον ἢ ἀκούσιον εἶναι. ἄτοπον δ' ἂν δόξειε, καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι εἰ ἅπαν ἑκούσιον· ἔνιοι γὰρ δικαιοῦνται οὐχ ἑκόντες. ἔπειτα καὶ τόδε διαπορήσειεν ἄν τις, πότερον ὁ τὸ ἄδικον πεπονθὼς, ἀδικεῖται πᾶς· ἢ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ πράττειν, καὶ ἐπὶ τοῦ πάσχειν ἐστί· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ ἐνδέχεται ἐπ' ἀμφοτέρων μεταλαμβάνειν τῶν δικαίων. ὁμοίως δὲ δῆλον ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἀδίκων. οὐ γὰρ ταυτὸν τὸ τὰ ἄδικα πράττειν, τῷ ἀδικεῖν· οὐδὲ τὸ ἄδικα πάσχειν, τῷ ἀδικεῖσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ δικαιοπραγεῖν καὶ δικαιοῦσθαι. ἀδύνατον γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ ἀδικοῦντος· ἢ δικαιοῦσθαι, μὴ δικαιοπραγοῦντος. εἰ δ' ἐστὶν ἁπλῶς τὸ ἀδικεῖν, τὸ βλάπτειν ἑκόντα τινά· τὸ δ' ἑκόντα, εἰδότα καὶ ὃν, καὶ ᾧ, καὶ ὥς. ὁ δ' ἀκρατὴς ἑκὼν βλάπτει αὐτὸς αὑτόν. ἑκών τ' ἂν ἀδικοῖτο, καὶ ἐνδέχοιτο αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν.

ἔστι δὲ καὶ τοῦτ' ἕν τι τῶν ἀπορουμένων, εἰ ἐνδέχεται αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν. ἔτι εἰ ἑκὼν ἄν τις δι' ἀκρασίαν ὑπ' ἄλλου βλάπτοιτο ἑκόντος· ὥστ' εἴη ἂν ἑκόντ' ἀδικεῖσθαι. ἢ οὐκ ὀρθὸς ὁ διορισμός, ἀλλὰ προσθετέον τῷ βλάπτειν, εἰδότα καὶ ὃν, καὶ ᾧ, καὶ ὥς, τὸ παρὰ τὴν ἐκείνου βούλησιν; βλάπτεται μὲν οὖν τις ἑκών, καὶ τὰ ἄδικα πάσχει. ἀδικεῖται δ' οὐθεὶς ἑκών. οὐθεὶς γὰρ βούλεται, οὐδ' ὁ ἀκρατής. ἀλλὰ παρὰ τὴν βούλησιν πράττει. οὔτε γὰρ βούλεται οὐθείς, ὃ μὴ οἴεται εἶναι σπουδαῖον· ὁ δὲ ἀκρατὴς ἃ οὐκ οἴεται δεῖν πράττειν, πράττει. ὁ δὲ τὰ αὑτοῦ διδούς, ὥσπερ Ὅμηρός φησι δοῦναι τὸν Γλαῦκον τῷ Διομήδει,

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων,

οὐκ ἀδικεῖται. ἐπ' αὐτῷ γάρ ἐστι τὸ διδόναι· τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν ἀδικοῦντα δεῖ ὑπάρχειν. περὶ μὲν οὖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅτι οὐχ ἑκούσιον, δῆλον.

E ἔτι δ' ὧν προειλόμεθα, δύο ἐστὶν εἰπεῖν, πότερόν ποτ' ἀδικεῖ ὁ νείμας παρὰ τὴν ἀξίαν τὸ πλεῖον, ἢ ὁ ἔχων· καὶ εἰ ἔστιν αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν. εἰ γὰρ ἐνδέχεται τὸ πρότερον λεχθὲν καὶ ὁ διανέμων ἀδικεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ ἔχων τὸ πλεῖον. εἴ τις πλέον ἑτέρῳ ἢ αὑτῷ,

at hoc unum ex iis, quæ in dubium veniunt, utrum iniuria afficere se ipse quis possit. Præterea lubens etiam quis per intemperantiam ob alio lubente lædetur, ex quo fieret, ut quis lubens afficeretur iniuria. an non recta definitio est, sed addendum præterquam quod lædit sciens, et quem, & quo, & quomodo, quod præter illius voluntatem lesit? læditur igitur lubens aliquis, atque iniusta patitur: nemo tamen iniuria sponte afficitur. nemo enim vult, ne incontinens quidem. sed præter voluntatem agit. nemo enim vult id, quod non putat esse bonum. at incontinens, quod non agendum putat, agit. Qui vero sua ipsius dat, sicut Homerus inquit Glaucum dedisse Diomedi,

Aurea commutans ferreis,
centena nouenis,

non afficitur iniuria: nam in ipsius potestate est dare: iniuria vero affici, in ipso non est, sed esse oportet, qui iniuria afficiat. Atque iniuria affici quidem non esse lubentis, manifestum est. Duo præterea ex iis, quæ proposuimus, sunt dicenda: utrum is, qui præter dignitatem plus tribuit, iniuriam faciat, an qui habet: deinde an possit, ut se ipsum, quis iniuria afficiat. nam si fieri potest, quod prius dictum est, & qui distribuit iniuria afficit, non qui habet plus, si quis alteri quam sibi plus tribuit

tribuit sciens ac lubens, is se ipse iniuria afficit: id quod facere modesti consueuerunt. modestus enim imminui sua facile patitur. an neque hoc simplex est? ex alio enim bono, si ita incidit, plus usurpabat, ut ex gloria, aut absolute honesto. soluitur etiam ex iniuria afficiendi definitione. nihil enim præter suam patitur voluntatem: quare non afficitur ob id quidem iniuria: sin minus, læditur tantū. Perspicuum quoq; est distribuentem iniuria afficere, non qui semper plus habet. non enim cui iniustum inest, iniuriam facit. sed cui inest, ut id lubens faciat: id autem, unde principium actionis exsistit, quod est in distribuente, nō in accipiente. Præterea cum facere multis modis dicatur, & quodam modo inanimata interficiant, & manus, & seruus eius qui præcepit, hæc sane non iniuriam faciunt, iniusta tamē cōmittunt. Præterea si ignorans iudicauit, non iniuriam facit legitimo iure, neque iniustum iudicium est: sed quodam modo iniustum. aliud enim legitimum, aliud primum ius est. at si sciens iudicauit iniuste, plus sibi usurpat & ipse, vel gratiæ, vel vindictæ: perinde igitur ac quis iniuste facti ipse partem acceperit, & ille qui ob hæc iniuste iudicauit, plus habet. Etenim in illis, qui agrum adiudicauit, is nō agrum,

νέμει εἰδὼς καὶ ἑκών, οὗτος αὐτὸς αὑτὸν ἀδικεῖ. ὅπερ δοκοῦσιν οἱ μέτριοι ποιεῖν. ὁ γὰρ ἐπιεικὴς ἐλαττωτικός ἐστιν. ἢ οὐδὲ τοῦτο ἁπλοῦν; ἑτέρου γὰρ ἀγαθοῦ εἰ ἔτυχεν, ἐπλεονέκτει· οἷον δόξης, ἢ τοῦ ἁπλῶς καλοῦ. ἔτι λύεται κατὰ τὸν διορισμὸν τοῦ ἀδικεῖν. οὐθὲν γὰρ παρὰ τὴν αὑτοῦ πάσχει βούλησιν· ὥστε οὐκ ἀδικεῖται διά γε τοῦτο. ἀλλ' εἴπερ, βλάπτεται μόνον. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ὁ διανέμων ἀδικεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ τὸ πλέον ἔχων ἀεί. οὐ γὰρ ᾧ τὸ ἄδικον ὑπάρχει, ἀδικεῖ. ἀλλ' ᾧ τὸ ἑκόντα τοῦτο ποιεῖν. τοῦτο δ', ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς πράξεως ἥ ἐστιν ἐν τῷ διανέμοντι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ λαμβάνοντι. ἔτι ἐπεὶ πολλαχῶς τὸ ποιεῖν λέγεται, καὶ ἔστιν ὡς τὰ ἄψυχα κτείνει, καὶ ἡ χεὶρ, καὶ ὁ οἰκέτης ἐπιτάξαντος, οὐκ ἀδικεῖ μὲν, ποιεῖ δὲ τὰ ἄδικα. ἔτι εἰ μὲν ἀγνοῶν ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ κατὰ τὸ νομικὸν δίκαιον, οὐδ' ἄδικος ἡ κρίσις ἐστίν· ἔστι δ' ὡς ἄδικος· ἕτερον γὰρ τὸ νομικὸν δίκαιον καὶ τὸ πρῶτον. εἰ δὲ γινώσκων ἔκρινεν ἀδίκως, πλεονεκτεῖ καὶ αὐτὸς, ἢ χάριτος, ἢ τιμωρίας· ὥσπερ οὖν κἂν εἴ τις μερίσαιτο τοῦ ἀδικήματος, καὶ ὁ διὰ ταῦτα κρίνας ἀδίκως, πλέον ἔχει. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων ὁ τὸν ἀγρὸν κρίνας, οὐκ ἀγρὸν,

E

G ἀλλὰ ἀργύριον ἔλαβεν. οἱ δ' ἄνθρωποι ἐφ' ἑαυτοῖς οἴονται εἶναι τὸ ἀδικεῖν. διὸ καὶ τὸ δίκαιον εἶναι ῥᾴδιον, τὸ δ' οὐκ ἔστι. συγγενέσθαι μὲν γὰρ τῇ τοῦ γείτονος, καὶ πατάξαι τὸν πλησίον, καὶ δοῦναι τῇ χειρὶ τὸ ἀργύριον, ῥᾴδιον, καὶ ἐπ' αὐτοῖς· ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντας ταῦτα ποιεῖν, οὔτε H ῥᾴδιον, οὔτ' ἐπ' αὐτοῖς. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γνῶναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι, ὅτι περὶ ὧν οἱ νόμοι λέγουσιν, οὐ χαλεπὸν ξυνιέναι. ἀλλ' οὐ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δίκαια, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. ἀλλά πως πραττόμενα καὶ πως νεμόμενα, δίκαια. τοῦτο δὲ πλέον ἔργον ἢ τὰ ὑγιεινὰ εἰδέναι· ἐπεὶ κἀκεῖ μέλι, καὶ οἶνον, καὶ ἐλλέβορον, καὶ καῦσιν, καὶ τομὴν εἰδέναι ῥᾴδιον· ἀλλὰ πῶς δεῖ νεῖμαι πρὸς ὑγίειαν, καὶ τίνι, καὶ πότε, I τοσοῦτον ἔργον, ὅσον ἰατρὸν εἶναι. δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο, καὶ τοῦ δικαίου οἴονται εἶναι, οὐδὲν ἧττον τὸ ἀδικεῖν. ὅτι οὐδὲν ἧττον ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δύναιτ' ἂν ἕκαστον πρᾶξαι τούτων. καὶ γὰρ συγγενέσθαι γυναικί, καὶ πατάξαι, καὶ ὁ ἀνδρεῖος τὴν ἀσπίδα ἀφεῖναι, καὶ στραφεὶς ἐφ' ὁποτερᾳοῦν τρέχειν. ἀλλὰ τὸ δειλαίνειν καὶ τὸ ἀδικεῖν, οὐ τὸ ταῦτα ποιεῖν ἐστί, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντα, ταῦτα ποιεῖν ἐστιν, ὥσπερ καὶ τὸ ἰατρεύειν καὶ τὸ ὑγιάζειν.

sed argentum accepit. Homines autem in se positum putant iniuriā facere: propterea iustum esse facile putant: quod tamen non est. rem habere enim cum uxore vicini, & percutere proximum, & manu porrigere pecuniam, facile est, & situm in ipsis: sed ita habentes hæc facere, neq; facile, neque in ipsis est. Similiter quoque cognoscere iusta & iniusta, nullam sapientiam esse censent, quod sit de quibus leges præscribunt, non difficile intelligere. Verum iusta non hæc sunt, nisi ita accidat: sed ea iusta sunt, quæ quodam modo aguntur, & quodam modo tribuuntur. id autem maioris operis, quam salubria cognoscere. nam illic mel, vinum, veratrum, adustionē, & incisionem noscere facile est: quomodo autem adhibenda sint ad sanitatem, cui, & quando, tanti operis est, quanti medicum esse. Ob id autem ipsum etiam iusti esse existimant, nihilominus iniuriam facere: quoniam nihilominus iustus, imo etiam magis facere unumquodq; ex iis potest. nā & rem habere cū muliere, & percutere, & vir fortis scutum abiicere, & in fugam versus in utram partem velit currere: sed ignaue agere & iniuste facere, non est hæc facere, nisi sic accidat: sed hoc modo affectum hæc facere, ut etiā mederi et sanare

non

non est incidere, aut non incidere, vel medicari, aut non medicari, sed hoc modo. Iura autem inter eos sunt, quibus communio est bonorum simpliciter. habent vero & excessum in his & defectum. quibusdam enim horum non est excessus, vt fortasse diis: quibusdam vero nulla pars vtilis est, incurabilibus & malis, sed nocent omnia: at quibusdam quadantenus: atque ob id humanum est.

ἢ τὸ τέμνειν, ἢ μὴ τέμνειν, ἢ φαρμακεύειν, ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστὶν ἀλλὰ τὸ ὡδί. ἔστι δὲ τὰ δίκαια ἐν τούτοις, οἷς μέτεστι τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν. ἔχουσι δ' ὑπερβολὴν ἐν τούτοις καὶ ἔλλειψιν. τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ αὐτῶν, οἷον ἴσως τοῖς θεοῖς. τοῖς δ' οὐθὲν μόριον ὠφέλιμον, τοῖς ἀνιάτοις καὶ κακοῖς, ἀλλὰ πάντα βλάπτει. τοῖς δὲ μέχρι του· διὰ τοῦτ' ἀνθρώπινόν ἐστι.

COMMENTATIONES.

A ἀπορήσειε δ' ἄν τις) Quemadmodum in præcedenti cap. exposuit, qua ratione aliquis proprie dicatur iniuriam facere, i. ἀδικεῖν, ita in hoc cap. explicat, quo pacto quis proprie dicatur pati iniuriam ἀδικεῖσθαι. Nam hæc duæ facere & pati iniuriam, sunt correlatiua. Atque ideo Græci interpretes hoc caput inscribunt, περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι, de eo quod est pati iniuriam. Explicãtur autem variæ quæstiones in hoc capite, quarum præcipuæ sunt octo. Prima quæstio est, *Vtrum sponte & volens patiatur iniuriam*, vel vt vulgo dici solent, *vtrum volenti fiat iniuria*. Sumit autem hanc quæstionem Aristoteles ex quadam tragœdia Euripidis, quæ hodie non exstat, in qua Bellerogor⁹ Neptuni filius, accusatus de matricidio, defendit se, quod non fecerit iniuriam matri, quia iussus fuerat a matre, vt eam interficeret, itaque se volentem matrem & iubentem interfecisse. Et propterea non posse condemnari quasi impius & iniustus in matrem, quoniam volenti non possit fieri iniuria. Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles ex loco contrariorum, quorum ea est natura, vt habeant contraria attributa: sed iniuriam facere & iniuriam pati, sunt contraria: pugnant enim vt actio & passio: igitur etiam sunt contraria attributa. Itaque si facere iniuriam est quoddam ἑκούσιον, voluntarium & spontaneum: igitur cuius

Explicantur octo quæstiones.

I.

cõtrarium nimirum pati iniuriam erit ἀκούσιον inuitum & inuoluntarium. Quod si vero pati iniuriam est inuitũ quiddam: E. nemo volens patitur iniuriam. Et rursum, si nemo volens patitur iniuriam: Ergo volenti non fit iniuria. Atq; hæc est responsio ad propositam quæstionem quæ in hoc loco ab Aristotele adfertur. In lib. 1. autẽ magnorum moralium Aristoteles ad hanc quæstionem respondit ex natura & obiecto voluntatis, de qua in 3. lib. dictum est. Nam voluntatis hæc est natura, vt tantum velit id, quod vel reuera est, vel videtur esse bonum: quia nemo vult id, quod scit esse malum: sed iniuria est malum quiddam: Ergo nemo vult iniuriam. Et per consequens, nemo volens & sponte patitur iniuriam.

B ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι.) Altera quęstio est περὶ τοῦ δικαιοῦσθαι de patiendo iure, vel vt quidam loquuntur, de iure passiuo: quemadmodum prior quæstio de iniuria passiua. Quęrit 2. Arist. vtrũ omnis qui iustificatur, i. e. ius suum patitur & conseq tur, patiatur illud volẽs an inuitus. Nã quia iuste agere est spontaneum quiddam ideo videtur eius oppositũ, relatiuũ nempe ius pati esse inuitũ ἀκούσιον. Ad hanc quæstionem respond. Aristoteles duobus modis: Primum quod hæc duo iuste agere & iustificari seu ius pati, non sint omnino contraria, sed tantum inter se differẽtia. Nam iustificari dicitur partim is, cui pro illata iniuria ab inferente fit compensatio, veluti si alicui furto ablati sint 400. coronati, ille passus est iniuriam. Iustificatur autem iterum & consequitur suum ius si furtum ei restituatur, & ipse fur inulctetur certa aliqua pœna aut pecunia propter factam iniuriam. partim etiam iustificari dicitur is qui propter illatam alteri iniuriam iuste punitur, vt in præcedenti exemplo fur tunc dicitur iustificari, quando furtum restituere cogitur, & insuper aliquid amplius addere: aut si restituere non potest, tunc iustificatur, id est, suum ius cõsequitur, quando suspenditur. Atque hæc prima responsio ad secundam quæstionem. Altera responsio facta est per distinctionem. Nam verbum δικαιοῦσθαι iustificari, intelligi potest vel de rebus bonis, vel de rebus malis: de rebus bonis intelligitur, quando iis, qui præclare aliquid gesserunt, tribuuntur præmia, honores, laudes

Responsio (margin)

II. Responsio. (margin)

des & his similia. Hæc enim illis iure pro meritis suis debentur, & quando ea consequuntur, dicuntur quodammodo iustificari, id est, ius suum consequi. Atq. hoc ius patiuntur libenter, & hoc modo τὸ δικαιοῦσθαι est spontaneum ἑκούσιόν. Nemo enim inuitus præmia & honores accipit: de rebus autem malis intelligitur hoc verbum δικαιοῦσθαι iustificari, quando pœna & supplicia hominibus improbis & sceleratis tribuuntur pro suis delictis & facinoribus. Nam ea quoque iure illis debentur. Ista autem patiuntur inuiti & nolentes. Hinc intelligitur quod verbum δικαιοῦσθαι iustificari partim sit ἑκούσιόν *spontaneum quiddam*, nempe in reb. bonis, partim autem ἀκούσιον inuitum, nempe in rebus malis.

C ἔτι καὶ τὸ γε διαπορήσειεν.) Tertia quæstio, quæ in hoc cap. explicatur, *vtrũ omnis, qui patitur rem iniustam, seu aliquid, quod est iniustum, etiam patiatur iniuriam?* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles ex eius contrario relatiuo. Sunt enim relatiua sibi opposita, *iusta agere*, & *iniusta pati*: Itaque sicut vnum se habet, etiam alterum se habet. Negat autem Aristoteles omnem, qui patitur iniustum aliquid, etiam pati iniuriam. Nam quemadmodum non omnis, qui agit iusta, etiam iuste agit, ita etiam non omnis, qui agit iniusta, agit etiam iniuste, ac proinde etiam non dicitur iniuriam facere. Sic etiam se res habet in passione, quod non omnis, qui patitur aliquid, quod est iniustum, etiam propterea patiatur iniuriam. Itaque quemadmodum potest aliquis agere, quæ sunt iusta, qui tamen non agere dicitur iuste. Ita etiam potest aliquis pati aliquid, quod est iniustum, qui tamen non patitur iniuriam. Atque hæc est summa responsionis ad hanc quæstionem, quæ declaratur tali distinctione. Iusta vel iniusta agere duobus modis dici possunt vel accipi, vel per se vel per accidens. Per se dicũtur iusta, vel iniusta agere ij, qui ἐκ προαιρέσεως, id est, *ex animi proposito & consilio, volentes, scientes & sponte talia agunt.* Vnde etiam propter tales actiones *iusti* vel *iniusti* possunt nominari. Per accidens dicuntur talia agere, quando vel inuiti, vel ignorantes aut per ignorantiam talia agunt, vnde ẽt propter tales actiones proprie neq; iusti neq; iniusti possunt nominari nisi per accidens. Cõ-

Quæstio.

Responsio.

Iusta vel iniusta agere quot modis dici possunt.

Per se

Per accidens.

similis ratio est ēt in passionibus. Nam iniusta pati etiam dicitur duobus modis, vel per se, vel per accidens. Per se quando aliquis inuitus ab altero volente & sciente patitur aliqd, q̄ est iniustum, atq; ille dicitur proprie iniuriā pati. Per accidens a. iniuriam patitur is, qui volens ab altero vel sciente, vel ignorāte & nolente patitur aliqd, q̄ est iniustum: Ex hac respōsione intelligitur, quod omnis qui patitur iniuriā etiam patiatur rem iniustam, non a. contra: pōt enim aliqs pati, q̄ est iniustum, qui tamē nō propterea dicitur pati iniuriā. Nam vt aliqs proprie dicatur iniuriā pati, sunt duo consideranda: primū animus agētis siue facientis rem iniustā: deinde animus patiētis rem iniustā. Quia ista sunt inter se relatiua, facere & pati iniuriā, quorū neutrū sine altero recte pōt cōsistere & cōsiderari. Itaq; non pōt esse passio iniuriosa, nisi ēt sit actio iniuriosa. Nam si agens non fecit rem iniustā animo iniuriante, velutisi qs ignorans aut inuitus alterū percussit: Etiam ipse patiens non ꝓprie dicitur iniuriam esse passus, quāuis sit rem iniustā passus. Atq; sic intelligendū est, q̄ hic Arist. ait, δύναται ἐστὶν ἀδικεῖσθαι μὴ ἀδικοῦντος *impossibile est aliquē affici iniuria, si non sit, qui iniuriā faciat.* Eodē modo de animo ēt patientis rem iniustā statuendū est: nam si volens aliqs patitur sibi fieri id, q̄ est iniustum is non ꝓprie dicitur pati iniuriā: qa, vt initio capitis dictū est, *volenti non fit iniuria.* Exempli gratia, si in distributione hereditatis paternæ vnus ex fratrib. volēs & spōte minus de patrimonio accipit, q̄ sibi debetur, is etiamsi patiatur rēm iniustā, tamen non patitur iniuriā, nisi per accidens: ex his ēt intelligitur, q̄ quemadmodū in actionib aliud est rem iniustā facere & aliud est iniuriā facere, ita ēt in passionib rem iniustā & aliud iniuriā pati: actio n iniuriosa debet esse cōiuncta cū volūtate agētis: sic etiā passio iniuriosa debet repugnare voluntati patientis.

D εἰ δ' ἐστὶν ἁπλῶς τὸ ἀδικεῖν.) Redit hoc loco Aristo. ad ampliorē q̄stionis primæ declinarationē, in qua dictum fuerat, nēpe pati sponte iniuriā, sed volēti non posse fieri iniuriā. Contra hanc responsionem adfert duo exempla, qbus videtur ea posse refutari, quorū vnum est de incontinenti: alterū est de Glauci & Diomedis pmutatione, q̄ est apud Homerum in lib. 6. Iliad: Hęc n. duo exempla videntur

dentur repugnare ijs, q̄ in prima q̄stione dicta fuerunt. ꝙ ad primū exemplū attinet, obiectio est talis. *Qui spōte & sciens aliquē lædit, is facit ei iniuriā: sed incontinens sponte & sciens seipsum lædit.* Ergo *incontinens sponte & sciens sibi ipsi facit iniuriā*, & per consequēns *etiā volens & sciens patitur iniuriā*. Itaq; falsum est, ꝙ dictum fuit, *volenti non fieri posse iniuriā*. Hāc obiectionē de exemplo incontinētis refutat Arist. respondendo ad vtramq; propositionem præcedentis Syllogismi. Primū n. ꝙ ad maiorem ꝓpositionē attinet, in qua dicitur, ꝙ is, qui sciens & volens aliquē lædit, eidem facere iniuriam, inquit imperfectā esse definitionem verbi *ἀδικεῖν*, i.e. *iniuriā facere*. Nam iniuriam alteri facere nō est solū sponte eum lædere, sed addēdum quoq; est, hanc læsionem fieri contra eius, qui læditur, volūtatem. Nam, vt antea dictū est, non solū oportet iniuriam, q̄ alteri infertur sponte fieri, sed oportet ēt eū, qui iniuriā patitur inuitum & contra voluntatem eā pati. Sunt enim hæc duo *ἀδικεῖν* & *ἀδικεῖσθαι* cōtraria, ideoq; etiam habent contraria attributa: itaq; si illud prius nempe iniuriam facere est spontaneum quiddam *ἑκούσιον*. Igitur alterum nimirum *τὸ ἀδικεῖσθαι* iniuriam pati *ἀκούσιον* inuitum quiddam. Ex quo etiam hoc intelligitur quod ista duo, nempe lædere aliquem & iniuria aliquem afficere, non sint eadem. Nam lædere aliquem latius patet, quod alteri iniuriam facere. Potest enim fieri vt aliquis alterum lædat, & tamē non faciat ei iniuriā. Contra v. omnis, qui alteri facit iniuriā ēt eundem lædit, sic ēt se habet in passione. nō omnis q lęditur ēt patitur iniuriā. Contra v. omnis qui patitur iniuriā ab aliquo, ab eodē ēt læditur. Etsi igitur incōtinens seipsum interdum lædat, tamen non ꝓpterea sibi ipsi facit iniuriā. Atq; hæc est respōsio ad maiorē ꝓpositionē. Quod a. in minore ꝓpositione dicitur, *ꝙ incōtinēs seipsū sciens, & volēs lædat*, eā refutat duob. argu. Primū sumitur a natura & ꝓprio obiecto volūtatis. *Nā volūtas ꝓprie & per se vult & expedit id, ꝙ vel est, vel videtur esse bonū: seipsum a. lædere nō est bonū.* Igit. *incōtinens ꝓprie non dicitur volens seipsum lædere.* Alioquin sequeretur, ꝙ vellet id ꝙ est malū, ꝙ est tamen contra naturā volūtatis. Alterū argum. sumitur a ꝓprio incontinentis: nam *incontinentis hoc est ꝓpriū, ꝙ facit ea*

Obiectio.

Refutatio

ἀδικεῖν & ἀδικεῖσθαι contraria

Incontinens seipsum sciēs & volens non lædit duo Argumenta.

qua tamen iudicat, non esse facienda: proinde, etiamsi nonnunquam seipsum lædat, tamen non facit hoc plena voluntate, sed quodammodo contra voluntatem abripitur a vehementioribus cupiditatibus & affectibus, vt faciat ea, quæ sibi sunt nocitura: & propterea non potest dici, quod volens seipsum lædat: quia contra suam voluntatem agit. Est enim in eo ratio recta, quæ iubet & suadet ea, quæ sunt bona, sed affectus sunt nimis vehementes, qui ipsum abripiunt ab eo, quod ratio recta suadet: quemadmodum etiam Apostolus Paulus ad Rom. cap. 7. inquit: *Non quod volo facio, bonum, sed quod non volo, malum, hoc ago.* Hinc ergo talis potest fieri syllogismus: *Qui facit, quod iudicat, non esse faciendum, is non volens, id est, plena voluntate id facit.* Sed *incontinens, quando seipsum lædit, facit id, quod iudicat, non esse faciendum.* Ergo *incontinens, cum seipsum lædit, non dicitur, volens seipsum lædere.* Atque hæc refutatio primæ obiectionis de exemplo incontinentis. Altera obiectio fuit de iniqua Glauci & Diomedis permutatione, cuius meminit Horat. lib. 6. Iliad. vbi dicitur, *quod Glaucus aurea arma dederit Diomedi pro armis æreis*: quæ permutatio plane videtur iniqua fuisse: nam aurea arma longe erant præstantiora & maioris pretii, quam arma ærea. Itaq; Diomedes plus accepit in ipsa permutatione, quam ipse dederat Glauco: pretium enim, *vt Homer. ibidem indicat*, armorum aureorum erat 100. numorum: pretium autem armorum aureorum erat tantũ 9. numorum. In hac permutatione, quia Glaucus volens plus dedit Diomedi, quam ab eo acceperat, videtur volens iniuriam esse passus. Ex quo etiam sequeretur, quod volenti posset fieri iniuria, quod tamen antea fuit negatum. Ad hoc exemplum respondet Aristoteles, iniuriam pati non esse in potestate eius, qui patitur, sed in potestate eius, qui infert iniuriam. Quod vero Glaucus aurea arma dederit Diomedi, id fuit in potestate Glauci, & non in potestate Diomedis: itaq, quoniam volens aurea arma dedit Diomedi: igitur non passus est iniuriam a Diomede. Ex quo efficitur falsum esse, quod Glauco volenti facta sit iniuria. Nam iniuria, quam quis patitur, debet repugnare patientis voluntati, ita vt possit recte dici, quod inuitus eam passus sit.

Syllog.

Permutatio Glauci & Diomedis.

E ἔτι δ' ἂν πρoειλόμεθα.) Quarta quæstio: *vtrum in iniqua distributione ipse, qui distribuit plura alteri, quam debet: an vero is, qui plura accipit, a distribuente sit iniustus nominandus?* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles, eum potius iniustum esse dicendum, qui plura distribuit, quam qui plura accipit, quam deberet: itaq; in eiusmodi iniqua distributione potius distribuentem, quam accipientem esse iniustum dicendum. Sed huic responsioni statim subiicit quandam obiectionem, quæ talis est: *Si distribuens, iniustus est dicendus.* Ergo *qui sibi minus, quam aliis distribuit, erit in seipsum iniustus.* Et per consequens: *Poterit aliquis sibiipsi facere iniuriam,* quod tamen est falsum.

Quæstio IV.

Respons.

Obiectio:

F ἔτι λύει) καὶ ὃ τὴν διωρισμένην.) Duplex est refutatio iam allatæ obiectionis, quarum prior habet negationem. Negat enim Aristoteles, qui in iniqua distributione sibi minorem partem relinquit, & minus sibi tribuit, quam deberet, etiam propterea semper minus habere. Nam etiamsi ratione earum rerum, quas distribuit, minorem partem accipit, videlicet de frumento, pecunia, vino, aut simili aliqua re, quam inter se & alios debet distribuere, tamen illorum loco consequitur aliquid aliud, quod fortasse maius & melius est, videlicet, quod per hanc talem distributionem sibi conciliat gratiam & fauorem aliorum. Idem comparat sibi inde laudem, liberalitatem, & beneficentiam, concitat de se opinionem virtutis & æquitatis, quæ omnia maiora sunt & præstantiora, & pluris facienda, quam sunt illæ res externæ, quarum minorem portionem sibi reliquit. Atq; hoc confirmat Aristoteles exemplo eorum hominum, qui volunt videri præ ceteris modestiores & æquiores, & cupiunt vitare suspicionem auaritiæ: tales enim interdum vltro & volentes in externorum bonorũ distributionibus minorem partem sibi reseruant, & de suo iure aliquid remittunt, vt videantur esse liberales & benefici erga alios, quæ opinio & existimatio illis magis est honorifica, quã si pares portiones cum aliis accepissent. Vnde Cicero lib. 2. offic. inquit: *Est non modo liberale nonnunquam paululum de suo iure decedere, sed interdum etiam & fructuosum.* Altera refutatio prædictæ obiectionis sumitur ex definitione ver-

Duplex refutatio. I.

II.

bi ἀδικεῖν, *iniuriam facere*, per quam ostendit eos, qui in distributionibus sibi minores partes tribuunt, non facere sibi iniuriam. Nam ἀδικεῖν, id est, *iniuriam facere*, proprie significat alterum lædere contra eius voluntatem. Sed qui in distribuendo minorem partẽ sibi tribuit, non facit suam contra voluntatẽ, sed vltro sponte & volens istud facit, quia in ipsius est potestate, æqualem cum ceteris sibi partem tribuere. Itaque talis non dicitur, seipsum iniuria afficere, neque etiam in seipsum esse iniustus. Atque hoc modo soluitur, quæ contra datam responsionem fuerant allata. Quod vero ad ipsam responsionem attinet, in qua dicitur, distribuentem potius iniustum esse nominandum, quam accipientem, probat Aristoteles tali argumento, desumto ex distinctione:

Argum. *Qui sponte & volens alteri facit iniuriam, is potius iniustus est nominandus, quam is, cui aliunde aliquid accedit, quod est iniustum.* Sed *in iniqua distributione is, qui distribuit, sponte & volens hoc facit: quia plura accipit a distribuente, et aliunde accedit aliquid, quod est iniustum, nempe ab ipso distribuente, qui plura ei dat, quam deberet.* Ergo *in eiusmodi distributione ipse distribuens potius, quam accipiens iniustus est nominandus.* Minor probatur, quia in distribuente est principium & prima caussa iniuriæ: habet enim liberam voluntatem tribuendi vnicuique, quantum debetur. In accipiendo autem non est plana libera voluntas accipiendi, quantum velit, sed tantum cogitur accipere, quantum a distribuente ei datur. Itaque iniquæ distributionis prima & principalis caussa magis est in distribuente, quam in accipiente: & propterea distribuens potius, quam accipiens iniustus est nominandus. Sed hic rursum

Quæstio. quæri potest, *vtrum propter quamuis iniquam distributionem distribuens dicatur esse iniustus?* Negat hoc Aristoteles, & ostendit, duo esse tempora, quando ipse distribuens non potest propter iniquam distributionem iniquus nominari: Primum, quando coactus facit, quia tum libera est eius voluntas: deinde, quando facit ex ignorantia, verum declarat exemplis similibus, quorum primum est de coactione: quemadmodum seruus aliquis aut famulus non potest reprehen-

prehendi, qui coactus a suo domino alterum percussit, aut cuius manus violenter ab altero fuit impulsa ad percutiendum: veluti, si quis arrepta mea manu percutit alterum: ita etiam, qui coactus inique distribuit, non potest simpliciter dici iniustus. Alterum exemplum est de ignorantia: *Quemadmodum iustus non potest iniustus dici, si iniquam pronuntiauit sententiam, secutus legem, quam ignorauit esse iniquam: ita, qui ex ignorantia distribuit inique, non potest iniustus nominari. Quod si vero iudex sciuit, legem esse iniquam, & secundum tamen illam inique iudicauit, potest dici iniustus: ita, qui sciens, inique distribuit, etiam iniquus & iniustus potest nominari.*

G οἱ δ' ἄνθρωποι ἐφ' ἑαυτοῖς.) Quinta quæstio huius capit. est, *vtrum facile sit iustum esse, id est, ex iusto agere.* De hac quæstione primum Aristoteles commemorat vulgi opinionem, dum eandem refutat. Vulgus enim hominum in eo errore versatur, vt existimet, facile esse iuste vel iniuste agere, aut iustum vel minus tamen esse id, quod ex eo probat, quia existimat in hominum voluntate & potestate positum esse, iniuriam inferre aut non inferre. Ea autem, quæ in voluntate & potestate nostra sunt, etiam videntur esse salua. Hanc opinionem refutat distinctione. Duobus enim modis dicuntur vel iusta, vel iniusta agere: Primum, quia ea absq; certo animi proposito & consilio agere, vel temere, & casu, vel quocunque alio modo: & hoc est facile & in hominum potestate, vel reddere depositum, aut non reddere. Alterum, lædere vel non lædere, est in cuiusuis potestate & arbitrio, vt possit ea facere vel non facere: dum dicimus agere ea, eo modo oportet, nempe ex certo animi consilio & proposito, & vt Aristoteles loquitur, ἐκ προαιρέσεως, quoniam ex habitu iuste vel iniuste talia agimus. Atque hoc modo iusta vel iniusta agere, non est cuiusuis, sed tantum eius, qui habitu iustitiæ & iniustitiæ est præditus. Nam posteaquam habitus Aristotelis perfecte esse acquisitus, tamen non possumus aliter agere, quam secundum illum habitum. Habitus autem non ita facile comparatur alicuius virtutis: sed opus habet diligenti & assiduo exercitio, longo tempore, & vsu.

Quæstio V.

Exempli gratia: In quo est habitus iustitiæ aut temperantiæ, ille non potest iniuste & intemperanter agere, ita vt non sit amplius in eius potestate hoc vel illo modo agere: sed cogitur agere secundum eum habitum, quo est præditus: ita ante acquisitum habitum vtroque modo potest aliter agere, tamen vel male, iuste, vel iniuste: sed post acquisitum habitum bonum vel malum, quo est præditus.

Quæstio VI. H ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γνῶναι.) Sexta quæstio est, *vtrum iusti & iniusti notitia sit facilis, id est, vtrum cuiusuis sit scire & nosse, quid iustum vel iniustum sit?* De hac quæstione etiam primam commemorat vulgi opinionem, dum eam refutat. Homines enim existimant, iusti vel iniusti notitiam esse facilem, neque opus esse magna sapientia, vt sciat aliquis, quid iustum & iniustum sit. Nam iura legibus esse comprehensa: leges autem publice proponi omnibus legendas & cognoscendas: proinde eos, qui leges sciant, etiam scire quid sit iustum aut iniustum. Ac propter hanc solam persuasionem accidit, vt in democratia etiam homines idiotæ, veluti sunt opifices, &

Respons. qui sunt de infima plebe, sartores, sutores, & similes, arrogant sibi iudicium de rebus, & controuersiis grauissimis, existimantes, se omnibus caussis & negotiis scire, quid iustum vel iniustum sit. Hanc falsam vulgi opinionem Aristoteles hoc loco refutat, & ostendit ea, quæ in legibus comprehenduntur & præcipiuntur, non esse simpliciter ius ipsum: sed ius, & quæ sunt iusta, consistere magis in vsu & commendatione ipsarum legum ad singularum actiones, quam in verbis legum. Itaq; leges solum per accidens ius continere, quatenus ostendunt, quo pacto iuste & recte sit agendum. Hanc responsionem declarat exemplo simili de arte medica: quemadmodum ars medica & sanitas non est in solis præceptis & medicamentis, sed in medicamentorum vero intellectu, & medicamentorum vero vsu: ita iura per se non sunt in verbis legum, sed in legum vero sensu & recto vsu & commendatione ad circumstantias. Et quemadmodum in arte medica facile est, præcepta tenere, intelligere, & cognoscere: facile etiam est, scire quid sint illa, de quibus præcepta traduntur, veluti, *quid sit venam secare,*

care, purgare, quid sit vita, quid sit saluia, & huiusmodi alia, quibus in medendo solemus vti. Difficilimum autem est scire, quo pacto & quomodo ista sint administranda, & ad sanitatem recuperandam adhibenda. Nam in horum recto vsu & appetitione tota ars medica consistit: ita etiam facile quidem est leges cognoscere, sed secundum eas vitam instituere, aut aliorum errata & mores corrigere, istud est difficilimum. Præterea facilius est in arte medica scire ea, quę sunt salubria, quia apud omnes fere eodē se habent modo. Cognoscere autem ea, quæ sunt iusta aut iniusta, est longe difficilius: quia non semper, nec apud omnes eadem sunt iura. Subinde enim illa variant pro temporum ratione & hominū varietate: vt igitur non statim medicus dicendus est, qui scit quid sit salubre: ita etiam non statim iustus dicendus est, qui scit eā iura, quæ sunt legibus comprehensa, nisi potest eadem etiam recte ad actiones applicare.

Δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο.) Hæc est septima quæstio, quæ in hoc cap. explicatur, *vtrum nimirum iustus æque possit alteri iniuriam facere, sicut iniustus?* De hac quæstione etiam primo libro ponit Aristoteles vulgi opinionem, dum eam refutat. Plerique, inquit, homines existimant, iustum non minus posse alteri iniuriam facere, quam iniustum: ita, vt quemadmodum iniustus aliis facit iniuriam, sic etiam iustus, si velit, possit aliis iniuriam facere. Exempli gratia: quemadmodum iniustus non reddit depositum, & in distributione rerum bonarum sibi plus tribuit quam aliis: ita etiam possit vir iustus depositum non reddere, aut sibi plus tribuere, quam sibi debetur. Hoc probat exemplis ceterarum virtutū. Quemadmodum vir fortis potest interdum eadem facere, quæ facit timidus, videlicet *arma abiicere, ex acie fugere, hosti supplex fieri.* Item, quemadmodum liberalis, si vult, etiam non dare pecuniam, aut alterum in necessitate iuuare: quia in illius arbitrio & potestate est dare vel non dare: ita etiam iustus potest interdum ea facere quę agit iniustus. Atq; hæc est vulgi opinio de proposita quæstione. Plato autē *lib. 1. de Repub.* contrariam habet sententiam. Ostendit enim, nunquā fieri posse, vt vir iustus alicui iniuriam faciat. In qua sententia etiam Aristot. hoc loco

Quæstio VII.

declarat distinctione, quæ est inter ἄδικον, id est, *iniuriam habere*, & ἄδικα ποιεῖν, id est, *facere, quæ sunt iniusta*. Nam ἀδικεῖν iniuriam facere, proprie dicitur de ea iniuria, quę proficiscitur ex habitu iniustitiæ, cum quis alteri ἐκ προαιρέσεως data opera, & certo animi proposito atq; consilio iniuriam facit, & damnum aliquod infert. Sed hoc loco vir iustus nemini cupit iniuriam facere, aut damnũ inferre (alioquin enim non esset iustus) imo, quatenus habitu iustitiæ est præditus, eatenus non potest aliter, quam iuste agere, sed ἄδικα πράττειν, *agere quæ sunt iniusta*, ea possunt interdum etiam fieri a iusto: sed non ἐκ προαιρέσεως, id est, de industria & animi proposito: verum potest talia agere, aut per ignorantiam, aut per casum aliquem fortuitum, aut ab altero coactus. Sed hæ actiones licet sint iniustæ, tamen non sunt coniunctæ cum iniuria, & cum iustus talia agit, non dicitur iniuriam alteri facere. Itaq; potest fieri, vt aliquis faciat, quæ sunt iniusta, tamen non propterea faciat iniuriam. Exempli gratia: Vir iustus cum furioso depositum gladium non reddit, facit quidem quod est iniustum. Nam iustitia hoc postulat, vt depositum petenti restituatur: non tamen propterea dicitur furioso facere iniuriam, quia ad præcauendum maius malum, gladiũ ei non reddit, quin possit se vel alterũ lædere. Sic Israelitæ, cum ex Ægypto discedere vellent, spoliarunt Ægyptios, ac fecerunt rem iniustam. Nam iniquum est, ab altero aliquid mutuo vel accommodato accipere, quod non velis restituere: non tamen Israelitæ propter hoc factũ iniusti erunt nominandi, quia habebant præceptum diuinum, vt id facerent. Hanc responsionem rursum declarat Aristoteles simili exemplo, quo antea vsus fuerat, desumto ex arte medica: quemadmodum medicum esse, & medici non est simpliciter medicinam alteri præbere, aut venam secare, aut purgare, aut pharmacũ dare. Nam hæc etiam, quiuis alius, qui non est medicus potest facere: sed medicum esse & mederi, & medicinam præbere, aut secare venam, aut corpus purgare, eo modo, loco, & tempore, sicuti ars ipsa præcipit, & morbi natura requirit: ita etiam iniuriam facere, non est simpliciter rem iniustam facere, sed ex habitum est iniustitiæ, id est, eo consilio & propo-

proposito, ea ratione & volũtate agere, quæ sunt iniusta, quomodo & qua voluntate iusta facit, qui est iniustus.

Καὶ ἔστι δὲ τὰ δίκαια ἐν τούτοις.) Octaua & postrema huius capit. quæstio pertinet ad materiam siue obiectũ iustitiæ. Queritur enim, *circa quæ bona actiones iustitiæ versentur, & erga quas personas possimus esse iusti vel iniusti?* Quod igitur ad bona attinet, respondet Aristoteles, actiones iustitię solum versari circa ea bona externa, in quarum distributione & communicatione possumus peccare, vel in excessu, vel in defectu, plus vel minus aliis tribuendo, quam illis debetur. Ex qua responsione intelligitur, iustitiam primum nõ versari circa distributionẽ bonorum animi. Nam circa illa bona nõ possumus peccare in excessu. Nemo enim potest nimium habere virtutis aut eruditionis, & similiũ bonorum animi: deinde iustitiam etiam nõ versari circa distributionẽ bonorum corporis, quia illa non possimus aliis tribuere. Nemo enim potest de sua sanitate & sua pulcritudine aut suo robore alteri aliquid tribuere. Quod vero ad personas attinet, erga quas actiones iustitiæ exercentur, sciendũ est, iustitiam non posse exerceri, nisi erga eos, quibus de bonis externis plus vel minus possumus tribuere, quam illis debetur. Facit autem Aristoteles tria genera personarum: Vnum est Deorũ, & eorum, qui propter excellentiam virtutis Diis similes habebantur: talibus, inquit Aristot. nõ posse nimiũ tribui, quia omnia illis debemus. Alterũ genus est hominũ malorũ & improborũ, quibus nunquam possumus minus dare, quia nihil illis debetur. Nam propter improbitatẽ bonis externis abutuntur ad suam & aliorũ pernitiem. ita ẽt illis, etiam si nihil detur, tamẽ non põnt cõqueri de iniuria. Tertiũ genus ꝑsonarũ est reliquorũ hominũ, qui quasi mediæ sunt cõditionis, & erga hos ꝓprię actiones iustitię exercẽtur, ac possumus in distributione & cõmunicatione externorũ bonorũ & malorũ erga tales esse vel iusti, quoniã tãtũ illis tribuimus, quantũ illis debetur: vel iniusti, quoniã illis plus vel minus tribuimus, q̃ ipsis debetur: & ꝓpter hãc caussam, inquit Aristo. iustitiã nominari ἀνθρώπινον δίκαιον humanũ bonũ: quia solũ erga homines, non autẽ erga Deos, neq; erga sceleratos & improbos, qui nõ digni sunt, vt homines appellentur, eius actiones possunt exerceri.

Quæstio VIII.

Respons.

Personarũ 3. sunt genera.

Dii.

Mali & improbi.

Medii.

Iustitia bonũ humanum.

ΚΕΦ. ι.

Α Περὶ δὲ ἐπιεικείας καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς, πῶς ἔχει, ἡ μὲν ἐπιείκεια πρὸς δικαιοσύνην, τὸ δ' ἐπιεικὲς πρὸς τὸ δίκαιον, ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν. οὔτε γὰρ ὡς ταὐτὸν ἁπλῶς, οὔθ' ὡς ἕτερον τῷ γένει φαίνεται σκοπουμένοις· καὶ ὅτε μὲν τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινοῦμεν, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον· ὥστε καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἐπαινοῦντες μεταφέρομεν, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἐπιεικέστερον, ὅτι βέλτιον δηλοῦντες· ὅτε δὲ τῷ λόγῳ ἀκολουθοῦσι φαίνεται ἄτοπον, εἰ τὸ ἐπιεικὲς παρὰ τὸ δίκαιόν τι ὄν, ἐπαινετόν ἐστιν. ἢ γὰρ τὸ δίκαιον οὐ σπουδαῖον, ἢ τὸ ἐπιεικὲς οὐ δίκαιον· εἰ ἄλλο, ἢ εἰ ἄμφω σπουδαῖα, ταὐτόν ἐστιν. ἡ μὲν οὖν ἀπορία σχεδὸν συμβαίνει διὰ ταῦτα περὶ τὸ ἐπιεικές. ἔχει δ' ἅπαντα τρόπον τινὰ ὀρθῶς, καὶ οὐθὲν ὑπεναντίον ἑαυτοῖς. τό, τε γὰρ ἐπιεικές, δικαίου τινὸς ὄν, βέλτιόν ἐστι δίκαιον· καὶ οὐχ ὡς ἄλλο τι γένος ὂν βέλτιόν ἐστι τοῦ δικαίου. ταὐτὸ ἄρα δίκαιον καὶ ἐπιεικές· καὶ ἀμφοῖν σπουδαίοιν ὄντοιν, κρεῖττον τὸ ἐπιεικές. ποιεῖ δὲ τὴν ἀπορίαν, ὅτι τὸ ἐπιεικές, δίκαιον μέν ἐστιν, οὐ τὸ κατὰ τὸν νόμον δέ, ἀλλ' ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου. αἴτιον δ', ὅτι ὁ μὲν νόμος καθόλου

Β πᾶς, περὶ ἐνίων δ' οὐχ

CAP. 10.

De æquitate autem & æquo bono, quo modo affecta sint, æquitas quidem ad iustitiam, & æquum bonum ad ius, consequens est, deinceps vt disseramus. Neque enim vt idem simpliciter, neque vt diuersum genere, si consideremus, apparet. ac interdum æquum bonum laudamus, virumque qui talis est: ita vt ad alia quoque laudando hoc nomen trãsferamus, pro bono æquius, melius significantes: interdum rationem sequentibus absurdum apparet: si æquum bonum quod ius quiddam non sit, laudabile esset, vel enim ius non est honestum, vel æquum bonum non est ius. si aliud est, vel si vtrum est honestum, idem est. Ac dubitatio quidem de æquo bono fere ex his contingit: omnia vero quodam modo recte habent, nihilque est quod sibi repugnet. nam cum æquum bonum iuris cuiusdam sit, melius est iure: neque quasi aliud quoddam genus, est iure melius. Ius igitur & æquum bonum idem est. & cum vtraque honesta sint; æquum bonum præstantius est. Dubitationem autem habet, quod æquum bonum, ius est, non legi congruum, sed legitimi iuris correctio. In caussa vero est, quod lex vniuersa omnis est: nec fieri potest, vt recte de his

vel

vel illis in vniuersum dicatur. In quibus ergo necesse est in vniuersum dicere, recte autem id non potest, lex id sumit, quod vt plurimum fit, non ignorans sane quod peccatur: & nihilominus tamen recte habet. Nam peccatum non in lege, neque in legislatore, sed in rei natura est. statim enim rerum agendarum materia eiusmodi est. quando igitur lex in vniuersum dixerit, & præter vniuersum postea quid contigerit, tunc recte habet. si qua parte legislator deficit, ac simpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus: quod legislator etiam si illic adesset, ita dixisset: & si sciuisset, de eo legem sanxisset. idcirco ius quidem est, & melius quodam iure. non est autem (correctio) peccati simpliciter, sed eius quod simpliciter loquendo commissum est. estque ea æqui boni natura, vt legis, qua parte deficit, ob vniuersitatem, emendatio sit. id enim est in caussa, vt etiam non omnia legi congruant: quod de quibusdam lex sancire non possit. quapropter plebiscito opus est: indefinita etiam rei indefinita etiam regula est, quasi ædificii Lesbii plumbea norma. nam ad lapidis figuram commouetur, neque norma manet: ad negotia quoque plebiscitum. Quidnam igitur sit æquum bonum, & quid ius, &

οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν καθόλου. ἐν οἷς οὖν ἀνάγκη μὲν εἰπεῖν καθόλου, μὴ οἷόν τε δὲ ὀρθῶς, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλέον λαμβάνει ὁ νόμος, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἁμαρτανόμενον. καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧττον ὀρθῶς· τὸ γὰρ ἁμάρτημα οὐκ ἐν τῷ νόμῳ, οὐδ᾽ ἐν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματός ἐστιν. εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν πρακτῶν ὕλη τοιαύτη ἐστίν. ὅταν οὖν λέγῃ μὲν ὁ νόμος καθόλου, συμβῇ δὲ ἐπὶ τούτοις παρὰ τὸ καθόλου, τότε ὀρθῶς ἔχει, ᾗ παραλείπει ὁ νομοθέτης, καὶ ἥμαρτεν ἁπλῶς εἰπών, ἐπανορθοῦν τὸ ἐλλειφθέν, ὃ κἂν ὁ νομοθέτης οὕτως ἂν εἴποι, ἐκεῖ παρών· καὶ εἰ ᾔδει, ἐνομοθέτησεν ἄν. διὸ δίκαιον μέν ἐστι, καὶ βέλτιόν τινος δικαίου. οὐ τοῦ ἁπλῶς δέ, ἀλλὰ τοῦ διὰ τὸ ἁπλῶς ἁμαρτήματος. καὶ ἔστιν αὕτη ἡ φύσις ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα νόμου, ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου. τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα κατὰ νόμον εἶναι, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον θέσθαι νόμον· ὥστε ψηφίσματος δεῖ. τοῦ γὰρ ἀορίστου, ἀόριστος καὶ ὁ κανών ἐστιν, ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς, ὁ μολύβδινος κανών. πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται, καὶ οὐ μένει ὁ κανών· καὶ τὸ ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα. τί μὲν οὖν ἐστι τὸ ἐπιεικές, καὶ τί τὸ δίκαιον, καὶ

C

τινος βέλτιον δικαίου, δῆλον. φανερὸν δ' ἐκ τούτου καὶ ὁ ἐπιεικὴς τίς ἐστιν. ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ἐπιεικής ἐστι, καὶ ἡ ἕξις αὕτη, ἐπιείκεια, δικαιοσύνη τις οὖσα, καὶ οὐχ ἑτέρα τις ἕξις.

quo iure melius, perspicuum est. Patet etiam ex eo, quisnam æquus & bonus vir sit. Qui enim talibus eligendis atque agendis idoneus est, neq; in deterius ius summum vrget, sed imminuit, etiam si legem adiutricem habeat, æquus & bonus est, habitusque ipse æquitas, quæ iustitia quædam est, non alius quispiam habitus.

COMMENTATIONES.

Æquitas anima quasi iuris.

Α περὶ δὲ ἐπιεικείας) Agitur in hoc cap. de æquitate, *vtrū eadem sit, an vero diuersa ab ipsa iustitia.* Est enim æquitas quemadmodum Iurecōsulti loquuntur, quasi anima iuris, sine qua ipsum ius, ne ius quidem dici potest. Quemadmodum dicitur, quod summum ius nunquam summa iniuria sit, id est, *Si ius caret æquitate, non amplius est ius.* Est autem æquitatis cognitio & consideratio non solum in foro, & caussis & controuersiis forensibus necessaria: sed etiam permagnus eius vsus est in tota hominū vita, tam in publica, quam in priuata hominum conuersatione & officiorum cōmunicatione; ad conciliandam, fouendam, cōseruandam inter homines societatem & publicam tranquillitatem. Cum enim ea sit humanarū rerum conditio, eaq; hominum imbecillitas & fragilitas, vt nihil sit in illis perfectū, sed plurima subinde ex omnibus actionibus existant errata; ideo necesse est ad cōseruandam societatem & tranquillitatē sæpe eiusmodi hominū errata, vel dissimulare, vel excusare, si honeste fieri potest, vel boni consulere, & patienter tolerare, neq; ad summum aliorū facta examinare aut exigere, sed multa condonare cogitādo de nostra propria infirmitate, per quā etiam subinde erramus, & cuiusmodi condonationes opus habemus. Si enim summū ius semper velimus persequi, non poterit societas & tranquillitas inter homines diu consistere. Ideo Diog. Pythagoreus dixit, æquitatem & clemētiam esse assessorem iustitiæ, quarū illa rigorem

illius

iuris, & seueritatem pœnarum in delictis & peccatis emollit. Inde æquitas etiam a Græcis dicitur esse ἐπιείκεια nominata ab εἴκω, id est, *cedo*: quia homines, qui sunt æquitatis studiosi, libenter interdum cedunt, i.e. remittũt aliquid de suo iure. Cic. nominat *æquitatẽ, bonum æquum*, quia æquitas præcipue spectat, & sequtur viri boni iudicium & arbitriũ, qui amans est æq̃tatis. Quod ergo ad præsens caput attinet, duo præcipue in eo de æq̃tate explicãtur, i.e. *quatenus eadẽ sit iustitia & quatenus rursum ab ea sit diuersa, tũ quæ sit caussa siue necessitas æq̃tatis, & quæ utilitas.* Quod ad primũ attinet, statũ ab initio cap. primi ꝓponit rei tractandæ annexã rationem. Dicẽdum est inq̃t aliq̃d etiã de æquitate & æquo bono, quo pacto se habeat ad iustitiã & ad ius: ratio ꝓpositionis sumitur a cognitione & differentia, q̃ est inter æq̃tatẽ & iustitiã. Nam, inquit, æq̃tas non est omnino eadẽ cum iustitia, neq; ẽt omnino ab ea diuersa. Quod æq̃tas non sit omnino eadẽ cũ iustitia, probat duab. potissimũ rationib. Prima ratio, *si æq̃tas omnino eadẽ esset cũ iustitia, tũ virum iustũ & æquũ eodẽ modo laudaremus*, Sed *nõ eodẽ modo vir iustus, & vir æquus, & vir bonus laudatur* E. *æq̃tas & iustitia non sunt omnino eadẽ.* Minor declaratur Nã hominẽ æquũ seu æquitatis studiosum pleruną; magis solemus laudare, q̃ virũ iustũ, quatenus nimirum aliq̃d de suo iure remittit, & se benigniorẽ & feliciorẽ præbet, q̃ vir iustus, qui simpliciter suum ius vrget & persequtur, adeo vt videatur esse durus & iniustus respectu viri boni & æqui: Sin igitur æquitatis vir studiosus magis laudatur, q̃ simpliciter iustus, sequitur, ꝙ iustitia & æquitas non sint eædem. Secunda ratio sumitur a cõmuni loquendi consuetudine. Nam vocabulũ æq̃tatis latius patet, q̃ vocabulum iustitiæ, adeo vt τὸ ἐπιεικὲς apud Græcos alioq̃n idẽ significet, ꝙ τὸ ἀγαθὸν quam infra *lib. 6. c. 11.* Nam quisq; vir bonus põt etiã nominari ἐπιεικὴς *æquitatis amans & studiosus*. Iustus autem tãtũ proprie dicitur de eo, qui in distributione & cõmunicatione paternorũ bonorũ cuiq; tãtum tribuit, quantũ ei debetur. Etsi a. æq̃tas nõ plane eadem cum iustitia, tamẽ ꝓpterea nõ omnino est ab ea diuersa, aut ei cõtraria. Quod ꝓbatur ex cõtrariorũ natura. *Nã contrariorũ cõtraria sunt attributa: ꝙ si æq̃tas esset iustitiæ cõtraria.* Igit

Æquitatẽ non esse omnino eandẽ cũ iustitia.

Æquitatẽ a iustit. nõ omnino diuersam esse.

etiam haberent cōtraria attributa: ita vt si vna esset bona & laudanda, altera esset mala & vituperanda. Exempli gratia: *Si iustitia est bona, tunc æquitas esset mala, si ei esset contraria.* vel contra, *si æquitas est bona, tunc iustitia esset mala, si ei esset contraria:* Sed *hæc sunt absurda.* Igitur *iustitia & æqualitas non sunt inter se contrariæ, sed sunt inter se aliquomodo diuersa, quæ tamen mutuo non pugnant.* Sed quæritur hic: *Si non sunt contraria & tamen inter se sunt diuersa, quo pacto igitur inter se differāt.* Ad id respondet Aristot. ea inter se ita differre, quemadmodum duo bona, quorum vnum melius est & perfectius altero: Nam æquitas dicitur esse melior, quam iustitia, quatenus corrigit & mitigat asperitatem & rigorem iuris scripti, & pro ratione circumstantiarū id, quod in iure scripto videtur esse durius positum, lenit, & ad normam iuris naturalis, quæ æquissima est, reuocat. Vnde etiam æquitatē Iureconsulti definiunt, *quod sit moderatio & benigna iuris interpretatio.* Est enim æquitas quasi exceptio quædam a regula iuris scripti siue a iure & legitimo iure: veluti cū lex scripta præcipit omnem homicidam morte esse puniendum. Ab hac lege excipit æquitas, eum, qui imprudens & casu aliquo fortuito hominem aliquem interfecit. Itaque æquitas aliquo modo latius patet quam iustitia. Ex hoc discrimine intelligitur, æquitatē partim eādem esse cum iustitia, partim etiam ab ea diuersa, sed tamen ei contrariam aut repugnantem. Ita etiam excipit eum, qui coactus fuit a se vim repellere, & illa necessaria sui defensione, eum, qui vim intulit, interfecit. Alterum discrimen est, quod ius legitimum continetur scripto & verbis, æquitas vero pendet ex arbitrio & iudicio boni viri & non continetur scripto. Vnde etiam reprehenditur Accursii diuisio, qui duplicem facit æquitatem: alteram scriptam, alteram non scriptam. Tertium discrimē est, quod ius scriptum alioquin aduersatur iuri naturali. Nam interdum scribuntur malæ & vitiosæ leges, & nō per omnia sunt iustæ, quales sunt leges tyrannorum & in vitiosis rebus publicis, quæ magis spectant priuatum commodum eorum, a quibus sunt latæ, quam publicam vtilitatem. Æquitas autem nūquam aduersatur iuri naturali: proinde etiam falsa est eorū diuisio, qui dicunt, æquita-

Quæstio.

Æquitas quid.

Æquitas & iustitia quid differant.

II.

III.

Æquitatis falsæ diuisiones

quitatem esse duplicem: vnam Naturalem, quæ corrigit ius naturæ: aliam ciuilem, quæ corrigit ius ciuile seu ius scriptum. Nam ius naturæ non opus habet correctione hominum quia ab ipso Deo naturæ est insitum, & propterea nihil continet in se, quod sit vitiosum aut turpe. Proinde recte Iureconsulti dicunt, contra ius naturæ & ius diuinum non concedendas esse taxationes. Quarto differunt etiam quod ius scriptum continet vniuersalia præcepta, quę ad omnes pertineant & neminem excipiũt: Æquitas autem se applicat circumstantiis & casibus singularibus. Quia autem ius scriptum non potest omnia particularia exquisite determinare: ideo fit, vt interdum in singularibus quibusdam casibus ius scriptum erret: hunc autem errorem æquitas corrigit, & ea ratione solum ęquitas dicitur esse melior iure scripto, prout in discrimine primo dictum fuit.

IV.

Β ἐὐκεν δ' ὅτι ὁ μὲν νόμ@.) Hæc est altera pars huius ca. in qua agitur de caussa & origine siue necessitate, & de vtilitate æquitatis. Ea æquitas proficiscitur ex defectu iuris scripti siue legis: quem defectum Aristoteles nominat *ἔλλειμμα* a verbo *ἐλ. ἐπω*, quod significat *omitto*: qa nimirum videtur aliquid esse omissum, vel etiam *ἁμάρτημα* erratum seu peccatum, quia legis lator videtur in scribenda lege peccasse, quod nihil de hoc vel illo singulari casu determinauit in lege. Monet autem Aristoteles hunc defectum seu peccatum non proprie esse in ipsa lege, neq; etiam in legis latore: sed partim esse *ἐν τῇ φύσει* in natura & materia rerum atq; negotiorum, quæ propter infinitam multitudinem & varietatem circumstantiarum non potuerunt omnia a legum latore præuideri, aut in verbis legum comprehendi & definiri: partim etiã ipse defectus exsistit propter *τὴν φράσιν*, id est, *formulam legis*. Nam leges debent esse vniuersales, & ad omnes pertinere citra exceptionem, quemadmodum Cicero lib. 1. officiorum ait, *leges vna eademq; voce cum omnibus loquuntur*. Vnde etiam Papinianus Iureconsultus legem dicit esse commune præceptum, quia aut in illa vniuersalitate non possunt omnia singularia exacte comprehendi & definiri: ideo fit interdum, vt lex videatur in aliquo singulari casu habere defectum, quatenus non in

Æquitatis origo.

Singularia cur nō omnia legibus comprehensa.

specie determinarint, quid in eiusmodi singulari casu sit statuendum. Sed hic oritur quæstio, *quam ob rem non omnia singularia sint legib. comprehēsa & expressa, & secundū leges scriptas de omnibus particularibus nō possit aliquid certi statui, ita vt non opus sit æquitate, id est, hominum & virorū bonorum iudicio & arbitrio.* Huius rei occurrunt præcipue tres caussæ: Prima est multitudo rerum & negotiorum singularium, & infinita varietas circumstantiarū, quæ in rebus & negotiis diiudicandis occurrunt: ita vt non possint omnia legibus aut præcaueri, aut determinari. Etenim inter mille actiones, licet sint eiusdē generis, tamen vix doctrinæ reperiri possunt, quæ in omnibus circumstantiis plane conueniant. Ideo Aristoteles etiam *in 3. polit. cap. 7.* ait, non facile est vniuersaliter de omnibus singularibus definire. Altera caussa est, quia oportet etiā quædam definienda & determinanda relinquere prudentiæ iudicis. Est enim iudex, *vt supra dictum fuit*, quasi ius animatū, qui sua prudentia potest & debet etiam ea, quæ legibus expressa nō sunt, determinare. Ideo Aristoteles in prædicto loco ait, *oportet prætorem siue iudicem habere eam facultatem, vt possit decernere & statuere de iis, quæ legibus nō potuerunt accurate definiri.* Tertia caussa est, quia si omnia singularia legibus essent determinanda, quod tamen est ἀδύνατον, dum numerus legum in infinitum excresceret. Quia singularia sunt ἀόριστα infinita. Interest autem Reipub. vt sint quam paucissimæ leges, quo possint ab omnib. eo facilius cognosci & seruari. Ex his igitur est manifestum quæ sit necessitas, vel potius caussa efficiens, æquitatis nempe, vt ea, quæ legibus comprehensa non sunt, per eandem definiantur & determinentur. Hinc etiam intelligitur, quæ sit eius vtilitas, nempe, vt defectum legis siue iuris scripti vel corrigat, vel explicet, & compleat: ideo ab Aristot. dicitur esse ἀναπλήρωμα, id est, *supplementum*; *videlicet* ἐπανόρθωμα, id est, *correctio legis vel iuris scripti.* Quo pacto autem æquitas corrigat legis defectum, Aristoteles etiam breuiter indicat, si inquit, contingit casus aliquis singularis, qui in lege specialiter non est definitus, dum in locum legis siue scripti iuris succedit æquitas iudicis, qui diligenter consideratis & examinatis omnibus

Æquitatis vtilitas.

Æquitas corrigit defectum legis.

bus circumstantiis vnius facti, considerata etiam diligenter mente & voluntate regula iuris, perpensa etiam & examinata sententia legis, eaq; ad singularem illum casum aut speciale factum accommodata: ita de eo facto siue casu speciali iudicat & pronuntiat, quemadmodum ipse legislator siue præsens adhuc esset, vel casum illum singularem prouidisset, fuisset de eo casu pronuntiaturus, & legem scripturus. Ex his iam dictis possumus talem æquitatis definitionem constituere, *quod nimirum æquitas sit correctio legis seu iuris scripti ea parte, qua lex deficit propter suam generalitatem.* In hac definitione notandum est, quod æquitas dicitur esse tantum correctio, non autem abolitio & abrogatio legis: alioquin enim æquitas plane pugnaret cum lege & iure, ac proinde non esset bona nec laudabilis. Tum notandum est, quod dicitur, æquitatem non corrigere totam legem, sed tantum ex ea parte, qua lex deficit. Tertio notandum est, quod caussa defectus legis tantum inde exsistit, quia lex vniuersaliter scribitur, non autem complectitur singulos casus. Eos enim, *vt antea dictum*, relinquit prudentiæ iudicis. Vnde Aristoteles *lib. 1. Rhetor.* ait: *Legumlatorem & iudicem in eo differre, quod ille in vniuersum rem aliquam considerat, & quid de ea statuendum sit, pronuntiat: hic autem de singularibus casibus seu factis pronuntiat.* Quarto notandum est, quod æquitas est tantum iuris scripti, non autem vniuersi iuris correctio, quia, *vt antea dictum*, æquitas non corrigit ius naturæ, quod per se est perfectum, quatenus Deum habet auctorem. Ideoq; Aristoteles hoc loco illud nominat ἁπλῶς δίκαιον, *simpliciter ius.*

Æquitatis definitio.

C τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τῆ. Hic locus est veluti appendix eorum, quæ de æquitate dicta fuerunt. Duo autem in hac appendice continentur: Primum ostendit, verum esse, quod nõ omnia singularia legibus sint definita & determinata: atq; ideo leges opus habent æquitate, per quam ea, quæ in illis certo definita non sunt, possunt corrigi & compleri: deinde concludit hunc tractatũ de æquitate, & ex dictis colligit definitionem viri æqui boni, quis nimirũ proprie dicatur ἐπιεικής. Quod ad primũ attinet, videl. non omnia legibus esse definita, ostendit exemplo,

Omnibus legibus definita non sunt.

particularium decretorum, quæ a Græcis vocantur ψηφίσματα, quasi plebis scita, quæ nihil aliud sunt, quam peculiaria quædam decreta, de certis quibusdam rebus & negotiis, quæ in legibus non expresse sunt posita aut definita. Et ideo dicuntur, leges esse temporaneæ, quæ non perpetuo, sed tantũ ad certum aliquod tempus sunt latæ propter temporum, vel personarum, vel locorum conditionem, aut necessitatem, quia post sublata etiam illa decreta iterum abrogantur, veluti si tempore pestis, aut belli, aut famis magistratus prohibeat publicas choreas, aut comessationes, hoc decretum non est vniuersalis lex, sed est tantum speciale decretum pro temporis ratione & conditione latum. Hinc Aristoteles sic argumentatur: *Si non omnia particularia & singularia legibus essent definita, tunc non opus esset eiusmodi particularibus decretis.* Minor: Sed *necesse est interdum particularia decreta habere pro ratione & conditione temporum.* Ergo *non omnia singularia legibus definita sunt.* Quomodo enim ista particularia decreta differant a legibus, ostendit Aristoteles comparatione, qua comparat eiusmodi ψηφίσματα, regula Lesbiæ. Quemadmodum enim regula illa erat plumbea, vt possit facile ferri & applicari illis lapidibus, quibus in ædificando artifices vti solebant: ita etiam particularia illa decreta applicantur particularibus negotiis, eorumq; circumstantiis: & quemadmodum regula illa non semper erat eadem, sed vario modo poterat flecti & mutari, ita etiam particularia illa decreta non sunt perpetua, sed variis modis pro ratione temporum mutantur. Leges autem sunt tanquam ferrea regula, quæ non possunt nec debent flecti aut mutari pro hominum arbitrio, sed perpetuo eandem vim retinent.

Regula Lesbia.

Quod autem ad alterum attinet, de quo in hoc loco agitur, colligit Aristoteles ex iam dictis definitionem viri æqui boni, quem sic definit, ὁ ἐπιεικής, id est, *vir æquus bonus dicitur, qui vult, & agit ea, quæ sunt æquitati consentanea, neq; summum ius in deteriorem partem interpretatur aut vrget, sed potius de suo iure non nihil cedit, etiamsi legem pro se habeat adiutricem.* In hac definitione notandæ sunt duæ proprietates viri boni æqui: Prima est, quod vir æquus bonus non vrget summũ ius, sed potius

Viri boni æqui duæ notæ.

de suo

de suo iure cedit, tum quod ipsum ius non interpretatur in deteriorem partem. Sunt enim duo ista, quæ æquitati aduersantur. Primum est τὸ ἀκριβοδίκαιον, i. *ius strictum seu summum ius*, quando simpliciter verba legis vrgētur, & plane nulla admittitur benigna verborum interpretatio, id est, quādo simpliciter verba legis, & τὸ ῥητὸν, non autem sensus legis, aut mens, aut voluntas legumlatoris spectantur, & tunc recte dicitur summum ius esse summam iniuriam. Alterum est, quod æquitati aduersatur callida & malitiosa interpretatio iuris & legis, quoniam in deteriorem partem verba legis torquentur, quam malitiosam interpretationem Iureconsulti vocant calumniam, quæ cum fraude, dolo & iniuria est coniuncta, & ex iure scripto vel lege facit iniustitiam. De hac etiam Cic. lib. 1. Offic ait: *Exsistunt, inquit, sæpe etiam iniuriæ calumnia, quia dicuntur & nimis callida & malitiosa iuris interpretatione* Et in Orat. pro Cecinna inquit: *Scriptum sequi calumniatoris est: boni autem iudicis est voluntatem, auctoritatem scriptoris*, id est, *legumlatoris tueri & defendere*. Et Menander Græcus poeta inquit, καλὸν μὲν οἱ νόμοι ὁ δὲ αὐτοὺς λίαν εἰσορῶν συκοφάντης γίνεται, *Leges quidem sunt bonæ, sed qui nimis acute eas intuetur, & vrget, is calumniator efficitur.*

Ius strictum.

Legum malitiosa interpretatio.

CAP. II. — ΚΕΦ. ια΄.

AN vero fieri possit, vt quis iniuria seipsum afficiat, necne, ex his quæ diximus, manifestum est. Nōnulla enim sunt iura, quæ virtuti omni congruenter a lege sunt constituta: vt lex non iubet se ipsum quempiā occidere: quæ aūt non iubet, vetat. Præterea cū quis præter legem lædit, non vicissim lædens, lubens iniuriā facit: lubens autem facit, qui sciens & quem, et quomodo facit. At qui per iram seipsum iugulat, lubens contra

Πότερον δὲ ἐνδέχεται ἑαυτὸν ἀδικεῖν ἢ οὔ, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν δικαίων, τὰ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ὑπὸ τοῦ νόμου τεταγμένα, οἷον οὐ κελεύει ἑαυτὸν ἀποκτείνειν ὁ νόμος· ἃ δὲ μὴ κελεύει, ἀπαγορεύει. ἔτι ὅταν παρὰ τὸν νόμον βλάπτῃ. μὴ ἀντιβλάπτων, ἑκὼν ἀδικεῖ, ἑκὼν δὲ ὁ εἰδὼς καὶ ὃν, καὶ ᾧ. ὁ δὲ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων, ἑκὼν τοῦτο δρᾷ παρὰ

A

τὸν ὀρθὸν νόμον, ὃ οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος· ἀδικεῖ ἄρα· ἀλλὰ τίνα; ἢ τὴν πόλιν, αὑτὸν δ' οὔ; ἑκὼν γὰρ πάσχει. ἀδικεῖται δ' οὐθεὶς ἑκών. διὸ καὶ ἡ πόλις ζημιοῖ· καί τις ἀτιμία πρόσεστι τῷ ἑαυτὸν διαφθείροντι, ὡς τὴν πόλιν ἀδικοῦντι. B ἔτι καθ' ὃ ἄδικος ὁ μόνον ἀδικῶν, καὶ μὴ ὅλως φαῦλος, οὐκ ἔστιν ἀδικῆσαι αὑτόν. τοῦτο γὰρ ἄλλο ἐκείνου. ἔστι γάρ πως ὁ ἄδικος οὕτω πονηρὸς, ὥσπερ ὁ δειλός· οὐχ ὡς ὅλην ἔχων τὴν πονηρίαν. ὥστ' οὐδὲ κατὰ ταύτην ἀδικεῖ. ἅμα γὰρ τῷ αὐτῷ ἂν εἴη ἀφῃρῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι τὸ αὐτό. τοῦτο δὲ ἀδύνατον. ἀλλ' ἀεὶ ἐν πλείοσιν ἀνάγκη εἶναι τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον. ἔτι δὲ ἑκούσιόν τε, καὶ ἐκ προαιρέσεως καὶ πρότερον. ὁ γὰρ διότι ἔπαθε, καὶ τὸ αὐτὸ ἀντιποιῶν, οὐ δοκεῖ ἀδικεῖν· αὐτὸς δὲ αὑτόν, τὰ αὐτὰ ἅμα καὶ πάσχει καὶ ποιεῖ. ἔτι εἴη ἂν ἑκόντα ἀδικεῖσθαι. πρὸς δὲ τούτοις ἄνευ τῶν κατὰ μέρος ἀδικημάτων, οὐθεὶς ἀδικεῖ. μοιχεύει δ' οὐδεὶς τὴν ἑαυτοῦ, οὐδὲ τοιχωρυχεῖ τὸν ἑαυτοῦ τοῖχον, οὐδὲ κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ. ὅλως δὲ λύεται τὸ ἑαυτὸν ἀδικεῖν, κατὰ τὸν διορισμὸν τὸν περὶ τοῦ ἑκουσίως ἀδι- C κεῖσθαι. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ἄμφω μὲν φαῦλα, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ τὸ ἀδικεῖν. τὸ μὲν γὰρ ἔλαττον, τὸ

rectam legem id agit, quod lex non permittit: iniuriam igitur facit: sed cuinam ciuitati, nō sibi? lubens enim patitur: nemo vero lubēs iniuria afficitur. Vnde etiam ipsum ciuitas mulctat: eique ignominia quædam irrogatur, qui seipsum necauit, quasi ciuitatem iniuria affecerit. Præterea quomodo iniustus est, qui solum iniuriam facit, & non omnino est prauus, eo non potest quispiā se ipsum iniuria afficere. id enim diuersum ab illo est. est enim quodam modo iniustus ita prauus, vt ignauus: non vt totū in se habens prauitatem. Quare neq; hac sibi facit iniuriam: simul enim idem auferri, ac addi eidem posset: id vero fieri nequit: sed semper inter plures esse ius & iniuriam necesse est. Præterea & libenter fieri, & ex electione, & prius. nam qui quod passus est, idem vicissim facit, iniuriam facere non videtur ipse autem se ipsum iisdem simul & afficit, & afficitur. Præterea fieri posset vt lubens quispiam iniuria afficeretur. Ad hæc vero nisi singulis iniuste factis, iniuriam facit nemo. Nemo autē suam adulterat, neq; parietem suum perfodit, neque sua furatur. ac demum iniuria se ipsum afficere, definitione ea soluitur, quæ libenter iniuria affici. Perspicuum autem est vtrunque, & iniuria affici & afficere, esse mala. alterum enim est minus, al-

terum

terum plus quam mediocre habere: ut in medicina salubre, in gymnastica bonæ habitudinis efficiens. peius tamen est iniuria afficere. nam iniuriam facere in vitio erat, & vituperabile: & vitio quidem, vel perfecto & absolute, vel prope. non enim omne quod libenter fit: est cum iniustitia: at iniuria affici, sine vitio & iniustitia est. Iniuria igitur affici per se minus malum est. Nihil tamen vetat, quin accidat esse maius malum. sed ars tamen id nihil curat: sed lateris dolorem maiorem esse morbum quam offensionem. licet accidat alterum interdum euenire, si contingat, ut ex offensione aliquis lapsus, ab hostibus captus fuerit, atque interfectus. At vero per translationem & similitudinem est ius non sibi secum, sed cum quibusdam ex suis: quanquam non omne ius sit, sed herile tantum, vel familiare. In his enim rationibus pars animi rationis particeps ab experte distat. ad quæ cum spectamus, esse iniustitia erga se videtur: quoniam fieri potest, ut in his aliquid præter suas appetitiones afficiatur, videlicet ut principi & subdito, his quoque inter se esse ius quoddam. Ac de iustitia quidem, ceterisque moralibus virtutibus hoc modo definitum sit.

δὲ πλεῖον ἔχειν ἐστὶ τοῦ μέσου ὥσπερ ὑγιεινὸν μὲν ἐν ἰατρικῇ, εὐεκτικὸν δὲ ἐν γυμναστικῇ. ἀλλ' ὅμως χεῖρον τὸ ἀδικεῖν. τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν μετὰ κακίας, καὶ ψεκτὸν ἐστί· καὶ κακίας, ἢ τῆς τελείας καὶ ἁπλῶς, ἢ ἐγγύς. οὐ γὰρ ἅπαν τὸ ἑκούσιον μετ' ἀδικίας· τὸ δ' ἀδικεῖσθαι, ἄνευ κακίας καὶ ἀδικίας. καθ' αὑτὸ μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖσθαι, ἧττον φαῦλον· κατὰ συμβεβηκὸς δ' οὐδὲν κωλύει μεῖζον κακόν. ἀλλ' οὐδὲν μέλει τῇ τέχνῃ, ἀλλὰ πλευρῖτιν λέγει μείζω νόσον προσπταίσματος. καίτοι γένοιτ' ἄν ποτε θάτερον κατὰ συμβεβηκός, εἰ προσπταίσαντα διὰ τὸ πεσεῖν συμβαίη ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθῆναι καὶ ἀποθανεῖν. κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν οὐκ αὐτῷ πρὸς αὑτὸν δίκαιον, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ τισίν. οὐ πᾶν δὲ δίκαιον, ἀλλὰ τὸ δεσποτικὸν, ἢ τὸ οἰκονομικὸν. ἐν τούτοις γὰρ τοῖς λόγοις διέστηκε τὸ λόγον ἔχον μέρος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἄλογον. εἰς ἃ δὴ βλέπουσι, καὶ δοκεῖ εἶναι ἀδικία πρὸς αὑτόν, ὅτι ἐστὶν ἐν τούτοις πάσχειν τι παρὰ τὰς ἑαυτῶν ὀρέξεις. ὥσπερ οὖν ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ εἶναι πρὸς ἄλληλα δίκαιόν τι καὶ τούτοις. περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

D

COMMENTATIONES.

Iniuriam vtrũ quis sibiipsi facere possit. Negatur.

A πότερον δὲ.) In hoc capite duæ quæstiones explicantur: vna est, *vtrum possit aliquis sibiipsi iniuriam facere*: altera; *vtrum peius & deterius ex his duobus ferre aut pati iniuriam.* Quod ad primam quæstionem attinet, respondet Aristoteles, negando, videlicet, sibiipsi neminem posse iniuriam facere, aut erga se esse iniustum. Et hoc probat argumento a maiore ad minus: *Si in maxima iniuria aliquis non potest erga seipsum iniustus dici: multo minus propter ceteras iniurias potest erga seipsum iniustus nominari, aut sibiipsi iniuriam fecisse dici.* Sed *in maxima iniuria, per quam quis sibiipsi potest facere iniuriam, aut erga seipsum esse iniustus.* Ergo *neque propter ceteras potest aliquis dici, sibiipsi iniuriam fecisse, aut erga seipsum dici iniustus.* Quod autem seipsum interficere, videatur esse maxima iniuria, inde apparet, quia vita est maximum bonum. Ea enim sublata simul omnia reliqua bona auferuntur. Itaque qui alicui vitam aufert, merito videtur, ei maximam intulisse iniuriam. Quod vero ad minorem propositionem attinet, in qua dicitur, quod is, qui sibiipsi vitam aufert, non sit erga seipsum iniustus. Probat Aristoteles a consequenti. Nam qui sibiipsi vitam aufert, ipsum ciuitas seu Respublica punit, propterea quod videtur potius Rempublicam læsisse, & iniuria affecisse, quod seipsum, quatenus nimirum ciuitatem & Rempublicam, in qua vixit, spoliauit aliquo membro, id est, ciue, & per consequens eam etiam spoliauit auxilio, quod ciuitas ab ipso tempore bella & pericula exspectare & habere debuisset. Præterea a tota ciuitate punitur, quia peccat contra ciuitatis leges. Quatenus enim leges non permittunt, vt quis sibi vitam auferat, eatenus etiam illud ipsum prohibent. Itaque qui hoc facit, peccat contra leges, & contra vniuersalem illam iustitiam, quæ in legibus continetur. Punitur autem talis a Republica propter nimium Reipublicæ factum, punitur infamia. Quatenus Respublica vetat, talem legitime sepeliri. Præterea ideo etiam non dicitur, erga seipsum propter hoc factum fuisse iniustus, aut sibiipsi fecisse iniuriam, quia sponte hoc

fecit,

fecit, a nemine coactus. Nemo autem sponte dicitur iniuriam pati. Ideo etiam non sponte dicitur, iniuriam sibi facere. Atque hoc est præcipuum huius loci argumentum, quo Aristoteles ostendit, neminem secundum vniuersalem iniustitiam sibiipsi posse facere iniuriam.

B ἔτι καθ' ὁ ἄδικος.) Hæc est altera pars probationis, qua ostendit etiam, secundum particularem iniustitiam neminem posse erga seipsum esse iniustum, aut sibiipsi iniuriam facere. Præmittit autem discrimen inter eum, qui vniuersaliter est iniustus, & eum, qui particulariter est iniustus. Nam, qui secundum vniuersalem iniustitiam est iniustus, dicitur ὅλως φαῦλος, quasi *vniuersaliter improbus*, quia peccat contra leges, quæ de omnibus virtutibus præcipiunt. Ideo videtur habere ὅλην τὴν πονηρίαν, *vniuersalem improbitatem*. Et propterea recte dicitur *malus & improbus*, & *non tantum iniustus*. Qui autem secundum particularem iniustiam est iniustus, is non dicitur ὅλως, *vniuersaliter & omnino improbus*, sed tantum vno aliquo certo vitio laborat, nimirum, quod iniquus est in distribuendis aut communicandis externis bonis, id est, quod plus vel minus sibi vel alteri tribuit, quàm deberet: veluti sunt homines timidi, audaces, intemperantes, auari, prodigi, iracundi, mendaces, & similes alii, qui non dicuntur vniuersaliter esse mali & improbi, sed tantum reprehenduntur propter certum aliquod vitium, quo laborant, veluti propter auaritiam, intemperantiam, timiditatem. Quod autem secundum particularem iniustitiam nemo possit proprie loquendo sibiipsi iniuriam facere, probat Aristoteles quinque argumentis: Primum sumitur a contrariis, quorum ea est natura, vt nunquam possint simul esse. *Dare autem aliquid alicui, & illud ipsum ei auferre, sunt contraria.* Ergo *non possunt simul eidem inesse, & de eodem dici.* Quod si vero quis sibiipsi potest iniuriam facere, sequeretur inde, *quod eandem rem posset simul sibiipsi dare & auferre, quod est absurdum.* Nam qui iniuriam facit, is aufert alicui id, quod ei debetur, & illud vel sibi, vel alteri attribuit. Itaque, *si quis sibiipsi potest iniuriam facere, necesse est, vt sibiipsi eandem rem simul auferat & at-*

Iniustus vniuersaliter quid a particulariter iniusto differat.

Iniuriam sibi nemo facere potest propter particularẽ iniustitiam.

I.

tribuat. Sed *hoc est ἀδύνατον.* Ergo *falsum est etiam antecedens.* Alterum argumentum sumitur a propria natura iustitiæ & iniustitiæ: *Vt enim iustitia est virtus, cuius actio dirigitur in alterū: Ita etiam iniustitia est vitiū, cuius actio in alterū dirigitur.* Ergo *nemo potest erga seipsum esse vel iustus vel iniustus: alioquin esset a seipso diuersus, quod est παράδοξον absurdū.* Tertium argum. sumitur a contrariis attributis eius, qui facit, & eius, qui patitur iniuriam, quæ non possunt simul de eodē dici. De eo enim, qui facit iniuriam, hæc tria dicútur: *1. quod agit sponte. 2. quod agit ἐκ προαιρέσεως. 3. quod prius agit, quia omnis actor prior est actione.* De eo autem, qui iniuriam patitur, tria his contraria affirmantur: *1. quod patitur inuitus. 2. quod patitur præter suam voluntatē & προαίρεσιν. 3. quod patitur posteriori loco.* Nam si aliquis posset seipsum iniuria afficere, necesse esset, vt omnia ista sex contraria attributa simul de eo possent affirmari, nempe sponte & inuitus: deinde ex electione & præter electionem: tertio prius & posterius: item ipsum agere & pati simul de eodem dicerétur: deniq; vnus idemq; homo alius & diuersus diceretur, esse a seipso, quæ omnia, quia absurda sunt, sequitur etiam absurdum esse, quod dicitur, *posse aliquem seipsum iniuria afficere.* Quartum: *Si quis seipsum posset iniuria afficere.* Ergo *etiam potest sponte pati iniuriam: quia actio illa & passio proficiscuntur ab eodem principio. Itaq; necesse est, vt etiam eodē modo sese habeant.* Sed *nemo potest sponte pati iniuriam, quemadmodum supra in cap. 9. est demonstratum.* Igitur *etiam nemo potest seipsum iniuria afficere.* Quintum argum. *Si aliquis potest seipsum afficere iniuria, necesse est, vt illud faciat secundū certam aliquam speciem iniuriæ, per quam alteri damnum aliquod affert, aut alterum lædit: quia omnis iniuria coniuncta est cum læsione alterius, vel quo ad bona externa, vel quo ad famam & existimationem attinet.* Sed *nemo potest sibiipsi hoc modo damnum aliquod secundum certam speciem iniuriæ afferre.* Exempli gratia: *nemo potest sibiipsi furari, aut seipsum defraudare circa bona externa, aut cum sua propria vxore adulterium committere, neq; potest aliquis suam propriam famam conuitio aliquo lædere.* Ergo *nemo potest seipsum iniuria afficere.*

II.

III.

IV.

V.

C φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ἄμφω.) Hæc est altera quæstio huius cap. qua quæritur, *utrum peius & deterius sit facere, an pati iniuriam?* Ad hanc quæstionē respondet Aristot. vtrumq; quidē esse malum, quatenus disceditur a mediocritate: sed tantū maius malū esse facere iniuriam, quam pati. Sicut etiam Isocrat. apud Platonē in Gorgia ait, *se malle pati iniuriam, quam facere iniuriam.* Et Cic. lib. 1. offic. ait, *præstat pati iniuriam, quam facere.* Et in 11. Philip ait, *qui in se suscipit scelus, miserior est, pati alteri iniuriam, quam is, qui alterius facinus subire cogitur, id est, qui cogitur ab altero iniuriam pati.* Hanc responsionē probat Aristot. tali argumento: *Quicquid coniunctū est cum improbitate, id maius malum est, quam id, quod caret improbitate. Sed iniuriam facere alteri est coniunctum cum improbitate: iniuriam vero ab altero pati non est semper cum improbitate coniunctū: potest enim ipse patiens esse vir bonus: imo plerunq; viri boni ab improbis & malis iniuriam patiuntur: faciens autem iniuriam semper est malus & improbus.* Ideoq; *deterior est, qui facit, quā qui patitur iniuriam.* Etsi autem iniuriam pati, videatur interdum esse maius malū, quia inferior est is, qui patitur, & deteriori est loco cōstitutus, & videtur habere minus boni: is aūt qui facit iniuriā, videtur esse meliori & superiori loco & cōditione, & quodammodo habere plus boni: tamē non ꝓpterea, quo ad virtutē, dicitur esse melior. Pręterea potest ꝑ accidēs aliud magis videri esse malū, ꝙ tamē per se nō est magis malū. Exempli gratia: *pestis est semper maior morbus, & maius malū, quā læsio pedis: potest tamē fieri, vt quis ex peste iterū cōualescat, dolor autē pedis sit caussa mortis, veluti si ꝓpter pedis dolorē accidit, vt in fuga ab hostib. cōprehēdatur & interficiatur: nō tamē ꝓpterea dolor pedis dicitur esse per se maior morbus, quā pestis aut pleuritis.*

> *Iniuriam facere an pati vtrū sit peius.*

> *Argum.*

D κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ.) Hęc est appendix ad responsionem primæ quæstionis, in qua dictum fuerat, *neminem posse erga seipsum esse iniustum.* Explicat autem Aristotel. sententiam Platonis, qui dixit, *esse quandam internam iniustitiam, & neminem posse alteri iniuriam facere, nisi prius secundum illam internam iniustitiam erga seipsum fuerit iniustus.* Ex quo videtur sequi, quod possit aliquis erga seipsum esse iniustus, quod tamen hactenus

Iniustitia interna Platoni qua.

Aristoteles negauit. Notandum autem est, Platonem internam iniustitiam eam nominasse, per quam affectus & cupiditates, quæ sunt in homine, aduersantur rectæ rationi, & cupiunt imperare, cum tamen potius deberent parere. Atque hoc modo rationi faciunt iniuriam, quatenus conantur ei eripere imperium. Nam, vt Aristoteles *lib. 1. polit. cap. 3.* ait: *Animus secundum naturæ ordinem habet herile imperium in corpus, & ratio atque mens habet ciuile & regium imperium in cupiditates & affectus. Atq; hoc est maxime vtile tam corpori, quam affectibus, vt ab animo, ratione, & mente regantur. Quod si non fit, maximum hoc est & detrimentosum corpori & affectibus.* Ad hanc Platonis sententiam Aristoteles hoc loco respondet, & ostendit, istam internam iniustitiam tantum per μεταφορὰν & similitudinem ita appellari, & similem esse herili & domestico imperio: non tamen esse proprie iustitiam aut iniustitiam, siue iniuriam nominandam. Atqui hanc iniuriam non esse totius hominis erga totum hominem, id est, *erga seipsum*, sed esse quandam dissidentiam & discordiam partium animi inter se, quatenus interiores partes animi, quæ sunt irrationales, & denegant imperium animæ rationalis: sed tamen non propterea posse inde probari, quod aliquis erga seipsum possit esse iniustus, aut sibiipsi iniuriam facere. Nam quemadmodum iustitia est virtus, quæ tantum erga alterum exercetur: ita etiam iniustitia non potest esse, nisi erga alterum. Atque ideo tantum metaphorice, & per similitudinem quandam, istam partium animi discordiam, vel repugnantiam a Platone appellari.

ARISTO-

ARISTOTELIS AD NICOMACHUM DE MORIBUS, LIB. VI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων Βιβλίον ϛ'.

SCopus doctrinæ moralis est, *vt in libro primò dictum fuit*, ostẽdere, quo pacto homo possit ciuiliter in hac vita bene beateq; viuere. Ea autem beatitudo non consistit, vt pleriq; homines arbitrantur, in corporis voluptatibus, neq; etiam in aliis externis bonis: *vt in honoribus, in gloria, potentia, corporis robore, sanitate & forma, multo minus etiam in diuitiis & opibus.* Sed in actione secũdum virtutem, ita vt secũdum Philosophos, tum demum homo in hac vita dici possit beatus, quando ex virtute agit vel viuit. Tunc enim videtur proxime accedere ad primã suam perfectionem, & ad eum finem erat initiò cõditus.

Beatitudo in quibus consistat.

Quemadmodum autem duę sunt animi humani partes, siue potentiæ, quarum vna est λογικὴ, *rationalis*, vt ipsa mens & ratio in homine: altera ἄλογος, *irrationalis*, vt est ἡ ἐπιθυμία, *cupiditas*, & ὁ θυμός, i. ira. Ita etiam duo sunt genera habituum seu virtutum, quæ has animi potentias informant & perficiunt. Vnum genus est earum virtutum, quæ gubernant cupiditates & affectus, & ostẽdunt, quo pacto recte debeant rationi obtemperare, ne instar bestiarum per illas cupiditates homo ad quæuis facinora pertrahatur. Atq; hæ virtutes nominantur ἠθικαὶ, *morales*, de quibus hactenus est explicatum. Alterum genus virtutum est earum, quæ informãt & perficiunt animam rationalem & intellectũ hominis, vt possit de rebus obiectis recte iudicare & sentire, easque vere cognoscere & percipere, & nominantur διανοητικαὶ, *intellectuales*, quia pertinent ad eam animi partem, qua homo aliquid intelligit & cognoscit. Horum habituum sunt quinque, de quibus in præsenti libro explicatur, nempe, *scientia, ars,*

Animi humani dua partes.
Rationalis.
Irrationalis.
Virtutũ duo genera.
Morales.
Intellectuales.

sapientia, prudentia & intell gëtia. Hæc virtutum seu habituum diuisio, non tantum facta est secũdum duas potentias seu partes animi humani, in quibus tanquam in subiecto habitus isti insunt: sed etiam factũ est secundum duos præcipue fines, ad quos homo videtur esse cõditus, nempe ad actionem & cõtemplationem. Sic enim Cic. 2. de fin. ait, *quemadmodum ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis: sic homo ad duas res natus est, ad intellectum & ad actionẽ* i. *ad intelligendum & agendum.* Nam morales virtutes de quibus hactenus explicatũ est, ostendunt, quę homini sint facienda & quomodo actiones recte suas & laudabiliter debeat instituere, vnde etiã nominãtur *Virtutes practicæ.* Habitus aũt intellectuales, de quibus in hoc libro agit, ostendunt, quo res recte & bene cognoscendæ & diiudicandæ, vnde et nominantur ἕξεις θεωρητικαί, *habitus contemplatiui.* Ex his facile intelligitur, quid morales & intellectuales virtutes inter se differãt. Primum. n. differũt a subiecto. Nam virtutes intellectuales sunt in anima rationali & eã perficiunt: morales sunt in anima irrationali. Deinde virtutes intellectuales consistunt in cõtemplatione & cognitione veri: morales aũt consistunt in actione boni & honesti. Præterea virtutes intellectuales aliqua ex parte etiã possunt comparari doctrina & institutione. Morales aũt solo vsu & exercitatione cõparantur: deniq; virtutes intellectuales spectant beatitudinem contemplatiuam, quæ in sola contemplatione rerum diuinarũ acquiescit. Morales aũt virtutes spectant beatitudinem practicam. i. actiuam De his ergo quinq; habitibus in hoc libro agit Arist. Cuius libri hæ quatuor constitui possunt partes Prima pars duabus constat partibus, in quibus partim caussas exponit, quamobrem etiam de his virtutibus velit explicare: partim vero ostendit, quodnam earum sit subiectum, cui insunt: altera constat quinq; partibus, quib. generaliter de his quinq; habitibus ordine disserit, nempe de sciẽtia, arte, prudentia, sapientia, & intelligentia. In tertia parte, quæ constat quatuor capitibus specialiter agit de prudentia, quoniam ea proprie pertinet ad doctrinam moralem, quia etiam ex aliqua parte est practica virtus. Imo sine ea non possunt virtutes morales recte intelligi, quia pruden-

Virtutes practicæ.

Virtutes morales, quid ab intellectualibus differant.

Libri huius quatuor partes.

prudentia in singulis moralibus virtutibus ostendit ipsam mediocritatem secundum rectam rationem. In postrema parte explicantur duæ quæstiones pertinentes ad prudentiam, quarum vna est de eius vsu, altera de eius dignitate & præstantia.

CAP. I.

CVm autem prius dixerimus, medium esse eligendum, non excessum, neque defectum: & medium esse, sicut ratio recta præscribit, hoc distinguamus. In omnibus enim habitibus, quos diximus, vt etiam in aliis, est quidam scopus, in quem respiciens is, qui habet rationem, intendit ac remittit. estque quidam mediocritatum terminus, quas inter excessum & defectum ex recta ratione esse dicimus. Ac est, si ita dicamus, verum quidem, nihil tamen perspicuum. etenim in aliis studiis, in quibus est scientia, verum id est dictu, neque pluribus laboribus neque minoribus esse vtendum, neque desidendum, sed mediocribus, atque vt recta ratio est. Qui vero solum id habeat, nihil amplius cognoscat: vt qualia corpori exhibenda sint, si quis dixerit, ea quæ iubet medicina, & sicut is, qui ea est præditus. Idcirco oportet etiam in animi habitibus, non solùm vere hoc dictum esse, sed etiam finitum,

ΚΕΦ. α'.

A

Ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν πρότερον εἰρηκότες, ὅτι δεῖ τὸ μέσον αἱρεῖσθαι, μὴ τὴν ὑπερβολὴν, μήτε τὴν ἔλλειψιν· τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, τοῦτο διέλωμεν. ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἕξεσι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἔστι τις σκοπὸς, πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων, ἐπιτείνει καὶ ἀνίησιν· καὶ τίς ἐστιν ὅρος τῶν μεσοτήτων, ἅς μεταξύ φαμεν εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, οὔσας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως ἀληθὲς μὲν, οὐθὲν δὲ σαφές. καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιμελείαις, περὶ ὅσας ἐστὶν ἐπιστήμη, τοῦτ' ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε πλείω, οὔτε ἐλάττω δεῖ πονεῖν, οὐδὲ ῥαθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ μέσα, καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος. τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἄν τις, οὐθὲν ἂν εἰδείη πλέον· οἷον, ποῖα δεῖ προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα, εἴ τις εἴποιεν, ὅτι ὅσα ἡ ἰατρικὴ κελεύει, καὶ ὡς ὁ ταύτην ἔχων. διὸ δεῖ καὶ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἕξεις, μὴ μόνον ἀληθῶς εἶναι τοῦτ' εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ διωρισμένον,

dum. Eodem modo in hac doctrina verum est illud generale præceptum, quando dicitur *in omnibus actionibus tenendam esse eam mediocritatem, quæ est secundum rectam rationem,* sed tamen hoc nondum est satis: verum oportet etiam ostendere, quæ sit illa recta ratio, quæ mediocritatem illam definit, & in qua posita sit illa mediocritas. Quia autem sola prudentia istud monstrat, ideo rectè & merito etiam de prudentia, quæ est vna ex virtutibus intellectus hic explicatur. Vnde etiã Aristot. infra *in cap. de prudentia* ostendit, non vllam virtutem moralẽ aut consistere, aut etiam intelligi posse.

Π *πρότερον μὲν οὖν.*) Hæc est altera pars cap. in qua Aristoteles repetit diuisionem animæ τῆς ψυχῆς supra in fine libri primi incoatam, eamq; iam perficit & absoluit. Ibi enim dum de parte irrationali, ad quam virtutes morales pertinẽt, egit: iam vero quia explicaturus est habitus seu virtutes intellectuales, quæ sunt in anima rationali: ideo etiã ponit differentis: Vt autẽ integram & plenam animæ diuisionem habeamus, repetenda sunt ea, quæ in fine libri primi sunt posita & adiungenda iis, quæ in hoc libro habentur. Hoc ergo modo anima poterit diuidi.

Animæ diuisio rationalis Irrationalis. Vegetatiua Nutritiua Augmentatiua Generatiua. Rationalis animæ diuisio.

Animæ hominis duæ sunt partes: vna dicitur λογικὴ *rationalis*, altera ἄλογος *irrationalis.* Irrationalis a. *vt in fine libri primi habetur,* rursum est duplex. Vel enim omnino est expers rationis, neq; ẽt potest ratione regi & gubernari. Cuiusmodi est ea, quæ dicitur *vegetatiua* in plantis & stirpibus, cuius ẽt sunt tres distinctæ facultates: nempe *nutritiua, augmentatiua, generatiua:* vel ipsa per se est rationis expers: põt tamen quatenus in homine est aliqua ratione regi & gubernari. Atque eius sunt præcipue duę potentiæ seu facultates: vna qua appetimus & concupiscimus aliquid, quæ nominatur ἐπιθυμητικὴ: Altera, qua irascimur & cõmouemur ad indignationem, quæ nominatur θυμικὴ *irascibilis potentia.* Ad hanc partem irrationalem referuntur virtutes morales, quarum officiũ est, cupiditatem & iram ita regere & gubernare, vt obtemperent rectę rationi. Atq. hæc dicitur anima irrationalis. Anima rationalis, ab Aristotele hoc loco diuiditur in duas alias potentias, quarum prima nominatur ἐπιστημονικὴ, id est, *facultas qua res æternas & necessarias intelligimus*

gimus & contemplamur. Vnde etiam nominatur *θεωρητικὴ contemplatiua:* quia in contemplatione solum acquiescit, In scholis appellatur intellectus speculatiuus. Ad hanc animæ rationalis partem siue potentiam pertinēt tres virtutes nempe *ἐπιστήμη scientia, ἡ σοφία sapientia & ὁ νοῦς intellectus* siue *intelligentia.* Altera potentia siue pars animæ rationalis nominatur *λογιστικὴ* siue *βουλευτικὴ facultas, qua ratiocinamur, consultamus & deliberamus de rebus agendis & contingentibus.* Nominatur autem *πρακτικὴ*, quia operationes eius versantur circa *τὰ πρακτά*, i. e. ea, *quæ sunt agenda*, vnde etiam in scolis nominatur intellectus *actiuus.* Atq; hæc est subdiuisio animæ rationalis.

Intellectus speculatiuus

Actiuus.

Quod autem hæ duæ potentiæ animæ rationalis inter se sint distinctæ & diuersæ, probat Aristoteles ex earū obiectis, circa quæ versantur, & quæ ab illis intelliguntur & præcipiuntur. Est autem tale argumentum. *Quæ genere differunt ea non possunt ab eadē animæ parte cognosci, sed necesse est vt a diuersis animæ potentijs cognoscantur.* Sed *obiecta animæ rationalis genere differunt: alia sunt æterna & diuina & necessaria: alia caduca & contingentia.* Igitur *diuersa hæc obiecta non possunt ab eadem animæ parte siue potentia cognosci, sed necessario illa potentia a quibusdam intelliguntur & percipiuntur inter sese diuersa.* Maiorem propositionem Aristoteles probat ex cognitione, quæ debet esse inter intelligentes, & id, quod intelligitur: Hæc enim duo debent habere inter se quandam similitudinem, & affinitatem, vt alterum ab altero possit percipi & cognosci, de qua re Aristoteles etiam prolixius agit libro tertio de anima, est manifestum hoc de ipsius & eorum obiectis. Vt enim sensus possint percipere sua obiecta, & de illis iudicare, necesse est, vt inter sensum & eius obiectum sit quædam similitudo, quæ etiam caussa est, vt vnusquisque sensus tantum de suo proprio obiecto, & non de aliis obiectis possit iudicare: Exempli gratia: visus primum potest iudicare de coloribus, non autem de saporibus & sonis: Quia inter visum & colorem est quædam cognatio & affinitas. Inter visum autem & saporem nulla est affinitas & cognatio. Ex his ergo Aristoteles

Anima rationalis potentias inter se differre.

Argumentum.

I. Obiectis

Maioris probatio.

tribuat. Sed *hoc est ἀδύνατον.* Ergo *falsum est etiam antecedens.* Alterum argumentum sumitur a propria natura iustitiæ & iniustitiæ: *Vt enim iustitia est virtus, cuius actio dirigitur in alterū: Ita etiam iniustitia est vitiū, cuius actio in alterū dirigitur.* Ergo *nemo potest erga seipsum esse vel iustus vel iniustus: alioquin esset a seipso diuersus, quod est παράδοξον absurdū.* Tertium argum. sumitur a contrariis attributis eius, qui facit, & eius, qui patitur iniuriam, quæ non possunt simul de eodē dici. De eo enim, qui facit iniuriam, hæc tria dicutur: *1. quod agit sponte. 2. quod agit ἐκ προαιρέσεως. 3. quod prius agit, quia omnis actor prior est actione.* De eo autem, qui iniuriam patitur, tria his contraria affirmantur: *1. quod patitur inuitus. 2. quod patitur præter suam voluntatē & προαίρεσιν. 3. quod patitur posteriori loco.* Nam si aliquis posset seipsum iniuria afficere, necesse esset, vt omnia ista sex contraria attributa simul de eo possent affirmari, nempe sponte & inuitus: deinde ex electione & præter electionem: tertio prius & posterius: item ipsum agere & pati simul de eodem diceretur: denique vnus idemque homo alius & diuersus diceretur, esse a seipso, quæ omnia, quia absurda sunt, sequitur etiam absurdum esse, quod dicitur, *posse aliquem seipsum iniuria afficere.* Quartum: *Si quis seipsum posset iniuria afficere.* Ergo *etiam potest sponte pati iniuriam: quia actio illa & passio proficiscuntur ab eodem principio. Itaque necesse est, vt etiam eodē modo sese habeant.* Sed *nemo potest sponte pati iniuriam, quemadmodum supra in cap. 9. est demonstratum.* Igitur *etiam nemo potest seipsum iniuria afficere.* Quintum argum. *Si aliquis potest seipsum afficere iniuria, necesse est, vt illud faciat secundū certam aliquam speciem iniuriæ, per quam alteri damnum aliquod adfert, aut alterum lædit: quia omnis iniuria coniuncta est cum læsione alterius, vel quo ad bona externa, vel quo ad famam & existimationem attinet.* Sed *nemo potest sibiipsi hoc modo damnum aliquod secundum certam speciem iniuriæ afferre.* Exempli gratia: *nemo potest sibiipsi furari, aut seipsum defraudare circa bona externa, aut cum sua propria vxore adulterium committere, neque potest aliquis suam propriam famam conuitio aliquo lædere.* Ergo *nemo potest seipsum iniuria afficere.*

C φαν-

C *φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ἄμφω.*) Hæc est altera quæstio huius cap. qua quæritur, *vtrum peius & deterius sit facere, an pati iniuriam?* Ad hanc quæstionē respondet Aristot. vtrumq; quidē esse malum, quatenus disceditur a mediocritate: sed tantū maius malū esse facere iniuriam, quam pati. Sicut etiam Isocrat. apud Platonē in Gorgia ait, *se malle pati iniuriam, quam facere iniuriam.* Et Cic. lib. 1. offic. ait, *præstat pati iniuriam, quam facere.* Et in 11. Philip. ait, *qui in se suscipit scelus, miserior est, pati alteri iniuriam, quam is, qui alterius facinus subire cogitur, id est, qui cogitur ab altero iniuriam pati.* Hanc responsionē probat Aristot. tali argumento: *Quicquid coniunctū est cum improbitate, id maius malum est, quam id, quod caret improbitate. Sed iniuriam facere alteri est coniunctum cum improbitate: iniuriam vero ab altero pati non est semper cum improbitate coniunctū: potest enim ipse patiens esse vir bonus: imo plerunq; viri boni ab improbis & malis iniuriam patiuntur: faciens autem iniuriam semper est malus & improbus.* Ideoq; *deterior est, qui facit, quā qui patitur iniuriam.* Etsi autem iniuriam pati, videatur interdum esse maius malū, quia inferior est is, qui patitur, & deteriori est loco cōstitutus, & videtur habere minus boni: is aūt qui facit iniuriā, videtur esse meliori & superiori loco & cōditione, & quodammodo habere plus boni: tamē non ꝓpterea, quo ad virtutē, dicitur esse melior. Præterea potest ꝑ accidēs aliud magis videri esse malū, ꝙ tamē per se nō est magis malū. Exempli gratia: *pestis est semper maior morbus, & maius malū, quā læsio pedis: potest tamē fieri, vt quis ex peste iterū cōualescat, dolor autē pedis sit caussa mortis, veluti si ꝓpter pedis dolorē accidit, vt in fuga ab hostib. cōprehēdatur & interficiatur: nō tamē ꝓpterea dolor pedis dicitur esse per se maior morbus, quā pestis aut pleuritis.*

Iniuriam facere an pati vtrū sit peius.

Argum.

D *κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ.*) Hęc est appendix ad responsionem primæ quæstionis, in qua dictum fuerat, *neminem posse erga seipsum esse iniustum.* Explicat autem Aristotel. sententiam Platonis, qui dixit, *esse quandam internam iniustitiam, & neminem posse alteri iniuriam facere, nisi prius secundum illam internam iniustitiam erga seipsum fuerit iniustus.* Ex quo videtur sequi, quod possit aliquis erga seipsum esse iniustus, quod tamen hactenus

Iniustitia interna Platoni que.

Aristoteles negauit. Notandum autem est, Platonem internam iniustitiam eam nominasse, per quam affectus & cupiditates, quæ sunt in homine, aduersantur rectæ rationi, & cupiunt imperare, cum tamen potius deberent parere. Atque hoc modo rationi faciunt iniuriam, quatenus conantur ei eripere imperium. Nam, vt Aristoteles *lib. 1. polit. cap. 3.* ait: *Animus secundum naturæ ordinem habet herile imperium in corpus, & ratio atque mens habet ciuile & regium imperium in cupiditates & affectus. Atq; hoc est maxime vtile tam corpori, quam affectibus, vt ab animo, ratione, & mente regantur. Quod si non fit, maximum hoc est & detrimentosum corpori & affectibus.* Ad hanc Platonis sententiam Aristoteles hoc loco respondet, & ostendit, istam internam iniustitiam tantum per μεταφορὰν & similitudinem ita appellari, & similem esse herili & domestico imperio: non tamen esse proprie iustitiam aut iniustitiam, siue iniuriam nominandam. Atqui hanc iniuriam non esse totius hominis erga totum hominem, id est, *erga seipsum*, sed esse quandam dissidentiam & discordiam partium animi inter se, quatenus interiores partes animi, quæ sunt irrationales, & denegant imperium animæ rationalis: sed tamen non propterea posse inde probari, quod aliquis erga seipsum possit esse iniustus, aut sibiipsi iniuriam facere. Nam quemadmodum iustitia est virtus, quæ tantum erga alterum exercetur: ita etiam iniustitia non potest esse, nisi erga alterum. Atque ideo tantum metaphorice, & per similitudinem quandam, istam partium animi discordiam, vel repugnantiam a Platone appellari.

ARISTO-

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. VI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων βιβλίον ϛʹ.

SCopus doctrinæ moralis est, *vt in libro primò dictum fuit*, ostẽdere, quo pacto homo possit ciuiliter in hac vita bene beateq; viuere. Ea autem beatitudo non consistit, vt pleriq; homines arbitrantur, in corporis voluptatibus, neq; etiam in aliis externis bonis: *vt in honoribus, in gloria, potentia, corporis robore, sanitate & forma, multo minus etiam in diuitiis & opibus.* Sed in actione secũdum virtutem, ita vt secũdum Philosophos, tum demum homo in hac vita dici possit beatus, quando ex virtute agit vel viuit. Tunc enim videtur proxime accedere ad primã suam perfectionem, & ad eum finem erat initiò cõditus.

Beatitudo in quibus consistat.

Quemadmodum autem duę sunt animi humani partes, siue potentiæ, quarum vna est λογικὴ, *rationalis*, vt ipsa mens & ratio in homine: altera ἄλογος, *irrationalis*, vt est ἡ ἐπιθυμία, *cupiditas*, & ὁ θυμὸς, *i. ira.* Ita etiam duo sunt genera habituum seu virtutum, quæ has animi potentias informant & perficiunt. Vnum genus est earum virtutum, quæ gubernant cupiditates & affectus, & ostẽdunt, quo pacto recte debeant rationi obtemperare, ne instar bestiarum per illas cupiditates homo ad quæuis facinora pertrahatur. Atq; hæ virtutes nominantur ἠθικαὶ, *morales*, de quibus hactenus est explicatum. Alterum genus virtutum est earum, quæ informãt & perficiunt animam rationalem & intellectũ hominis, vt possit de rebus obiectis recte iudicare & sentire, easque vere cognoscere & percipere, & nominantur διανοητικαὶ, *intellectuales*, quia pertinent ad eam animi partem, qua homo aliquid intelligit & cognoscit. Horum habituum sunt quinque, de quibus in præsenti libro explicatur, nempe, *scientia, ars,*

Animi humani duæ partes.
Rationalis.
Irrationalis.
Virtutũ duo genera.
Morales.
Intellectuales.

sapientia, prudentia & intelligētia. Hæc virtutum seu habituum diuisio, non tantum facta est secūdum duas potentias seu partes animi humani, in quibus tanquam in subiecto habitus isti insunt: sed etiam factū est secundum duos præcipue fines, ad quos homo videtur esse cōditus, nempe ad actionem & cōtemplationem. Sic enim Cic. 2. de fin. ait, *quemadmodum ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis: sic homo ad duas res natus est, ad intellectum & ad actionē* i. *ad intelligendum & agendum.* Nam morales virtutes de quibus hactenus explicatū est, ostendunt, quę homini sint facienda & quomodo actiones recte suas & laudabiliter debeat instituere, vnde etiā nominātur *Virtutes practicæ.* Habitus aūt intellectuales, de quibus in hoc libro agit, ostendunt, quo res recte & bene cognoscendæ & diiudicandæ, vnde ēt nominantur ἕξεις θεωρητικαὶ, *habitus contemplatiui.* Ex his facile intelligitur, quid morales & intellectuales virtutes inter se differāt. Primum.n. differūt a subiecto. Nam virtutes intellectuales sunt in anima rationali & eā perficiunt: morales sunt in anima irrationali. Deinde virtutes intellectuales consistunt in cōtemplatione & cognitione veri: morales aūt consistunt in actione boni & honesti. Præterea virtutes intellectuales aliqua ex parte etiā possunt comparari doctrina & institutione. Morales aūt solo vsu & exercitatione cōparantur: deniq; virtutes intellectuales spectant beatitudinem contemplatiuam, quæ in sola contemplatione rerum diuinarū acquiescit. Morales aūt virtutes spectant beatitudinem practicam. i. actiuam De his ergo quinq; habitibus in hoc libro agit Arist. Cuius libri hæ quatuor constitui possunt partes. Prima pars duabus constat partibus, in quibus partim caussas exponit, quamobrem etiam de his virtutibus velit explicare: partim vero ostendit, quodnam earum sit subiectum, cui insunt: altera constat quinq; partibus, quib. generaliter de his quinq; habitibus ordine disserit, nempe de sciētia, arte, prudentia, sapientia, & intelligentia. In tertia parte, quæ constat quatuor capitibus specialiter agit de prudentia, quoniam ea proprie pertinet ad doctrinam moralem, quia etiam ex aliqua parte est practica virtus. Imo sine ea non possunt virtutes morales recte intelligi, quia pruden-

Virtutes practicæ.

Virtutes morales, quid ab intellectualibus differant.

Libri huius quatuor partes.

prudentia in singulis moralibus virtutibus ostendit ipsam mediocritatem secundum rectam rationem. In postrema parte explicantur duæ quæstiones pertinentes ad prudentiam, quarum vna est de eius vsu, altera de eius dignitate & præstantia.

CAP. I.

Cum autem prius diximus, medium esse eligendum, non excessum, neque defectum: & medium esse, sicut ratio recta præscribit, hoc distinguamus. In omnibus enim habitibus, quos diximus, vt etiam in aliis, est quidam scopus, in quem respiciens is, qui habet rationem, intendit ac remittit. estque quidam mediocritatum terminus, quas inter excessum & defectum ex recta ratione esse dicimus. Ac est, si ita dicamus, verum quidem, nihil tamen perspicuum. etenim in aliis studiis, in quibus est scientia, verum id est dictu, neque pluribus laboribus neque minoribus esse vtendum, neque desidendum, sed mediocribus, atque vt recta ratio est. Qui vero solum id habeat, nihil amplius cognoscat: vt qualia corpori exhibenda sint, si quis dixerit, ea quæ iubet medicina, & sicut is, qui ea est præditus. Idcirco oportet etiam in animi habitibus, non solùm vere hoc dictum esse, sed etiam finitum,

ΚΕΦ. α'.

A

Ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν πρότερον εἰρηκότες, ὅτι δεῖ τὸ μέσον αἱρεῖσθαι, μὴ τὴν ὑπερβολὴν, μήτε τὴν ἔλλειψιν· τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, τοῦτο διέλωμεν. ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἕξεσι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐστί τις σκοπὸς, πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων, ἐπιτείνει καὶ ἀνίησιν· καί τις ἐστὶν ὅρος τῶν μεσοτήτων, ἃς μεταξύ φαμεν εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, οὔσας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως ἀληθὲς μὲν, οὐθὲν δὲ σαφές. καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιμελείαις, περὶ ὅσας ἐστὶν ἐπιστήμη, τοῦτ' ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε πλείω, οὔτε ἐλάττω δεῖ πονεῖν, οὐδὲ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ μέσα, καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος. τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἄν τις, οὐθὲν ἂν εἰδείη πλέον· οἷον, ποῖα δεῖ προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα, εἴ τις εἴπειεν, ὅτι ὅσα ἡ ἰατρικὴ κελεύει, καὶ ὡς ὁ ταύτην ἔχων. διὸ δεῖ καὶ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἕξεις, μὴ μόνον ἀληθῶς εἶναι τοῦτ' εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ διωρισμένον,

τίς τ' ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ τούτου τίς ὁ ὅρος. τὰς δὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὰς διελόμενοι, τὰς μὲν εἶναι τοῦ ἤθους ἔφαμεν, τὰς δὲ τῆς διανοίας. περὶ μὲν οὖν τῶν ἠθικῶν διεληλύθαμεν· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ψυχῆς πρῶτον εἰπόντες, B λέγωμεν οὕτω. πρότερον μὲν οὖν ἐλέχθη δύο εἶναι μέρη τῆς ψυχῆς, τό τε λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον. νῦν δὲ περὶ τοῦ λόγον ἔχοντος, τὸν αὐτὸν τρόπον διαιρετέον. καὶ ὑποκείσθω δύο τὰ λόγον ἔχοντα, ἓν μὲν, ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν· ἓν δέ τι, ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα. πρὸς γὰρ τὰ τῷ γένει ἕτερα, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς μορίων ἕτερον τῷ γένει, τὸ πρὸς ἑκάτερον πεφυκός. εἴπερ καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ οἰκειότητα ἡ γνῶσις ὑπάρχει αὐτοῖς. λεγέσθω δὲ τούτων, τὸ μὲν ἐπιστημονικὸν, τὸ δὲ λογιστικόν. τὸ γὰρ βουλεύεσθαι καὶ λογίζεσθαι, ταὐτόν· οὐθεὶς δὲ βουλεύεται περὶ τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν. ὥστε τὸ λογιστικόν ἐστιν ἕν τι μέρος τοῦ λόγον ἔχοντος. ληπτέον ἄρα ἑκατέρου τούτων τίς ἡ βελτίστη ἕξις. αὕτη γὰρ ἀρετὴ ἑκατέρου. ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον.

quanā sit recta ratio, quaq; eius finitio. Animi igitur virtutes diuisimus, aliasque morum, alias cogitationis esse diximus. Ac de moralibus quidem disseruimus: de reliquis, prius de animo locuti, ita dicamus. Ac superius quidem duas esse animi partes dictum est, rationis participem & expertem. Nunc vero eodem modo rationis particeps diuidenda est. Ponanturq; dua esse ratione prædita: vna, qua eiusmodi res contemplamur, quarum principia aliter habere non possunt: altera, qua qua aliter esse possunt. Nam ex collatione genere diuersorum, ex animi quoque partium diuersa genere est ea, qua ad vtrunq; est apta. siquidem ex similitudine quadam & affinitate cognitio ipsis contingit. Earum autem altera sciendi, altera ratiocinādi compos dicatur. consultare enim & ratiocinari idem est. at consultat nemo de iis, qua non possunt aliter habere. quare ratiocinandi compos vna quadam pars est eius, qua rationis est capax. quis igitur vtriusque harum optimus habitus sit, quærendum est: is enim est vtriusq; virtus: virtus vero ex opere suo cuiusque ac proprio est.

COM-

COMMENTATIONES.

A Duæ sunt partes huius cap. quorum vna *προτατικὴ*, i.e. *continet propositionem rei explicandæ*. Altera pars est *διαιρετικὴ*, in qua repetit diuisionem animæ, quę est subiectũ virtutũ. Propositio a. *μεταβατικὴ*, i.e habet transitionem, qua sibi aditum facit ad explicationem virtutũ intellectualiũ: simul ẽt indicat *συνέχειαν*, i.e. *cohærentiã huius doctrinæ cum anne xa ratione* Propositionis summa hæc est: dicendum nobis deinceps est de habitibus seu virtutibus intellectus. Ratio statim ab initio capitis ponitur ex loco cõiunctorũ desumta. *Sine quo virtutes morales cognosci non possunt, de eo etiã in doctrina morali est explicandũ*. Sed *sine cognitione habituum seu virtutum intellectus morales virtutes cognosci non possunt*. Ergo *de illis quoq; in hac doctrina est agendũ* Maior propositio per se est manifesta. Minorem Aristoteles probat ex natura virtutum moralium. *Omnis n. vis virtutũ moralium consistit in mediocritate definita recta ratione, quã ostendit vir prudens: Prudẽtia autẽ est vna ex virtutib. intellectus*. Proinde *eius quoq; cognitio necessaria est ad doctrinam, de virtutibus moralibus intelligendam*. Hoc argumentũ declarat Aristoteles aliquot exemplis similibus. Primum simile desumtũ est a sagittariis. *Quemadmodũ non satis est dicere de sagittario, debere eum suam sagittã ad scopum dirigere: sed oportet quoq; ei ostendere, quis & vbi sit ille scopus, & quo pacto sagitta ad eum sit dirigenda: Ita non satis est dicere actiones virtutũ consistere in mediocritate, sed oportet etiam ostendere, quæ in illa sit mediocritas, & inter quæ extrema illa posita sit*. Alterũ simile sumitur ab aliis artibus, *in quibus non satis est dicere in opere efficiendo, tenendum esse mediũ, vt neq; magis, neq; minus sit, quã ars requirit, sed oportet etiam ostendere in quo consistit illud medium, & in quo pacto opifex illud medium possit assequi*. Tertium simile sumitur ab arte medica *Non satis est*, inquit, *dicere in curando corpore ea esse adhibenda, quæ ars medica iubet, & ipse morbus postulat: sed oportet etiã in specie definire & ostendere, quænam sint illa medicamenta, & quomodo ea sint adhibenda*. Nam, inquit, *Aristoteles, qui in genere tantũ præcepta nouit, is nõdum exacte scit, quid in singulis sit facien-*

Duæ sunt partes huius cap.

Cur de habitibus hic agat.

gimus & contemplamur. Vnde etiam nominatur θεωρητικὴ *contemplatiua:* quia in contemplatione solum acquiescit, In scholis appellatur intellectus speculatiuus. Ad hanc animæ rationalis partem siue potentiam pertinêt tres virtutes nempe ἡ ἐπιστήμη *scientia,* ἡ σοφία *sapientia &* ὁ νοῦς *intellectus* siue *intelligentia.* Altera potentia siue pars animæ rationalis nominatur λογιστικὴ siue βουλευτικὴ *facultas, qua ratiocinamur, consultamus & deliberamus de rebus agendis & contingentibus.* Nominatur autem πρακτικὴ, quia operationes eius versantur circa τὰ πρακτά, i. e. ea, *quæ sunt agenda,* vnde etiam in scolis nominatur intellectus *actiuus.* Atq; hæc est subdiuisio animæ rationalis.

Intellectus speculatiuus

Actiuus.

Quod autem hæ duæ potentiæ animæ rationalis inter se sint distinctæ & diuersæ, probat Aristoteles ex earũ obiectis, circa quæ versantur, & quæ ab illis intelliguntur & præcipiuntur. Est autem tale argumentum. *Quæ genere differunt ea non possunt ab eadẽ animæ parte cognosci, sed necesse est vt a diuersis animæ potentiis cognoscantur.* Sed *obiecta animæ rationalis genere differunt: alia sunt æterna & diuina & necessaria: alia caduca & contingentia.* Igitur *diuersa hæc obiecta non possunt ab eadem animæ parte siue potentia cognosci, sed necessario illa potentia a quibusdam intelliguntur & percipiuntur inter sese diuersa.* Maiorem propositionem Aristoteles probat ex cognitione, quæ debet esse inter intelligentes, & id, quod intelligitur: Hæc enim duo debent habere inter se quandam similitudinem, & affinitatem, vt alterum ab altero possit percipi & cognosci, de qua re Aristoteles etiam prolixius agit libro tertio de anima, est manifestum hoc de ipsius & eorum obiectis. Vt enim sensus possint percipere sua obiecta, & de illis iudicare, necesse est, vt inter sensum & eius obiectum sit quædam similitudo, quæ etiam caussa est, vt vnusquisque sensus tantum de suo proprio obiecto, & non de aliis obiectis possit iudicare: Exempli gratia: visus primum potest iudicare de coloribus, non autem de saporibus & sonis: Quia inter visum & colorem est quædam cognatio & affinitas. Inter visum autem & saporem nulla est affinitas & cognatio. Ex his ergo Aristoteles

Animæ rationalis potentias inter se differre.

Argumentum.

I. Obiectis

Maioris probatio.

concludit diuersas esse animæ rationalis potẽtias: & propterea, vt diuersos habitus, seu diuersas virtutes vtriusq; partis, per quas potentiæ illæ perficiuntur, & in hac doctrina inquirendũ esse, quis nam vtriusq; partis, siue potentiæ præstantissimus sit habitus. Nam hic habitus etiã erit eiusdem potentiæ virtus, quæ ostendit quodnam sit cuiusq; prudentiæ proprium munus & officium. Vt autẽ propriæ potentiæ, quæ dicitur ἐπιστημονικὴ, *optimus habitus*, & præcipua virtus est ἡ σοφία *sapientia*: Ita ẽt alterius potentiæ, q̃ nominatur λογιστικὴ & πρακτικὴ *optimus habitus & præstantissimus* virtus est ἡ φρόνησις *prudentia*.

ΚΕΦ. β'.

A Τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις, νοῦς, ὄρεξις. τούτων δ' ἡ αἴσθησις, οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως. δῆλον δὲ τῷ τὰ θηρία αἴσθησιν μὲν ἔχειν, πράξεως δὲ μὴ κοινωνεῖν. ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή· ὥστ' ἐπειδὴ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἡ δὲ προαίρεσις, ὄρεξις βουλευτική, δεῖ διὰ ταῦτα τόν τε λόγον ἀληθῆ εἶναι, καὶ τὴν ὄρεξιν ὀρθήν, εἴπερ ἡ προαίρεσις σπουδαία, καὶ τὰ αὐτὰ, τὸν μὲν φάναι, τὴν δὲ διώκειν. αὕτη μὲν οὖν ἡ διάνοια καὶ ἡ ἀλήθεια πρακτική. τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας καὶ μὴ πρακτικῆς, μηδὲ ποιητικῆς, τὸ εὖ καὶ κακῶς, τἀληθές ἐστι καὶ ψεῦδος. τοῦτο γάρ ἐστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργον. τοῦ δὲ πρακτικοῦ καὶ διανοητικοῦ ἡ ἀλήθεια ὁμο-

CAP. 2.

Tria autem sunt in anima quæ actioni ac veritati dominantur: sensus, intelligentia, & appetitio. ex his vero sensus nullius principium actionis est. quod perspicuum est ex eo, quod bestiæ sensum habeant, actionis participes minime sint. quod vero in cogitatione affirmatio & negatio est, id in appetitione persecutio est, & fuga. quare cum moralis virtus habitus in eligendo positus sit, electio vero posita sit in consultando appetitio, idcirco oportet & rationem veram esse, & appetitionem rectam, si modo electio proba est: & eadem illam dicere, & hanc persequi. Atq; hæc quidem cogitatio & veritas in agendo posita est. In contemplando autem posita cogitationis, & nõ in agẽdo, nec in efficiẽdo, bonitas & vitiositas verũ est & falsum: hoc n. totius rationis cogitãdi opus est: at agẽdi & cogitãdi, veritas appe-

appetitioni recta consentanea. Actionis igitur principiũ est electio, unde est motus, at nõ cuius caussa: electionis vero, appetitio, & ratio qua alicuius caussa est. Ita neq; sine intelligentia & cogitatione, neq; sine morali habitu electio est. agẽdi enim prosperitas est: & quod contrarium in actione est, sine cogitatione, & moribus non exsistit. cogitatio vero ipsa nihil mouet, nisi qua caussa alicuius & de reb. agendis est. haec enim etiam ei quae de efficiendo est praest. nam caussa alicuius facit quisquis facit: nec simpliciter finis est, sed collatione cũ aliquo & alicuius id quod efficitur, non tamen id quod agitur agendi enim prosper euentus finis est: finis vero ipsius est appetitus. Idcirco vel appetens intelligentia, vel intelligens appetitio electio est. ac tale principiũ est homo. Nihil autẽ sub electione cadit, quod factum est. vt Ilium expugnasse eligit nemo: non enim cõsultat de re facta, sed de futura, quaeq; esse põt. quod autẽ factum est, quin factum sit, fieri non potest. Idcirco recte Agatho inquit:

Re namque sola hac ipse priuatur Deus,

Vt facta non infecta possit reddere. *Vtrarumq; igitur intelligẽdi partiũ opus veritas est. Quocirca quib. habitus vtraq; maxime verum dicit, ea vtrarũq; virtutes sunt.*

λόγως ἔχουσαν τῇ ὀρέξει τῇ ὀρθῇ. πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα· προαιρέσεως δὲ, ὄρεξις καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος. διὸ οὔτ' ἄνευ νοῦ καὶ διανοίας, οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἐστιν ἕξεως ἡ προαίρεσις. εὐπραξία γὰρ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν πράξει ἄνευ διανοίας καὶ ἤθους οὐκ ἔστι. διάνοια δ' αὐτὴ οὐθὲν κινεῖ, ἀλλ' ἡ ἕνεκά του καὶ πρακτική. αὕτη γὰρ καὶ τῆς ποιητικῆς ἄρχει. ἕνεκα γάρ του ποιεῖ πᾶς ὁ ποιῶν, καὶ οὐ τέλος ἁπλῶς, ἀλλὰ πρός τι, καὶ τινὸς τὸ ποιητὸν, ἀλλ' οὐ τὸ πρακτόν· ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος· ἡ δ' ὄρεξις, τούτου. διὸ ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς ἡ προαίρεσις, ἢ ὄρεξις διανοητική. καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ, ἄνθρωπος. οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐθὲν γεγονός. οἷον οὐδεὶς προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθηκέναι· οὐδὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου, καὶ ἐνδεχομένου· τὸ δὲ γεγονὸς, οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. διὸ ὀρθῶς Ἀγάθων,

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,

Ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

ἀμφοτέρων δὴ τῶν νοητικῶν μορίων ἀλήθεια τὸ ἔργον. καθ' ἃς οὖν ἕξεις μάλιστ' ἀληθεύσει ἑκάτερον, αὗται ἀρεταὶ ἀμφοῖν.

COMMENTATIONES.

Tria in hoc cap. agruntur.

A τρία δ' ἐστίν.) Caput hoc dependet ex præcedēte cap. Quia enim dixerat optimum habitum, i. e. virtutem animæ rationalis posse cognosci ex propriis eius operationibus, tanquā a posteriore, ideo in hoc ca. primo agit de principiis & primis caussis operationum seu actionū: deinde ostendit quonam sit οἰκεῖον ἔργον *propriū munus & opus* vtriusq; partis animæ rationalis. Tertio rursum tradit περὶ τῆς προαιρέσεως, i. e. *de electione*, quæ debet semper antecedere actionem virtutis. De primo, quoniā homo, *vt Cic. lib. 2.* de fine ait, ad duas res natus, ad cognoscendum & agendum: ideo ēt natura ei quædam quasi principia, quib. incitatur & impellitur homo ad aliquid cognoscendum vel agendum. Horum principiorum Arist.

De primo.

Principia actionum & veritatis.

Sensus

Mens

Appetitus.

Sensus & mens quid differant.

tria in hoc huius cap ponit, quæ nominat κύρια *principales caussas actionis & veritatis*, i. e cognitionis. Nam præcipuus finis cognitionis est veritas: ideo Aristoteles veritatem hoc loco ponit pro cognitione. Sunt autem hæc tria. αἴσθησις *sensus*, ὁ νοῦς *mens* siue *ratio*, quę pertinent ad ad cognitionem. Tertium est ὄρεξις appetitus, qui pertinet ad actionem Excitat enim hominem, vt ad rem cognitam suscipiat agendum: sed differunt duo illa principia cognitionis sensus & mens: quod sensus tantum prębet cognitionem accidentium, quia tātum versatur circa exteriora, neq; potest rerum essentias, formas & caussas perspicere: Ideoq; tātum adfert cognitionem τοῦ ὅτι, *quod ita aliquid sit*: non adfert autem cognitionē τοῦ διότι quare res sit, aut τοῦ τί ἐστι *quid res sit*. Mens aūt & ratio nō immeratur in exterioribus accidentibus: sed posteaquā illa per sensum tanquam ministrum ad eum sunt delata, tum progreditur ad cognitionem caussarum & ad formam essentialem, cuiusq; rei, quæ cognitio dicitur τί ἐστι & διὰ ὅτι ἐστιν. Continent enim definitionē & veras caussas rei: atq; hæc cognitio longe certior & prefectior est, quam sit cognitio sensuum. Propter hanc caussam etiam Aristoteles hoc loco dicit sensum, i. e. cognitionem, quæ fit per sensus, reuera & proprie non esse principia vllius actionis, quæ quidem actio debeat esse recta & secūdum virtutem. Nam cognitio sensuum, quia tantum proficiscitur

Cognitio sensuum incerta

scitur ex accidẽtibus, est incerta & fallax: vnde etiam necesse est *errare eum, qui tantum illam cognitionem in agendo sequi velit.* Quod autem sensus proprie loquendo non sit principium actionis probat Arist. tali argumẽto. *Si sensus essent verum principium actionum, tum etiam bestiæ dicerentur agere aliquid, quoniam sensu sunt prædita:* Sed *bestiæ non dicuntur proprie aliquid agere.* Igitur *sensus non est verum principium actionum.* Quod si quis obiiciat *bestias currere, edere, bibere, gustare, onera trahere, currũ vel aratrum & similia his facere, an non sit hoc aliquid agere?* Respondendum est *vocabulum actionis proprie non posse bestijs attribui propter talia eorum facta:* Quia *actio omnis debet proficisci ex electione cui coniuncta est ratio & volũtas. In bestijs autem neq; ratio, neq; voluntas est, multo minus electio.* Ergo *bestijs non põt attribui vocabulũ actionis:* sed cũ talia faciunt, de quib. dictũ est, solum dicũtur *κινεῖσθαι* moueri, & ὁρμᾶσθαι καὶ φέρεσθαι, i. e. *impetu quodam vel naturali vel violento ferri & moueri ad eiusmodi aliquid faciendum aut præstandum.* Hoc ergo modo Aristoteles remouet sensum a principiis actionum humanarum, & sic relinquuntur adhuc ex trib. propositis duo scil. ὁ νοῦς καὶ ὁ λόγος, id est, *mens siue ratio* & ἡ ὄρεξις *appetitus.* Hæc duo, quo pacto sint principia actionum humanarum ostendit Aristoteles ex analogia, quam inter se habent ad excitandam *προαίρεσιν electionem,* ad suscipiendam actionem. Analogia autem illa est partim ratione obiectorum, partim operationum ratione. Vt enim mentis duo sunt obiecta, *verum* & *falsum*: operationes quoque duæ, *affirmatio & negatio:* Ita appetitus sunt duo obiecta, *bonum* & *malum*: operationes etiam duæ *persecutio* & *fuga.* Itaque vt mens verum cognoscit & idem affirmat: sic appetitus id, quod bonum esse iudicat, expetit & persequitur, & vt mens quoq; cognoscit, quod est falsum, atque illud negat: ita appetitus, quod malum esse iudicat, fugit & auersatur. Proinde ꝙ est in mente respondet bono, quod est in appetitu est falsum, quod est in mente respondet malo, quod est in appetitu.

Sensum non esse principiũ actionis.

Obiectio.

Responsio.

Mentem & appetitum esse principia actionum

Respond.

Eodem modo affirmationi, veritatis corrẽspõdet perpetuo appetitus: Quemadmodum enim mens verum affirmare, & falsum negare: ita appetitus bonum

debet persequi & malum fugere, si modo recte ista se sint habitura. Per verum a. & falsum hoc loco non intelligitur illud, quod in sola cõtemplatione consistit, sed illud, quod refertur ad actionem, quotidie mẽs cupit cognoscere, vt ad illud consequendum, actionem aliquam suscipiat: & ideo vocatur *verum expetibile*, nihilq; aliud est, quam bonum verum. Itaq; cum mens affirmat esse verũ bonum, tum appetitus debet istud expetere: Sin vero negat aliquid esse verum bonũ, sed dicit esse falsum & malum, tum appetitus debet illud auersari & fugere. Nam inquit Arist. oportere esse quandã συμφωνίας, i.e. *consensum inter mentem & appetitum*, vt nimirum τὰ αὐτὰ, eadẽ affirment & persequantur: Atq; hoc modo existet ex illo cõsensu mentis & appetitus σπουδαία προαίρεσις, i.e. *bona & recta collectio*, quam subsequitur bona & recta actio.

Per verũ & falsum quid nunc intelligitur.

Β τ δι θεωρητικῆς.) Hæc est altera pars cap. in qua ostẽditur, quod nã sit οἰκεῖον ἔργον, id est, *proprium munus seu officium vtriusq; partis animæ rationalis*. Illa autem consistit in sola veritatis cognitione. Nam hoc est proprium mentis & rationis cognoscere verum & falsum: quæ cognitio etiam solius proprie hominis est. Sed cum duæ sint partes animæ rationalis, vt antea dictum est, & quidem inter se distinctæ, ideo non eodem modo circa veritatis cognitionem versantur. Nam prior pars, quę nominatur ἐπιστημονικὴ solum in nuda veritatis cognitione & contemplatione acquiescit, & non vlterius progreditur, sed contenta est ista cognitione: quemadmodũ mathematicus contentus est nuda hac cognitione, quando scit in omni triãgulo tres angulos duobus rectis esse pares: & physicus contentus est hac cognitione, quãdo scit tria tantum esse rerum principia: Item quatuor esse solum elementa, nihil vacuum omne in rerum natura. Altera autem pars animæ rationalis, quæ nominatur λογιστικὴ & βουλευτικὴ nuda cognitione non est contenta veritatis: sed illam cognitionem refert & accommodat ad actiones, vt nimirũ bonum, quod cognoscit, ẽt possit sibi cõparare & acquirere. Exẽpli gratia. Philosophus morales cognoscit, *quod honestũ & laudabile sit secundũ virtutem agere & viuere*: verum ista cognitione non est cõtentus, aut non debet esse contentus, sed vlterius progredi,

Animæ rationalis proprium munus quod.

di, & id ꝙ cognoſcit agendo declarare. Notanda a. eſt in hoc loco ſignificatio duorũ vocabulorum nempe τῦ νῦ *mentis & τ͂ διανοίας cognitionis vel ratiocinationis.* Nam hęc vocabula non ſemper eodẽ modo ab Ariſt vſurpãtur: vocabulũ ὁ νῦς duob. modis accipitur, vt pro tota mente & anima rationali, qua homo aliq̃d intelligit & cognoſcit: id ſic diuiditur ὁ νῦς in duas veluti partes ſiue potẽtias, quarum vna dicitur νῦς θεωρητικὸς *mens cõtemplatiua*, per q̃ intelliguntur principia θεωρητικὰ altera pars dicitur νῦς πρακτικὸς *mens actiua* per quam cognoſcuntur principia practica: vel accipitur ſpecialiter pro eo habitu, quo cognoſcuntur principia demonſtrationum, vt ſunt ἀξιώματα καὶ κοιναὶ ἔννοιαι, & tũ non ſignificant ipſam mentẽ hominis: ſed ſignificãt habitũ mentis certum, ac numeratur inter quinq; virtutes intellectuales. Eodẽ modo διάνοια vel generaliter accipitur, vel ſpecialiter. Generaliter ſignificat, quãuis animæ rationalis cognitionem, imo ẽt pro ipſa anima rationali ponitur. Vnde ẽt virtutes, q̃ ſunt in intellectu & anima rationali, nominantur διανοητικαί: Quod v. ſpecialiter accipitur, tũ idẽ fere eſt, quod λογισμὸς *mentis ratiocinatio & diſcurſus*, quãdo ſcil. mens non ſimpliciter aliq̃d percipit & cognoſcit, ſed per aliꝙ mediũ, & veluti per ratiocinationem aut ſyllogiſmũ aliquid cognoſcit. Vnde Plato in Sophiſtica ait ἡ διάνοια ἐστὶν αὐτῆς τ͂ ψυχῆς πρὸς ἑαυτὴν διάλογος, i. e. *mẽs eſt ipſi° animæ cum ſeipſa ratiocinatio.* In hac ſignificatione nõ dicitur de tota anima rationali, ſed tantum de poſteriore parte, quã ratiocinamur deliberamuſq; de rebus agẽdis, ad quam ẽt pertinet ea διάνοια, quæ nominatur ποιητικὴ id eſt, *per quã ratiocinamur de opere aliquo efficiendo*, quæ propria eſt ipſius artis. Itaq; triplex eſt διάνοια: vna θεωρητικὴ, per quã ſimpliciter aliquid cognoſcimus & contẽplamur, atq; ea propria eſt τ͂ σοφίας καὶ ἐπιστήμης, i. e. *ſapiẽtia & ſcientia*, altera eſt πρακτικὴ, *per quã ratiocinamur de reb. agendis* & ea eſt ꝓpria τ͂ εὐφρονήσεως *prudentia*. Tertia eſt ποιητικὴ per quam ratiocinamur de opere aliquo efficiendo, & hæc propria eſt τῆς τέχνης, id eſt, artis.

Mẽs quid ſignificat.

διάνοια quid ſignificat & quot modis accipiatur.

διάνοια eſt triplex

C πράξεως μὲν.) Hęc eſt tertia pars huius cap in qua rurſus q̃dam agit περὶ τ͂ προαιρέσεως *de electione*, quã in prima parte huius cap. dixit cõſtare ex mente & appetitu, atque

Electio ex quibus conſtat.

excitare & impellere homines ad actionẽ aliquam suscipiendam. Nam omnem actionem præcipue æstimari ex electione, quę si bona vel mala sit, etiã ipsa actio bona vel mala dici potest. Vt aũt mens & appetitus sunt prima & simplicissima principia actionum humanarum: ita ostẽdit hoc loco προαίρεσιν esse quasi compositum, secundum & principium actionum: simul etiam admonet de materia seu obiecto τῆς προαιρέσεως, *circa quas partim ea res versatur*: quorum omnium cognitio in hac doctrina maxime est necessaria, propterea quod ἡ προαίρεσις est, id quod in actionibus præcipue spectatur. Quod ergo ad primum attinet Arist. argumento desumto a posteriore, id est, ex actionibus quæ ab electione proficiscũtur, probat ipsam προαίρεσιν, esse compositum quiddam ex mẽte & appetitu, cuius argumenti hæc est forma. *Nulla actio siue bona sit, siue mala suscipitur absque ratione & appetitu seu voluntate hominis*: Sed προαίρεσις *est caussa actionum, quod patet ex iis, quæ in 1 parte cap. dicta fuerũt*: Ergo προαίρεσις *non est absq; appetitu & ratione, sed ex his duob. quodammodo est composita.* Quod ad maiorem attinet propositionem, notanda est diuisio actionum: alia enim est bona, quæ nominatur εὐπραξία, quæ proficiscitur ex ratione recta, & recto appetitu, & recta voluntate. Nã hæc duo coniuncta efficiunt σπουδαίαν προαίρεσιν, i. *bonam electionem*, vt in parte prima capitis huius dictũ est, ex qua etiã sequitur bona actio. Alia autem dicitur mala & vitiosa actio *δυσπραξία*, quę proficiscitur ex mala & vitiosa ratione, & deprauata voluntate, ex quibus exsistit in homine, aut anima hominis, mala electio, quam etiam cõsequitur mala actio. Quod ad rationem attinet, in qua dicitur, quod προαίρεσις sit caussa actionũ, id manifestum est ex iis, quæ antea fuerunt dicta. Nam, *si ratio & appetitus sunt prima principia actionum*: *Ex ratione autem & appetitu exsistit* προαίρεσις: Ergo *etiam ipsa* προαίρεσις *erit caussa actionum*? secundum illud scholasticum στοιχεῖον vel dictum: *Quod est caussa caussæ, id etiam est caussa*: *vtrum* προαίρεσις *sit caussa efficiens, an vero caussa finalis actionũ.* Ad hoc respondet Aristoteles, quod caussa efficiens, quæ nimirum mouet agentem, vt actionem suscipiat. Non autem προαίρεσις est caussa finalis actionum, quia finem proprie

Electionẽ esse compositam ex mente & appetitu.

Arg.

Actionũ diuisio in Bonam et Malam.

Electionẽ esse caussam actionum.

proprie non dicimur προαιρεῖσθαι, id est, *eligere*, sed simpliciter velle, quemadmodum *lib. 3. cap. 4.* dictum est, de voluntate. Nam in eo differunt potissimum voluntas & electio, quod voluntas est τοῦ τέλους, *finis*: electio autem τῶν πρὸς τὸ τέλος, *nonnullorum, quæ pertinent ad finem*: proinde finem dicimur velle: media enim ad finem dicimur eligere. Exempli gratia: *imperator belli simpliciter vult finem*, id est, *victoriam*: *eligit autem ea, quæ pertinent ad finem*, id est, *media ad consequendam victoriam. Ita mercator vult & expetit finem*, id est, *opes & divitias: eligit autem media, per quæ existimat se posse finem illum consequi.* Ex his Aristoteles in præsenti textu duo quasi infert πορίσματα, quorum vnum continet definitionem τῆς προαιρέσεως, quod nimirum προαίρεσις, nihil aliud sit, quam intellectus, appetens aliquid, aut κατ' ἀντιστροφὴν προαίρεσις, est appetitus intelliges. Quæ duæ definitiones etiam congruunt cum ea definitione, quæ in lib. 3. fuit proposita. Quod προαίρεσις sit appetitus cum consultatione. Alterum πόρισμα est de subiecto προαιρέσεως. Quæritur enim in quo subiecto προαίρεσις locum habeat. Ad hæc respondet Aristoteles, quod subiectum sit ipse homo, quoniam in solo homine ista duo concurrunt, ratio νοῦς, & appetitus rationem intelligens. Quia autem in solo homine locum habet προαίρεσις, & προαίρεσις est caussa actionum. Ideo etiam hoc loco dicitur esse caussa & principium actionum, sed non primario, verum secundario loco, quemadmodum artifex dicitur esse caussa & principium operis artificiosi.

προαίρεσις quid.

Electio in quo subiecto locum habeat.

Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν) Hactenus ergo Aristoteles ostendit, quæ sit caussa conficiens προαιρέσεως, & quæ sit caussa formalis, id est, *definitio* eius, iam vlterius progreditur ad caussam materialem, & ostendit, quæ materia, seu, quod obiectum, circa quod προαίρεσις versatur. De eo etiam libro tertio dictum fuit, quod nimirum προαίρεσις tantum versetur circa ea, quæ sunt in nostra potestate: idem etiam hoc loco dicit, sed aliis verbis, quod nimirum προαίρεσις non sit de rebus præteritis, id est, quod nullum præteritum, & quod iam factum est, cadere in electionem non potest. Atque hoc declarat. Nemo enim inquit Aristot. Græcorum amplius eligit, Troiam

Electionem non esse de præteritis.

expugnare & euertere, quia illud iamdudum est factum: deinde probat hoc ex definitione προαιρέσεως. Nam προαίρεσις est quædam βούλευσις, id est, *consultatio & deliberatio*: sed *de præteritis nō potest esse deliberatio*. Maior probatur, quia *consultatio tantum suscipitur de eis, qui possunt aliter fieri: præterita autem non possunt aliter fieri. Ergo de præteritis non potest esse consultatio*. Minorem probat Aribat Aristoteles testimonio & auctoritate veteris Poetæ Agathonis, qui dixit, *Iouem omnia alia posse præstare, præterquam hoc solum, quod non potest facta infecta reddere*, id est, *ea quæ præterita sunt immutare*. Hic subiicit conclusionem, & huius & præcedentis capitis, qua affirmat vtriusq; partis animæ rationalis, οἰκεῖον ἔργον, i. *proprium opus & munus esse τὴν ἀλήθειαν, veritatem, seu veritatis cognitionem*: & proinde vtriusq; partis propriam virtutem esse eam, secundum quam maxime veritatem cognoscit, & in agendo sequitur. Qui autem sint illi habitus, & quænam illæ virtutes, quibus veritas cognoscitur, deinceps esse explicandum.

Argum.

Facta infecta fieri nequit.

ΚΕΦ. γ'.

A Ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν, περὶ αὐτῶν πάλιν λέγωμεν. ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι, πέντε τὸν ἀριθμόν. B ταῦτα δ' ἐστὶ, τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς. ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι. ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστιν, ἐντεῦθεν φανερὸν, εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι, καὶ μὴ ἀκολουθεῖν ταῖς ὁμοιότησι. πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν ὃ ἐπιστάμεθα μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν. τὰ δ' ἐνδεχόμενα ἄλλως, ὅταν ἔξω τοῦ θεωρεῖν γένηται, λανθάνει εἰ ἔστιν ἢ μή. ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶ τὸ ἐπιστητόν. ἀΐδιον ἄρα.

CAP. 3.

SVmto igitur altius principio, rursus de ipsis dicamus. sint autem ea, quibus animus affirmando aut negādo verum dicat, numero quinque: hæc vero sunt, ars, scientia, prudentia, sapientia, intelligentia: nam existimatione & opinione fieri potest, vt mentiamur. scientia quid sit, inde manifestum est, si exquisite disserere, & non sectari similitudines oportet. Omnes enim id, quod scimus, non posse aliter habere existimamus: quæ autem aliter esse possunt, cum extra contemplationem fuerint, an sint, necne, latet. quod igitur sub scientiā cadit, necessario est. ergo æternum.

quæ

quæ enim necessario sunt, simpliciter omnia sunt æterna: quæ autem sunt æterna, nec gigni, nec labefactari possunt. Præterea doceri posse omnis scientia videtur: & quod sciri potest, dici posse. ex præcognitis autem fit omnis doctrina: ut etiam in Analyticis dicebamus. nam altera ex inductione fit, altera ratiocinatione. atq; inductio quidem principium est etiam universi. ratiocinatio vero ex universis. sunt igitur principia, ex quibus est ratiocinatio, quorũ non est ratiocinatio: ergo inductio. scientia igitur est demonstrans habitus, & quæcunq; alia definimus in Analyticis. quando enim quodã modo credit, & nota ipsi sunt principia, scit. Nam nisi magis quam conclusio, scientiam ex accidente habebit. Ac de scientia quidem in hunc modum definitum sit.

τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὄντα, ἁπλῶς ἀΐδια πάντα· τὰ δ᾽ ἀΐδια, ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα. ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, καὶ τὸ ἐπιστητὸν μαθητόν. ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν. ἡ μὲν γὰρ δι᾽ ἐπαγωγῆς, ἡ δὲ συλλογισμῷ. ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ ἀρχή ἐστι καὶ τοῦ καθόλου· ὁ δὲ συλλογισμὸς, ἐκ τῶν καθόλου. εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς, ὧν οὐκ ἔστι συλλογισμός. ἐπαγωγὴ ἄρα. ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτικὴ, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς. ὅταν γάρ πως πιστεύῃ, καὶ γνώριμοι αὐτῷ ὦσιν αἱ ἀρχαὶ, ἐπίσταται. εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμπεράσματος, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει τὴν ἐπιστήμην. περὶ μὲν οὖν ἐπιστήμης, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

COMMENTATIONES.

Ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν.) Hactenus habuimus veluti προοίμιον huius libri: sequitur iam altera pars libri, quæ continet ἔκθεσιν, *explicationem habituum seu virtutum intellectus.* Huius enim cap. duæ sunt partes: Prima continet enumerationem eorum habituum: altera pars de primo habitu, nempe περὶ τῆς ἐπιστήμης, id est, *de scientia.* De prima parte quinq; sunt habitus seu virtutes intellectus, quæ nominantur διανοητικαί, *intellectuales*, quibus verũ cognoscitur, & vel affirmando, vel negando enunciatur: nempe scientia ἐπιστήμη, ars τέχνη, prudentia φρόνησις, sapientia σοφία, & intelligentia ὁ νοῦς. Quod vero

Duæ sunt partes huius capitis.

De prima.

Virtutes intellectuales tantum quinq; esse.

tantum sint quinq;, nec plures, nec pauciores, id Aristoteles hoc loco non probat, sed simpliciter ita sumit & statuit. Potest tamen duabus rationibus per diuisionem probari: Primum, ex ipsis obiectis, circa quæ isti habitus versantur: nam intellectus non versatur circa necessaria, vel circa contingentia. Necessaria sunt triplicia: vel enim sunt ipsa principia, & eorũ habitus, quo cognoscuntur, dicitur intelligentia: vel sunt conclusiones, quę ex principiis deducuntur, harum notitia dicitur scientia: vel sunt conclusiones simul cum principiis coniunctæ, quarũ notitia nominatur sapientia. Contingentia autẽ alia sunt extra hominẽ posita, quæ tantũ a fortuna & casu pendent, quarũ etiam nullus est in homine habitus, quia sunt incerta, & propterea earum notitia etiam leuis est & incerta, & nominatur *δόξα opinio*, & ὑπόληψις assumtio, i.e. *leuis suspicio & existimatio de aliqua re.* Alia vero possunt ab hominibus fieri, & illa sunt rursus duplicia, vel enim sunt πρακτικὰ, i. *consistũt in sola Actione*, quorum cognitio dicitur *φρόνησις prudentia*: vel sunt ποιητὰ, *consistunt in effectione alicuius operis*, quorũ cognitio dicitur *τέχνη* ars. Atq; hæc est prima diuisio. Altera diuisio sumitur a natura istorũ habituum. Nam habitus intellectuales aut sunt simplices, aut sunt compositi ex simplicibus. Simplices habitus intelligũt & cognoscunt aliquid, vel absq; medio seu ratiocinatione, vt est νοῦς intelligentia, qua percipimus principia: vel cognoscunt aliquid per medium, & per quandam ratiocinationẽ: vel per ἀπόδειξιν, quæ cognitio dicitur ἐπιστήμη: vel per διαλεκτικὴν, per quam intelliguntur, vel ea, quæ sunt agenda, vt prudentia, vel quę sunt efficienda, vt *ars*. Atqui hi habitus cognitionis sunt simplices. Compositus autẽ habitus est *Σοφία* ipsa, i. *sapientia*, per quam non solum ipsa principia absq; medio, sed etiã conclusiones, quę per aliquod medium ex principiis efficiuntur, intelligimus. Quod vero attinet ad *τὴν δόξαν, opinionem*, & *ὑπόληψιν, suspicionem*, quæ etiam versantur circa verum vel falsum: hæ quia iustitiæ habent cognitionem, non numerantur inter habitus seu virtutes intellectus, q a per illas possumus falli & decipi circa veritatẽ. Itaq; non possunt habitus seu virtutes animi nominari, quia non perficiunt intellectum nostrum.

Necessaria sunt triplicia.

Contingentia.

B ium-

B ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστι.) Hæc est altera pars huius cap. in qua Aristotel. breuiter explicat primum habitum intellectus, qui nominatur ἐπιστήμη, scientia. Breuiter autem solum de ea agit, quia arctior & plenior eius explicatio & tractatio habetur in duobus libris posterior. analyticorum. Omnia autem, quæ in hoc cap. de ea agit, possunt ad hæc tria referri: Primũ enim ostendit, quod sit scientiæ obiectũ, circa quod versatur, id est, quarũ rerũ sit scientia: deinde ostendit, quæ sit eius caussa efficiens, i. quo pacto possit comparari: tertio, q̃ sit eius definitio. Obiectũ scientiæ ab Aristot. nominatur ἐπιστητὸν, *scibile*, i. id, q͂ sciri seu scientia cõprehendi potest. Iam ergo quæritur, *vtrum omnia possint sciri, seu vtrũ omnium rerũ sit scientia?* Ad hoc respondendũ est, scientiam tantũ esse eorũ, quæ sunt necessaria, i. quæ semper eodẽ modo se habent, & vt Aristot. inquit, quę sunt ἀΐδια *sempiterna*, ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα, i. *quæ carent ortu & interitu*. Quod vero taliũ solum sit scientia, probat Aristot. primum ex hominũ opinione, *quia tum demum homines existimant, se aliquid scire, quando illud, quod sciunt, intelligunt non posse se aliter habere:* deinde probat a cõtrario, ἀπὸ τῶν ἐναντίων, i. *ab iis, quæ non perfecte sciuntur.* Cuiusmodi sunt contingentia, quæ nonnunquã aliter se habere possunt, & propterea nõ potest idem de illis semper affirmari, & illi nõ possunt semper de subiecto dici. Itaq; contingentiũ non habemus scientiã, sed tantũ aliquã opinionẽ. Nam quando sunt extra nostrũ intellectũ, & a sensibus nostris sunt remota, tum nõ possunt certo a nobis affirmari vel negari: quoniam ignorantur, vtrũ sint, nec ne. Exempli gratia: De Socrate absente nõ possum certo affirmare, quod sit sanus, ambulet, disputet, quia hæc & huiusmodi sunt tantũ contingentia: quod autẽ sit homo, quod sit sensu, motu, rationeq; præditus, id de eo semper possum, quã diu viuit, affirmare, quia sunt necessaria. De altero: Quod vero ad caussam efficientẽ scientiæ pertinet, duæ sunt notandæ: primo, *ex quibus:* deinde, *quomodo*. De vtroq; inquit Arist. πᾶσα ἐπιστήμη, *omnis scientia ac doctrina põt cõparari.* Omnis aũt doctrina ꝑficiscitur ex quibusdã antea cognitis. Quib. verbis Arist. ostẽdit, eũ, q scietiã alicuius rei cõparare vult, debere discere, qa scietia cõpara-

Scientiæ obiectum.

Sciri. vtrum omnia possint.

Scientiæ caussa efficiens.

tur discendo: discentem autem debere secum afferre aliquam *προγνωσιν* generalē, & quodammodo incoatam eius rei, quam discere vult, cognitionem: alioquin non potest docentem intelligere. Atq; hinc est, quod bestiæ non possunt aliquid discere, quia in illis nulla est προγνώσις, id est, *incoata cognitio*. Sed iam quæritur, *quomodo fiat ἐπιστήμη scientia, vtrum per ἐπαγωγὴν inductionem, an vero per syllogismum?* Respondet Aristoteles, scientiam non fieri ex singularibus, quoniam debet fieri ex caussis, quæ sunt vniuersales: Nam *scire, est caussam rei cognoscere*: deinde, *scientia fieri debet per συλλογισμόν. Quia autem scientia est rerum necessariarum, non potest fieri ea per syllogismum sophisticum, qui est rerum falsarum, neq; per syllogismum dialecticum, qui est rerum probabilium.* Ergo *relinquitur, quod scientia fieri debeat per syllogismum apodicticum.* Vnde etiam scientia dicitur esse habitus per ἀπόδειξιν demonstrationē ex veris primis & necessariis principiis, & caussis in animo comparatis. Ex his Aristot. tertio loco intelligit definitionē scientiæ, sed nō plenā hoc loco ponit, verum remittit lectorē ad libros post. ἀναλ. in quibus hæc definitio sciētiæ traditur: Sciētia est *habitus demonstratiuus, quo percipimus & cognoscimus conclusiones necessarias per caussas veras, primas inter mediatas, potiores & priores.* Quod vero propositiones, ex quibus scientia & cognitio apodictica fit, tales esse debeant, id probat Aristot. a contrario. Nam, inquit, si propositiones tales non sunt, nō possunt verām scientiā efficere, sed tantū scientiā aliquam p accidens. Quibus verbis obiter ostendit, duplicē esse scientiā: vnā ꝓprie dictam, q̄ fit per syllogismū apodicticū, cuius ꝓpositiones tales, quales modo descripsimus: alteram vero scientiā esse per accidens, *κατὰ συμβεβηκός*, i. nō veram & perfectā, quando aliquid scimus, nō per ἀπόδειξιν, demonstrationē seu syllogismū apodicticum, quæ scientia potius opinio est nominanda. Nam, vt inquit Aristot. nisi propositiones, ex quibus fit conclusio, quæ ex illis fieri debet, non possunt nobis adferre veram scientiā eius rei, q̄ inde cōcluditur. Imo etiā Dialectici præcipiunt, mediū in syllogismo apodictico magis notū & probabilius esse debere ipsa conclusione, quandoquidē, dubiū per aliud dubiū nō potest probari.

Scientia quomodo fiat.

Scientia definitio.

CAP.

CAP. 4.

Eius autem quod habere aliter potest, quiddam est & efficiendum, & agendum. at effectio diuersum est, & actio. credimus autem de ipsis popularibus etiam sermonibus. Quare etiam habitus agens cum ratione, ab efficienti habitu cum ratione, diuersum quid est. Neque altera ab altera continetur. neque enim actio effectio, neque effectio actio est. Quoniam autem architectura, ars quadam est, atq; id, quod habitus quidam cum ratione efficiens: neque vlla ars est, quæ non sit habitus cum ratione efficiens: neque vllus huiusmodi, qui non sit ars: idem erit ars & habitus cum ratione vera efficiens. Versatur autem ars omnis in rebus, quæ gignuntur, & in comminiscendo, & contemplando, vt eorum aliquid fiat, quæ & esse & non esse possunt, quorumq; principium est in faciente, non in eo, quod efficitur. Neq; enim rerũ, quæ ex necessitate vel sunt vel fiunt, ars est: neq; naturalium. in se enim hæc principiũ habent. Quia autem effectio diuersum quid est & actio, necesse est non actionis, sed effectionis artem esse. & quodammodo in iisdem versantur fortuna & ars, sicut etiam Agatho inquit:

Ars diligit fortunam, & artem fors amat.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

A

Τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, ἔστι τι καὶ ποιητὸν καὶ πρακτόν. ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις, καὶ πρᾶξις. πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ αὐτῶν καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις· ὥστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ, ἕτερόν ἐστι τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως· καὶ οὐδὲ περιέχεται ὑπ' ἀλλήλων. οὔτε γὰρ ἡ πρᾶξις ποίησις, οὔτε ἡ ποίησις πρᾶξίς ἐστιν. ἐπεὶ δ' ἡ οἰκοδομικὴ, τέχνη τίς ἐστι, καὶ ὅπερ ἕξις τις μετὰ λόγου ποιητική· καὶ οὐδεμία οὔτε τέχνη ἐστὶν, ἥτις οὐ μετὰ λόγου ποιητικὴ ἕξις ἐστίν· οὔτε τοιαύτη, ἣ οὐ τέχνη· ταὐτὸν ἂν εἴη τέχνη καὶ ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική. ἔστι δὲ τέχνη πᾶσα περὶ γένεσιν, καὶ τὸ τεχνάζειν, καὶ θεωρεῖν, ὅπως ἂν γένηταί τι τῶν ἐνδεχομένων καὶ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι, ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ποιουμένῳ. οὔτε γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων ἢ γινομένων ἡ τέχνη ἐστὶν, οὔτε τῶν κατὰ φύσιν. ἐν αὐτοῖς γὰρ ἔχουσι ταῦτα τὴν ἀρχήν. ἐπεὶ δὲ ποίησις καὶ πρᾶξις ἕτερον, ἀνάγκη τὴν τέχνην ποιήσεως, ἀλλ' οὐ πράξεως εἶναι· καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ἡ τύχη καὶ ἡ τέχνη, καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησὶ,

Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην.

ἡ μὲν οὖν τέχνη ὥσπερ εἴρηται, ἕξις τις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική ἐστιν· ἡ δ' ἀτεχνία τοὐναντίον, μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητικὴ ἕξις, περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν.

Ars igitur, vt dictum est, habitus quidam est cum ratione vera efficiens: inertia autem contra cum ratione falsa efficiens habitus, in re quæ aliter habere potest.

COMMENTATIONES.

In hoc capit. 3. traduntur.

A τῶν δ' ἐνδεχομένων.) In hoc cap. explicat Aristot. alterum habitum intellectus, qui nominatur τέχνη *ars*. Tria autem præcipue in hoc cap. de arte traduntur: Primum, *quomodo differat ars a sapientia, & prudentia*: deinde, *quæ sit eius natura, circa quam versatur*: tertio, *quæ sit eius definitio* Notandum vero est vocabulū artis bifariam apud Latinos accipi: vel Generaliter & communiter, vel Specialiter & proprie. Quando generaliter accipitur, significat quamuis doctrinam & scientiam, quæ certis præceptis constat: & in hac significatione Quintil. *lib. 2 cap. 19.* triplices facit artes, nempe contemplatiuas, vt sunt *scientiæ mathematica, physica*: actiuas, vt est *ethica & politica*: effectiuas, vt sunt *artes mechanicæ, quæ opus aliquod efficiunt*. Quod vero proprie & specialiter accipitur, tantum intelligitur vocabulū artis de hoc postremo genere, & in hac significatione etiam ab Aristot. in hoc cap. vsurpatur Quod autē attinet ad discrimen, quod est inter artem & reliquos habitus intellectus. Primo notandum est, artem & prudentiam in duobus præcipue conuenire: Primum in subiecto, cui insunt. Nam vterq; habitus est in altera parte animæ rationalis, quę dicitur λογικὴ: deinde etiam conueniunt in obiecto, circa quod versantur. Nam vterq; habitus versatur circa ea, quæ aliter se possunt habere, & vocantur ἐνδεχόμενα contingentia. Differunt autē rursum duobus modis: Primum ταῖς ἐνεργείαις *operationibus*. Nam prudētiæ propriū πράττειν, id est, *agere aliquid eorum, quæ ad virtutem seu societatem ciuilem pertinent*. Artis vero proprium est ποιεῖν, *opus aliquod efficere*: deinde differunt fine. Nam prudentiæ finis est ipsa actio: artis autē finis est aliquod opus, quod ipse artifex operando & laborando effecit: vt poema est opus ab ipso

Artis vocabulum bifariam accipitur.
Generaliter.
Specialiter.
Ars & prudentia in duobus conueniunt.
In quibus differant.

ab ipso poeta effectum: sic domus est opus architecti, olla est opus figuli. Atqui hoc modo ars & prudentia a se mutuo differunt. Differt autem ars a scientia & sapientia variis modis: Primum differt subiecto. Nam scientia & sapientia sunt in mente contemplatiuæ, quæ est nobilissima & præstantissima animæ rationalis pars. Ars autem est in altera animæ rationalis parte, quæ nominatur actiua. Deinde etiam differt obiecto seu materia, circa quam versatur. Nam scientia & sapientia versantur circa necessaria & sempiterna, quæ nunquā possunt mutari, & aliter se habere. Ars autem versatur circa contingentia. Tertio differt etiam *ταῖς ἐνεργείαις operationibus.* Nam, *ut antea dictum est*, artis operatio dicitur *ποίησις* effectio: scientiæ autem & sapientię operatio dicitur *θεωρία contemplatio.* Quarto differt caussa efficiente. Nam ars versatur circa ea, quorum caussa efficiens est externa, & non in ipsa re, quæ efficitur: scientia autē & sapientia versantur circa ea, quorū caussa efficiens est in illis ipsis rebus, quarū est scientia, & hoc modo ars etiam differt a natura, quod natura in seipsa habet caussam efficientē eorum, quæ fiunt: quæ autē ab arte fiunt, eorum caussa efficiens seu principiū est extra rem, quæ fit. Postremo differunt etiam fine. Nam scientiæ & sapientiæ finis consistit in sola contemplatione: artis vero finis cōsistit in ipso opere, quod ab artifice est effectū: itaq; scientia finem habet in seipsa: ars autem suum finem habet extra se, id est, in ipso opere. Quod vero ad definitionem attinet artis, Aristot. talem ponit: *τέχνη ἐστὶν ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική*, id est, *ars est habitus cum vera & certa ratione aliquod opus efficiens.* Hanc definitionem probat Aristoteles primum per inductionem, quæ constat vnico solum exemplo: sed tamen, quod in vno exemplo verum est, id etiam locum habet in aliis similibus exemplis. Sumitur autem exemplum ab arte ædificatoria. Nam *ἡ οἰκοδομικὴ* est ars, cum certa ratione domum efficiens. Eodem modo de ceteris artibus dicere possumus. Exempli gratia: *Textoria est ars cum recta ratione pannum efficiens: sutoria est ars cum recta ratione calceum efficiens: librariа est cum certa ratione librum efficiens*, & sic de ceteris omnibus artibus vere dici

Differt ars & scientia & sapientia.

1. 2. 3. 4. 5.

Ars quid.

potest, quod sint habitus cũ recta ratione opus aliquod efficientes. Ergo *etiam ipsa ars recte sic definitur, quod sit habitus cum recta ratione aliquid efficiens.* Altera probatio definitionis factæ est τῇ ἀντιστροφῇ, in conuersione definitionis: non vt Dialectici præcipiunt; *Nota vera definitionis est, posse conuerti suo cum definito.* Hæc autem *artis definitio potest conuerti cum definito.* Ergo *est bona.* Minor probatur: *Nam quemadmodum ars est habitus, cum vera & recta ratione opus aliquod efficiens: ita omnis habitus cum vera & recta ratione opus aliquod efficiens est ars.* Tertia probatio huius definitionis sumitur ab eius contrario, id est, arte contraria, est inertia, quæ nominatur ἀτεχνία. Est autem præcipuum apud Dialecticos, quod contraria definiẽda sint per contrarios terminos, proinde si inertia est habitus cum falsa & vitio versa ratione aliquid efficiens, etiam eius contrariũ erit habitus cum vera & recta ratione aliquid efficiens μετὰ λόγου φαύλου ποιητικὴ ἕξις ἐστίν. Quod ad inertiam seu obiectũ artis attinet, Aristot. duas præcipue notas & conditiones materiæ artis tradit, quibus materia artis secernitur a materia scientiæ. Prima nota est, quod ars versetur circa ea, q̃ possunt aliter se habere, &, vt Aristot. dicit, *quæ sunt talia, vt possint esse, & non esse.* Et propter hãc caussam inquit, artẽ cum fortuna magnã habere cognationẽ. Idq; probat testimonio poetæ Agathonis, qui dixit, ἡ τέχνη τὴν τύχην ἔστερξε, καὶ ἡ τύχη τὴν τέχνην, id est, *ars fortunam æmulatur & amat, & rursum fortuna artem amat.* Neq; enim ars semper suum assequitur finem: imo interdum multum a fortuna vel iuuatur, vel impeditur: quo nomine etiam artifices interdum fortunati vel infortunati appellantur, quod alii aliis sunt in operando & laborando feliciores. Altera conditio materię artis est, quod principium mouens, id est, caussa efficiens operis, non est in ipsa materia, ex qua opus efficitur: sed est extra materiam, & extra opus, nempe in ipso artifice, & in eius voluntate: & hoc modo etiam opera naturalia ab artificialibus, quod illa habent caussam efficientem in se, hæc autem extra se. Officium autem artificis circa caussam materialem potissimum in his tribus consistit, nempe ἐν τῷ θεωρεῖν, ἐν τῷ τεχνάζειν, & ἐν τῷ ποιεῖν. Nam quan-

Artis nota quibus a scientia discernitur.

quando artifici suppeditatur materia, primum debet θεωρεῖν diligenter considerare, quo pacto velit ex illa materia opus artificiosum efficere, & debet quodammodo Ideam operis futuri mente & animo concipere: deinde debet τεχνίζειν, secundum præcepta artis suæ operari, vt possit talem formam, quam animo concepit, ei materiæ imponere. In hac autem re præcipue hisce tribus mediis ei opus est, nempe ἀφαιρέσει, id est, vt auferat superflua: προσθέσει, vt addat necessaria, & immutatione, vt formam materiæ immutet in aliam: tertio etiam dicitur φυτεύειν, id est, ποιεῖν, opus ipsum gignere & producere: quemadmodum etiam Cicero lib. 2. de natura Deorum inquit: *Artis maxime proprium est creare, & gignere, ita vt ars quodammodo comparetur naturæ.* Nam vocabulum φυτεύσεως generationis proprie pertinet ad naturam, quæ gignit formas rerum: sed tantum arti quoque tribuitur: quia, *vt Aristoteles lib. 2. Physic.* ait: ars est imitatio naturæ, quæ etiam instar naturæ gignit & producit opera: sed materia producit formas substantiales; ars autem tantum producit formas accidentales.

CAP. 5. ΚΕΦ. ε´.

De prudentia vero ita percipere possemus, si consideraremus quosnam prudentes dicamus. Videtur igitur prudentis esse, posse bene consultare de iis, quæ sibiipsi bona sunt, & vtilia, non ex parte, vt quænam ad sanitatem & robur: sed quæ ad vniuersam beatam vitam. Cui rei argumento est, quod eos etiam in re aliqua prudentes dicimus, cum ad finem aliquem bonum de iis, quorum non est ars, recte ratiocinātur. Quare & omnino is erit prudens, qui consultus est. Consultat autē nemo de iis, quæ esse

Περὶ δὲ φρονήσεως οὕτως ἂν λάβοιμεν θεωρήσαντες, τίνας δὴ λέγομεν τοὺς φρονίμους. δοκεῖ δὴ φρονίμου εἶναι τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύσασθαι περὶ τὰ αὑτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, οὐ κατὰ μέρος, οἷον ποῖα πρὸς ὑγίειαν ἢ ἰσχύν· ἀλλὰ ποῖα πρὸς τὸ εὖ ζῆν ὅλον. σημεῖον δ', ὅτι καὶ τοὺς περί τι φρονίμους λέγομεν, ὅταν πρὸς τέλος τι σπουδαῖον εὖ λογίσωνται, ὧν μή ἐστι τέχνη. ὥστε καὶ ὅλως ἂν εἴη φρόνιμος ὁ βουλευτικός. βουλεύεται δ' οὐθεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων, A

ἄλλως ἔχειν, οὐδὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων αὐτῷ πρᾶξαι. ὥστ' εἴπερ ἐπιστήμη μὲν μετ' ἀποδείξεως, ὧν δ' αἱ ἀρχαὶ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, τούτων μὴ ἔστιν ἀπόδειξις. πάντα γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν, καὶ οὐκ ἔστι βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων. οὐκ ἂν εἴη φρόνησις ἐπιστήμη οὐδὲ τέχνη· ἐπιστήμη μὲν, ὅτι ἐνδέχεται τὸ πρακτὸν ἄλλως ἔχειν· τέχνη δ', ὅτι ἄλλο τὸ γένος πράξεως καὶ ποιήσεως. λείπεται ἄρα αὐτὴν εἶναι ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά. B τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος, τῆς δὲ πράξεως οὐκ ἀεί· ἔστι γὰρ αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος. διὰ τοῦτο Περικλέα καὶ τοὺς τοιούτους φρονίμους οἰόμεθα εἶναι, ὅτι τὰ αὑτοῖς ἀγαθὰ καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις δύνανται θεωρεῖν. εἶναι δὲ τοιούτους ἡγούμεθα τοὺς οἰκονομικοὺς καὶ πολιτικούς. ἔνθεν καὶ τὴν σωφροσύνην τούτῳ προσαγορεύομεν τῷ ὀνόματι, ὡς σῴζουσαν τὴν φρόνησιν. σῴζει δὲ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν. οὐ γὰρ ἅπασαν ὑπόληψιν διαφθείρει, οὐδὲ διαστρέφει τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρόν, οἷον ὅτι τὸ τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει, ἢ οὐκ ἔχει. ἀλλὰ τὰς περὶ τὸ πρακτόν. αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν, τὸ οὗ ἕνεκα τὰ πρακτά. τῷ δὲ διεφθαρμένῳ δι' ἡδο-

aliter non possunt, neq. a se agi possunt. Quapropter si scientia est, cum demonstratione: quorum vero principia possunt aliter habere, eorum non est demonstratio (omnia enim possunt etiam aliter habere, de necessariis autem non licet consultare) prudentia neq. scientia, neque ars fuerit. scientia quidem, quia res agenda aliter habere potest: ars autem, quoniam aliud actionis, & aliud effectionis genus est. Restat igitur, ut prudentia habitus sit verus, cum ratione agens in iis, quæ & bona & mala homini sunt. Nam effectionis finis diversum quid est: actionis vero, non semper. ipsa enim bona actio finis est. Propterea Periclem atque tales prudentes esse putamus, quia & quæ sibi & quæ hominibus sunt bona, possunt contemplari. censemus autem esse tales rei familiaris & publicæ peritos. Inde & σωφροσύνην, id est, temperantiam hoc nomine appellamus, ut prudentiam servantem. talem enim existimationem servat: non enim omnem existimationem corrumpit, neque pervertit iucundum & molestum, ut triangulum duobus rectis æquales habere, vel non habere. sed eas tantum, quæ in agendo versantur. Principia enim agendarum rerum sunt, id cuius caussa res agendæ sunt: corruptæ autem a voluptate,

aut

aut dolore. statim principiũ non apparebit, neq; quod oporteat eius caussa, neq; ob id omnia eligere atq; agere. vitium.n. vim habet principium corrumpendi. Quamobrem necesse est prudentiam habitum esse cum ratione verũ, in humanis bonis suas actiones exercentẽ. At vero artis est virtus, prudentia aũt nõ est. Ac in arte quidem qui lubens peccat, magis eligendus: minus, qui in prudentia, sicut etiam in virtutibus. igitur virtutẽ quãdam esse, & non artem, perspicuum est. cum autem duæ sint animi partes, rationem habentium, prudentia alterius virtus fuerit, eius quæ in opinãdo versatur. nam opinio in eo est, quod aliter habere potest, itemq; prudentia. at vero neq; habitus est, duntaxat cũ ratione: indicium est, quod eiusmodi habitus oblivio est, prudentia non est.

λὺν, ἢ λύπην, εὐθὺς ἐ φαίνεται ἡ ἀρχή, ἐδὲ δεῖν τούτου ἕνεκα, ἐδὲ διὰ τοῦθ' αἱρεῖσθαι πάντα καὶ πράττειν. ἔστι γὰρ ἡ κακία φθαρτικὴ ἀρχῆς. ὥστ' ἀνάγκη τὴν φρόνησιν ἕξιν εἶναι μετὰ λόγου ἀληθῆ, περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ πρακτικήν. ἀλλὰ μὴν τέχνης μὲν ἐστιν ἀρετή, φρονήσεως δ' οὐκ ἔστι. καὶ ἐν μὲν τέχνῃ ὁ ἑκὼν ἁμαρτάνων, αἱρετώτερος· περὶ δὲ φρόνησιν, ἧττον, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἀρετάς. δῆλον οὖν ὅτι ἀρετή τίς ἐστι, καὶ οὐ τέχνη. δυοῖν δ' ὄντοιν μεροῖν τῆς ψυχῆς τῶν λόγον ἐχόντων, θατέρου ἂν εἴη ἀρετὴ τοῦ δοξαστικοῦ. ἥ τε γὰρ δόξα περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν ἐστί, καὶ ἡ φρόνησις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἕξις μετὰ λόγου μόνον. σημεῖον δ' ὅτι λήθη τῆς μὲν τοιαύτης ἕξεώς ἐστι, φρονήσεως δ' οὐκ ἔστιν.

C

COMMENTATIONES.

A περὶ δὲ φρονήσεως.) In hoc cap. Aristoteles agit περὶ τῆς φρονήσεως, id est, *de prudentia*, quæ, vt Plato *lib. 3. de legib.* ait, est ἡγεμὼν συμπάσης ἀρετῆς, id est, *dux & princeps omnis virtutis*, quæ etiam a Pythagoræis nominatur *oculus & mater omnium virtutum*, quia ipsa sola ostendit mediocritatem secundum rectam rationem, quæ in omnibus actionibus virtutum est tenenda. Primum autem Aristoteles ponit eius definitionem, & eandem declarat atq; confirmat: deinde ostendit, quo pacto prudentia differat ab arte, a scientia, a sapiẽtia & intelligentia: & sic duæ erunt partes huius cap. vna ὁριστική: altera διακριτική. De prima: quia prudẽtia est qualitas abstracta, quæ nõ cadit sub sensus, ideo Aristot. eiusdem definitionẽ inuestigat consideratione concreti, id est, *viri prudentis*, quemadmodũ etiam hactenus in omnib. virtutib,

definiendis fecit iuxta illud præceptum, quod posuit *lib 5.cap.1.* vbi dixit *habitus cognoscendos & definiendos esse ex suis subiectis, quibus insunt:* Exempli gratia. Quid iustitia sit aut fortitudo, nõ potest melius sciri, quam ex viro iusto & forti. Ita hoc in loco quid prudentia sit, optime cognosci potest ex viro prudente, id est, *ex actionibus viri prudentis.* Est a. vir prudens *is, qui potest recte consultare & deliberare de ijs, quæ sibi vel aliis per totã vitam sunt bona & vtilia* Hanc definitionem prudentis probat argumẽto a minore ad maius ex opinione vulgi. Nam inquit, *si prudentes vulgo ij dicũtur, qui recte possunt de vna aliqua re consultare & deliberare.* Igitur *multo magis prudentes hi nominandi sunt, qui recte possunt consultare de ijs, quæ ad vniuersam bene recteq; viuendi rationem pertinent.* Ex hoc prudentis viri definitione Arist. etiam colligit ipsius prudentiæ definitionem quæ talis est. *Prudentia est habitus cum recta ratione consultandi & agendi ea, quæ homini per vniuersam vitã sunt bona vel mala In hac definitione duæ potissimum differentiæ sunt notãda, quorum vna est forma, altera materia.* Forma prudentię consistit in eius propria actione. Ea autem est consultare & deliberare. Nam, *vt infra cap 7.* ait, proprium munus viri prudentis est εὖ βουλεύεσθαι, id est, *recte consultare.* Ideoque etiam prudentia dicitur ἕξις βουλευτικὴ, id est, *habitus consultandi & deliberandi.* Quod vero ad materiam attinet, Aristoteles dicit, *materiam prudentiæ eius esse omnia ea, quæ homini per vitam sunt bona & vtilia:* Quibus verbis ostendit prudentiæ *materiam, non esse vnam aliquam tantum rem, vt vir prudens de ea tantum possit deliberare recte: quemadmodũ requiruntur interdum aliqui, qui tamen de certis quibusdã rebus possunt consilium dare, quo pacto magnæ opes sint cumulandæ & acquirendæ: Ita ambitiosi possunt solum consulere, quonam pacto comparandi sint honores. Ita homines militares solum possunt consulere de gerendo bello: Medici de tuenda valetudine & sic de ceteris.* Prudentię autẽ proprium munus est posse recte consulere de omnibus ijs, quæ ad vitam recte instituendam & degendam pertinent. Ideoque pro ratione personarum, locorum & aliarum circumstantiarum. Notandum est præterea, viri prudentis proprium munus esse, vt & sibi & aliis possit

Prudens quis.

Prudẽtia definitio.

Prudẽtia forma.

Materia

Proprium munus.

recte

recte consulere. Nam hæc vtraque simul sunt coniungenda, quia interdum reperiuntur, qui sibi solum, non autem aliis possunt consulere: & rursum reperiuntur, qui aliis possunt consulere, sibi ipsis minime. Itaque Plato in Alcibiade inquit: *hunc sane recte prudentem dixerimus, qui & sibi ipsi & reipubl. & ciuitati, in qua viuit, potest bene consulere.* Itaque etiam Cicero lib. 1. offici. ait, *actionem prudentiæ maxime cerni in hominum commodis tuendis,* ac reuera prudentes dici non possunt, qui aliis solum possunt consilium dare, sibi ipsis autem non possunt consulere: aut qui sua solum commoda procurant: reipubl. autem commoda negligunt. Vnde & Cicero in Epistola ad Trebanium inquit, *illud semper memento, qui sibi ipsi sapiens esse nequit, nequaquam sapit:* & prouerbium est apud Græcos *μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός, odi sapientem, qui sibi ipsi non sapit.*

B *τὸ μὲν γὰρ ποιήσεως.*) Hoc loco Aristoteles declarat & confirmat alteram differentiam, quæ in definitione fuit posita, nempe de materia prudentiæ, quæ versatur *περὶ τὰ πρακτά circa res agendas.* Probat hoc duobus præcipue argumentis, quorum primum sumitur ab exemplo virorum prudentium per inductionem hoc modo. *Pericles Alcibiades, Themistocles, Demosthenes & his alij similes dicti fuerunt prudentes, quia potuerunt de rebus agendis & sibi & alijs bene & vtiliter consulere.* Igitur *prudentia est virtus, quæ versatur circa res agendas.* Hoc argumentum Aristoteles illustrat diuisione, qua duplicem facit prudentiam. Vna dicitur *οἰκονομική* domestica, *quæ propria est bonorum patrumfamilias, qui prudentes dicuntur, quia possunt recte consulere de ijs, quæ domi & in domesticis sunt agenda.* Altera dicitur *πολιτική*, id est, *ciuilis, quæ propria est gubernatorum reipubl. qui prudentes dicuntur, quando recte possunt consulere de publicis reipubl. negotijs.*

Prudẽtia an versetur circa res agendas.

Prudẽtia duplex.

Domestica.

Politica.

Alterum argumentum ex Etymologia sumitur seu notatione *τῆς σωφροσύνης temperantiæ*, quam ideo hoc nomine a Græcis dictam esse ait, quia *σώζει τὴν φρόνησιν conseruat prudentiam seu iudicium de rebus gerendis.* Hinc ergo sic argumentatur: *si temperantia dicitur esse conseruatrix prudentiæ, ideo quia conseruat rectum iudi-*

II. Argumentum.

cium de rebus agendis: Ideo etiam prudentia versatur circa res agendas. Sed *antecedens verum.* Ergo *& consequens.* Assumtio probatur a contrario, id est, *ab intemperantia.* Nam *intemperantia circa voluptates corrumpit iudicium de rebus agendis:* Igitur *temperantia conseruat iudicium de rebus agendis.* Antecedens rursum probatur: *quia intemperantia facit, vt non possis recte iudicare de fine suarum actionum. Finis autem in actionibus habet rationem principij, quatenus nimirum finis est prima caussa, quæ animum agentis incitat, vt actionem suscipiat.* Atque ideo Aristoteles dicit, *vt ei, cuius iudicium voluptate est corruptum etiam non possit innotescere finis actionum, vt nimirum finem verum in agendo sibi proponat. Ceterũ in agendo circa finem errare, etiam est circa principium errare: & propterea in tota actione errare vel peccare, qui enim finem malum pro fine bono in agendo sibi proponit, eum necesse etiam est, malum medium ad illum finem eligere.*

Intemperãtia corrumpit hominis iudicium.

Quod autem verum hoc sit nempe, quod intemperantia corrumpat hominis iudicium, probat Aristoteles ex loco generis hoc modo. *Omne vitium corrumpit principium, id est, hominum de principio iudicium: Intemperantia est vitium.* Ergo *intemperantia etiam corrumpit hominum iudicium de principijs.* Sed monet Aristoteles *intemperantiam non corrumpere iudicium hominis de omnibus principijs, sed tantum de πρακτικοῖς*, id est, *practicis principijs.* Nam ad πρᾶξιν actionem non requiritur solum noticia rei gerendæ, sed etiam voluntas seu appetitus. Voluntas autem facile potest a voluptate corrumpi, vt ab honestis abstrahatur ad turpia. Vnde etiam fit quod de talibus principiis non recte possit iudicare. Principia autem θεωρικὰ non ita possunt ab intemperantia corrũpi, quod Aristoteles exemplo declarat. Nam inquit homo intemperans etiam potest intelligere hoc principium, quod in omni triangulo tres anguli duobus rectis sint pares: Item quod in circulo omnes lineæ a cẽtro ad circumferentiam ductæ sint inter se æquales. Hinc etiam est, quod Epicurei, atque alii quidam in scientiis Theoricis satis acuti Philosophi fuerint, cum tantum circa res agendas habuerint deprauatum iudicium, & falsissima

ßima principia, eoquod referāt omnia πρὸς τὴν ἡδονὴν, *ad voluptatem.*

C ἀλλὰ μὴν τέχνης.) Hæc est altera pars huius cap. quæ continet discrimen prudentiæ & reliquorum habituum intellectus: Sunt autem quatuor discrimina, quæ ab Aristotele hoc loco attinguntur. Primum discrimen est, inter artem & prudentiam. Nam *hi duo habitus magnam inter se habent cognationem, partim ratione subiecti, cui insunt: ambo enim sunt in altera animæ rationalis parte, quæ dicitur λογικὴ, qua nimirum consultamus & deliberamus de re aliqua, deinde etiam ratione obiecti, quatenus versantur circa res contingentes: sed differunt primum fine, quod nimirum artis finis est effectio alicuius operis. Prudentiæ autem finis est πρᾶξις, id est, actio, quæ post se nullum relinquit opus:* Deinde differunt perfectione, quod discrimen hoc loco Aristoteles indicat: *Artis enim est aliqua virtus, i.e. perfectio, quæ aliunde ei accidit. Nam in artifice non solum requiritur ipsa ars, sed etiam virtus, probitas, diligentia & fides, ne arte sua abutatur ad aliorum perniciem. Prudentia autem nulla est virtus, id est, perfectio, quæ aliunde ei accidit, sed ipsa per se est perfecta virtus, imo reliquas virtutes morales ipsa perficit. Vnde etiam videtur esse virtus moralis, quia nulla moralis virtus sine ea esse potest, & vbi ipsa perfecta est, etiam coniunctas habet secum ceteras virtutes morales: qua de caussa non immerito a Pythagoreis dicitur oculus & mater omnium virtutum.* Alterū discrimen, quod in hoc loco ponitur etiā est artis & prudentiæ. *Qui circa artem sponte & volens peccat, is minus potest reprehendi: Quemadmodum bonus poeta volens faciat vitiosum carmen. Qui autem inuitus circa artem peccat, is videtur defuisse arti poeticæ & propterea potest reprehendi tanquam ignarus suæ artis. Contra vero se habet circa prudentiam. Nam qui volens circa eam peccat magis est reprehendendus: quemadmodum is, qui volens circa alias virtutes peccat, vt qui volens agit iniuste aut timide, aut auare aut intemperanter. Qui autem volens & inuitus circa prudentiam peccat, is minus potest reprehendi: & inuitus meretur veniam & excusationem: quemadmodum etiam is, qui inuitus circa alias virtutes peccat, vt qui inuitus agit*

Prudētia quid differat a ceteris habitibus intellectualibus.

Prudētia mater & oculus omnium virtutū.

II.

III. *rem iniustam.* Tertium discrimen est prudentiæ & reliquorum habituum. Differunt enim ratione subiecti, cui insunt, *Nam ut antea dictum est, prudentia est in altera parte animæ rationalis, qua de rebus cōsultamus & ratiocinamur, quæ hoc loco nominatur δοξαστικὴ propter τὴν δόξαν, operationē, quæ huius partis est ἐνέργεια, operatio. Nam hæc omnia nimirum opinio, cōsultatio, deliberatio, ratiocinatio, sunt de rebus contingentibus: reliqui vero habitus, nempe scientia, sapientia & intellectus sunt in prima & præstantissima animæ rationalis parte, quæ ἐπιστημονικὴ nominatur.*

IV. Quartum discrimen etiam est prudentiæ & reliquorum habituum. *Nam,* inquit, *scientia & sapientia & intellectus sunt tantum in ratione. Prudentia autem non est habitus tantum cum ratione, sed etiam cum voluntate seu appetitu. Nam in prudentia hæc duo debent concurrere, ratio & voluntas.* Hoc discrimen probat Aristoteles a signo. *Nam scientiæ & sapientiæ & intelligentiæ potest interdum existere oblivio, quemadmodum experientia testatur, sæpenumero etiam magnis viris propter morbum aut aliquem alium casum accidisse, ut omnium eorum, quæ sciebant, obliviscerentur, & amitterent omnem memoriā & scientiam. Prudentiæ nunquam potest esse oblivio, & caussa est, quia ut antea dictum est prudentia non est in sola ratione, sed etiam in voluntate, eamq; coniunctam habet: voluntas autē nunquam plane potest amitti.* Præterea, *Prudentia coniuncta est cum virtute morali: virtus autem moralis, quādo semel radices egit in animo hominis nunquam plane eum deserit.* Vnde etiam Aristoteles *lib.1.cap.*10.dixit, *Virtutes morales longe firmiores & stabiliores ipsis esse scientiis.*

ΚΕΦ. ϛʹ. CAP. 6.

A Ἐπεὶ δ' ἡ ἐπιστήμη περὶ τῶν καθόλου ἐστὶν ὑπόληψις, καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων· εἰσὶ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδεικτῶν καὶ πάσης ἐπιστήμης· μετὰ λόγου γὰρ ἡ ἐπιστήμη· τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐπιστητοῦ, οὔτ' ἂν ἐπιστήμη εἴη, οὔτε τέχνη, οὔτε

QVoniam vero scientia de vniversis ac necessariis existimatio est: verum autē demonstrabilium, sciētiaq; omnis principia sunt (cum ratione enim est scientia) principii rei quæ sub scientiam cadit, neque scientia fuerit, neque ars, neque pruden-

prudẽtia. Quod enim sub scientiam cadit, demonstrabile est: quæ autem in iis versantur, quæ aliter habere possunt, eorum neque sapientia est: sapientis enim est, de nonnullis habere demonstrationem. Si igitur quibus verum, & nunquam falsum dicimus in iis, quæ vel non possunt, vel possunt aliter habere, sunt scientia, & prudentia, & sapientia. & intelligentia. ex tribus autem horum esse nihil contingit. tria dico, prudentiam, sapientiam, scientiam: restat intelligentiam esse principiorum.

φρόνησις. τὸ μὲν γὰρ ἐπιστητὸν ἀποδεικτόν· αἱ δὲ τυγχάνουσιν οὖσαι περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, οὐδὲ δὴ σοφία τούτων ἐστί· τοῦ γὰρ σοφοῦ περὶ ἐνίων ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν. εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν, καὶ μηδέποτε διαψευδόμεθα περὶ τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἢ καὶ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ἐπιστήμη, καὶ φρόνησις ἐστὶ καὶ σοφία, καὶ νοῦς. τούτων δὲ τριῶν μηδὲν ἐνδέχεται εἶναι. λέγω δὲ τρία, φρόνησιν, σοφίαν, ἐπιστήμην· λείπεται νοῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν.

COMMENTATIONES.

Α' ἐπεὶ δ' ἡ ἐπιστήμη.) Quartus habitus intellectualis ab Aristotele generali vocabulo appellatur ὁ νοῦς, id est, *intellectus siue intelligentia*, quod vocabulum alioqui pro tota mente rationali accipitur: hoc vero loco specialiter pro eo habitu mentis, quo homo percipere & cognoscere potest principia. De hoc habitu Aristoteles breuiter in hoc cap. agit, propterea quod eius explicatio magis pertinet ad doctrinam de anima, & ad ipsam metaphysicam. Itaq; huius cap. est tantum vnica propositio, nimirum, quod ὁ νοῦς intellectus sit habitus, quo cognoscuntur principia. Nam principiorũ notitia alia est, quã sit notitia conclusionum, quæ ex principiis demonstratur: proinde etiam non possunt eodem habitu, seu eadem mentis facultate percipi. Nam (*vt Physici aiunt*) diuersa obiecta etiam a diuersis potentiis cognoscuntur: quemadmodum manifeste appatet in cognitione, quæ fit per sensus. Nam prout sunt diuersa obiecta, ita etiam a diuersis sensibus illa cognoscuntur & diiudicantur. Quod autem principiorum notitia referenda sit ad τὸν νοῦν, ad intellectum; Aristoteles hoc toto in cap. probat ex remotione partiũ hoc modo: *Principiorum notitia referenda esse.*

Intelligentia.

Principiorũ notitiam ad intellectũ referendã esse.

vel referenda est ad scientiam, vel ad artẽ, vel ad prudentiam, vel ad sapientiam, vel ad intellectum. Sed *principiorum notitia non potest referri vel ad scientiam, seu artem, seu prudentiam, seu sapientiam.* Ergo *necesse est, vt principiorum notitia referatur ad τὸν νοῦν, i. intellectum.* Maior propositio habet plenam & sufficientem enumerationem omnium habituum, quibus notitia hominũ comprehenditur. Minor probatur secundum singulas partes: Primum, quod principiorum non sit scientia, sic probatur: *Scientia est earũ rerum, quarũ est ἀπόδειξις demonstratio, vt in 3. cap. dictum est.* Sed *principiorum nulla est ἀπόδειξις.* Ergo *principiorũ notitia non dicitur scientia.* Deinde, quod principiorum notitia nõ possit referri ad artem seu prudentiam, sic probatur: *Ars & prudentia sunt earum rerum, quæ possunt aliter se habere, quemadmodum in duobus præcedentibus cap. est dictum. Principia autem non possunt aliter se habere, quia sunt necessaria.* Igitur *principiorũ notitia non potest ad artem vel prudentiam referri.* Postremo, quod principiorũ notitia non possit referri ad sapientiam, sic probatur: *Sapientia est caussarum cognitio, quæ fit per demonstrationẽ, qua non solũ res ipsas, sed etiam rerum caussas cognoscimus. Principiorũ autem nullæ sunt caussæ, per quas possint sciri aut demonstrari: sed eorũ notitia natura omnibus est insita.* Igitur *principiorum notitia non potest ad quatuor illos habitus referri, necesse est, vt referatur ad τὸν νοῦν intelligentiam seu intellectum.* Et sic probata est hæc propositio, quod ὁ νοῦς intellectus sit habitus, quo principia cognoscuntur. Sed potest aliquis obiicere, *Principiorum notitiam non esse habitum nominandum: quia nullus habitus a natura insitus est hominibus, quemadmodum lib. 2. cap. 1. est dictum. Si igitur nullus habitus est a natura: & principiorum notitia est a natura.* Igitur *principiorũ notitia nõ est habitus.* Ad hanc obiectionẽ sic potest responderi: verum quidẽ esse, quod principiorum notitia sit naturalis: sed tamen illam notitiam initio adhuc esse obscuram & tenuem, atque opus habere aliqua non quidem demonstratione, sed declaratione, vt reddatur certior & euidentior. Ac verum quidem est, principia per se non posse demonstrari, neque etiam petendam esse eorum demonstrationem, sed tantum

Principiorum non esse scientiam.

non artẽ nec prudentiam.

non sapientiam.

Obiectio.

Respons.

tantum, *vt supra lib. 1. c. 7. dictum est*, ea possunt declarari & illustrari, vel per inductionem, vel per sensum, vel per experientiam, vt nobis euadant certiora & notiora. Atq; hac ratione eorum notitia aliquo modo potest notitia appellari, quatenus vsus, experientia, & multis exemplis aliis magis est confirmata. Vnde etiam notitia principiorum in adultis senibus & hominibus exercitatis longe est perfectior & certior, quam in pueris & iunioribus. Notandum pręterea est, quod Aristoteles in hoc cap. τὴν ἐπιστήμην vocat ὑπόληψιν: quod vocabulum alioquin significat *leuem & tenuem opinionem & existimationem de aliqua re*: scientia autem est certa notitia. Itaque videtur non posse dici ὑπόληψις. Sciendum est ergo Aristotelem vocabulo ὑπολήψεως, hoc loco generaliter vti, pro facultate animæ rationalis, qua aliquid intelligimus & cognoscimus. Quando vero specialiter & proprie accipitur, tum ὑπόληψις non potest dici de scientia, sed tantum de opinione, quæ est leuis assensus animi, & cognitio circa aliquam rem.

CAP. 7. — ΚΕΦΑΛ. ζ΄.

Sapientiam autem in artibus apprime peritis artium tribuimus: vt Phidiam sapientem marmorarium & Polycletum statuarium, nihil aliud hic sapientiam, quam artis ipsius virtutem significantes. Esse vero quosdam omnino, non ex parte sapientes putamus, neq; alia aliqua in re sapientes: quemadmodum inquit Homerus in Margite:

Dii nec fossorem hunc, nec aratorem statuere,

Nec sapientē alias aliqua re.

Quapropter constat, absolutissimam scientiarum esse sapientiam. Oportet igitur sapiens

A Τὴν δὲ σοφίαν ἔν τε ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν, οἷον Φειδίαν λιθουργὸν σοφὸν, καὶ Πολύκλειτον ἀνδριαντοποιόν. ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν, ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστίν. εἶναι δέ τινας σοφοὺς οἰόμεθα ὅλως, οὐ κατὰ μέρος, οὐδ' ἄλλο τι σοφοὺς· ὥσπερ Ὅμηρός φησιν ἐν τῷ Μαργίτῃ,

Τὸν δ' οὔτ' ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα,

Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν.

ὥστε δῆλον ὅτι ἡ ἀκριβεστάτη ἂν τῶν ἐπιστημῶν εἴη ἡ σοφία. δεῖ ἄρα τὸν σοφὸν,

μὴ μόνον τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν εἰ-
δέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρ-
χὰς ἀληθεύειν, ὥστ' εἴη ἂν ἡ
σοφία νοῦς καὶ ἐπιστήμη καὶ
ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπι-
στήμη τῶν τιμιωτάτων. ἄτο-
πον γὰρ εἴ τις τὴν ἐπιστή-
μην πολιτικὴν, ἢ τὴν φρό-
νησιν σπουδαιοτάτην οἴεται
εἶναι, εἰ μὴ τὸ ἄριστον τῶν
ἐν τῷ κόσμῳ, ἄνθρωπός ἐ-
στιν. εἰ δὴ ὑγιεινὸν μὲν καὶ ἀγα-
θὸν ἕτερον ἀνθρώποις καὶ ἰ-
χθύσι, τὸ δὲ λευκὸν καὶ εὐθὺ
ταυτὸ ἀεὶ, καὶ τὸ σοφὸν ταυ-
τὸ πάντες ἂν εἴποιεν· φρό-
νιμον δ' ἕτερον. τὸ γὰρ περὶ
αὐτὸ ἕκαστα εὖ θεωροῦν,
φαῖεν εἶναι φρόνιμον, καὶ
τούτῳ ἐπιτρέψειαν αὐτά·
διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρό-
νιμά φασιν εἶναι, ὅσα περὶ τὸν
αὐτῶν βίον ἔχοντα φαίνεται
δύναμιν προνοητικήν. φα-
νερὸν δ' ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἡ πο-
λιτικὴ καὶ ἡ σοφία ἡ αὐτή. εἰ
γὰρ τὴν περὶ τὰ ὠφέλιμα τὰ
αὐτοῖς ἐροῦσι σοφίαν, πολλαὶ
ἔσονται σοφίαι. οὐ γὰρ μία
περὶ τὸ ἁπάντων ἀγαθὸν
τῶν ζώων. ἀλλ' ἑτέρα περὶ
ἕκαστον· εἰ μὴ καὶ ἰατρικὴ μία
περὶ πάντων τῶν ὄντων. εἰ
δ' ὅτι βέλτιστον ἄνθρωπος
τῶν ἄλλων ζώων, οὐδὲν δια-
φέρει· καὶ γὰρ ἀνθρώπου ἄλ-
λα πολὺ θειότερα τὴν φύ-
σιν, οἷον τὰ φανερώτατά γε,
ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκεν.
ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων δῆλον,

non solū, quæ ex principiis sunt, cognoscat, sed etiam in principiis verum teneat. quare sapientia erit intelligentia & scientia, ac veluti caput habens scientia rerum præstantissimarū. absurdum enim est, si quis scientiam reipub. administrandæ, aut prudentiam honestissimam esse existimat, nisi optima res omniū, quæ in mundo sunt, homo sit. si ergo salubre & bonum hominibus ac piscibus diuersum est, album autē & rectum idem semper: sapiens quoq; idem omnes asseuerarent: prudens vero diuersum. singula enim res id, quod contēplatur, quod ipsi bene conueniat, prudens esse dicerent, eique se ipsa committerent: vnde etiam e bestiis nōnullas prudentes esse inquiunt, quæcunque in vita sua prouidēdi habere vim quandam videntur. Perspicuū autem est reipubl. gubernandæ rationē & sapientiam non eandem fore. Nam si eam, quæ in rebus sibiipsis vtilibus versatur, sapientiam dicent, multæ erunt sapientiæ: non enim vna in omniū animalium bono, sed in singulis diuersa est, nisi vna quoq; sit medicina de omnibus rebus. sin hominē cæterorum animalium optimū esse, nihil refert. etenim homine alia natura sunt longe diuiniora, vt ea, quæ sunt clarissima, ex quibus mundus constitutus est. Constat igitur ex iis, quæ dicta sunt,

sapien-

sapientiam esse rerũ prestantissimarum natura scientiam & intelligentiam. Itaque Anaxagoram & Thalem, atq; huiusmodi sapientes quidem, at non prudentes dicunt esse, cum ignorare ea, quæ sibi utilia essent, viderint: ac excellentia quidẽ, & admiranda & difficilia, & diuina tenuisse ipsos asserunt, sed inutilia tamẽ, quod non humana bona inquirant. at prudentia in humanis versatur, & de quibus consultatur. Prudentis enim id maxime opus esse dicimus, ut recte consulat: de illis autem consultat nemo, quæ habere aliter nequeunt, neq; quorũ finis aliquis non est, isq; agendũ bonum. Bonus autem consultor simpliciter est, qui quod optimũ homini ex agendis est, coniectare ratiocinando potest. neq; vniuersorum tantum prudentia, sed opus est, singula etiã cognoscat: est enim actuosa. at actio in singulis versatur. Idcirco nõnulli etiam nescientes nonnullis scientibus actuosiores sunt: & in reliquis, qui sunt periti. nam si quis sciuerit, leues carnes faciles concoctu & salubres, quæ tamen leues sint, ignoret, sanitatem non efficiet: sed qui auiũ carnes leues & salubres sciuerit. prudentia vero in agendo est. Quare utranque, vel hanc potius, oportet habere. fuerit autem quædam etiam hic architectonica.

ὅτι ἡ σοφία ἐςὶ καὶ ἐπιςήμη, καὶ νοῦς τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει. διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους, σοφοὺς μὲν, φρονίμους δ' οὔ φασιν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντα αὑτοῖς. καὶ περιττὰ μὲν, καὶ θαυμαστὰ καὶ χαλεπὰ, καὶ δαιμόνια, εἰδέναι αὐτούς φασιν· ἄχρηστα δ' ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν· ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ περὶ ὧν ἐςὶ βουλεύσασθαι. τοῦ γὰρ φρονίμου μάλιςα τοῦτ' ἔργον εἶναί φαμεν, τὸ εὖ βουλεύεσθαι. βουλεύεται δ' οὐδεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδ' ὅσων μὴ τέλος τι ἐςὶ, καὶ τοῦτο πρακτὸν ἀγαθόν. ὁ δὲ ἁπλῶς εὔβουλος, ὁ τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπῳ τῶν πρακτῶν στοχαστικὸς κατὰ λογισμόν. οὐδ' ἐςὶν ἡ φρόνησις τῶν καθόλου μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα γνωρίζειν· πρακτικὴ γάρ. ἡ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ καθ' ἕκαστα. διὸ καὶ ἔνιοι οὐκ εἰδότες, ἐνίων εἰδότων πρακτικώτεροι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις οἱ ἔμπειροι. εἰ γὰρ εἰδείη ὅτι τὰ κοῦφα εὔπεπτα κρέα καὶ ὑγιεινὰ, ποῖα δὲ κοῦφα ἀγνοοῖ, οὐ ποιήσει ὑγίειαν· ἀλλ' ὁ εἰδὼς ὅτι τὰ ὀρνίθεια κοῦφα καὶ ὑγιεινὰ, ποιήσει μᾶλλον. ἡ δὲ φρόνησις πρακτική. ὥστε δεῖ ἄμφω ἔχειν, ἢ ταύτην μᾶλλον. εἴη δ' ἂν τις καὶ ἐνταῦθα ἀρχιτεκτονική.

C

COMMENTATIONES.

Sapientia 2. traduntur in hoc cap. A τὴν δὲ σοφίαν.) Postremus habitus dicitur *σοφία sapientia*, de qua in hoc cap duo solum explicantur, quoniam plenior eius tractatio proprie pertinet ad metaphysicum. Primũ est de significatione & definitione vocabuli σοφίας: Alterum est de discrimine inter σοφίαν & φρόνησιν. *σοφίας vocabulũ bifariam accipitur.* Primũ, vocabulũ σοφίας bifariã accipitur: vel κατὰ μέρος, i.e. *particulariter*, vel καθ' ὅλου *vniuersaliter*. *Particulariter.* Cum particulariter accipitur, significat *certe alicuius artis perfectam cognitionẽ*, quã hic Arist. vocat ἀρετὴν τέχνης, i.e. *quasi excellentiã & perfectionem artis*, quando nimirũ volumus indicare aliquẽ perfecte aliquam artẽ tenere: dicimus eum esse sapientẽ artificem, vt *Apellem sapientem pictorẽ: Polycletum sapientem statuarium. Euclidem sapientẽ Mathematicum. Hippocratem sapiẽtẽ medicum*. Ita Homerus in Margite nominauit *sapientẽ oratorem*: Sic quemuis alium, qui suam artem perfecte tenet possumus sapientẽ circa illam artem nominare: Et tales inquit Arist. tantum nominari κατὰ μέρος σοφὸς, i.e. *particulariter sapientes*. *Vniuersaliter.* Cum vero vniuersaliter accipitur, significat *omnium scientiarum & disciplinarũ perfectam cognitionem*, & a Cicerone lib. 2. offic. sic definitur: *Sapientia est rerum diuinarum & humanarum caussarum quibus hæ res continentur, scientia*. Et in hac significatione etiam hoc loco accipitur, & ab Arist. sic definitur. ἡ σοφία ἐστὶ ὁ νοῦς καὶ ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων. *Sapientia est intellectus & scientia rerum honoratissimarum & præstãtissimarum*, quia per eam cognoscimus res diuinas, quæ cognitio dicitur *Theologica & Metaphysica & prima Philosophia*. Cognoscimus etiam per eam omnium aliarum rerum caussas & principia. Verum Cic. in Lælio ait, *talem sapiẽtiam nemo mortalium adhuc consecutus est*. Itaque soli Deo recte illa tribuitur. *Deus solus σοφὸς, ceteri Philosophi.* Vnde Pythagoras etiam solum Deum dixit σοφὸν *sapientem nominari posse*: reliquos autem homines tantũ *Philosophos*, id est, *sapientiæ studiosos* debere nominari. Et Solon, cum ei tanquam sapientissimo tripes aureus offerretur, noluit eum acceptare, sed remisit eum Apollini Delphico, ne videretur nimis superbe nomen sapientis sibi arrogare. Notandum autem est in definitione sapientiæ, quod Arist. eam nominat νοῦν καὶ ἐπιστήμην, id est, intelli-

intelligentiam & sapientiā. Hoc ideo factum est, q a sapiētia est cōposit⁹ habitus ex vtroq; nēpe ἐκ τῦ νῦ *ex intelligētia*, quaten⁹ cognoscit principia & caussas, rerum: deinde ἐκ τ ἐπιστήμης *ex scientia*, quatenus ēt cognoscit cōclusiones, quæ ex principijs & caussis rationē per demōstrationem efficiunt. Est n. vt Arist. hoc loco ait, sapientia officiū non solū intelligere ea, q̄ ex principiis cōcludūtur, sed ēt ipsorū principiorū veritatē tenere: propter q̄ caussam ēt Arist. hoc loco eā dicit esse κεφαλὴν cap. τ̄ ἐπιστημῶν *sciētiarū*, quoniā subministrat sciētiis sua principia ostendit modū, quo pacto ex principiis sit demōstrandū.

Sapientia composita est ex intelligētia & sciētia.

B ἄτοπον γὰρ εἴ τις τὴν.) Hæc est altera huius cap. pars, in qua agitur de discrimine, q̄ est inter prudentiā & sapiētiā. Na isti duo habitus a se mutuo diligenter sunt discernendi, quoniā plurimū inter sese differunt. Tria a. præcipue ab Arist. q̄ ad eorū discrimen attinet explicātur. Primum n. refutat eos, qui dixerunt *prudentiā esse præstantiorē sapientia*, quę fere opinio est vulgi, a quo sapiētes plerumq; deridentur, q̄ versantur circa res sublimes & cœlestes, contemnentes a. ea, quæ vulgus hominū admiratur: deinde aliquib. argumen. probat hos duos habitus a se mutuo differre: Tertio ostendit in quibus præcipue differant. De primo: Fuerunt aliqui, q dixerunt, prudentiā ideo præstantiorē esse sapientia, q a versatur circa eā, quæ homini ad hanc vitā politicam bona sunt & vtilia. Vnde ēt prudentiā dixere esse ἐπιστήμην πολιτικὴν, i. e. *scientiam ciuilem*: quo pacto ciuilis scientia inter homines sit instituenda & conseruanda. Hanc opinionē refutat Arist. argum. ab absurdo conseqnti secundū ipsius sententiā hoc modo: *Si prudentia est præstantior q̄ sapientia, quia versatur circa res humanas:* igit. *nihil erit pstantius in ipso mūdo homine:* Sed *sunt q̄dā præstātiora in mūdo q̄ sit homo veluti sunt corpora cœlestia, ipsaq; elemēta, q̄ sunt simplicissima & purissima, & vt Arist sensit, nulli interitui & corruptioni obnoxia:* Igit. *prudētia non est pstātior q̄ sit sapientia.* Sed notandū est, hoc argumentū tantū valere in Philosophia, & iuxta Aristot. opinionem, qui existimauit, mūdum & illa simplicissima corpora cœlestia esse ἀγέννητα καὶ ἄφθαρτα, ideo præstantiora ipso homine q non solū mortalis est, sed etiā in hac vita omnib. prope miseriis, &

Discrimē inter prudentiā & sapientiā.

Prudētia est sciētia ciuilis.

calamitatibus obnoxius. Verum sacræ literæ & religio nostra aliter nos docet, nimirum hominem esse pstantiss. ex omnibus iis, quæ sunt in mūdo, q a mūdus & omnia, quę sunt in mundo propter hominē sunt condita: quemadmodū dicitur, omnia propter hominē, homo a. propter Deum a Deo ad eum celebrandū conditus est: Et quanq̄ hanc pstantiam & excellentiā homo propter peccatum amisit, tamen filius Dei Saluator noster Iesus Christus, eā sua morte & resurrectione iterum reparauit, eamque restituet in futura vita omnibus iis, qui vera fide eum amplectuntur: quando in altera vita, *vt Apostolus ait*, corruptibile hoc induet incorruptibile, & mortale hoc immortalitatem. De altero. Quod vero prudentia differat a sapientia probatur tribus argumētis. Primum sumitur a materia. *Quorum diuersa sunt obiecta materia, ea quoq. sunt diuersa: sed prudentia & sapientia materia obiecta sunt diuersa.* Ergo *ipsa quoq. sunt diuersa.* Minorē probat Arist. exemplis: *Nam*, inquit, *sapientia versatur circa ea, quæ ita se ita habent, vt album semper, & vbiq. est album, nunquā potest dici nigrum: rectum semper & vbiq. est rectum, vt nūquam possit dici curuum aut inflexum. Prudentia autem versatur circa ea, quæ ita se habet, vt salubre, i. e q̄ non semper eodē modo se habēt: Exempli gratia. Salubre non semper & vbiq. est salubre & omnibus: nam quod salubre est homini sano, id ægroto non semper est salubre: ita alia sunt salubria hominibus, alia piscibus, alia ceteris animalibus: imo alia hoc, alia alio tēpore sunt salubria.* Quo exēplo Aristoteles, vult ostendere, *prudentiam versari circa ea, quæ non semper sunt eadem, sed magnam habent varietatem. Sunt enim singularia & mutabilia, quæ ad huius vitæ bene & recte digendæ rationē pertinent.* Alterum argum. *Si sapiētia eadē est cum prudentia.* Ergo: *quēadmodū plures sunt species prudētiæ: alia n. est domestica, alia politica, alia militaris ita ēt plures erunt species sapientiæ: sed nō sunt plures species sapiētiæ: quia sapientia est sūmmū quiddā & præstantissimū in cognitione, id est, perfectissima omnium rerum notitia quæ non potest esse multiplex. Nam quod perfectissimum est, illud tantum est vnicum. In qualibet re igitur sapientia non est eadem cum prudentia.* Tertium argumentum sumitur exemplo coniugatorum. *Si sapientia eadem est cum prudentia*

Prudētiā differre a sapientia probatur tribus argumētis.

I.

II.

III.

dentia. Ergo *ijdē erunt sapientes & prudentes.* Sed *non sunt ijdem sapientes & prudentes.* Ergo *etiam sapientia & prudētia non sunt eadem.* Minorem probat Aristoteles exemplis: *Homines enim eos tantum sapiētes nominant, qui versantur circa cōtemplationem rerum diuinarū, mirabilium atq; difficilium, & cæteras res contemnunt, quales olim fuerūt Anaxagoras, Thales, Pythacus, Bias, Solon & alij sapientes, qui cōtemptis rebus humanis, totos se tradiderunt cōtemplationi rerum cœlestium. Prudētes autem propriè ij dicuntur, qui rectè possunt consulere hominibus circa ea, quæ ad hanc vitam commode degendam, & ad ciuilem societatem conseruandam sunt necessaria & utilia. Ex quibus apparet, posse aliquos nominari prudentes, qui tamen non sunt sapientes: & rursum posse aliquos esse & sapientes & prudentes.* Ergo *sapientia & prudentia sunt, diuersi habitus.*

C ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ.] Hoc loco declarat Aristoteles discrimen, quod est inter prudentiam & sapientiam ratione materiæ: & ostendit, hos duos habitus præcipue in duobus differre. Primum, *quia sapientia versatur circa res diuinas, sempiternas & necessarias, quæ quoniam non possunt mutari & aliter se habere, ideo remota sunt ab hominum deliberatione & actione, & in sola consistunt contemplatione & cognitione. Prudentia autem versatur circa res humanas, quæ cadunt in deliberationem, vnde etiam viri prudentis proprium munus est, de talibus rectè posse cōsultare: & εὔβουλος, id est, bonus consultor seu consiliarius is dicitur, qui in rebus agendis potest per ratiocinationem conijcere, & prauidere ea, quæ homini per vitam rectè & utiliter sunt agenda.* Alterum discrimen est, *quod sapientia versatur περὶ τὰ καθ' ὅλου, circa vniuersalia: cuiusmodi sunt principia & caussæ rerum. Prudentia autem etiamsi quoq; consideret, quid in vniuersum sit agendum, quod est rectum vel bonum, tamen præcipue considerat singularia, hoc est, circumstantias negotiorum & actionum. Nam prudentia non acquiescit in sola θεωρίᾳ contemplatione & cognitione rerum, sed etiam virtus πρακτικὴ, quæ versatur ad actionē. Omnis a. actio versatur circa singularia: Ideo etiam prudētia non solis præceptis vniuersalib. constat: sed maxime cōparatur singularium experientia.* Quod probat Aristot. ab

Prudētia & sapientia quid differant respectu materiæ.

exemplo. Nam ait, *inde fieri, vt sæpe homines indocti ad res aliquas gerẽdas, magis sint idonei propter experientiã quam consecuti sunt, quam homines docti*, id est, *quam si qui tantum habent vniuersalium cognitionem*. Atq; hæc declarat exemplo quodam ex arte medica. *Generale præceptum est carnes leues salubriores esse, quam sunt carnes duræ, quia facilius possunt cõcoqui, & generant puriorem sanguinem: sed qui in specie nescit, quæ carnes sint leues aut duræ, is non potest præcepto bene vti, si velit ægroto diætam præscribere: ita generale præceptum est, in morbis calidis vtendum esse refrigerantibus: sed qui non in specie scit, quænam sint refrigerantia, ille etiam non potest recte medicinam in morbis calidis præscribere. Itaq; experientia singularium maxime necessaria est homini prudenti, si velit bene cõsulere, quid agendum vel non agendum sit.* Ex his igitur apparet, prudentiam aliam esse vniuersalium, aliam esse singularium rerum, & vtramq; necessariam. Priorem quidem esse ἀρχιτεκτονικὴν, i. *principalem*, tanquam quæ cõsiderat vniuersum genus, quid in actionibus bonum vel vtile sit. Posteriorem maxime accommodatam esse actionibus propter singulares circumstantias, quæ in actionibus sunt considerãdæ, & quibus accommodata sunt vniuersalia præcepta.

ΚΕΦ. ή. CAP. 8.

A Ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ, καὶ ἡ φρόνησις ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις· τὸ μέντοι εἶναι οὐ ταὐτὸ αὐτοῖς. τῆς δὲ περὶ πόλιν, ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις, νομοθετικὴ· ἡ δὲ, ὡς τὰ καθ' ἕκαστα, τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα, πολιτική. αὕτη δὲ πρακτικὴ καὶ βουλευτική. τὸ γὰρ ψήφισμα πρακτὸν, ὡς τὸ ἔσχατον. διὸ πολιτεύεσθαι τούτους μόνον λέγουσι. μόνοι γὰρ πράττουσιν οὗτοι, ὥσπερ οἱ χειροτέχναι. δοκεῖ δὲ φρόνησις μάλιστ' εἶναι

Est vero & ciuilis facultas, & prudentia idem habitus, essentia tamen ipsis eadem non est. Eius autem, quæ in ciuitate cernitur, altera prudentia quasi architectonica legislatrix est: altera vero vt res singula, commune nomen habet, ciuilis: atq; hæc agendo & consultando valet. plebiscitum enim, vt extremum, actuosum est. Idcirco ciuitatem administrare hos tantum dicunt. hi enim soli agunt, quasi manibus opera conficientes. At prudentia etiã maxime ea esse videtur,

tur, quæ erga se est & unum: atque prudentia commune nomen habet. illarum autem alia œconomia, alia legum sanctio, alia ciuilis est: atque huius altera deliberatiua, altera iudicialis. species igitur cognitionis quædam fuerit, quod sibi e re sit intelligere: sed differentiam magnam habet. videturq́; qui quod sibi e re sit, intelligit & tractat, prudens esse: ciuiles autē negotiosi. Itaq; Euripides:

Qui [illegible] q; prudens sim, licebat [illegible]

N[illegible] inter numeratos milites

Æquum accipere.

Nam curiosos oderim.

Quærunt enim, quod sibi bonum est. idq́; agendum esse existimant. Ex hac igitur opinione euenit, vt prudentes hi sint: tametsi fortasse non sit e re sua quicquam absque œconomia, nec absq; ciuili disciplina. Præterea vero quomodo suum cuiusque sit administrandum, obscurum est, atque considerandum. Indicium est eius, quod diximus, quod iuuenes Geometri & Mathematici fiant, atq; eiusmodi rebus sapientes: prudens vero fieri nullus videatur. In caussa autē est, q singularū rerū est prudentia, quæ experientia innotescunt: iuuenis autem expertus non est. experientiam enim tēporis efficiet multitudo. nam illud etiam conside-

ἡ περὶ αὐτὸν καὶ ἕνα, καὶ ἔχει αὕτη τὸ κοινὸν ὄνομα, φρόνησις· ἐκείνων δὲ ἡ μὲν οἰκονομία, ἡ δὲ νομοθεσία, ἡ δὲ πολιτική· καὶ ταύτης ἡ μὲν βουλευτική, ἡ δὲ δικαστική. εἶδος μὲν τι οὖν ἂν εἴη γνώσεως τὸ αὑτῷ εἰδέναι, ἀλλ' ἔχει διαφορὰν πολλήν· καὶ δοκεῖ ὁ τὰ περὶ αὑτὸν εἰδὼς καὶ διατρίβων, φρόνιμος εἶναι· οἱ δὲ πολιτικοί, πολυπράγμονες. διὸ καὶ Εὐριπίδης.

Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως

Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένον στρατοῦ,

Ἴσον μετασχεῖν..

Καὶ γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον.

ζητοῦσι γὰρ τὸ αὑτοῖς ἀγαθόν, καὶ οἴονται τοῦτο δεῖν πράττειν. ἐκ ταύτης οὖν τῆς δόξης ἐλήλυθε τὸ τούτους φρονίμους εἶναι· καίτοι ἴσως οὐκ ἔστι τὸ αὑτοῦ εὖ ἄνευ οἰκονομίας, οὐδ' ἄνευ πολιτείας. ἔτι δὲ τὸ αὑτοῦ πῶς δεῖ διοικεῖν, ἄδηλον καὶ σκεπτέον. σημεῖον δ' ἐστὶ τοῦ εἰρημένου, καὶ διότι γεωμετρικοὶ μὲν νέοι καὶ μαθηματικοὶ γίνονται, καὶ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα· φρόνιμος δ' οὐ δοκεῖ γίνεσθαι. αἴτιον δ', ὅτι καὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φρόνησις, ἃ γίνεται γνώριμα ἐξ ἐμπειρίας· νέος δ' ἔμπειρος οὐκ ἔστι, πλῆθος γὰρ χρόνου ποιεῖ τὴν ἐμπειρίαν. ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἄν τις

σκέψαιτο, διὰ τί μαθηματικὸς μὲν παῖς γένοιτ' ἄν, σοφὸς δὲ ἢ φυσικὸς οὔ; ἢ ὅτι τὰ μὲν δι' ἀφαιρέσεώς ἐστι, τῶν δ' ἀρχαὶ ἐξ ἐμπειρίας· καὶ τὰ μὲν οὐ πιστεύουσιν οἱ νέοι, ἀλλὰ λέγουσι. τῶν δὲ, τὸ τί ἐστιν οὐκ ἄδηλον; ἔτι ἡ ἁμαρτία ἢ περὶ τὸ καθόλου ἐν τῷ βουλεύσασθαι, ἢ περὶ τὸ καθ' ἕκαστον. ἢ γὰρ ὅτι πάντα τὰ βαρύσταθμα ὕδατα, φαῦλα· ἢ ὅτι τοδὶ βαρύσταθμον. ὅτι δ' ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη, φανερόν. τοῦ γὰρ ἐσχάτου ἐστὶν, ὥσπερ εἴρηται. τὸ γὰρ πρακτὸν τοιοῦτον. ἀντίκειται μὲν δὴ τῷ νῷ. ὁ μὲν γὰρ νοῦς τῶν ὅρων, ὧν οὐκ ἔστι λόγος. ἡ δὲ τοῦ ἐσχάτου, οὗ οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη, ἀλλ' αἴσθησις. οὐχ ἡ τῶν ἰδίων, ἀλλ' οἵᾳ αἰσθανόμεθα, ὅτι τὸ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἔσχατον, τρίγωνον. στήσεται γὰρ κἀκεῖ. ἀλλ' αὕτη μᾶλλον αἴσθησις ἢ φρόνησις. ἐκείνης δὲ ἄλλο εἶδος.

rarit quispiam, quare puer fieri mathematicus potest, sapiens vero, aut physicus non potest? an quia illa rebus semotis sunt: horum vero principia ab experientia. & hac non credunt iuuenes, sed recitant: illorũ quid quicq; sit, obscurum non est? Praterea erratur in consultando vel in vniuersis, vel in singulis. vel enim quod omnes aqua ponderosa sint praua, vel quod hac sit ponderosa. Prudentiam autem non esse scientiam, perspicuũ est. est enim vltimi, sicut dictum est: tale enim est, quod sub actionem cadit. Igitur & intelligẽtia opposita est. nam intelligentia finitionũ est, quarum ratio non est: at hac vltimi, cuius non est scientia, sed sensus: neq; is propriorum, sed quo sentimus, in mathematicis triangulum esse vltimum. sistetur enim illic. sed hic magis sensus est, qui prudentia est: ille, species alia.

COMMENTATIONES.

Prudentia gubernatrix omnium virtutũ.

Α ἐπεὶ δὲ καὶ π) Postquam Arist. breuiter & generatim omnes quinque habitus intellectuales explicasset, iam aggreditur pleniorem tractationem & explicationem prudentiæ: quoniam ea magis proprie ad hanc pertinet doctrinam. Nam vt sæpe iam dictum, Prudentia est gubernatrix omnium virtutum moraliũ, quatenus ostendit mediocritatem, quæ in actionibus est obseruanda. Sunt autem tres partes huius capitis. In prima diuidit prudentiam in suas partes, species & differentias: in altera exponit suam sententiam de priuata & communi pruden-

prudentia: in tertia, quodnam ſit diſcrimen inter prudentiam, & intelligentiam, & ſcientiam. De prima parte: Prudentia duplex eſt, vel Priuata, vel Communis. Communis rurſum duplex eſt, vel οἰκονομικὴ, vel πολιτικὴ, vel νομοθετικὴ, vel πρακτική. Practica vel eſt ſenatoria, vel iudicialis. Priuata prudentia eſt, qua in priuatis & propriis noſtris rebus poſſumus nobiſipſis conſulere, & proſpicere ea, quæ ſunt vtilia. Hæc nominatur φρόνησις περὶ αὐτὸν καὶ ἕνα, id eſt, *prudentia circa ſeipſum.* Et dicit Ariſtoteles, hanc prudentiam κατ᾽ ἐξοχὴν, per excellentiam fere communi nomine ſolũ prudentiam nominari: idq; propter vulgi malam opinionem. Homines enim vere eos prudentes ſolum eſſe exiſtimant, qui ſibiipſis bene poſſunt conſulere, & ſua commoda bene procurare. Communis prudentia eſt, qua aliis conſulimus & proſpicimus, quæ illis ſunt vtilia: atque hæc differt a priore tantum τῷ εἶναι, id eſt, τῷ λόγῳ, id eſt, reſpectu & ratione. Nam priuata prudentia reſpicit tantum ſuũ & proprium commodum. Communis autem prudentia reſpicit aliorum commodum, nempe totius familiæ aut Reipub. Prudentia œconomica eſt, qua conſulimus & proſpicimus ea, quæ familiæ & domeſticis noſtris ſunt bona & vtilia, hæc propria eſt boni patrisfamilias. Prudentia politica, quæ etiam ab Ariſtotele dicitur *ciuilis ſcientia*, eſt, qua conſulimus & proſpicimus ea, quæ Reipub. & ciuitati vtilia ſunt, atq; hæc propria eſt boni magiſtratus. Prudentia νομοθετικὴ eſt facultas ferendarum & explicandarum legum, quæ hodie ſolet *iuriſprudentia* nominari. Hanc Ariſtoteles hoc loco nominat ἀρχιτεκτονικὴν, quaſi *principalem & gubernatricem; propter quod boni legiſlatoris officium eſt totum Reipub. corpus ſpectare, & communem omnium ciuium ſalutem & vtilitatem in ferendis legibus.* Prudentia πρακτικὴ eſt facultas recte adminiſtrandi publicum aliquod munus in Repub. Hanc Ariſtoteles ideo πρακτικὴν appellari dicit, reſpectu prudentiæ νομοθετικῆς. Nam verſatur in rebus gerendis, & in publicis negotiis expediendis, cum illa prior proprie ipſas actiones non aggrediatur, ſed tantum præſcribit, quid ſit agendum: quemadmodum architectus præſcribit ceteris operariis, quid quis agere debeat. Prudentia

Prudentia duplex.

Priuata.

Communis.

Oeconomica.

Politica.

Nomothetica.

Practica.

Senatoria. senatoria est facultas consultandi & deliberandi de negotiis & rebus futuris, quid de illis sit statuendum. Vnde etiam nominatur φρόνησις βουλευτική, id est, *prudentia consultatoria*. *Indicialis.* Prudentia iudicialis est facultas iudicandi de rebus præteritis, quid in illis sit iustum vel iniustum, & propria hæc est iudicum: quemadmodum illa prior senatorum. Nam senatores deliberant de rebus futuris, seu de rebus faciendis: iudices autem decernunt de rebus præteritis seu factis.

B *αὐτῷ μὲν τι ἂν εἴη γνῶσις.*) Hæc est altera pars cap. in qua Aristot. exponit suā de priuata & communi prudentia sententiam, refutando errorem vulgi, qui existimat, eos tantum prudentes nominandos esse, qui suis solum & priuatis commodis possunt prospicere. Eos autem, qui volunt aliorum commoda procurare, & publicis negotiis se implicare, non prudentes, sed πολυπράγμονας, id est, curiosos esse dicendos. *Prudentes qui vere dicendi.* Quemadmodum etiam Philothedes apud Euripidem conqueritur, *se parum prudenter fecisse, quod passus sit sibi in exercitu publicum munus imponi, cum potuisset idem stipendium cum ceteris militibus in otio habere.* Hanc opinionem seu errorem vulgi Aristoteles refutat duobus argumentis, quibus ostendit, vocabulum prudentiæ non minus competere iis, qui publica negotia & cōmoda procurant & administrant, quam iis, qui priuatas res recte tractant. *1.* Primum argumentum sumitur a cognatione & necessitudine, quæ est inter priuatum vniuscuiusq; ciuis bonum & inter publicum totius ciuitatis ius. *Hæc enim duo ita erga se affecta sunt, quemadmodum pars & totum. Nam quemadmodum totius salus & conseruatio pendet ex singularū partium salute & conseruatione: ita etiā totius ciuitatis salus & commoditas pendet ex singulorum ciuium salute & commoditate. Et quoniam vnusquisq; ciuis est pars & membrum ciuitatis: ita etiam eius priuata bona & commoda sunt pars aliqua publici boni, & proinde, quoniam ciuis aliquis priuatum suum commodum, vel priuata sua bona auget, simul & videtur augere ciuitatis bonum. Nam ipsa ciuitas potest tempore necessitatis etiam priuata ciuium bona postulare ad ciuitatis defensionem & conseruationem. Vnde etiam hodie solemus dicere, eos principes & magistratus esse diuites,*

tes, quorum subditi sunt diuites: & contra, cuius subditi sunt pauperes, etiam & eum principem esse pauperem. Ex his apparet, priuatam prudentiam esse coniunctam cum communi prudentia, & proinde vocabulum recte competere, & iis, qui publicum bonum procurant. Alterum argumentum sumitur a præcipua caussa efficiente ipsius prudentiç *Nam prudentia præcipue comparatur experientia rerum singularium. Hac autem experientia sumenda est ex quotidiana vita & hominũ conuersatione, & ex priuatis actionibus, circa quas, qui diu & bene sunt versati, hi possunt etiã deinde eo commodius publica administrare negotia, ita vt communis seu publica prudentia quodammodo sit comparanda ex priuata prudentia.* Quod vero prudentia comparetur ex experientia rerũ singularium, probatur duplici ratione: Primum a signo. *Nam*, inquit, *propter hanc caussam, quia pueri & iuuenes destituũtur experientia rerum singularium, quoniam illa non comparatur, nisi longo tempore & multo vsu, quæ in pueris propter ætatẽ adhuc esse non potest: ideo etiam non possunt fieri prudentes, licet possint alias artes etiã difficilimas addiscere, vt sunt artes mathematicæ, quia in illis nõ requiritur experientia, sed tantum ingenii acumen ad intelligendas demonstrationes.* Altera ratio sumitur a varietate materiæ, circa quã prudentia versatur. *Non enim solum versatur circa vniuersalia: sed magis occupata est circa singularia, in quibus facilime potest error admitti.* Ex quo manifestũ est etiam vocabulũ prudentiæ conuenire iis, qui non tantũ sua, sed etiã communia negotia recte administrare possunt. His ad hunc modũ explicatis Aristot. obiter interserit quæstionem, quæ tamen proprie huc nõ pertinet. Querit enim, *quamobrẽ fiat, ꝙ pueri & iuuenes mathematicas artes possint melius discere quam physicas.* Et eius rei duas adfert caussas. Prima est, *quia mathematica cõsiderantur sine materia, & propterea eorũ veritas cito potest intelligi, quæ tenus semper eodẽ modo se habet, & potest quodammodo oculis obiici & demonstrari in tabula aliqua. Physica autem considerantur vna cum materia: quæ autem materia variis mutationibus est obnoxia: ideo certitudo physicorum præceptorũ etiã requirit experientiã multorũ singulariũ.* Altera caussa est, *quoniam discentem oportet credere, quoniam si n-*

Prudẽtia priuata publicæ coniuncta.

Prudentiam comparari ex experientia rerum singularium.

Pueri quare mathematicam melius possint discere quã physicam.

tim possunt demonstrari, & oculis quasi subiici ea, quæ in illis traduntur. Quemadmodum Euclides omnia sua problemata & theoremata lineis & figuris demonstrat, & oculis discentium subiicit: sed physica non possunt ita statim a discentibus credi, nisi prius habuerint ea per experientiam & multa exempla comprobata. Atque ideo inquit Aristoteles, *discipulos potius præcepta illa physica recitare, quam credere initio, cum ea discunt.* Hæc autem ab Aristotele hoc loco ideo afferuntur, vt ostendant in rebus contingentibus, quarum certitudo non est exquisita, sed earum veritas per experientiam est cognoscenda, necesse sit accedere diuturnitaté aliquam temporis, per quam earum cognitio paulatim est confirmanda. Et quia prudentia versatur circa res contingentes: ideo eam ad prudentiam comparandam necessariam esse experientiam rerum singularium.

C ὅτι δ᾽ ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη) Tertia hæc est huius cap. pars continens duplex discrimen: vnum, prudentiæ & scientiæ: alterum, prudentiæ & intelligentiæ. Prudentia & scientia differunt duobus modis: Primum materia seu obiecto: deinde caussa efficiente. Vtrumq; discrimen breuiter ab Aristotele attingitur in hoc capite. Consistit auté præcipue in hoc: quod *scientia solum versatur circa vniuersalia, & comparatur per demonstrationem. Prudentia autem, etiamsi quoq; consideret vniuersalia, tamen præcipue circa singularia occupatur, quæ cadunt in actionem, & comparantur experientia per inductionem, quæ ex multis singularibus etiam vniuersalia præcepta de rebus agendis colliguntur.* Alterum discrimen, prudentia & intelligentia, ratione obiectorum, circa quæ versantur, ita differunt, *quod habent quasi sibi opposita obiecta: ita vt prudentia opposita sit intelligentiæ seu intellectui. Nam intellectus, quemadmodum in 6. cap. dictum, versatur circa prima principia, quæ in ordine naturæ summum locum habent: supra enim illa non sunt alia, per quæ possunt probari vel demonstrari: alioquin non essent principia, atq; ideo Aristoteles ait, quod νοῦς intellectus sit τῶν ὅρων, id est, eiusmodi propositionum vel terminorum, quorum nulla potest dari ratio aut probatio. Prudentia autem versatur circa ea, quæ in ordine naturæ sunt infima, vt singularia sunt,* quorum

Prudentia & scientia qd differant.

Prudentia & intelligentia quid differant.

quorum etiam nulla dari potest ratio aut demonstratio: ideo etiam Aristoteles dicit, eorum nullam esse sciẽtiam Nam si eorum esset scientia, etiam esset eorum demonstratio. Singularium autem nulla est demonstratio, sed tantum sensu sunt cognoscenda & diiudicanda. Sed notandum est, quod Aristoteles dicit, *singularia, per quæ prudentia, non cognosci & iudicari per illos posteriores quinque sensus, qui habent propria obiecta, vt colores iudicantur a visu, sapores a gustu, soni ab auditu: alioqui enim multa bestia prudentiores essent hominibus, quatenus exquisitiores habent sensus quã homines, sed singularium experientiam per quam prudẽtia cõparatur, aut cognosci aut iudicari, & cognosci per sensum communem & internum, qui iudicat & cognoscit de iis rebus, quæ cadunt in actionem: quæ non possunt externis sensibus percipi aut diiudicari.* Atq; hoc Arist. obscure indicat, cum inquit, prudentiam eo modo cognoscere singularia in rebus agendis, quemadmodum Mathematicus cognoscit, quod triangulus sit vltima figura, inter figuras multorum angulorum.

CAP. 9. — ΚΕΦ. θ'.

QVærere vero & consultare differunt: consultare enim, est aliquid quærere. Interim autem de bona consultatione quidnam sit, differendum est: vtrum scientia quædam, an opinio, an bona coniectatio, an aliquod aliud genus. Atque scientia quidem non est. non enim de iis, quæ sciunt, inquirunt. bona autem consultatio, consultatio quædam est: qui vero consultat, quærit & ratiocinatur. sed neq; bona coniectatio est. nam & absq; ratione, & velox quicquam bona coniectatio est: ac multo tempore consultant: atq; aiunt, cito agenda esse quæ consultaueris: lente vero consultandum. Adde quod

Τὸ ζητεῖν δὲ καὶ τὸ βουλεύεσθαι διαφέρει. τὸ γὰρ βουλεύεσθαι ζητεῖν τι ἐστί. δεῖ δὲ λαβεῖν καὶ περὶ εὐβουλίας τί ἐστι, πότερον ἐπιστήμη τις, ἢ δόξα, ἢ εὐστοχία, ἢ ἄλλο τι γένος. ἐπιστήμη μὲν δὴ οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ ζητοῦσι περὶ ὧν ἴσασιν. ἡ δ' εὐβουλία, βουλή τις ἐστίν. ὁ δὲ βουλευόμενος ζητεῖ καὶ λογίζεται. ἀλλὰ μὴν οὐδ' εὐστοχία. ἄνευ τε γὰρ λόγου, καὶ ταχύ τι ἡ εὐστοχία. βουλεύονται δὲ πολὺν χρόνον. καὶ φασὶ πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα· βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. ἔτι ἡ

ἀγχίνοια ἕτερον καὶ ἡ εὐβουλία. ἔστι δὲ εὐστοχία τις ἡ ἀγχίνοια. οὐδὲ δὴ δόξα ἡ εὐβουλία οὐδεμία· ἀλλ' ἐπεὶ ὁ μὲν κακῶς βουλευόμενος, ἁμαρτάνει· ὁ δὲ εὖ, ὀρθῶς βουλεύεται· δῆλον ὅτι ὀρθότης τις ἡ εὐβουλία ἐστίν· οὔτ' ἐπιστήμης δὲ, οὔτε δόξης. ἐπιστήμης μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὀρθότης· οὐδὲ γὰρ ἁμαρτία· δόξης δ' ὀρθότης ἡ ἀλήθεια· ἅμα δὲ καὶ διώρισται ἤδη πᾶν, οὗ δόξα ἐστίν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄνευ λόγου ἡ εὐβουλία· διανοίας ἄρα λείπεται· αὕτη γὰρ οὔπω φάσις· καὶ γὰρ ἡ δόξα, οὐ ζήτησις, ἀλλὰ φάσις τις ἤδη. ὁ δὲ βουλευόμενος, ἐάν τε εὖ, ἐάν τε κακῶς βουλεύηται, ζητεῖ τι καὶ λογίζεται.

B ἀλλὰ ὀρθότης τίς ἐστιν ἡ εὐβουλία βουλῆς. διὸ ἡ βουλὴ ζητητέα πρῶτον τί, καὶ περὶ τί. ἐπεὶ δ' ἡ ὀρθότης πλεοναχῶς, δῆλον ὅτι οὐ πᾶσα. ὁ γὰρ ἀκρατὴς καὶ ὁ φαῦλος ὃ προτίθεται ἰδεῖν ἐκ τοῦ λογισμοῦ τεύξεται. ὥστε ὀρθῶς ἔσται βεβουλευμένος· κακὸν δὲ μέγα εἰληφώς. δοκεῖ δὲ ἀγαθόν τι τὸ εὖ βουλεύσασθαι. ἡ γὰρ τοιαύτη ὀρθότης βουλῆς, εὐβουλία, ἡ ἀγαθοῦ τευκτική. ἀλλ' ἔστι καὶ τούτου ψευδεῖ συλλογισμῷ τυχεῖν· καὶ ὃ μὲν δεῖ ποιῆσαι, τυχεῖν· δι' οὗ δὲ οὔ. ἀλλὰ ψευδῆ τὸν μέσον ὅρον εἶναι.

solertia diuersa est & bona consultatio. est autem solertia, bona quadam coniectatio. Neq; sane bona ulla consultatio opinio est. sed quoniam qui male cõsultat, errat: qui vero bene, recte consultat: perspicuũ est bonam consultationem esse rectitudinem quandam: neq; tamen scientiæ, neq; opinionis scientia siquidem nõ est rectitudo, cum neq; error: sed opinionis rectitudo veritas est. Accedit quod definitum iam omne id est, cuius est opinio. Quinetiã neq; sine ratione bona consultatio est. a cogitatione igitur deficit. ea enim nondum est en[illegible]iatio. etenim opinio, non inquisitio, sed enuntiatio quedam iam est. Qui autem cõsultat, siue bene, siue male cõsultet, quærit aliquid ac ratiocinatur. sed bona consultatio consilij rectitudo quadã est. idcirco quærendum est primum quid sit cõsilium, & in quo sit. Quoniam vero rectitudo multis modis est, constat non omnem esse. incontinens enim & prauus, quod sibi videndum proponit ex ratiocinatione, assequetur ut recte quidẽ consultauerit: magno tamen malo accepto. At bene cõsultare bonum quoddã videtur. talis enim rectitudo cõsilij, bona consultatio est, quæ bonũ ass. qui potest. sed fit et, ut falsa ratiocinatione id assequamur, quodq; facto est opus assequamur: quo vero medio est opus, minime. sed fallax medius terminus sit.

quare

quare neque eadem erit bona consultatio, qua quis quod opus est assequitur, non tamen quo medio oportebat. Præterea fit, vt multo tempore aliquis consultans assequatur, aliquis cito. ergo neque illa adhuc bona consultatio est. sed ea rectitudo, quæ ex vsu est, & cuius rei opus est, & quomodo, & quando. Præterea fit, vt & absolute bene consultauerit quispiam, & ad quendam finem. Itaq; absolute ea est, quæ ad finem absolute dirigit, ea vero certa quadam est, quæ ad quendam finem. si igitur prudentium est bene consultare, bona consultatio rectitudo fuerit, quæ congruit vtili ad quendam finem, cuius prudentia vera existimatio est.

ὥστ' οὐδ' ἡ αὕτη πω εὐβουλία, καθ' ἣν οὗ δεῖ μὲν τυγχάνει, οὐ μὴν δι' οὗ ἔδει. ἔτι ἐστὶ πολὺν χρόνον βουλευόμενον τυχεῖν· τὸν δὲ ταχύ. οὐκοῦν οὐδ' ἐκείνη πω εὐβουλία· ἀλλ' ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ οὗ δεῖ, καὶ ὥς, καὶ ὅτε. ἔτι ἐστὶ καὶ ἁπλῶς εὖ βεβουλεῦσθαι, καὶ πρός τι τέλος. ἡ μὲν δὴ ἁπλῶς ἡ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἁπλῶς κατορθοῦσα· ἡ δέ τις ἡ πρός τι τέλος. εἰ δὴ τῶν φρονίμων τὸ εὖ βεβουλεῦσθαι, ἡ εὐβουλία εἴη ἂν ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρός τι τέλος, οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστιν.

COMMENTATIONES.

Α τὸ ζητεῖν δὲ καὶ βουλεύεσθαι) Quemadmodum virtutibus moralibus adiunctæ sunt etiam aliæ quædam virtutes, tanquam earũ sociæ & famulæ siue comites, sine quibus illæ perfectæ non possunt esse: vt iustitiæ coniuncta est fides & veritas: temperantiæ comes est verecundia, castitas, modestia: fortitudini cohæret constantia & tolerantia, & sic de ceteris virtutibus: ita etiam prudentię adiunguntur quędam alię virtutes seu facultates tãquam eius partes, quarum tres Arist. in tribus sequẽtibus cap. explicat. Prima est εὐβουλία, *bona consultatio*. Secunda σύνεσις, i. *ingenii perspicuitas*. Tertia ἡ γνώμη *sententia*, quibus ẽt in 12. cap. adiicitur ἡ δεινότης *naturalis solertia*. Et in libello de virtutibus addũtur adhuc aliæ: videlicet μνήμη *memoria*, ἐμπειρία *experientia*. Nam in his omnibus consistit & cernitur tota vis prudentiæ, & omne officium viri prudentis, nimirum, vt *bene possit consulere, vt præditus sit ingenii acumine, vt æquitatem adhibeat in dicenda sententia,*

Prudentiæ comites siue partes.

vt sit industrius in rebus agendis: denique, *vt valeat memoria, vsu, & experientia rerum.* Cui enim ista non adsunt, is non potest viri prudentis tueri nomen. De his igitur, deq; tribus præcipue primis Aristoteles in tribus sequentibus capit. explicat, & in hoc capite agit περὶ τῆς εὐβουλίας, *de bona consultatione*, quid ea sit, & in quibus bonum consilium sit positum. Est autem *εὐβουλία nihil aliud, quam rectitudo consultationis, per quam finem bonum honestis & conuenientibus mediis in agendo consequi possumus.* In hac definitione notandæ sunt duæ partes, genus scilicet & differentia. Quod ad genus attinet, dicit Aristoteles, *bonam consultationem esse rectitudinē consilii*, atq, id probat exemplo coniugatorum. Nam *si bene consultare, est recte consultare.* Ergo *bona consultatio est rectitudo consilii, & bonum consilium est rectum consilium.* Sed *antecedens est verum.* Igitur *& consequens.* Quod autem antecedens sit verum, probari potest ex contrario: *Nam male consultare, est errare in consultando.* Igitur *bene consultare, est recte consultare.* Sed hoc loco quæritur, *vtrum εὐβουλία sit scientia, aut εὐστοχία, id est, bona coniectatio, aut ἀγχίνοια, id est, mentis sagacitas, industria, aut δόξα, opinio, aut διάνοια, simplex aut nuda alicuius rei intelligentia.* Ad hoc respondet Aristoteles, *εὐβουλίαν* nihil horum esse, atq; id probat de singulis: Primum, quod *εὐβουλία* non sit scientia: *Nulla scientia est inquisitio. Nam quod quis scit, de eo non amplius quærit.* Sed *consultatio est inquisitio: quia consultare, est consilium quærere.* Igitur *consultatio non est scientia.* Præterea, *si consultatio esset rectitudo scientiæ.* Igitur *in scientia esset aliquis error.* Sed *in scientiam non cadit error.* Igitur *etiam non opus habet rectificatione, & per consequens, rectitudo non est rectitudo scientiæ.* Secundo, *quod εὐβουλία non sit εὐστοχία*, sic probatur: *εὐστοχία est facultas, qua mens subito intelligit absq; longiore ratiocinatione, quid in re aliqua verum aut falsum, bonum aut malum est.* Sed *consultatio non fit subito, & sine ratiocinatione.* Ergo *consultatio non est εὐστοχία.* Minor probatur primum exemplo eorum, qui consultant. Nam inquit, *viri prudentes diu solent considerare & consultare: stulti autem ex tempore capiunt consilium, deinde a communi prouerbio, quo dicitur, lente esse consultandum,*

Consultatio bona quid.

εὐβουλία vtrum sit scientia aut aliud quippiam.

εὐβουλία nō est scientia.

non εὐστοχία.

dum, celeriter vero agendum. Tertio, quod εὐβουλία non sit ἀγχίνοια, probatur eodem modo: *Nam ἀγχίνοια est subita inuentio alicuius medii. Sed consultatio non fit subito.* Igitur *consultatio non est ἀγχίνοια.* Quarto, quod consultatio nō sit δόξα *opinio*, probatur duobus argumentis: Primum, *opinionis rectitudo est veritas: nam ille dicitur recte habere opinionem, si opinio eius consentit cum veritate rei.* Itaq; *rectitudo opinionis respicit veritatem: consultationis autem rectitudo præcipue refertur ad actionē. Nam de rebus agendis omnis suscipitur consultatio.* Ergo *consultatio non est opinio.* Alterum argumentum: *Opinio non est inquisitio alicuius rei, sed est certa enuntiatio: sed consistit adhuc in inquisitione, per quam de re proposita quærimus, & in vtramq; partem deliberamus: non autem recti aliquid affirmamus aut negamus.* Igitur *consultatio non est opinio.* Postremo, quod consultatio non sit ἀσύνεσις, id est, *nuda & simplex alicuius rei cognitio. Consultatio autem non est sine ratione: nam βουλεύεσθαι idem est, quod λογίζεσθαι ratiocinari.* Igitur *consultatio nō est ἀσύνεσις.* Atq; hoc modo Aristoteles per istam quintam partitam ἀφαίρεσιν *remotionem* probauit, quod recte dixerit in definitione τῆς εὐβουλίας, quod sit ὀρθότης τῆς βουλῆς, *rectitudo consilii.*

non ἀγχίνοια.

non δόξα.

non ἀσύνεσις.

B ἀλλ' ὀρθότης τίς ἐστι.) Hactenus explicauit Aristoteles, quodnam sit genus εὐβουλίας *bonæ cōsultationis*, nempe quod sit *rectitudo consilii.* In hoc vero loco explicantur duæ differentiæ, quæ in definitione sunt positæ, quarum vna pertinet ad caussam finalem: altera ad materialem. Etenim finis bonæ consultationis esse debet, *vt consequamur aliquid boni:* materia *sunt ipsa media, per quæ bonum illud cupimus consequi, & de quibus præcipue omnis consultatio suscipitur.* Has duas differentias Aristoteles declarat per distinctionem, qua ostendit, quot modis dicatur *rectum consilium*, vt inde colligatur, quænam reuera sit bona consultatio, quia non omne rectū consilium, etiam est bonum consilium. Nam rectum consilium quatuor dicitur modis: Primum enim rectū consilium dicitur id, *per quod aliquis suum propositum consequitur, etiamsi propositum sit malum: quemadmodum interdum homines improbi, qui scelus admittere volunt ali-*

εὐβουλίας finis materia.

Rectum consilium quatuor modis dicitur.

quod, etiam consultant de modo, & inueniunt modum consultandi & perpetrandi scelus, ideo vt videantur recte consultasse: sed istud rectum non est bonum consilium, quia recta perducit nos ad id, quod volumus: quemadmodũ recta via dicitur, qua recta nos perducit ad eum locum quem volebamus: Etiamsi ipsa via sit mala. Deinde recte cõsilium dicitur, *quo honestũ quidem propositum consequimur, sed inhonestis, malis, & illicitis medijs, vt si quis proponat sibi alere familiam, furto, rapinis, ludo, alea, structura, ipse quidem finis est honestus, nam quiuis pater debet cogitare de alenda familia.* Sed *media sunt illicita, & propterea tale consilium non dicitur bonum, quemadmodum syllogismus non est bonus, etiamsi conclusio sit vera, quoniam confectus est falsis propositionibus.* Tertio rectum consilium etiam dicitur, *quo de honesto proposito & honestis etiam medijs consultamus, sed nimis diu aut præcipitanter consultamus: ita vt consilium dicatur esse aut præceps, aut tempestiuum. Nã diu nimis consultare, facit vt occasio rei gerẽdæ interim elabatur, nimis autem præcipitanter consultare, facile parit errorem in agendo, cum non omnia diligenter fuerint circumspecta & antea considerata, vt etiã dicantur talia consilia esse iuuenilia, atq; eiusmodi consilium etiam non dicitur bonum consilium.* Quarto rectum cõsilium dicitur, *quo finem bonum per honesta & licita media, tempore conuenientè & oportuno consequimur.* Atque tale consilium proprie dicitur ὀρθότης τῆς βουλῆς rectitudo consilii & bona consultatio. Est autem duplex hæc consultatio, nam εὐβουλία quæ est de eo fine, qui simpliciter est finis, id est, qui est vltimus actionum humanarum finis. Nominatur *εὐδαιμονία beatitudo*: talis εὐβουλία etiam dicitur ἁπλῶς εὐβουλία, id est, *simpliciter bona consultatio*, quia suscipitur de eo, quod simpliciter est bonum. Altera vero, quæ de particulari, & vero aliquo fine seu bono, quo pacto hoc vel illud bonum, vt eruditiones, honores, diuitias & conditionem aliquam consequi possimus, dicitur εὐβουλία particularis. quia non de vniuersali bono, sed de recto aliquo bono suscipitur.

II.

III.

IV.

εὐβουλία duplex.

CAP.

CAP. 10.

EST vero etiam sagacitas, & hebetudo, ex quibus appellamus sagaces atq; hebetes, neq; omnino idē quod scientia vel opinio est. omnes enim essent sagaces. neq; est una aliqua ex singulis scientijs, ut vel medicina (de salubribus enim esset) vel geometria (nam in magnitudinibus esset) neq; enim de sēpiternis & immobilibus sagacitas est, neq; de ijs quæ quomodolibet fiunt: sed de quibus dubitarit quispiã, atq; consultarit. Ideo in ijsdem in quibus prudentia versatur: idem tamen sagacitas & prudentia non est. prudentia enim ad præcipiendum valet. quid enim sit agendum, aut non sit, finis est ipsius: at sagacitas ad iudicandum solum valet. idem namq; est sagacitas & sagacitatis bonitas. etenim sagaces etiam bene sagaces sunt. Neq; vero habere prudentiam, neq; nãcisci, sagacitas est: sed ut intelligere dicitur sagire, cum scientia quis utitur, ita in usu opinionis ad iudicandum de ijs de quibus prudentia est, alio dicente: ac iudicãdum præclare. bene enim idem est quod præclare: & inde nomen sagacitas auctum est: ex qua bene sagaces sunt, ex ea quæ in intelligendo est. Intelligere enim sæpe numero sagire dicimus.

ΚΕΦ. ι´.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία, καθ' ἃς λέγομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνέτους, οὔτε ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμῃ, ἢ δόξῃ. πάντες γὰρ ἂν ἦσαν συνετοί. οὔτε τις μία τῶν κατὰ μέρος ἐπιστημῶν, οἷον ἡ ἰατρική· περὶ ὑγιεινῶν γὰρ ἂν ἦν· ἢ γεωμετρία· περὶ μεγέθη γάρ. οὔτε γὰρ περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσίς ἐστιν, οὔτε περὶ τῶν γιγνομένων ὁτουοῦν· ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις, καὶ βουλεύσαιτο· διὸ περὶ τὰ αὐτὰ μὲν τῇ φρονήσει ἐστίν. οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν σύνεσις καὶ φρόνησις. ἡ μὲν γὰρ φρόνησις, ἐπιτακτική ἐστι. τί γὰρ δεῖ πράττειν ἢ μή, τὸ τέλος αὐτῆς ἐστίν· ἡ δὲ ξύνεσις, κριτικὴ μόνον. ταὐτὸ γὰρ ξύνεσις καὶ εὐξυνεσία. καὶ γὰρ οἱ συνετοὶ καὶ εὐσύνετοι. ἔστι δ' οὔτε τὸ ἔχειν τὴν φρόνησιν, οὔτε τὸ λαμβάνειν, ἡ σύνεσις, ἀλλ' ὥσπερ τὸ μανθάνειν λέγεται συνιέναι, ὅταν χρῆται τῇ ἐπιστήμῃ, οὕτως ἐν τῷ χρῆσθαι τῇ δόξῃ ἐπὶ τὸ κρίνειν περὶ τούτων, περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστιν, ἄλλου λέγοντος, καὶ κρίνειν καλῶς. τὸ γὰρ εὖ τῷ καλῶς ταὐτό. καὶ ἐντεῦθεν ἐλήλυθε τοὔνομα ἡ σύνεσις, καθ' ἣν εὐσύνετοι ἐκ τῆς ἐν τῷ μανθάνειν. λέγομεν γὰρ τὸ μανθάνειν συνιέναι πολλάκις.

COMMENTATIONES.

A ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις.) Altera pars siue facultas prudentiæ dicitur σύνεσις, *ingenii acumen & perspicacitas*, cui contraria est ἀσυνεσία, *stupiditas & hebitudo ingenii.* Vnde etiam homines alii sunt συνετοὶ, id est, *ingeniosi, intelligentes, perspicaces, sagaces*: alii vero sunt ἀσύνετοι, *stupidi & stolidi.* Estq; σύνεσις, vt ab Aristotele definitur, ἕξις τοῦ καλῶς κρίνειν περὶ ὧν ἡ φρόνησις ἐστι, id est, *σύνεσις est habitus & facultas recte intelligendi & iudicandi eas res, circa quas prudentia versatur, nempe res ciuiles, & ad humanam vitam & societatem ciuilem vtiles atque necessarias.* De hac animi facultate ab Aristotele duo in hoc capite explicantur: Primum, quod non sit eadem σύνεσις cum scientia & opinione: deinde, quo pacto differat a prudentia. Quod ad primum attinet, ostendit Aristoteles, quod σύνεσις neque omnino, neque etiam aliqua ex parte eadem sit cum scientia & opinione. Atque hoc ita probat: *Si σύνεσις omnino eadem esset cum scientia vel opinione, tum omnes homines essent συνετοὶ, id est, ingenii acumine præditi, perspicaces, quia nullus homo est, qui non aliquam scientiam vel saltem opinionem, de quibusdam rebus habeat.* Sed *non omnes homines, imo paucissimi sunt συνετοὶ, valent ingenii acumine.* Ergo *σύνεσις non eadem est cum scientia & opinione.* Deinde, quod etiam σύνεσις non sit eadem cum particulari aliqua scientia vel opinione, Aristoteles sic probat: *Si σύνεσις eadem esset cum particulari aliqua scientia & opinione, tum versaretur etiam cum scientiæ obiecto.* Sed *σύνεσις non versatur circa alicuius certæ scientiæ obiectum, siue illud sit rerum perpetuarum, siue mutabilium, siue etiam rerum, quæ fiunt.* Ergo *σύνεσις non est eadem cum particulari aliqua scientia.* Maiorem declarat Aristoteles exemplis. Nam inquit: *Si σύνεσις eadem esset cum scientia medica, etiam versaretur circa salubria, quæ sunt obiectum artis medicæ.* Item: *Si eadem esset cum Geometria, etiam versaretur circa Geometriæ obiectum*, id est, *magnitudinem.* Minorem probat, quia *σύνεσις versatur tantum circa ea, quæ veniunt in consultationem, de rebus nimirum agendis: talia enim neque sempiterna sunt, neque pulcre, & sua sponte fi-*

σύνεσις quid.

σύνεσις nō est eadem cum opinione & scientia.

te fiunt, sed opus habent diligenti consilio, vt recte fiant.

B δὸ περὶ τὰ αὐτὰ μὲν.) Hæc est altera pars cap. in qua comparat Aristoteles σύνεσιν cum prudentia, & ex ea comparatione ostendit, in quo ista duo conueniunt, & in quo differant. Conueniunt in duobus: Primum in materia. Nam versantur circa τὰ πρακτά, id est, *circa res agendas*, de quibus consultandum & deliberandum est, quo pacto recte & bene fieri debet: deinde conueniunt in caussa efficiente: vtraque enim confirmanda & comparanda est vsu & experientia. Differunt autem præcipue ταῖς ἐνεργείαις, id est, *operationibus seu officiis.* Nam aliud est officium prudentiæ: aliud est officium τῆς συνέσεως. Nam prudentiæ officium est consultare de rebus agendis, & præcipere, quid sit agendum. Nam eius finis est actio: συνέσεως autem proprium munus est recte intelligere, & iudicare ea, de quibus prudentia consultat & præcipit. Atque hoc declarat exemplo simili de præceptore & discipulo, quid faciendum vel non faciendum. Discipuli est, ea, quæ a præceptore præcipiuntur, intelligere, & recte de iis iudicare. Eodem modo prudentia deliberat & præcipit, quæ sunt agenda. σύνεσις autem de his ipsis recte iudicat, & quodammodo vtitur prudentiæ præceptis & decretis, quemadmodum discipulus vtitur scientia & præceptis sui præceptoris, quando ea intelligit, quæ præcipiuntur, fideliter retinet. Monet autem Aristoteles, se hoc loco vocabulum τῆς συνέσεως accipere in bonam partem, quando nimirum prudentiæ adiungitur, ita vt σύνεσις eadem sit, quod εὐσυνεσία, id est, *bona perspicientia.* Nam est etiam parua quædam σύνεσις, quæ calliditas & astutia seu versutia potius, quam prudentia est nominanda, qualis est in malis & improbis hominibus, qui etiam valent ingenii acumine in excogitandis rebus malis: sed hæc non est socia prudentiæ existimanda: quemadmodum Cicero in officiis: *Prudentia cum iniustitia coniuncta, calliditas potius, quam prudentia est nominanda,* &c.

σύνεσις in quib. conueniat & differat a prudentia.

Calliditas.

ΚΕΦ. ια'.

A Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη,
καθ' ἣν εὐγνώμονας,
καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ
τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστὶ κρίσις ὀρθή.
σημεῖον δέ. τὸν γὰρ ἐπιεικῆ
μάλιστά φαμεν εἶναι συγ-
γνωμονικόν, καὶ ἐπιεικές, τὸ
ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην.
ἡ δὲ συγγνώμη, γνώμη ἐστὶ
κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή.
B ὀρθὴ δέ, ἡ τοῦ ἀληθοῦς. εἰσὶ δὲ
πᾶσαι αἱ ἕξεις εὐλόγως εἰς
ταὐτὸ τείνουσαι. λέγομεν γὰρ
γνώμην, καὶ σύνεσιν, καὶ
φρόνησιν, καὶ νοῦν, ἐπὶ τοὺς
αὐτοὺς ἐπιφέροντες γνώ-
μην ἔχειν καὶ νοῦν ἤδη καὶ
φρονίμους, καὶ συνετούς.
πᾶσαι γὰρ αἱ δυνάμεις αὗ-
ται τῶν ἐσχάτων εἰσί, καὶ
τῶν καθ' ἕκαστον. καὶ ἐν μὲν
τῷ κριτικὸς εἶναι περὶ ὧν ὁ
φρόνιμος, συνετὸς καὶ εὔ-
γνωμον ἢ συγγνώμων. τὰ
γὰρ ἐπιεικῆ, κοινὰ τῶν ἀ-
γαθῶν ἁπάντων ἐστὶν ἐν τῷ
πρὸς ἄλλον. ἔστι δὲ τῶν καθ'
ἕκαστα καὶ τῶν ἐσχάτων, ἅ-
παντα τὰ πρακτά. καὶ γὰρ
τὸν φρόνιμον δεῖ γινώσκειν
αὐτά. καὶ ἡ σύνεσις, καὶ ἡ
γνώμη περὶ τὰ πρακτά. ταῦ-
τα δ' ἔσχατα. καὶ ὁ νοῦς τῶν
ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα. καὶ
γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ
τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστι, καὶ οὐ
λόγος. ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδεί-
ξεις τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ

CAP. II.

*Qua autem vocatur senten-
tia, qua bene sentientes &
habere sententiam dicimus, est
aqui & boni viri iudicium re-
ctũ. iudicium autem est: nam a-
quum & bonũ maxime esse ad
consentiendum & ignoscẽdum
idoneum dicimus. aquum bonũ
quoq; esse consentire & ignosce-
re quibusdam. consensio autem,
recta sententia est boni & aqui
iudicio valẽs. recta vero est, qua
est veracis. Merito autẽ omnes
habitus ad idem tendunt. dici-
mus n. sententiam, & sagacita-
tem, & prudentiam, & intelli-
gentiam, ad eosdem referentes
sententiam, & intelligentiam
iam habere, & prudẽtes, & sa-
gaces. Omnes enim facultates
ha ultimorũ sunt, & singularũ
rerum. Ac in eo quod ad iudicã-
dum valeat de ijs de quibus pru
dens, sagax & bene sentiens, seu
consentiens erit. nam qua sunt
ex aquo bono, communia bonis
omnibus sunt, quod ad alium
spectent. Ex rebus autem sin-
gulis & extremis, omnes res a-
genda sunt. Etenim prudens eas
noscat oportet, & sagacitas,
& sententia in agendis rebus
versantur, at hac ultima sunt:
& intelligentia ultimorum est
in utranque partem. Etenim
primorum terminorum & ul-
timorum intelligentia est, &
non ratio: qua quidem demon-
strationibus congrua est, immobilium est terminorum &*

prime-

primorum: altera autem quæ in agentibus consistit vltimi, & rei contingentis, & alterius propositionis. Hæ enim rei cuius caussa, principia sunt. nam ex singulis vniuersum existit. Harum igitur habere sensum oportet: is autem intelligentia est. Quocirca etiam naturalia videntur hæc esse. ac sapiens quidem natura nemo est: sed sententia, & sagacitate, & intelligentia præditus est. Indicium vero est, quod hæc sequi etiam ætatis existimamus: talisque ætas intelligentia & sententia prædita est, quasi in caussa natura sit: Ideo & principium & finis intelligentia est. ex his enim, & de his demonstrationes fiunt. Quare adhærendum est peritorum hominum & seniorum seu prudentium dictis & sententijs absq; demonstratione, non minus quam demonstrationibus. Quia enim experientia perspicaces sunt, principia cernunt. Quid igitur sapientia & prudentia sit, & quibus in rebus vtraq; versetur, quodq; diuersa partis animi vtraq; virtus sit, dictum est.

πρώτων. ὁ δὲ ἐν ταῖς πρακτικαῖς, τοῦ ἐσχάτου, καὶ ἐνδεχομένου. καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως. ἀρχαὶ γὰρ τοῦ οὗ ἕνεκα αὗται. ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γὰρ τὸ καθόλου. τούτων οὖν δεῖ ἔχειν αἴσθησιν. αὕτη δ' ἐστὶ νοῦς. διὸ καὶ φυσικὰ δοκεῖ εἶναι ταῦτα καὶ φύσει σοφὸς μὲν οὐδείς. γνώμην δ' ἔχειν καὶ σύνεσιν καὶ νοῦν. σημεῖον δ', ὅτι καὶ ταῖς ἡλικίαις οἰόμεθα ἀκολουθεῖν. καὶ ἥδε ἡ ἡλικία νοῦν ἔχει καὶ γνώμην, ὡς τῆς φύσεως αἰτίας οὔσης. διὸ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος νοῦς. ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις, καὶ περὶ τούτων. ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων. διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσι τὰς ἀρχάς. τί μὲν οὖν ἐστὶν ἡ σοφία καὶ ἡ φρόνησις, καὶ περὶ τίνα τυγχάνει ἑκατέρα οὖσα, καὶ ὅτι ἄλλου τῆς ψυχῆς μορίου ἀρετὴ ἑκατέρα, εἴρηται.

COMMENTATIONES.

A ἡ δὲ καλουμένη γνώμη) In hoc cap. primum agitur de tertia facultate seu parte prudentiæ, quæ vocatur γνώμη, i. *sententia*: deinde comparat Arist. omnes tres illas partes prædictas cum ipsa prudentia. Quod ad primam attinet tertia hęc pars siue facultas prudẽtiæ, quę hoc loco γνώμη nominatur, ea in 2. lib. magnorum moraliũ nominatur,

Definitio γνώμης

εὐγνωμοσύνη æquitas & benignitas in sentiendo & iudicando de rebus propositis. Definitur autem hoc in loco γνώμη ἐστὶν ὀρθὴ κρίσις ἐν τοῦ ἐπιεικοῦς γνώμη, *est viri boni æqui rectum & verum iudicium.* Ab hac virtute etiam nominātur εὐγνώμονες, id est, *ij qui in meliorem partem aliorum dicta & facta interpretantur & æquas ferunt de illis sententias.*

Æquitas proprium.

Vnde etiam sunt *συγγνωμονικοὶ prompti ad ignoscendum ei, quod ab alijs forte per imprudentiam in dictis vel factis est erratum:* Hoc enim est proprium τῆς ἐπιεικείας, id est, *æquitatis*, non omnia exacte & ad vigorem iuris examinare, sed de seueritate aliquid committere & condonare hominum fragilitati : Quam æquitatem in sentētiādo & iudicando Aristoteles hoc loco quoq; prudentiæ attribuit : quemadmodum etiam solemus eum hodie prudentem nominare, quia omnia in meliorem accipit partē iuxta Germanorum dictum,

> Der ist weiß vnnd wolgelehrt/
> Der alle Ding zum besten kehrt.

Etiamsi a prior illa facultas, de qua in præcedenti cap dictum est, ἡ σύνεσις perspicientia etiam sit facultas iudicandi de rebus : tamen non est eadem cum præsenti facultate.

σύνεσις & γνώμη quid differant.

Nam σύνεσις ita simpliciter de rebus iudicat & pronuntiat, quales sua sunt natura, si sunt bonæ vel malæ, tales quoque pronuntiat. γνώμη autem in iudicando adhibet ęquitatem & moderationem, & mavult in benigniorem quam in deteriorem partem quandam accipere. Habet ergo γνώμη se ad σύνεσιν, quemadmodum se habet æquitas ad iustitiam.

B εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ ἕξεις.) Hæc est altera pars cap in qua Arist. comparat tres iam dictas facultates cum ipsa prudentia, vt ostendat, quamobrem eas ipsi prudentiæ tanquam socias & comites: Item tāquam partes adiunxerit, quia nimirum ita cum prudentia sunt cognatæ, vt sine ipsis prudentia non possit esse perfecta.

Prudētiæ collatio cū εὐβουλίᾳ, συνέσει & γνώμῃ.

Cognationem autem illam ostendit in trib. consistere: Primum in subiecto, cui inest: Deinde in obiecto circa quod versatur: Tertio in caussa efficiente. Subiecto conueniunt, quoniam sunt in intellectu practico, quo intelligimus & cognoscimus res agendas, & de iis quoq; iudicamus & deliberamus, & consultamus, propterea in subiecto

etiam

etiam ideo conueniunt, quia simul sunt in eodem homine, & ita simul, vt non possint separari ratione prudētiæ. Nam qui prudens est, is etiam simul est εὔβουλος & σύνετος, id est, *perspicax & εὐγνώμων, id est, rerum æstimator, & arbiter.* Obiecto conueniunt materia, quia versantur omnia περὶ τὰ ἔσχατα καὶ καθ' ἕκαστα *circa singularia & extrema*, quæ cadūt in actionem, quibus omnibus vir prudens debet esse verus & æquus æstimator, vt ea & recte intelligere & perspicere, & bene, syncereq; de iis iudicare possit. Quod ad caussam efficientem attinet, facultates istæ etiamsi videantur aliquo modo etiam naturæ bona esse. Sunt n. quidam natura ingeniosi, & in iudicando solertes, & in ignoscendo faciles, tamen præcipue etiā ista vsu & experientia comparantur, augentur & confirmantur. Vnde et recte possunt nominari habitus. Nam si omnia a natura nobis adessent, non possent dici habitus, q͡a habitus cōparan ur vsu & assuefactione, atq; ob eam caussam supra dictum est, prudentiam non cadere in pueros aut adolescētes, q͡a propter ętatē nondū possunt habere magnū vsum rerū. Hanc ob caussam monet Arist. prudentiū virorum, seniorum atq; peritorū dictis & cōsiliis non minus credendū esse, q̄ ipsis demonstrationib⁹, etiamsi nullas adferant rationes & demōstrationes, quoniā inq͡t ipsi longo vsu & experientia sibi compararunt oculum prudētiæ, quo possint rerū cernere caussas, quas alii iuniores nondū possunt cernere aut intelligere. Habent n. memoriā præteritorum, & ꝓuidentiā futurorū, & intelligentiā præsentium, in q͡b. tribus oculi prudētium consistunt, atq; hæc de cōmunione & cognatione, quæ est inter prudentiam, & eius cognatas facultates.

Prudētiā in pueros cur non cadat.

CAP. 12.

DVbitauerit autem quispiam de his, quæ in re vtiles sint. sapientia enim nihil cōtemplatur eorum, ex quibus homo beatus futurus sit. nullius enim rei est, quæ gignitur. at prudentia hoc quidem habet: sed enim

ΚΕΦ. ιβ'.

Διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ αὐτῶν, τί χρήσιμοί εἰσιν. ἡ μὲν γὰρ σοφία οὐδὲν θεωρεῖ ἐξ ὧν ἔσται εὐδαίμων ἄνθρωπος. οὐδεμιᾶς γάρ ἐστι γενέσεως. ἡ δὲ φρόνησις τοῦτο μὲν ἔχει, ἀλλὰ τίνος ἕνε-

ἕνεκα δ' εἰ αὐτῆς, εἴπερ ἡ μὲν φρόνησίς ἐστιν ἡ περὶ τὰ δίκαια, καὶ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀνθρώπῳ, ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρός ἐστι πράττειν. οὐθὲν δὲ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι αὐτά ἐσμεν, εἴπερ ἕξεις αἱ ἀρεταί εἰσιν· ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινὰ οὐδὲ τὰ εὐεκτικά, ὅσα μὴ τῷ ποιεῖν, ἀλλὰ τῷ ἀπὸ τῆς ἕξεως εἶναι λέγεται· οὐθὲν γὰρ πρακτικώτεροι τῷ ἔχειν τὴν ἰατρικὴν ἢ γυμναστικήν ἐσμεν. εἰ δὲ μὴ τούτων χάριν φρόνιμον θετέον, ἀλλὰ τοῦ γίνεσθαι, τοῖς οὖσι σπουδαίοις, οὐθὲν ἂν εἴη χρήσιμος. ἔτι δὲ οὐδὲ τοῖς μὴ ἔχουσιν. οὐθὲν γὰρ διοίσει αὐτοὺς ἔχειν, ἢ ἄλλοις ἔχουσι πείθεσθαι· ἱκανῶς τ' ἔχοι ἂν ἡμῖν, ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ὑγίειαν, βουλόμενοι γὰρ ὑγιαίνειν, ὅμως οὐ μανθάνομεν ἰατρικήν. πρὸς δὲ τούτοις, ἄτοπον ἂν εἶναι δόξειεν, εἰ χείρων τῆς σοφίας οὖσα, κυριωτέρα αὐτῆς ἔσται. ἡ γὰρ ποιοῦσα, ἄρχει καὶ ἐπιτάττει περὶ ἕκαστον. περὶ δὴ τούτων λεκτέον. νῦν μὲν γὰρ ἠπόρηται περὶ αὐτῶν μόνον. πρῶτον μὲν οὖν λέγομεν, ὅτι καθ' αὑτὰς ἀναγκαῖον αἱρετὰς αὐτὰς εἶναι, ἀρετάς γ' οὔσας, ἑκατέραν ἑκατέρου μορίου· καὶ εἰ μὴ ποιοῦσι μηδέν, μηδετέρα αὐτῶν. ἔπειτα δὲ ποιοῦσι μέν, οὐχ ὡς ἰατρικὴ δὲ ὑγίειαν, ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια,

caussa ipsa est opus, siquidem prudentia est, quae in iustis, & honestis, & bonis homini versetur? ea autem sunt, quae agere viri boni est: at nihil actuosiores ex horum cognitione sumus, siquidem habitus virtutes sunt: quemadmodum neque salubria, neque bonae habitudinis efficientia, quae non ex faciendo, sed quia ex habitu sunt, nominantur. nihilo enim actuosiores sumus, quod medicinam aut gymnasticam habeamus. Quod si non horum caussa quid prudens statuendum est, sed ut fiamus, ijs qui probi sunt, nihil erit utilis. Quinetiam neque ijs qui habent. nam nihil referet, habeamus ne ipsi, an habentibus alijs pareamus, satisque nobis sit, quemadmodum & in sanitate. nam quamuis sani esse volumus, medicinam tamen non discimus. Ad haec vero, absurdum esse videretur, si quae est sapientia deterior, praestantior ea esset. Quae enim facit, dominatur atque imperat in singulis. De his igitur dicendum est. Nunc enim de ipsis tantum dubitatum est. Primum itaque dicimus, per se necessario esse expetendas, cum virtutes altera alterius partis sint: licet nihil efficiant, nec earum altertra. Et sane efficiunt quidem, non tamē ut medicina sanitatem, sed ut sanitas

sic

sic sapientia felicitatem. Cum enim totius virtutis pars sit, dum habetur, atque operam impendit, felicem facit. Praeterea opus & ex prudentia & ex morali virtute perficitur. virtus enim rectum scopum facit. prudentia vero, quae ad ipsum tendunt. Quartae autem animi partis, quae est alendi vis, nulla talis virtus est. non enim in ea positum est quicquam agere, aut non agere. Quod vero nihil aptiores ad agendum per prudentiam simus res honestas atq; iustas, paulo altius incipiendum, hoc sumto initio. Quemadmodum enim iusta dicimus agentes nonnullos nondum esse iustos, ut eos qui ea quae a legibus praecipiuntur faciunt, vel inuiti, vel ignoratione, vel ob aliquid aliud, & non ob ipsa (cum tamen agant, quae opus est, queque bonum virum decet) sic ut videtur, quodammodo se habens quispiam singula agat, ut bonus sit: dico ex electione, & eorum ipsorum caussa quae aguntur. Electionem igitur rectam virtus facit: quae autem illius caussa agi solent, non sunt virtutis, sed alterius facultatis. Dicendum autem est cum attentione manifestius de his. Est itaq; facultas quaedam quam solertiam vocãt. Ea est talis, ut quae ad propositum

C

οὕτως ἡ σοφία, εὐδαιμονίαν· μέρος γὰρ οὖσα τῆς ὅλης ἀρετῆς, τῷ ἔχεσθαι ποιεῖ καὶ τῷ ἐνεργεῖν εὐδαίμονα. ἔτι τὸ ἔργον ἀποτελεῖται κατὰ τὴν φρόνησιν καὶ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν. ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ, τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν. ἡ δὲ φρόνησις, τὰ πρὸς τοῦτον. τοῦ δὲ τετάρτου μορίου τῆς ψυχῆς οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη, τοῦ θρεπτικοῦ. οὐθὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ πράττειν, ἢ μὴ πράττειν. περὶ δὲ τοῦ μηδὲν εἶναι πρακτικωτέρους διὰ τὴν φρόνησιν τῶν καλῶν καὶ δικαίων, μικρὸν ἄνωθεν ἀρκτέον, λαβόντας ἀρχὴν ταύτην. ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ δίκαια λέγομεν πράττοντάς τινας οὔπω δικαίους εἶναι, οἷον τοὺς τὰ ὑπὸ τῶν νόμων τεταγμένα ποιοῦντας, ἢ ἄκοντας, ἢ δι' ἄγνοιαν, ἢ δι' ἕτερόν τι καὶ μὴ δι' αὐτά. καίτοι πράττουσί γε ἃ δεῖ καὶ ὅσα χρὴ τὸν σπουδαῖον· οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἔστι τὸ πῶς ἔχοντα πράττειν ἕκαστα, ὥστ' εἶναι ἀγαθόν· λέγω δ', οἷον διὰ προαίρεσιν, καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραττομένων. τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή. τὸ δ' ὅσα ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι, οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. λεκτέον δ' ἐπιστήσασι σαφέστερον περὶ αὐτῶν. ἔστι δή τις δύναμις ἣν καλοῦσι δεινότητα. αὕτη δ' ἐστὶ τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποκείμενον

σκοπὸν συντείνοντα, δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ τυγχάνειν αὐτῶν. ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλός, ἐπαινετή ἐστιν· ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία. διὸ καὶ τοὺς φρονίμους, δεινοὺς καὶ πανούργους φαμὲν εἶναι· ἔστι δὲ ἡ φρόνησις, οὐχ ἡ δύναμις, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης. ἡ δ' ἕξις τῷ ὄμματι τούτῳ, γίνεται τῆς ψυχῆς οὐκ ἄνευ ἀρετῆς, ὡς εἴρηταί τε, καὶ ἔστι δῆλον. οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν ἀρχὴν ἔχοντές εἰσιν. ἐπειδὴ τοιόνδε τὸ τέλος καὶ τὸ ἄριστον, ὅ, τι δήποτε ὄν. ἔστω γὰρ λόγου χάριν τὸ τυχόν. τοῦτο δ' εἰ μὴ τῷ ἀγαθῷ, οὐ φαίνεται. διαστρέφει γὰρ ἡ μοχθηρία, καὶ διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς· ὥστε φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι, μὴ ὄντα ἀγαθόν.

scopum conducunt agere ea possit, atq; assequi. Itaq; si propositum bonum sit, est laudabilis: sin prauum, versutia est. Quamobrem etiam prudentes solertes & versutos esse dicimus. Prudentia vero hæc, non facultas est: non sine facultate tamen hac. habitus vero, hac animi perspicientia gignitur non absq; virtute, sicut & dictum est, & perspicuum est. Ratiocinationes enim sunt, quæ agendarũ rerum principium habent. quandoquidem eiusmodi est finis, & quod optimum est, quodnamcunq; illud fuerit. Sit enim, verbi caussa, quod inciderit. id vero nisi bono viro non apparet. Nam distorquet prauitas, facitq; vt in agẽtibus principiis fallamur. Quamobrem constat non posse quempiam prudentem esse, nisi bonus sit.

COMMENTATIONES.

A Διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ.) In hoc & sequenti cap. Aristoteles duas quæstiones explicat: vnam de vsu, alteram de dignitate prudentiæ. Pręmittit autem quasdam obiectiones, quarum solutiones pertinent ad solutionem istarum quæstionum. Sunt autem tres partes huius cap. Prima pertinet ad tres obiectiones. Altera continet responsionem vel refutationem ad duas obiectiones: In tertia parte quædam explicat de naturali illa prudentia, quæ nominatur δεινότης, *grauitas, solertia, industria & aptitudo ad aliquid intelligendum aut agendum.*

Tres sunt huius capitis partes.

Prima obiectio est de sapientia. Sunt enim aliqui, qui existimant sapienti nullum esse vsum ad hominis beatitudinem, in hac vita, & sic probant: *Hominis beatitudo consistit*

1. Obiectio.

sistit in actione secundum virtutem, quemadmodum in lib. 1. cap. 6. dictum est: sapientia non consistit in actione, sed tantum in contemplatione rerum, vt supra cap. 7. dictum: Ergo *sapientia nihil confert ad hominis beatitudinẽ.* Altera obiectio est de prudentia. Nam fuerunt ẽt aliqui, qui dixerunt *prudentiam non esse necessariã aut vtilem ad beatitudinẽ,* quod sic probatur: *Si prudẽtia necessaria est atq; vtilis ad beatitudinẽ Igitur prudentiã necessaria est ei, qui virtutẽ habet vel ei, qui nondum habet, vt secundũ eam agere possit: sed prudentia neutri est necessaria ad actionem virtutis, neq; ei, qui habet virtutem, neq; ei, qui non habet:* Ergo *prudentia non est necessaria ad beatitudinẽ.* Minoris propositionis prior pars, in qua dicitur, ꝙ prudentia non sit necessaria ei, qui habet virtutẽ, probatur trib. rationibus. Prima est. *Quia vir bonus, qui ꝓditus virtute est per se impellitur ad honestas, iustas & bonas actiones, quatenus ipsa virtus in eo non est otiosa qualitas, sed vltro & suã sponte ꝓpensa est ad agendũ ea, quæ sunt honesta.* Altera ratio, *Quoniam si prudentia necessaria esset viro bono ad actiones virtutis melius peragendas, tum ipsa virtus non videretur esse perfectus habitus quod tamen est falsum.* Tertia ratio sumitur ab exemplo simili: *Quemadmodum homini sano ad sanas actiones obeundas sufficit ipsa sanitas, & non necessariũ est ei, vt etiã teneat scientiam sanitatis, i. e. artem medicam. Ea enim nihil aut parum prodest ad sanas operationes obeundas. Nam & medicus, cum ægrotat non potest suas operationes obire, etiamsi teneat artem medicam, ita etiam viro bono, ad peragẽdas actiones virtutis videtur sufficere ipsa virtus & non necessaria esse ei prudentia, quæ est quasi scientia virtutis.* Altera pars minoris propositionis, in qua dicitur, *prudẽtiam non esse necessariã ei, qui virtutem non habet ad bonas actiones peragẽdas,* probatur exemplo simili: *Quemadmodum,* inquit, *ægroto ad consequendã sanitatem non necessariũ est, vt teneat artem medicam, quæ est scientia sanitatis, sed sufficit ei, vt solum obtemperet consilijs & præceptis medici: Ita is, qui non est virtute præditus ad bonas actiones peragendas non necesse habet, vt prudentiam habeat, sed poterit bonas actiones peragere, si tantum imitetur bonorum virorum actiones, aut obtemperet consilijs virorum prudẽtum: etiamsi ipse prudentiã non habeat.*

II. *Prudẽtia an quid cõferat ad beatitudinem.*

III. Sapientia vtrũ prudentia inferior.

Tertia obiectio huius loci est de dignitate & præstantia sapientiæ & prudentiæ, vtra nimirum sit præstantior. *Nam* inquit, *absurdum alicui videri posset, si dicamus prudentiam inferiorem esse sapientia, cum tamen prudentia videatur de omnibus virtutibus & actionibus earum præcipere.* De hac autem quæstione plura in postrema sequentis capitis parte explicantur.

B πρῶτον μὲν οὖν λέγομεν, Hæc est altera pars ca. ἀνασκευαστικὴ continens refutationem seu responsionem ad duas primas obiectiones Huius autem responsionis posumus facere quinq; partes. Nam prima pars habet συγχώρησιν *concessionem* ex abundanti cum negatione consequentiæ. *Etiamsi* inquit, *concedamus sapientiam & prudentiam non esse vtiles & necessarias ad beatitudinem, tamen nõ sunt propterea plane inutiles:* atq; hoc sic probatur. *O. expetendum est vtile. Sapientia & prudentia sunt expetenda.* Ergo &c. Minor probatur ex Græca etymologia virtutis *Nam virtus a Græcis dicitur ἀρετὴ quasi αἱρετὴ, a verbo αἱρέομαι, quod significat expeto, ergo:* Sic ergo argumẽtatur ex etymologia. *O. ἀρετὴ & αἱρετὴ, id est, O. virtus est expetenda:* Sed *sapientia & prudẽtia sunt virtutes ἀρεταί.* Ergo *etiam sunt αἱρεταὶ expetenda* Secunda pars responsionis pertinet ad similitudinem, quæ fuit supra allata, ostendit illam similitudinem non esse bonam, & eam corrigit meliore nota. *Nam* (inquit) *prudentia ratio sic se habet ad actiones virtutis peragendas, quemadmodum se habet ars medica ad sanas operationes obeundas: sed potius quemadmodum se habet sanitas ad sanas operationes obeundas: ita prudentia se habet ad virtutis actiones peragendas: nam sanitas est caussa per se sanarum operationum: ars autem medica est tantum caussa extrema & adiuuans, ita vt possit aliquis sanas operationes præstare, etiamsi artem medicam non teneat: sed tamen non potest sanas operationes præstare, si non habeat sanitatem sic prudentia est caussa formalis & per se bonarum actionum, sine qua non possunt esse actiones virtutis: quia prudentia ostendit mediocritatem, qua in omnibus actionibus virtutum principem locum habet.*

Prudentiã & sapientiã nõ esse omnino inutiles ad beatitudinẽ.

Tertia pars responsionis pertinet solum ad sapientiam, quam ostendit etiam vtilem esse ad beatitudinem, argu-

argumento de specie & genere desumto. *O. inquit virtus vtilis est ad beatitudinem: sapientia est virtus.* Ergo &c. Maiorem declarat: Nam *virtus duobus modis est vtilis ad beatitudinem partim τῷ ἔχεσθαι habendo, id est, quia ἕξις habitus, quo proficiscitur animus hominis: deinde τῷ ἐνεργεῖν: quia operatur aliquid: Nam beatitudo est operatio animi secundum virtutem.* Quarta pars responsionis pertinet ad prudentiam, quam etiam vtilem esse ad beatitudinem tali probat argumento. *Qua re perficitur id opus in quo beatitudo cõsistit, ea res quoq; vtilis est ad beatitudinem: sed per prudentiam perficitur actio virtutis, quæ est idipsum opus in quo beatitudo consistit.* Ergo *prudentia aliquid confert ad beatitudinem.* Minor probatur. Nam ad omnem bonam actionem duo requiruntur: Primum *vt ea actio habeat bonum scopum seu finem propositum:* Deinde *vt agens etiam habeat bonam mediocritatem, per quã possit illum finem consequi.* Bonum finem actionis ostẽdit virtus moralis: media autem ad finem ostendit prudentia Huic argumento Aristoteles subiicit quandam παρέργων commonitionem *de ea parte animi, qua nominatur vegetatiua, qua omnia corpora animata nutriuntur, aluntur & crescunt,* & ostendit, prudentiam non gubernare huius animæ operationem, quia proprie loquendo operationes huius animæ non dicũtur πράξεις actiones. Nã, *vt sup. c. 2. dictũ est,* omnis actio debet ꝓficisci a προαιρέσει i. e. *electione.* Omnis a προαίρεσις cõstat ex duab. partibus, ex ratione seu mente, & ex volũtate seu appetitu: sed hæc duo, ratio & volũtas non sunt in anima vegetatiua & ꝓinde eius nulla est etiam προαίρεσις, neq; etiã πρᾶξις &c.

Bonæ actionis requisita duo.

C περὶ δὲ τοῦ μηδὲν εἶναι.) Hæc est tertia pars responsionis, in qua refutat id, ꝙ dictum est, posse aliquem pręstare actiones virtutis ẽt sine prudentia, si solum aliorũ facta velit imitari, aut aliorũ consiliis obtẽperare. Etiamsi ipse prudentiã non habeat, non secus ac ægrotus q. sanitatẽ potest cõparare, ẽtsi ipse artem medicã non teneat, si solũ obtemperat cõsiliis & pręceptis medici. De hoc respond. Arist. & negat, solã imitationem sufficere ad actiones præstandas, qa, inquit, ad actiones virtutis requirũtur 4. proprietates, de quibus *lib. 2 c. 4.* dictum est, nempe cum ipse agens primum sciat, *quid agat:* deinde *vt agat*

Imitatiõ an sufficiat actiones virtutis præstãdas.

ἐκ προαιρέσεως recto consilio & animi proposito: Tertio, *vt agat propter se, id est, propter amorẽ virtutis.* Quarto *vt agat cõstanti voluntate.* Ad has quatuor proprietates in agendo obseruãdas necessaria omnino est prudẽtia, & nõ sufficit sola imitatio. Atq; hoc probat exẽplo. *Nam*, inqt, *non propterea iusti sunt, qui agunt iusta, vel coacti legibus, vel etiam per imprudẽtiã vel qua alia aliqua de caussa, & non propter amorẽ iustitiæ iusta agunt*: Sed *illi iusti sunt dicendi, qui iusta agunt eo modo, quo vir iustus ea agere debet, sed illum modũ tantum ostendit prudentia.* Vnde rectè Cic. li. 5. Thusc. quæstio: dixit, *quod nulla virtus possit prudentia carere.* Hæc est tertia pars cap. in qua quædam

Prudẽtia naturalis. **Solertia.** Arist. veluti per appendicem tradit de naturali prudẽtia, quæ non vsu experientiaq; est cõparata, sed a natura quibusdam hominib. insita & vocatur δεινότης a Latinis *solertia & industria ad aliquid vel intelligendum vel agendum.* De hac igitur facultate tria in hoc loco explicat: Primum pertinet ad definitionem, ad diuisionem alterum, tertium ad cõparationem cum prudentia. De pri-

δεινότης quid. mo, *Δεινότης est naturalis quadam vis intelligendi & agendi ea, quæ pertinent ad scopum propositum nobis consequendum.* Est autem duplex hæc vis seu facultas pro dissimilitudine scopi, quem respicit: aut enim est *Bona* & vitiosa;

Bona. aut *Praua.* Bona est *quæ scopum seu finem bonum respicit, & etiam bona & legitima media, quæ ad illum finem perducũt, inuestigat, & inquirit: atq; hæc propriè vere dicitur*

Praua. *δεινότης, & est tantum in bonis hominibus.* Praua δεινότης est, *quæ malum & prauum finem seu propositum, seu scopũ respicit, & etiam inquirit mala media & illicita, per quæ possit finẽ illum cõsequi.* Hæc speciali nomine dicitur *πανουρ-*

Versutia. *γία*, i. e. *versutia, calliditas & astutia*: atq; est in malis & improbis hominibus. Sed quoniam vulgo homines versuti & callidi existimantur esse prudentes: ideo inquit Aristoteles factum esse, vt etiam prudentes dicantur *δεινοὶ καὶ πανοῦργοι callidi, & versuti.* Sed tamẽ prudentia plu-

Prudẽtia quid a solertia & calliditate differat rimũ ab hac facultate differt, quod Aristoteles ostendit ex comparatione, qua prudentiam comparat cũm ista naturali solertia, eaque comparatione ostendit, in quo conueniant, & in quo differãt. Nam δεινότης solertia magnam habet cũ prudentia cognationẽ, adeo vt prudẽtia

absq;

abſque illa non poſſit facile comparari, quod quidem facile intelligi poteſt a contrario. Nam in quibus hominibus hęc naturalis ſolertia non eſt, quales ſunt ii, qui a natura ſunt ſtupidi & ſtulti, hi nunquam poſſunt ſibi prudentiam comparare, etiamſi diutiſſime viuant, audiant & plurimum videant, tamen non fiunt eo prudentiores: ideoq; eam Ariſtoteles comparat oculo. Vt enim ſine oculis homo non poteſt videre res obiectas, & ſibi comparare cognitionem, quam per viſionem debet comparare: ita etiam ſine hac naturali ſolertia mens non poteſt cernere, intelligere, & animaduertere ea, quæ ad prudentiam comparandam ſunt neceſſaria. Vnde etiam Euſtathius Græcus Homeri interpres *in lib. 2. Iliad.* τὴν δεινότητα dicit eſſe *matrem prudentiæ.* Sed tamen differt a prudentia: Primum, quia iſta eſt naturalis facultas: prudentia autem eſt habitus, qui longo vſu & experientia comparatur. Deinde, quia ſolertia etiam poteſt eſſe mala, & in malis hominibus, quemadmodum dictum eſt: prudentia autē nunquam eſt mala, aut in malis hominibus. Semper enim bonum finem & bona media reſpicit, & cum virtute morali eſt coniuncta. Vnde Ariſtoteles ad finem capitis ait, non poſſe fieri, vt aliquis ſit prudens, qui non etiam ſit vir bonus.

CAP. 13. ΚΕΦ. ιγʹ.

Conſiderandum igitur rurſus etiam de virtute eſt. Etenim virtus ſimili modo habet, ſicut prudentia collata cum ſolertia non idem quidem, ſed ſimile: ita & virtus naturalis cum rata. Omnibus enim videntur ſinguli ex moribus eſſe quodam modo natura. Etenim iuſti & temperātes & fortes ſumus, & cetera ſtatim ab ortu habemus. ſed vt aliud quid ſit quærimus, quod propriè bonum eſt, & talia alio

Σκεπτέον δὴ πάλιν καὶ περὶ ἀρετῆς. καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ παραπλησίως ἔχει, ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα· οὐ ταὐτὸ μὲν, ὅμοιον δέ· οὕτω καὶ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ πρὸς τὴν κυρίαν. πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστα τῶν ἠθῶν ὑπάρχειν φύσει πως· καὶ γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ τἆλλα ἔχομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς. ἀλλ' ὅμως ζητοῦμεν ἕτερόν τι, τὸ κυρίως ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἄλλον A

τρόπον ὑπάρχειν. καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις αἱ φυσικαὶ ὑπάρχουσιν ἕξεις. ἀλλ' ἄνευ νοῦ βλαβεραὶ φαίνονται οὖσαι· πλὴν τοσοῦτον ἔοικεν ὁρᾶσθαι, ὅτι ὥσπερ σώματι ἰσχυρῷ ἄνευ ὄψεως κινουμένῳ, συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄψιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. ἐὰν δὲ λάβῃ νοῦν, ἐν τῷ πράττειν διαφέρει. ἡ δ' ἕξις ὁμοία οὖσα, τότ' ἔσται κυρίως ἀρετή. ὥστε καθάπερ ἐπὶ τοῦ δοξαστικοῦ δύο ἐστὶν εἴδη, δεινότης καὶ φρόνησις· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἠθικοῦ δύο ἐστί. τὸ μὲν, ἀρετὴ φυσική. τὸ δ' ἡ κυρία. καὶ τούτων ἡ κυρία οὐ

B γίνεται ἄνευ φρονήσεως. διόπερ φασί τινες πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι. καὶ Σωκράτης τῇ μὲν ὀρθῶς ἐζήτει, τῇ δ' ἡμάρτανεν. ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρετὰς, ἡμάρτανεν· ὅτι δ' οὐκ ἄνευ φρονήσεως, καλῶς

C ἔλεγε. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ νῦν πάντες, ὅταν ὁρίζωνται τὴν ἀρετὴν, προστιθέασι, τὴν ἕξιν εἰπόντες καὶ πρὸς ἅ ἐστι, τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. ὀρθὸς δ', ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν. ἐοίκασι δὴ μαντεύεσθαί πως ἅπαντες, ὅτι ἡ τοιαύτη ἕξις ἀρετή ἐστιν, ἡ κατὰ τὴν φρόνησιν. δεῖ δὲ μικρὸν μεταβῆναι. οὐ γὰρ μόνον ἡ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλ' ἡ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἕξις, ἀρετή ἐστιν. ὀρθὸς δὲ λόγος περὶ

modo adsint. etenim pueris & bestiis, naturales insunt habitus: sed sine intelligentia esse noxii apparent. veruntamen tantum certe constat, quod ut in corpore valido, quod sine adspectu mouetur, contingit, ut vehementer erret, quod adspectum non habeat, ita quoq; hic euenit. sin intelligentiam acceperit, in agendo differt. habitus vero qui similis est, proprie tum virtus erit. quare quemadmodum in opinandi vi duæ species sunt, solertia & prudentia: ita in morali duæ sunt: altera virtus naturalis, altera rata est: atque harum, quæ rata est, non sine prudentia gignitur. Itaq; omnes virtutes prudentias esse inquiunt. & Socrates partim recte quærebat, partim errabat. quod enim prudentias esse omnes virtutes putabat, errabat: quod non sine prudentia, recte dicebat. Signũ autem est: etenim nunc omnes, cum definiunt virtutem, adiungunt, ubi habitum dixerunt, & ad quæ sit, qui congruat rectæ rationi. recta autem est, quæ prudentiæ conuenit. Videntur igitur vaticinari quodam modo omnes, talem esse habitum virtutem, qui prudentiæ congruat. Paulum tamẽ ultra progrediendum est. Non enim solum, qui rectæ rationi congruat, sed qui cum recta ratione habitus sit, virtus est. Recta autem ratio de huiusmodi

huiusmodi rebus prudentia est. Ac Socrates quidem rationes virtutes esse censebat (scientias enim esse omnes) nos vero, cum ratione. Constat igitur ex iis, quæ dicta sunt, neq; proprie bonum esse posse sine prudentia: neq; prudentē sine morali virtute. Quinetiam ea ratio hinc solui posset, qua differere possit quis, separatas esse ab aliis alias virtutes. Non enim idem est ad omnes aptissimus, quare aliam iam, aliam nondum acceperit. Hoc enim in naturalibus virtutibus contingit: ex quibus vero simpliciter bonus dicitur, non contingit. simul enim cum prouidētia, quæ vna est, omnes exsistent. Perspicuū autem est, etiamsi non esset actuosa, ea fore opus, propterea quod eius partis virtus sit: & sine prudentia & virtute esse electionē rectam non posse: eo quod hæc finem, illa quæ ad finem tendunt, vt agamus, facit. At vero neq; præsidet quidem sapientiæ, neque melioris partis est. Quemadmodum neque sanitati medicina. Neq; enim ipsa vtitur, sed vt fiat, prouidet. Quocirca illius caussa præcipit, non autem illi. simile præterea illud est, si quis ciuilem, propterea quod de omnibus præcipit, quæ in ciuitate sunt, Diis præesse ac dominari etiam diceret.

τῶν τοιούτων ἡ φρόνησίς ἐστι. Σωκράτης μὲν οὖν λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι· ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας· ἡμεῖς δὲ, μετὰ λόγου. δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως· οὐδὲ φρόνιμον, ἄνευ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος ταύτῃ λύοιτ' ἄν, ᾧ διαλεχθείη τις ἄν, ὅτι χωρίζονται ἀλλήλων αἱ ἀρεταί. οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς εὐφυέστατος πρὸς ἁπάσας, ὥστε τὴν μὲν ἤδη, τὴν δ' οὔπω εἰληφὼς ἔσται· τοῦτο γὰρ κατὰ μὲν τὰς φυσικὰς ἀρετὰς, ἐνδέχεται· καθ' ἃς δὲ ἁπλῶς λέγεται ἀγαθὸς, οὐκ ἐνδέχεται. ἅμα γὰρ τῇ φρονήσει, μιᾷ οὔσῃ, πᾶσαι ὑπάρξουσι. δῆλον δὲ, κἂν εἰ μὴ πρακτικὴ ἦν, ὅτι ἔδει ἂν αὐτῆς, διὰ τὸ τοῦ μορίου ἀρετὴν εἶναι. καὶ ὅτι οὐκ ἔσται ἡ προαίρεσις ὀρθὴ ἄνευ φρονήσεως, οὐδ' ἄνευ ἀρετῆς. ἡ μὲν γὰρ τὸ τέλος, ἡ δὲ τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία γέ ἐστι τῆς σοφίας, οὐδὲ τοῦ βελτίονος μορίου· ὥσπερ οὐδὲ τῆς ὑγιείας ἡ ἰατρική. οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ· ἀλλ' ὁρᾷ ὅπως γένηται. ἐκείνης οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ. ἔτι ὅμοιον, κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν, ὅτι ἐπιτάττει περὶ πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει.

D E F

COMMENTATIONES.

Prudentiam necessariam esse ad virtutes morales.

Ἀ'ναστίον δὴ πάλιν.) In hoc capite rursum de prudentia agit: & primum de necessitate eius ad virtutes morales: deinde de coniunctione virtutum moralium per prudentiam: tertio, de vtilitate prudentiæ: quarto, de eius dignitate. De primo: Quod prudentia necessaria sit ad virtutes morales, probatur tribus argumentis: Primum sumitur a caussa, sine qua non. *Nam sine prudentia non potest moralis quadam inclinatio ad virtutes perfici in veram virtutem.* Vbi notandum est, Aristotelem duo quasi genera facere virtutum: Primum genus virtutum dicitur ἠθικὸν, id est, *morale*, & est earum, quæ sunt perfecti habitus, diligenti & assiduo nostro studio, vsu, atque exercitatione comparati & confirmati. Atque hæ proprie dicuntur *virtutes*, quoniam reuera possunt efficere virum bonum, cuiusmodi sunt omnes illæ virtutes morales, de quibus hactenus dictum est. Alterum autem genus virtutum dicitur φυσικὸν, quæ virtutes nihil aliud sunt, quam naturalis quædam inclinatio & propensio ad virtutes morales, & ad actiones virtutum moralium. Has autem naturales virtutes, inquit Aristoteles, non posse perfici in veras virtutes sine prudentia, imo eas interdū nocere potius hominibus, quam prodesse, si prudentia absit. Atque hoc probat exemplo simili: *quemadmodum robur naturale plus nocet corpori robusto, quando mouetur sine oculis seu visu, quia grauissime impingit: ita etiam naturales virtutes absq; prudentia, quæ est quasi oculus mentis, hominibus sæpe plus nocent, quam prosunt.* Exempli gratia: *Naturalis fortitudo, si destituta sit prudentia, efficitur temeritas, per quam homines plerunq; sibiipsis accersunt exitium.* Sic *naturalis propensio ad liberalitatē, si destituta sit prudentia, degenerat in prodigalitatem.* Eodem modo de ceteris virtutibus moralibus se res habet, quod nimirum absque prudentia non possunt veras actiones virtutum edere, atque improprie tantum, & per similitudinem dicuntur virtutes, reuera autem non sunt virtutes. Quod Aristot. duobus probat argumentis: Primum, ab effectu: *Nulla vera virtus est noxia. Sed naturales illæ virtutes sæpe sunt noxiæ hominibus,*

Virtutes morales.

Naturales.

Arg. I.

bus. Igitur *non sunt vera virtutes:* deinde, ab exemplo: *Nulla vera virtus tribui potest bestiis & pueris, qui nondũ possunt uti ratione.* Sed *hæ naturales virtutes interdum etiam bestiis & pueris possunt tribui.* Igitur *nõ sunt vera virtutes.* Ex his iam dictis Aristot. infert τὸ πόρισμα. Quod quemadmodum in mente logistica sunt duę virtutes: vna naturalis, quæ dicitur solertia; altera acquisita, quæ dicitur prudentia: ita etiam in ea parte animi, quę est irrationalis, & ad mores hominũ pertinet informandas, sunt duplices virtutes: quædam naturales; quædam vero morales, quæ etiam nominantur κυρίως ἀρεταί, id est, *propria virtutes:* & quemadmodũ prudentia perficit solertiam: ita morales virtutes perficiunt naturales istas inclinationes & propensiones ad virtutem.

B διόπερ φασὶ πάσας &c.) Alterum, quo probatur, nullam virtutem moralem posse esse sine prudentia, desumtum est ab auctoritate Isocratis, qui dixit, *omnes virtutes esse prudentias.* Quod dictum, quo pacto intelligendum sit, Aristoteles explicat, videlicet non ita accipiendum esse, quasi simpliciter omnes virtutes sint prudentiæ. Hoc enim est falsum, quia hac ratione omnes virtutes essent in anima rationali, & per consequens, nulla virtus esset moralis. Sed sic intelligendum est hoc dictum Isocratis, quod eo voluit ostendere, *nullam virtutem posse esse sine prudentia.* *Arg. II.*

C σημεῖον δέ, καὶ γὰρ νῦν.) Hoc est tertium argumentum, quod sumitur ex definitione virtutis. Nam in eius definitione dicitur, *quod sit habitus agendi secundum rectam rationem.* Hæc autem recta ratio nihil aliud est, quã regula & norma agendi, quam præscribit prudentia. Vnde etiam in eadẽ definitione virtutis additur, *quemadmodũ vir prudens eam definierit.* Et propterea etiam Cic. dicit, *virtutem esse habitũ recta rationi consentaneum.* Sed monet Aristot. hoc loco, virtutẽ non tantum esse habitum κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, id est, *secundum rectam rationem:* sed etiam μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου, *cum recta ratione coniunctam.* Atq; inde etiam factum esse ait, vt Socrates diceret, *ipsas virtutes esse λόγους,* id est, *rationes,* vt ostenderet rectam rationem, quam Aristot. prudentiam nominat, planę non posse separari ab ipsa virtute. *Arg. III.*

Virtutes morales non esse a se mutuo separatas.

D ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος ταύτῃ.) Hæc est altera pars capitis, in qua refutat Aristoteles eorum opinionem, qui dixere, *virtutes morales ita a se esse mutuo separatas, vt possit aliquis vnam habere, etiamsi alteram non habeat.* Hunc errorem refutat Aristoteles distinctione, & concedit, in naturalibus virtutibus seu facultatibus posse quidem illud verum esse, vt vnus ad hanc, alius vero ad aliam virtutem magis a natura sit propensus pro diuersitate temperamenti, & pro complexione hominum, quemadmodum etiam ipsa testatur experientia: alios a natura magis esse ad fortitudinem, alios vero ad mansuetudinem, aut temperantiam, aut liberalitatem magis esse propensos. Sed in virtutibus moralibus res non ita se habet, vt vna absque altera possit perfecte alicui inesse, aut si quis vnam non habeat, tamen alias possit perfecte habere. Quod etiam Cicero lib. 2. Tuscul. quæst. ait: *Si*, inquit, *vnam virtutem confessus fueris te non habere, scito te nullam habiturum esse.* Caussa huius rei ab Aristotele hoc exponitur loco, quam dicit esse ipsam prudentiam, *sine qua*, vt Cicero in eodem libro ait, *ne intelligi quidem, multo minus haberi virtus illa potest.* Itaque prudentia est vinculum, quo omnes virtutes morales inter se sunt connexæ. Quod Aristotel. sic probat: *Vbicunque est prudentia, ibi omnes sunt virtutes, quia, vt in 5. cap. dictum est, prudentia ostendit mediocritatē in omnibus vitæ actionibus.* Sed *vbi reuera est virtus vna, ibi quoque est prudentia: quia sine prudentia (vt antea dictū est) nulla virtus potest esse.* Ergo *vbi reuera est vna virtus, ibi etiam sunt reliquæ virtutes, non semper quidem actu, quia non possumus simul omnium virtutum actiones exercere, sed tantum δυνάμει, potestate.*

Prudētia virtutum moraliū vinculū.

E δῆλον δὲ, κἂν εἰ μή.) Hæc est tertia pars cap. in qua breuiter concludit, & repetit ea, quę in prima parte de vtilitate prudentiæ dicta fuerāt: & rursum vtitur eadē συγχωρήσει, *concessione ex abundanti.* Etiamsi enim (inquit) concederemus, quod tamen falsum est, prudentiam non esse πρακτικὴν ἀρετήν, id est, *nō esse talem virtutē, quæ nos magis idoneos redderet ad actiones virtutis præstandas*, tamen nihilominus ea vtilis est & expetenda. Idq; propter duas potissimū caussas: Primum, quia est virtus, id est, *perfectio*

Prudētia vtilis & expetēda propter 2. caussas.

alterius

alterius partis animæ rationalis, qua nimirum de rebus agendis consultamus, inquirimus & ratiocinamur. Nam *omnis virtus est perfectio eius subiecti, cui inest*. Cum igitur prudentia insit in altera hac parte animæ rationalis: ideo quoq; eã perficit, q̃ quidẽ est maxima eius vtilitas: deinde ẽt ideo vtilis & necessaria est, quia prudentia ostendit bona media ad actionẽ aliq̃ ad finẽ pducendã & perficiendã. Atq; hoc modo prudẽtia ipsam *προαίρεσιν*, *electionẽ*, q̃ versatur circa illa media, facit bona & recta. Vt enim virtus moralis ostendit media ad actionẽ, & vt voluntas propriẽ respicit finem: ita electio respicit media ad finem. Ex quibus constat, prudentiæ maximam esse vtilitatem ad actiones virtutis.

F *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία*) Hæc est postrema pars cap. in qua Aristot. respondet ad tertiam obiectionẽ, quę initio præcedẽtis cap. fuerat posita, de prudẽtiæ & sapientię dignitate. Fuerunt enim aliqui, q dixerunt, *prudentiã præstantiorẽ esse sapientia*: quia prudentia est virtus, q̃ præcipit de omnib. virtutib. quo pacto in ciuili societate sint exponẽdæ, & quẽ quælibet virtus locũ habere debeat, & sic argumentabãtur: *Qui præcipit, præstãtior est eo, cui præcipit. Prudentia præcipit etiã sapientiæ*. Ergo *præstantior est sapientia*. Ad hoc arg. respondet Aristo. per *διάκρισιν distinctionẽ*, & ait, *longe diuersum esse præcipere alicui, & præcipere in alius vtilitatẽ & commodũ*: Qui alicui p̃cipit, is est p̃stãtior eo, cui p̃cipitur: quemadmodũ dominus, q p̃cipit seruo, magister discipulo, magistratus subditis: q vero p̃cipit in alius commodũ & vtilitatẽ, & in alius gratiã, ille nõ est ꝓpterea p̃stantior eo, in cuius cõmodũ, honorẽ & vtilitatẽ p̃cipit, imo est quodãmodo inferior: ꝙ Arist. ostendit duob. similib. Ars medica p̃cipit de sanitate hominis cõseruãda vel recuperanda: nõ tamẽ inde sequitur, ꝙ *ars medica sit præstãtior ipsa sanitate*. Eodẽ modo *ἡ πολιτικὴ ἐπιστήμη*, *ciuilis scientia*, ẽt p̃cipit religioni & cultui diuino in ciuitate instituẽdo, non tamẽ propterea scientia ciuilis est p̃stantior religione & cultu diuino. Quod ergo ad prudentiã attinet, prudentia nõ p̃cipit sapiẽtiæ, vt eius vtatur opera & ministerio: quemadmodũ dominus p̃cipit seruo, q cogitur imperata domini facere, & ea ratione inferior est suo domino. Sed prudentia p̃cipit de sapientia, i. in vtilitatẽ & cõmodũ sapiẽtię, quę

Prudẽtia an præstãtior sapientia.

pacto in repub. homines debeāt ad sapientiam & ad studium sapientiæ contendere, & quomodo sapientia sit vtendum ad ciuilis societatis conseruationem. Præterea quem locum & ordinem homines sapientes in repub debeant habere, quæ omnia nihil derogant ipsi sapientiæ, imo magis eius dignitatem & præstantiam extollunt. Propterea monet Aristoteles, etiam sapientiam eo nomine esse præstantiorem prudentia, quia est in parte præstantiore & nobiliore animæ rationalis, nempe in ea, quæ versatur solum circa contemplationem & cognitionem rerum diuinarum, æternarum, necessariarum & vniuersalium quæ nominatur θεωρητική.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. VII.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων βιβλίον ζ′.

ΚΕΦ. α′.

A ΜΕτὰ δὲ ταῦτα λεκτέον, ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν, ὅτι τῶν περὶ τὰ ἤθη φευκτῶν, τρία ἐστὶν εἴδη, κακία, ἀκρασία, θηριότης· τὰ δ᾽ ἐναντία, τοῖς μὲν δυσὶ, δῆλα· τὸ μὲν γὰρ ἀρετὴν, τὸ δ᾽ ἐγκράτειαν καλοῦμεν· πρὸς δὲ τὴν θηριότητα, μάλιστ᾽ ἂν ἁρμόττοι λέγειν τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετὴν, ἡρωϊκήν τινα καὶ θείαν, ὥσπερ Ὅμηρος περὶ Ἕκτορος πεποίηκε λέγοντα τὸν Πρίαμον,

CAP. I.

POst hæc autem alio sumto initio dicendum est, rerum in moribus fugiendarum tres species esse, vitium, incontinentiam, & feritatem: quarum duabus contraria manifesta sunt. *alterum enim virtutem, alterum continentiam vocamus. feritati autem maxime congruat, si dicamus virtutem, quæ supra nos est, heroicam quandam ac diuinam: quemadmodum Homerus Priamum de Hectore loquentem fecit, quod*

quod valde bonus esset:
nec pater eius.

Vir censebatur mortalis, sed Deus esse.

Quare si ex hominibus, sicuti dicunt, ob virtutis excellentiam, Dii efficiuntur, huiusmodi quidam fuerit profecto habitus, qui feritati opponitur. Etenim sicut neque bestiæ vitium est, neque virtus, ita neque Dei: sed hæc præstantius quid virtute, illud diuersum quiddam à vitio genus est. Quoniam vero rarum est, vt vir diuinus sit: quemadmodum Lacones nuncupare solent, cum aliquem valde admirantur, Diuinus, inquiunt, vir est: sic & ferinus inter homines rarus est, maxime tamen inter barbaros est. fiunt vero nonnulla etiam morbis, & oblæsionibus. quinetiam eos, qui vitiositate homines exsuperant, ita infamamus. sed de tali quidem affectione, posthac mentio quædam facienda est. de vitio autem dictum est prius. De incontinentia vero, & mollitie, & delitiis disserendum, & de continentia & tolerantia. neq; enim quasi de iisdem cum virtute & prauitate habitibus, vtraq; harum existimanda est, neque vt aliud genus. Oportet autem sicut in aliis, positis iis, quæ apparent, & in dubium primum vocatis, ita demonstrare. ac maxime

ὅτι σφόδρα ἦν ἀγαθός·
οὐδὲ ἐώκει

Ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

ὥστ' εἰ, καθάπερ φασίν, ἐξ ἀνθρώπων γίνονται θεοὶ δι' ἀρετῆς ὑπερβολήν, τοιαύτη τις ἂν εἴη δηλονότι ἡ τῇ θηριώδει ἀντιτιθεμένη ἕξις. καὶ γὰρ ὥσπερ οὐδὲ θηρίου ἐστὶ κακία, οὐδ' ἀρετή, οὕτως οὐδὲ θεοῦ. ἀλλ' ἡ μὲν τιμιώτερον ἀρετῆς. ἡ δὲ, ἕτερόν τι γένος κακίας. ἐπεὶ δὲ σπάνιον καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, σεῖος ἀνήρ, φασὶν· οὕτω καὶ ὁ θηριώδης ἐν τοῖς ἀνθρώποις σπάνιος. μάλιστα δὲ ἐν τοῖς βαρβάροις ἐστί. γίνεται δ' ἔνια καὶ διὰ νόσους καὶ πηρώσεις· καὶ τοὺς διὰ κακίαν δὲ τῶν ἀνθρώπων ὑπερβάλλοντας, οὕτως ἐπιδυσφημοῦμεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως, ὕστερον ποιητέον τινὰ μνείαν. περὶ δὲ κακίας εἴρηται πρότερον. περὶ δὲ ἀκρασίας, καὶ μαλακίας, καὶ τρυφῆς λεκτέον, καὶ περὶ ἐγκρατείας καὶ καρτερίας. οὔτε γὰρ ὡς περὶ τῶν αὐτῶν ἕξεων τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ μοχθηρίᾳ ἑκατέραν αὐτῶν ὑποληπτέον, οὔθ' ὡς ἕτερον γένος. δεῖ δ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τιθέντας τὰ φαινόμενα, καὶ πρῶτον διαπορήσαντας, οὕτω δεικνύναι. μάλιστα

A

μὲν οὖν πάντα τὰ ἔνδοξα περὶ ταῦτα τὰ πάθη, εἰ δὲ μὴ τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα. ἐὰν γὰρ λύηταί τε τὰ δυσχερῆ, καὶ καταλείπηται τὰ ἔνδοξα, δεδειγμένον ἂν εἴη ἱκανῶς· δοκεῖ δὴ ἥτε ἐγκράτεια καὶ καρτερία τῶν σπουδαίων καὶ τῶν ἐπαινετῶν εἶναι. ἡ δὲ ἀκρασία τε καὶ μαλακία, τῶν φαύλων τε καὶ ψεκτῶν· καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. καὶ ὁ μὲν ἀκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλα πράττει διὰ πάθος· ὁ δ' ἐγκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλαι αἱ ἐπιθυμίαι, οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον. καὶ τὸν σώφρονα μὲν ἐγκρατῆ καὶ καρτερικὸν, τὸν δὲ τοιοῦτον, οἱ μὲν πάντα σώφρονα, οἱ δ' οὔ. καὶ τὸν ἀκόλαστον ἀκρατῆ, καὶ τὸν ἀκρατῆ ἀκόλαστον συγκεχυμένως. οἱ δὲ ἑτέρους εἶναί φασι. τὸν δὲ φρόνιμον, ὁτὲ μὲν οὔ φασιν ἐνδέχεσθαι εἶναι ἀκρατῆ. ὁτὲ δὲ ἐνίους φρονίμους ὄντας καὶ δεινοὺς, ἀκρατεῖς εἶναι. ἔτι ἀκρατεῖς λέγονται καὶ θυμοῦ, καὶ τιμῆς, καὶ κέρδους. τὰ μὲν λεγόμενα ταῦτ' ἐστίν.

quidem omnia probabilia in his affectibus: sin minus, plurima & maxime rata. nam si soluantur difficilia, & probabilia relinquantur, satis fuerit demonstratum. videtur igitur & continentia & tolerantia in bonis & laudabilibus esse: at & incontinentia & mollities in prauis & vituperabilibus. Idē quoque esse continens & perstans in ratiocinatione, & incontinens, & a ratiocinatione desistens. Atq; incontinens quidem sciens, praua impulsus affectu agit: at continens, prauas sciens esse cupiditates, ratione ductus nō obsequitur. temperantem quoque continentem & tolerantem: atque talem, alii omnem esse temperantem, alii minime: & intemperantem incōtinentem & incontinentem intemperantem confuse. Alii vero dissimiles esse aiunt, prudentem vero interdum quidem negant incōtinentem posse effici: prudentes vero quosdam & graues, incontinentes esse. Ceterum incontinentes etiam dicuntur & iræ, & honoris, & lucri. Atq; hæc quidem sunt quæ feruntur.

COMMENTATIONES.

Contenta huius libri.

In hoc libro Aristoteles duo præcipue tractat: primum est de nouo quodam genere virtutum & vitiorum, de continentia & incontinentia. Item de Heroica virtute & de immanitate seu feritate. Alterum est de voluptate

ptate & dolore, de quibus etiam in præcedentibus libris sępissime facta est mentio, qui sunt quasi generalia obiecta omnium virtutum & vitiorum: *quemadmodum lib. 2. cap. 2. dictum est.* Cur autem seorsim agat Aristoteles de continentia & incontinentia, caussa est, quia non sunt ita perfecti habitus, quemadmodũ sunt habitus superiorum virtutum & vitiorum, atq; ideo continentia dicitur esse imperfecta virtus: quia appetitus inuitus & nolens rectæ rationi subiicitur. Sic etiam incontinentia dicitur imperfectũ vitium: quia in eo ratio non plane consentit appetitui prauo: sed inuita & nolens ei subiicitur. Sic etiam de heroica virtute & humanitate Aristoteles seorsim sic agit, quia heroica virtus est lõge præstantior, quam sint virtutes morales, de quibus supra dictum est: & immanitas seu feritas est longe deterius & peius vitium, quam sint illa vitia vulgaria, de quibus hactenus est dictum. Sunt ergo duæ huius libri partes: Prima, de continentia & incontinentia: altera, de voluptate & dolore. Quod vero præsens ad hoc caput attinet, sunt eius duæ quoque partes: Prima est quasi nouum exordium προοίμιον: altera habet ἀπαρίθμησιν, enumerationem variarum opinionum veterum philosophorum, de continentia & incontinentia. Quod ad primam partem attinet, exordium prolixius est, sed continet tantum propositionem & rationem. Propositio hęc est: *dicendum deinceps etiam est de iis quibusdam virtutibus & vitiis.* Ratio est: *quia illa etiam pertinent ad mores.* Rationis explicatio facta διαιρέσει, diuisione: *In moribus enim tria sunt expetenda, nempe virtus moralis, virtus heroica, & continentia. Ideoq; in tribus sunt fugienda, nempe vitium morale,* deinde *immanitas & incontinentia. Quia igitur hæc tria sunt circa mores expetenda & fugienda: ideo merito etiam de his tribus in doctrina morali est explicandum. Et quia hactenus de virtute & vitio morali dictum: ideo restant adhuc duo reliqua explicanda, nempe virtus heroica & continentia. Et similiter etiam earum contraria.* Quod autem sit quædam heroica diuersa ab iis virtutibus, de quibus supra dictum est, probat Aristoteles primum ab auctoritate Homeri, qui dicit, *Hectorem fuisse eiusmodi excellenti virtute præditum, propter*

De continẽtia cur seorsim agat Aristot.

Cur de incontinentia.

Cur de heroica virtute.

Duæ sunt huius capit. libri partes.

Duæ sunt huius capit. partes.

Propositio.

Virtutem aliquã esse heroicã probatur.

τρόπον ὑπάρχειν. καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις αἱ φυσικαὶ ὑπάρχουσιν ἕξεις. ἀλλ' ἄνευ νοῦ βλαβεραὶ φαίνονται οὖσαι. πλὴν τοσοῦτον ἔοικεν ὁρᾶσθαι, ὅτι ὥσπερ σώματι ἰσχυρῷ ἄνευ ὄψεως κινουμένῳ, συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄψιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. ἐὰν δὲ λάβῃ νοῦν, ἐν τῷ πράττειν διαφέρει, ἡ δ' ἕξις ὁμοία οὖσα, τότ' ἔσται κυρίως ἀρετή. ὥστε καθάπερ ἐπὶ τοῦ δοξαστικοῦ δύο ἐστὶν εἴδη, δεινότης καὶ φρόνησις· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἠθικοῦ δύο ἐστί. τὸ μὲν ἀρετὴ φυσική. τὸ δ' ἡ κυρία. καὶ τούτων ἡ κυρία οὐ γίνεται ἄνευ φρονήσεως. διόπερ φασί τινες πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι. καὶ Σωκράτης τῇ μὲν ὀρθῶς ἐζήτει, τῇ δ' ἡμάρτανεν. ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρετάς, ἡμάρτανεν· ὅτι δ' οὐκ ἄνευ φρονήσεως, καλῶς ἔλεγε. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ νῦν πάντες, ὅταν ὁρίζωνται τὴν ἀρετήν, προστιθέασι, τὴν ἕξιν εἰπόντες καὶ πρὸς ἅ ἐστι, τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. ὀρθὸς δ', ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν. ἐοίκασι δὴ μαντεύεσθαί πως ἅπαντες, ὅτι ἡ τοιαύτη ἕξις ἀρετή ἐστιν, ἡ κατὰ τὴν φρόνησιν. δεῖ δὲ μικρὸν μεταβῆναι. οὐ γὰρ μόνον ἡ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλ' ἡ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἕξις, ἀρετή ἐστιν. ὀρθὸς δὲ λόγος περὶ

modo adsint. etenim pueris & bestiis, naturales insunt habitus: sed sine intelligentia esse noxii apparent. veruntamen tantum cerni constat, quod ut in corpore valido, quod sine adspectu mouetur, contingit, ut vehementer erret, quod adspectum non habeat, ita quoque hic euenit. sin intelligentiam acceperit, in agendo differt. habitus vero qui similis est, propria tum virtus erit. quare quemadmodum in opinandi vi duæ species sunt, solertia & prudentia: ita in morali duæ sunt: altera virtus naturalis, altera rata est: atque harum, quæ rata est, non sine prudentia gignitur. Itaque omnes virtutes prudentias esse inquiunt. & Socrates partim recte quærebat, partim errabat. quod enim prudentias esse omnes virtutes putabat, errabat: quod non sine prudentia, recte dicebat. Signũ autem est: etenim nunc omnes, cum definiunt virtutem, adiungunt, ubi habitum dixerunt, & ad quæ sit, qui congruat rectæ rationi. recta autem est, quæ prudentiæ conuenit. Videntur igitur vaticinari quodam modo omnes, talem esse habitum virtutem, qui prudentiæ congruat. Paulum tamẽ ultra progrediendum est. Non enim solum, qui rectæ rationi congruat, sed qui cum recta ratione habitus sit, virtus est. Recta autem ratio de huiusmodi

iusmodi rebus prudentia est. Ac Socrates quidem rationes virtutes esse censebat (scientias enim esse omnes) nos vero, cum ratione. Constat igitur ex iis, quæ dicta sunt, neq; proprie bonum esse posse sine prudentia: neq; prudentẽ sine morali virtute. Quinetiam ea ratio hinc solui posset, qua differere possit quis, separatas esse ab aliis alias virtutes. Non enim idem est ad omnes aptissimus, quare aliam iam, aliam nondum acceperit. Hoc enim in naturalibus virtutibus contingit: ex quibus vero simpliciter bonus dicitur, non contingit. simul enim cum prouidẽtia, quæ vna est, omnes exsistent. Perspicuũ autem est, etiamsi non esset actuosa, ea fore opus, propterea quod eius partis virtus sit: & sine prudentia & virtute esse electionẽ rectam non posse: eo quod hæc finem, illa quæ ad finem tendunt, vt agamus, facit. At vero neq; præsidet quidem sapientiæ, neque melioris partis est. Quemadmodum neque sanitati medicina. Neq; enim ipsa vtitur, sed vt fiat, prouidet. Quocirca illius caussa præcipit, non autem illi. simile præterea illud est, si quis ciuilem, propterea quod de omnibus præcipit, quæ in ciuitate sunt, Diis præesse ac dominari etiam diceret.

τῶν τοιούτων ἡ φρόνησίς ἐστι. Σωκράτης μὲν οὖν λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι· ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας· ἡμεῖς δὲ, μετὰ λόγου. δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως, οὐδὲ φρόνιμον, ἄνευ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος ταύτῃ λύοιτ᾽ ἄν, ᾧ διαλεχθείη τις ἄν, ὅτι χωρίζονται ἀλλήλων αἱ ἀρεταί. οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς εὐφυέστατος πρὸς ἁπάσας, ὥστε τὴν μὲν ἤδη, τὴν δ᾽ οὔπω εἰληφὼς ἔσται· τοῦτο γὰρ κατὰ μὲν τὰς φυσικὰς ἀρετὰς, ἐνδέχεται, καθ᾽ ἃς δὲ ἁπλῶς λέγεται ἀγαθὸς, οὐκ ἐνδέχεται. ἅμα γὰρ τῇ φρονήσει, μιᾷ οὔσῃ, πᾶσαι ὑπάρξουσι. δῆλον δὲ, κἂν εἰ μὴ πρακτικὴ ἦν, ὅτι ἔδει ἂν αὐτῆς, διὰ τὸ τοῦ μορίου ἀρετὴν εἶναι. καὶ ὅτι οὐκ ἔσται ἡ προαίρεσις ὀρθὴ ἄνευ φρονήσεως, οὐδ᾽ ἄνευ ἀρετῆς. ἡ μὲν γὰρ τὸ τέλος, ἡ δὲ τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία γέ ἐστι τῆς σοφίας, οὐδὲ τοῦ βελτίονος μορίου· ὥσπερ οὐδὲ τῆς ὑγιείας ἡ ἰατρική. οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ, ἀλλ᾽ ὁρᾷ ὅπως γένηται. ἐκείνης οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνῃ. ἔτι ὅμοιον, κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν, ὅτι ἐπιτάττει περὶ πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει.

D E F

COMMENTATIONES.

Ἀ'ναντίον δὴ πάλιν.) In hoc capite rursum de prudentia agit: & primum de necessitate eius ad virtutes morales: deinde de coniunctione virtutum moralium per prudentiam: tertio, de vtilitate prudentiæ: quarto, de eius dignitate. De primo: Quod prudentia necessaria sit ad virtutes morales, probatur tribus argumentis: Primum sumitur a caussa, sine qua non. *Nam sine prudentia non potest moralis quædam inclinatio ad virtutes perfici in veram virtutem.* Vbi notandum est, Aristotelem duo quasi genera facere virtutum: Primum genus virtutum dicitur ἠθικὸν, id est, *morale*, & est earum, quæ sunt perfecti habitus, diligenti & assiduo nostro studio, vsu, atque exercitatione comparati & confirmati. Atque hæ proprie dicuntur *virtutes*, quoniam reuera possunt efficere virum bonum, cuiusmodi sunt omnes illæ virtutes morales, de quibus hactenus dictum est. Alterum autem genus virtutum dicitur φυσικὸν, quæ virtutes nihil aliud sunt, quam naturalis quædam inclinatio & propensio ad virtutes morales, & ad actiones virtutum moralium. Has autem naturales virtutes, inquit Aristoteles, non posse perfici in veras virtutes sine prudentia, imo eas interdu nocere potius hominibus, quam prodesse, si prudentia absit. Atque hoc probat exemplo simili: *quemadmodum robur naturale plus nocet corpori robusto, quando mouetur sine oculis seu visu, quia grauissime impingit: ita etiam naturales virtutes absq; prudentia, quæ est quasi oculus mentis, hominibus sæpe plus nocent, quam prosunt.* Exempli gratia: *Naturalis fortitudo, si destituta sit prudentia, efficitur temeritas, per quam homines plerunq; sibiipsis accersunt exitium.* Sic *naturalis propensio ad liberalitatẽ, si destituta sit prudentia, degenerat in prodigalitatem.* Eodem modo de ceteris virtutibus moralibus se res habet, quod nimirum absque prudentia non possunt veras actiones virtutum edere, atque improprie tantum, & per similitudinem dicuntur virtutes, reuera autem non sunt virtutes. Quod Aristot. duobus probat argumentis: Primum, ab effectu: *Nulla vera virtus est noxia.* Sed *naturales illæ virtutes sæpe sunt noxiæ hominibus,*

Prudentiam necessariam esse ad virtutes morales.

Virtutes morales.

Naturales.

Arg. I.

bus. Igitur *non sunt vera virtutes:* deinde, ab exemplo: *Nulla vera virtus tribui potest bestiis & pueris, qui nondũ possunt vti ratione.* Sed *hæ naturales virtutes interdum etiam bestiis & pueris possunt tribui.* Igitur *nõ sunt vera virtutes.* Ex his iam dictis Aristot. infert τὸ πόρισμα. Quod quemadmodum in mente logistica sunt duę virtutes: vna naturalis, quæ dicitur solertia; altera acquisita, quæ dicitur prudentia: ita etiam in ea parte animi, quę est irrationalis, & ad mores hominũ pertinet informandas, sunt duplices virtutes: quædam naturales; quædam vero morales, quæ etiam nominantur κυρίαι ἀρεταὶ, id est, *propria virtutes:* & quemadmodũ prudentia perficit solertiam: ita morales virtutes perficiunt naturales istas inclinationes & propensiones ad virtutem.

B διόπερ φασί τινες &c.) Alterum, quo probatur, nullam virtutem moralem posse esse sine prudentia, desumtum est ab auctoritate Isocratis, qui dixit, *omnes virtutes esse prudentias.* Quod dictum, quo pacto intelligendum sit, Aristoteles explicat, videlicet non ita accipiendum esse, quasi simpliciter omnes virtutes sint prudentiæ. Hoc enim est falsum, quia hac ratione omnes virtutes essent in anima rationali, & per consequens, nulla virtus esset moralis. Sed sic intelligendum est hoc dictum Isocratis, quod eo voluit ostendere, *nullam virtutem posse esse sine prudentia.* *Arg. II.*

C σημεῖον δὲ, καὶ γὰρ νῦν.) Hoc est tertium argumentum, quod sumitur ex definitione virtutis. Nam in eius definitione dicitur, *quod sit habitus agendi secundum rectam rationem.* Hæc autem recta ratio nihil aliud est, quã regula & norma agendi, quam præscribit prudentia. Vnde etiam in eadẽ definitione virtutis additur, *quemadmodũ vir prudens eam definierit.* Et propterea etiam Cic. dicit, *virtutem esse habitũ recta rationi consentaneum.* Sed monet Aristot. hoc loco, virtutẽ non tantum esse habitum κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, id est, *secundum rectam rationem:* sed etiam μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου, *cum recta ratione coniunctam.* Atq; inde etiam factum esse ait, vt Socrates diceret, *ipsas virtutes esse λόγους,* id est, *rationes,* vt ostenderet rectam rationem, quam Aristot. prudentiam nominat, plane non posse separari ab ipsa virtute. *Arg. III.*

D ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος οὕτω.) Hæc est altera pars capitis, in qua refutat Aristoteles eorum opinionem, qui dixere, *virtutes morales ita a se esse mutuo separatas, vt possit aliquis vnam habere, etiamsi alteram non habeat.* Hunc errorem refutat Aristoteles distinctione, & concedit, in naturalibus virtutibus seu facultatibus posse quidem illud verum esse, vt vnus ad hanc, alius vero ad aliam virtutem magis a natura sit propensus pro diuersitate temperamenti, & pro complexione hominum, quemadmodum etiam ipsa testatur experientia: alios a natura magis esse ad fortitudinem, alios vero ad mansuetudinem, aut temperantiam, aut liberalitatem magis esse propensos. Sed in virtutibus moralibus res non ita se habet, vt vna absque altera possit perfecte alicui inesse, aut si quis vnam non habeat, tamen alias possit perfecte habere. Quod etiam Cicero lib. 2. Tuscul. quæst. ait: *Si,* inquit, *vnam virtutem confessus fueris te non habere, scito te nullam habiturum esse.* Caussa huius rei ab Aristotele hoc exponitur loco, quam dicit esse ipsam prudentiam, *sine qua*, vt Cicero in eodem libro ait, *ne intelligi quidem, multo minus haberi virtus illa potest.* Itaque prudentia est vinculum, quo omnes virtutes morales inter se sunt connexæ. Quod Aristotel. sic probat: *Vbicunq; est prudentia, ibi omnes sunt virtutes, quia, vt in 5. cap. dictum est, prudentia ostendit mediocritatē in omnibus vitæ actionibus. Sed vbi reuera est virtus vna, ibi quoque est prudentia: quia sine prudentia (vt antea dictū est) nulla virtus potest esse. Ergo vbi reuera est vna virtus, ibi etiam sunt reliquæ virtutes, non semper quidem actu, quia non possumus simul omnium virtutum actiones exercere, sed tantum δυνάμει, potestate.*

Virtutes morales non esse a se mutuo separatas.

Prudētia virtutum moraliū vinculū.

E δῆλον δέ, κἂν εἰ μὴ) Hæc est tertia pars cap. in qua breuiter concludit, & repetit ea, quę in prima parte de vtilitate prudentiæ dicta fuerāt: & rursum vtitur eadē *συγχωρήσει, concessione ex abundanti.* Etiamsi enim (inquit) concederemus, quod tamen falsum est, prudentiam non esse πρακτικὴν ἀρετήν, id est, *nō esse talem virtutē, quæ nos magis idoneos redderet ad actiones virtutis præstandas*, tamen nihilominus ea vtilis est & expetenda. Idq; propter duas potissimū caussas: Primum, quia est virtus, id est, *perfectio alterius*

Prudētia vtilis & expetēda propter 2. caussas.

alterius partis animæ rationalis, qua nimirum de rebus agendis consultamus, inquirimus & ratiocinamur. Nam *omnis virtus est perfectio eius subiecti, cui inest*. Cum igitur prudentia insit in altera hac parte animæ rationalis: ideo quoq; eā perficit, q̄ quidē est maxima eius vtilitas: deinde ēt ideo vtilis & necessaria est, quia prudentia ostendit bona media ad actionē aliq̄ ad finē pducendā & perficiendā. Atq; hoc modo prudētia ipsam *προαίρεσιν, electionē*, q̄ versatur circa illa media, facit bona & recta. Vt enim virtus moralis ostendit media ad actionē, & vt voluntas propriè respicit finem: ita electio respicit media ad finem. Ex quibus constat, prudentiæ maximam esse vtilitatem ad actiones virtutis.

F *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία*) Hæc est postrema pars cap. in qua Aristot. respondet ad tertiam obiectionē, quę initio præcedētis cap. fuerat posita, de prudētiæ & sapientię dignitate. Fuerunt enim aliqui, q dixerunt, *prudentiā præstantiorē esse sapientia*: quia prudentia est virtus, q̄ præcipit de omnib. virtutib. quo pacto in ciuili societate sint exponēdæ, & quē quælibet virtus locū habere debeat, & sic argumentabātur: *Qui præcipit, præstātior est eo, cui præcipit. Prudentia præcipit etiā sapientiæ.* Ergo *præstantior est sapientia.* Ad hoc arg. respondet Aristo. per *διαίρεσιν distinctionē*, & ait, *longe diuersum esse præcipere alicui, & præcipere in alius vtilitatē & commodū*: Qui alicui p̄cipit, is est p̄stātior eo, cui p̄cipitur: quemadmodū dominus, q p̄cipit seruo, magister discipulo, magistratus subditis: q vero p̄cipit in alius commodū & vtilitatē, & in alius gratiā, ille nō est ppterea p̄stantior eo, in cuius cōmodū, honorē & vtilitatē p̄cipit, imo est quodāmodo inferior: q̄ Arist. ostendit duob. similib. Ars medica p̄cipit de sanitate hominis cōseruāda vel recuperanda: nō tamē inde sequitur, q̄ *ars medica sit p̄stātior ipsa sanitate.* Eodē modo *ἡ πολιτικὴ ἐπιστήμη, ciuilis scientia*, ēt p̄cipit religioni & cultui diuino in ciuitate instituēdo, non tamē propterea scientia ciuilis est p̄stantior religione & cultu diuino. Quod ergo ad prudentiā attinet, prudentia nō p̄cipit sapiētiæ, vt eius vtatur opera & ministerio: quemadmodū dominus p̄cipit seruo, q cogitur imperata domini facere, & ea ratione inferior est suo domino. Sed prudentia p̄cipit de sapientia, i. in vtilitatē & cōmodū sapiētię, quę

Prudētia an præstātior sapientia.

pacto in repub. homines debeãt ad ſapientiam & ad ſtudium ſapientiæ contendere, & quomodo ſapientia ſit vtendum ad ciuilis ſocietatis conſeruationem. Præterea quem locum & ordinem homines ſapientes in repub debeant habere, quæ omnia nihil derogant ipſi ſapientiæ, imo magis eius dignitatem & præſtantiam extollunt. Propterea monet Ariſtoteles, etiam ſapientiam eo nomine eſſe præſtantiorem prudentia, quia eſt in parte præſtantiore & nobiliore animæ rationalis, nempe in ea, quæ verſatur ſolum circa contemplationem & cognitionem rerum diuinarum, æternarum, neceſſariarum & vniuerſalium quæ nominatur θεωρητική.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. VII.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων Βιβλίον ζ'.

ΚΕΦ. α'.

A Μετὰ δὲ ταῦτα λεκτέον, ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν, ὅτι τῶν περὶ τὰ ἤθη φευκτῶν, τρία ἐστὶν εἴδη, κακία, ἀκρασία, θηριότης· τὰ δ' ἐναντία, τοῖς μὲν δυσὶ, δῆλα· τὸ μὲν γὰρ ἀρετὴν, τὸ δ' ἐγκράτειαν καλοῦμεν· πρὸς δὲ τὴν θηριότητα, μάλιστ' ἂν ἁρμόττοι λέγειν τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετὴν, ἡρωϊκήν τινα καὶ θείαν, ὥσπερ Ὅμηρος περὶ Ἕκτορος πεποίηκε λέγοντα τὸν Πρίαμον,

CAP. I.

Post hæc autem alio ſumto initio dicendum eſt, rerum in moribus fugiendarum tres ſpecies eſſe, vitium, incontinentiam, & feritatem: quarum duabus contraria manifeſta ſunt. alterum enim virtutem, alterum continentiam vocamus. feritati autem maxime congruat, ſi dicamus virtutem, quæ ſupra nos eſt, heroicam quandam ac diuinam: quemadmodum Homerus Priamum de Hectore loquentem fecit, quod

quod valde bonus esset:
nec pater eius.

Vir censebatur mortalis, sed Deus esse.

Quare si ex hominibus, sicuti dicunt, ob virtutis excellentiam, Dii efficiuntur, huiusmodi quidam fuerit profecto habitus, qui feritati opponitur. Etenim sicut neque bestiæ vitium est, neque virtus, ita neque Dei: sed hæc præstantius quid virtute, illud diuersum quiddam a vitio genus est. Quoniam vero rarum est, ut vir diuinus sit: quemadmodum Lacones nuncupare solent, cum aliquem valde admirantur, Diuinus, inquiunt, vir est: sic & ferinus inter homines rarus est, maxime tamen inter barbaros est. fiunt vero nonnulla etiam morbis, & oblæsionibus. quinetiam eos, qui vitiositate homines exsuperant, ita infamamus. sed de tali quidem affectione, posthac mentio quædam facienda est. de vitio autem dictum est prius. De incontinentia vero, & mollitie, & delitiis differendum, & de continentia & tolerantia. neq; enim quasi de iisdem cum virtute & prauitate habitibus, vtraq; harum existimanda est, neque ut aliud genus. Oportet autem sicut in aliis, positis iis, quæ apparent, & in dubium primum vocatis, ita demonstrare. ac maxime

ὅτι σφόδρα ἦν ἀγαθός·
οὐδὲ ἐῴκει

Ἀνδρός γε θνητοῦ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

ὥστ' εἰ, καθάπερ φασὶν, ἐξ ἀνθρώπων γίνονται θεοὶ δι' ἀρετῆς ὑπερβολὴν, τοιαύτη τις ἂν εἴη δηλονότι ἡ τῇ θηριώδει ἀντιτιθεμένη ἕξις. καὶ γὰρ ὥσπερ οὐδὲ θηρίου ἐστὶ κακία, οὐδ' ἀρετὴ, οὕτως οὐδὲ θεοῦ. ἀλλ' ἡ μὲν, τιμιώτερον ἀρετῆς. ἡ δὲ, ἕτερόν τι γένος κακίας. ἐπεὶ δὲ σπάνιον καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, θεῖος ἀνὴρ, φασὶν· οὕτω καὶ ὁ θηριώδης ἐν τοῖς ἀνθρώποις σπάνιος. μάλιστα δὲ ἐν τοῖς βαρβάροις ἐστί. γίνεται δ' ἔνια καὶ διὰ νόσους καὶ πηρώσεις· καὶ τοὺς διὰ κακίαν δὲ τῶν ἀνθρώπων ὑπερβάλλοντας, οὕτως ἐπιδυσφημοῦμεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως, ὕστερον ποιητέον τινὰ μνείαν. περὶ δὲ κακίας εἴρηται πρότερον. περὶ δὲ ἀκρασίας, καὶ μαλακίας, καὶ τρυφῆς λεκτέον, καὶ περὶ ἐγκρατείας καὶ καρτερίας. οὔτε γὰρ ὡς περὶ τῶν αὐτῶν ἕξεων τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ μοχθηρίᾳ ἑκατέραν αὐτῶν ὑποληπτέον, οὔθ' ὡς ἕτερον γένος. δεῖ δ', ὥσπερ ἐπὶ τῶν A ἄλλων, τιθέντας τὰ φαινόμενα, καὶ πρῶτον διαπορήσαντας, οὕτω δεικνύναι. μάλιστα

ptate & dolore, de quibus etiam in præcedentibus libris sępissime facta est mentio, qui sunt quasi generalia obiecta omnium virtutum & vitiorum: *quemadmodum lib. 2. cap. 2. dictum est.* Cur autem seorsim agat Aristoteles de continentia & incontinentia, caussa est, quia non sunt ita perfecti habitus, quemadmodū sunt habitus superiorum virtutum & vitiorum, atq; ideo continentia dicitur esse imperfecta virtus: quia appetitus inuitus & nolens rectæ rationi subiicitur. Sic etiam incontinentia dicitur imperfectū vitium: quia in eo ratio non plane consentit appetitui prauo: sed inuita & nolens ei subiicitur. Sic etiam de heroica virtute & humanitate Aristoteles seorsim sic agit, quia heroica virtus est lōge præstantior, quam sint virtutes morales, de quibus supra dictum est: & immanitas seu feritas est longe deterius & peius vitium, quam sint illa vitia vulgaria, de quibus hactenus est dictum. Sunt ergo duæ huius libri partes: Prima, de continentia & incontinentia: altera, de voluptate & dolore. Quod vero præsens ad hoc caput attinet, sunt eius duæ quoque partes: Prima est quasi nouum exordium προοίμιον: altera habet ἀπαρίθμησιν, enumerationem variarum opinionum veterum philosophorum, de continentia & incontinentia. Quod ad primam partem attinet, exordium prolixius est, sed continet tantum propositionem & rationem. Propositio hęc est: *dicendum deinceps etiam est de iis quibusdam virtutibus & vitiis.* Ratio est: *quia illa etiam pertinent ad mores.* Rationis explicatio facta διαιρέσει, diuisione: *In moribus enim tria sunt expetenda, nempe virtus moralis, virtus heroica, & continentia. Ideoq; in tribus sunt fugienda, nempe vitium morale,* deinde *immanitas & incontinentia. Quia igitur hæc tria sunt circa mores expetenda & fugienda: ideo merito etiam de his tribus in doctrina morali est explicandum. Et quia hactenus de virtute & vitio morali dictum: ideo restant adhuc duo reliqua explicanda, nempe virtus heroica & continentia. Et similiter etiam eorum contraria.* Quod autem sit quædam heroica diuersa ab iis virtutibus, de quibus supra dictum est, probat Aristoteles primum ab auctoritate Homeri, qui dicit, *Hectorem fuisse eiusmodi excellenti virtute præditum, propter*

De continētia cur seorsim agat Aristot.

Cur de incontinentia.

Cur de heroica virtute.

Duæ sunt huius capit. libri partes.

Duæ sunt huius capit. partes.

Propositio.

Virtutem aliquā esse heroicā probatur.

quam non tantum hominis, sed etiam Dei alicuius filius existimabatur esse. Nam veteres eos, qui longe præstabant ceteris hominibus, propterea *heroas* appellarunt & *semideos*, quasi ex vno parente Deo, ex altero parente homine fuissent. Deinde probat idipsum a testimonio Lacedæmoniorum, qui eos homines, quos videbant virtute longe superare alios homines, habebant in magna admiratione, & nominarunt *σείυς*, id est, *θείυς ἄνδρας*, id est, *diuinos viros*, propterea quod præditi essent eiusmodi virtutibus, quæ quodammodo superarent cõmunem hominum conditionẽ, quemadmodum etiam contra eos, qui eiusmodi vitiis laborabant, quæ reliqua vitia sua turpitudine longe superarent, nominarunt *immanes & feros atq; belluinos homines.* Vnde etiam *θηριότης, feritas seu bestialitas.* Notandum vero est, heroicas virtutes genere non differre a ceteris moralibus virtutibus: sed tantum excellentia & præstantia: deinde etiam caussa efficiente. Nam moralis virtus acquiri potest humana industria, & diligenti assuefactione: sed heroica virtus non sola humana industria comparatur, sed oportet, vt peculiariter etiam accedat diuina gratia. Vnde etiam veteres dixerunt, *neminem vnquam præclarũ & excellentem virum exstitisse sine afflatu diuini numinis.* Eiusmodi autem heroicarum virtutũ exempla passim celebrãtur a scriptoribus in magnis & illustribus viris, cuiusmodi *Herculis fortitudo, Scipionis abstinentia, Scæuolæ constantia, Reguli fides*: ita in sacris literis præ ceteris commendatur *Abrahami fides, Iosephi castitas, Iosuæ fortitudo, Salomonis sapientia, Iobi patientia, Machabæorum constantia.* Talis etiam constantia fuit sanctorum Martyrum in perferendis summis cruciatibus & periculis, propter Christianæ religionis fidem & confessionem, vt *Stephani Martyris, Apostolorum, Polycarpi, Laurentii, & plurimorum aliorum,* qui etiam cum gaudio ad supplicia accesserunt. Vt autem propter tales heroicas virtutes fuerunt multi celebrati: ita etiam contra multi propter feritatem & immanitatem passim in historiis reprehenduntur, qualis fuit crudelitas Mezentii, quem describit Virgil. lib. 8. *qui viua corpora alligabat cadaueribus, vt in eorum complexu tandem etiam misere cogerentur exspirare.*

Semidei.

Virtutes heroicæ a moralibus genere nõ differunt.

Virtutis heroicæ exempla.

Feritatis exempla.

rare. Sic etiam Phalaridis crudelitas notatur, qui in æneo tauro ardente homines cruciabat: & in sacris literis Herodis crudelitas taxatur, qui infantes innocentes trucidari curauit, sperans etiam inter eos se puerũ Iesum recens natum interfecturum. Ex his ergo duæ hæ diuisiones virtutum & vitiorum sunt notandæ. Prima est, quod virtus alia est perfecta, alia imperfecta: sic etiam vitium aliud est perfectum, aliud imperfectum. Altera, quod virtutes & vitia alia sunt κατὰ τὸν ἄνθρωπον, quæ cadunt in hominis naturam: alia vero sunt ὑπὲρ ἄνθρωπον, quæ excedunt hominis conditionem & naturam.

B δεῖ δ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων.) Hæc est altera pars huius cap. quæ continet enumerationem variarũ opinionum veterum philosophorum, de continentia & incontinentia. Enumerat vero sex opiniones, quas prius examinare vult, antequam suam de his duabus quæstionibus exponat sententiam. Vocat autem φαινόμενα & ἀπορίας, id est, *philosophorum placita, quæstiones probabiles, & dubitationes*, quæ de his in eodem disputationibus solebant moueri: ex quibus prima quæstio seu opinio & dubitatio est, *vtrum continentia aut incontinentia sint reuera bona & laudabiles, an mala & vituperabiles actiones.* Altera, *vtrum continentia nihil aliud sit, quam quædam perseuerantia in proposito.* Nam fuerunt aliqui, qui continentem eum esse dixerunt, qui in suo proposito perseuerat constanter: incontinentem autem, qui statim a suo proposito deficit. Tertia quæstio est, *vtrum incontinens sciens agat ea, quæ sunt mala.* Quarta, *vtrum continentia & tolerantia: item, incontinentia & mollities sint plane eadem affectiones, vt temperantia & intemperantia.* Nam plerunque ista vocabula promiscue vsurpantur: ita vt incontinens etiam accipiatur pro intemperante, & vice versa, intemperans pro incontinente. Quinta est, *vtrum incontinens possit etiam esse prudens: & contra, vtrum prudens possit esse incontinens.* Sexta est, *vtrum continentia & incontinentia non tantum versentur circa voluptatem & dolores, sed etiam circa alia aliqua quædam obiecta, ita vt possint dici incontinentes ratione lucri & similium rerum, circa quas suas cupiditates non possant continere & coercere.*

De continentia & incontinentia sex opiniones.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

ΚΕΦ. α'.

A

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς ὑπολαμβάνων ὀρθῶς, ἀκρατεύεταί τις. ἐπιστάμενον μὲν οὖν οὔ φασί τινες οἷόν τε εἶναι. δεινὸν γὰρ ἐπιστήμης ἐνούσης, ὡς ᾤετο Σωκράτης, ἄλλο τι κρατεῖν, καὶ περιέλκειν αὐτὴν ὥσπερ ἀνδράποδον. Σωκράτης μὲν γὰρ ὅλως ἐμάχετο πρὸς τὸν λόγον, ὡς οὐκ οὔσης ἀκρασίας. οὐθένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα, πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος ἀμφισβητεῖ τοῖς φαινομένοις ἐναργῶς· καὶ δέον ζητεῖν περὶ τὸ πάθος, εἰ δι' ἄγνοιαν, τίς ὁ τρόπος γίνεται τῆς ἀγνοίας· ὅτι γὰρ οὐκ οἴεταί γε ὁ ἀκρατευόμενος, πρὶν ἐν τῷ πάθει γενέσθαι, φανερόν. εἰσὶ δέ τινες, οἳ τὰ μὲν συγχωροῦσι, τὰ δ' οὔ. τὸ μὲν γὰρ ἐπιστήμης μηθὲν εἶναι κρεῖττον, ὁμολογοῦσι· τὸ δὲ μηθένα πράττειν παρὰ τὸ δόξαν βέλτιον, οὐχ ὁμολογοῦσι. καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀκρατῆ φασὶν οὐκ ἐπιστήμην ἔχοντα, κρατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ δόξαν. ἀλλὰ μὴν εἴ γε δόξα καὶ μὴ ἐπιστήμη, μηδ' ἰσχυρὰ ὑπόληψις ἡ ἀντιτείνουσα, ἀλλ' ἠρεμαία, καθάπερ ἐν τοῖς διστάζουσι, συγγνώμη τῷ μὴ ἐν ταύταις μένειν πρὸς ἐπιθυμίας ἰσχυράς· τῇ δὲ μοχθηρίᾳ οὐ συγγνώμη, οὐδὲ τῶν ἄλλων

CAP. I.

Dubitauerit autem quispiam, quomodo recte existimans, aliquis faciat incontinenter. nam ut sciens quispiam agat, negant nonnulli fieri posse. Graue enim fuerit, præsente scientia, ut putabat Socrates, aliud quid dominari, ac hunc quasi mancipiũ huc illuc trahere. Socrates enim in totũ aduersus rationem pugnabat, quasi nõ esset incontinentia. neminem enim existimantẽ præter id, quod optimum est, agere, sed ex ignoratione. Quæ sane ratio iis repugnat, quæ euidenter apparent, quærendumq́; est in affectu, si ignoratione, quis ignorationis modus fiat. nam nõ existimare, qui incontinenter facit, antequã in affectu sit, manifestum est. Sunt autem nonnulli, qui hæc concedunt, hæc minime. scientia enim nihil esse potentius concedunt: at neminem agere, præter id quod visum fuerit melius, non concedunt. ac propterea inquiunt incontinentem non scientiam habentem, a voluptatibus superari, sed opinionem. Veruntamen si opinio, & non scientia, neque valida existimatio est, quæ resistit, sed remissa, ut in ambigentibus, venia est, non in his persistendo, aduersus vehementes cupiditates. at prauitati nõ est venia, nec alicui ex aliis

vitupera-

vituperabilibus: prudentia nimirum resistente. ea enim res validissima est. sed est absurdum. foret enim idẽ simul prudens & incontinens. at prudentis esse nemo diceret facere lubenter pessima. Ad hæc vero, superius demonstratum est, actuosum esse prudentem. ultimorum enim quispiam est, & virtutibus reliquis præditus. Præterea si continens est in vehementibus & prauis cupiditatibus habendis, temperans non erit continens, neque continens temperans. neque enim quod nimium est, temperantis est, neq; prauas habere, veruntamen oporteret: nam si bonæ sint cupiditates, prauus est habitus qui prohibet, ne sequamur: quare non omnis continentia honesta est. si imbecillæ vero sint, & non prauæ, nihil præclarum erit: si prauæ & imbecillæ, nihil magnum. Præterea si ut in omni opinione persistamus, continentia facit, praua est, ut si etiam in falsa: & si ut ab omni opinione desistamus, incontinentia, erit aliqua incõtinentia honesta: ut Sophoclis Neoptolemus in Philoctete: laudabilis enim, q non perstaret in iis, quæ ab Vlysse suadebãtur, q mentiri ægre ferret. Quinetiã sophistica ratio mẽtiens, hæsitatio est. cũ enim velint incredibilia reuincere, ut arguti sint, cum assecuti fuerint, ratio con-

B

οὐδενὶ τῶν ψεκτῶν. φρονήσεως ἄρα ἀντιτεινούσης. αὕτη γὰρ ἰσχυροτάτη. ἀλλ' ἄτοπον. ἔσται γὰρ ὁ αὐτὸς ἅμα φρόνιμος καὶ ἀκρατής. φήσειε δ' ἂν οὐδεὶς φρονίμου εἶναι τὸ πράττειν ἑκόντα τὰ φαυλότατα. πρὸς δὲ τούτοις, δέδεικται πρότερον, ὅτι πρακτικός γε ὁ φρόνιμος. τῶν ἐσχάτων γάρ τις, καὶ τὰς ἄλλας ἔχων ἀρετάς. ἔτι εἰ μὲν ἐν τῷ ἐπιθυμίας ἔχειν ἰσχυρὰς καὶ φαύλας ὁ ἐγκρατής, οὐκ ἔσται ὁ σώφρων ἐγκρατής, οὐδ' ὁ ἐγκρατὴς σώφρων. οὔτε γὰρ τὸ ἄγαν, σώφρονος, οὔτε τὸ φαύλας ἔχειν, ἀλλὰ μὴν δεῖ γε. εἰ μὲν γὰρ χρησταὶ αἱ ἐπιθυμίαι, φαύλη ἡ κωλύουσα ἕξις μὴ ἀκολουθεῖν· ὥσθ' ἡ ἐγκράτεια οὐ πᾶσα σπουδαία. εἰ δ' ἀσθενεῖς καὶ μὴ φαῦλαι, οὐθὲν σεμνόν· οὐδ' εἰ φαῦλαι καὶ ἀσθενεῖς, οὐδὲν μέγα. ἔτι εἰ πάσῃ δόξῃ ἐμμενετικόν, ποιεῖ ἡ ἐγκράτεια, φαύλη, οἷον εἰ καὶ τῇ ψευδεῖ· καὶ εἰ πάσης δόξης ἡ ἀκρασία ἐκστατικόν, ἔσται τις σπουδαία ἀκρασία. οἷον ὁ Σοφοκλέους Νεοπτόλεμος ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ. ἐπαινετὸς γὰρ οὐκ ἐμμένων οἷς ἐπείσθη ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, διὰ τὸ λυπεῖσθαι ψευδόμενος. ἔτι ὁ σοφιστικὸς λόγος ψευδόμενος, ἀπορία· διὰ γὰρ τὸ παράδοξα βούλεσθαι ἐλέγχειν, ἵνα δεινοὶ ὦσιν, ὅταν ἐπιτύχωσιν, ὁ γενόμενος

C

D

συλλογισμὸς ἀπορία γίνεται. δέδεται γὰρ ἡ διάνοια, ὅταν μένειν μὲν μὴ βούληται, διὰ τὸ μὴ ἀρέσκειν τὸ συμπερανθέν. προϊέναι δὲ μὴ δύνηται, διὰ τὸ λῦσαι μὴ ἔχειν τὸν λόγον. συμβαίνει δὲ ἔκ τινος λόγου ἡ ἀφροσύνη μετ' ἀκρασίας ἀρετή. τἀναντία γὰρ πράττει ὧν ὑπολαμβάνει, διὰ τὴν ἀκρασίαν. ὑπολαμβάνει δὲ τἀγαθὰ κακὰ εἶναι, καὶ οὐ δεῖν πράττειν. ὥστε τἀγαθὰ

E

καὶ οὐ τὰ κακὰ πράξει. ἔτι ὁ τῷ πεπεῖσθαι πράττων καὶ διώκων τὰ ἡδέα καὶ προαιρούμενος, βελτίων ἂν δόξειεν εἶναι τοῦ μὴ διὰ λογισμὸν, ἀλλὰ δι' ἀκρασίαν. εὐιατότερος γὰρ διὰ τὸ μεταπεισθῆναι ἄν. ὁ δ' ἀκρατὴς ἔνοχος τῇ παροιμίᾳ, ἐν ᾗ φαμὲν, ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπίνειν; εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπέπειστο ἃ πράττει, μεταπεισθεὶς ἂν ἐπαύσατο. νῦν δὲ πεπεισμένος, οὐδὲν ἧττον ἄλλα πράτ-

F

τει. ἔτι εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἐγκράτεια, τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατής; οὐθεὶς γὰρ ἁπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας. φαμὲν δ' εἶναί τινας ἁπλῶς. αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι τοιαῦταί τινες συμβαίνουσι. τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνελεῖν δεῖ, τὰ δὲ καταλιπεῖν. ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας, εὕρεσίς ἐστι.

clusa hæsitatio est. vincta enim mens est, dum perstare quidem non vult, quod non placeat quod conclusum est: progredi vero non potest, quod diluere non queat rationem. Euenit autē ex quadam ratione, ut imprudentia cum incontinentia virtus sit: contraria enim iis agit quæ existimat per incontinentiam. existimat autem bona mala esse, non esseque agenda. Quare bona & non mala agit. Præterea qui quod persuasus est, agit & sectatur iucunda & eligit, melior esse eo videretur, qui non ratione, sed per incontinentiam. Sanabilior enim est, ut qui de sententia deduci possit. At incontinens prouerbio est obnoxius, quo dicimus, Cum aqua præfocat, quid insuper bibere opus est? nam si non persuasus esset quæ agit, dissuasus desisteret: nunc autem persuasus nihilominus alia agit. Præterea si in omnibus incontinentia & continentia versatur, quis simpliciter incontinens est? nam nemo omnes incontinentias habet: quosdam autem simpliciter esse dicimus. Ac tales quædam dubitationes incidunt. ex his autem alia tollenda sunt, alia relinquenda. nam dubitationis solutio, inuentio est.

COMMENTATIONES.

A Ἀπορήσειε δ' ἄν τις) In hoc 2. cap. Aristoteles resumit sex prædictas quæstiones de continentia & incontinentia, easq; examinat, & quid in illis verum vel falsum sit, ostendit. Initium autem facit a tertia quæstione, in qua quæritur, *vtrum incontinens sciens agat ea, quæ sunt mala, id est, vtrum scire possit esse coniuncta cum incontinentia.* Quod igitur ad Socratis opinionem attinet, notandum est, quod Aristoteles inquit, *Socratem omnino non concedere posse aliquē agere ea, quæ sunt mala contra suam scientiam: propterea non esse in homine talem incontinentiam, per quam agat ea, quæ scit non esse agenda propter cupiditatem. Nam scientiam esse firmissimum habitum in homine, ita vt non possit vinci a cupiditatibus. Proinde homines potius δι' ἄγνοιαν, id est, per ignorantiam ea agere, quæ sunt mala, quam per scientiam.* Aristoteles ad hanc Socratis opinionem dupliciter respondet: Primum dicit, *eam pugnare cum quotidiana experientia, quæ manifeste conuincit plurimos, & prope maiorem partem hominum ea agere, quæ tamen sciunt non esse agenda, tunc interdum ipsos homines vltro fateri, se victos cupiditatibus agere ea, vel prælegisse ea, quæ sciebant, sibi non esse facienda.* Imo hoc ipsum testatur Paulus Apostolus ad Romanos, cum ait: *Non enim quæ volo, hæc facio, sed quod odi, hoc facio, non quod volo, bonum facio: sed quod non volo, malum hoc ago:* deinde respondet per συγχώρησιν, *concessionem*, etiamsi concedamus incontinentem agere in ignorantia, tamen videndum est, qualis sit ignorantia: non enim simpliciter ex ignorantia peccat, alioquin enim dignus esset venia. Itaque monet Aristoteles, tria tempora consideranda esse in eiusmodi actionibus & factis æstimandis: vnum tempus est ante factum, tunc incontinens etiam habet scientiam. Scit enim, quid sit rectum, quid honestum. Alterum genus est in ipso facto, dum in agendo versatur, eo tempore, cuius scientia ita est obruta cupiditatibus, vt quodammodo similis sit ignoranti, & nescio se male agere, propter animi perturbationē & vehementiorem cupiditatem. Tertium tempus est post factum, hoc est, postquām nunc peccatum admisit, tunc redit ad seipsum, & ad eam scientiā, quam

Incontinens vtrū sciens mala agat.

Socratis opinio I.

Ad eam responsio.

Tempora tria in incontinentia consideranda.

habuerat ante factũ, ac pœnitet eum sui facti. Atq; hæc de Socratis sententia. Fuerunt autẽ quidam Philosophi, qui concedebant quidẽ, quod scientia non possit vinci a cupiditatibus, nec aiunt etiam incontinentẽ peccare ex ignorantia, sed dicebant, *incontinentẽ solum peccare contra opinionẽ, quia opinio sit leuis & imbecillus assensus, qui facile possit vinci, & quasi excuti ex animo hominis.* Hanc Philosophorũ sententiam Aristot. refutat tali argum. *Si incontinens solũ peccat contra opinionẽ, tunc dignus est venia.* Sed *incontinens, quando peccat, non est dignus venia.* Igitur *non tantũ contra opinionẽ.* Minor probatur: *Nullum vitiũ dignum est venia. Incontinentia est vitiũ.* Igitur *incontinentia non digna est venia*: deinde, *Quæcunq; actio meretur reprehensionẽ, ea non est digna venia.* Sed *actio incontinentis meretur reprehensionẽ.* Ergo *nõ est digna venia.*

Opinio II. Philosophorum.

Argum.

B φρονήσεως ἄρα ἀντιτεινούσης.) Hæc pertinent ad quintam quæstionem, in qua quærebatur, *vtrum incontinens possit esse prudens*: quoniam reperiuntur multi, qui videntur esse prudentes, qui tamen non continentes sunt. Sed negat hoc Aristoteles, quod prudens possit esse incontinens. Et probat id duabus rationibus: Prima, *Incontinens sponte agit, quæ sunt mala.* Sed *nullus prudẽs agit sponte, quæ sunt mala.* Ergo *nullus prudens est incontinens.* Secunda ratio: *Omnis prudens aptus est ad res gerendas, qui habet experientiam rerũ singularium, & præditus est aliis virtutibus. Nullus autem incontinens aptus est ad res gerendas, quia rapitur & ducitur cupiditatibus & affectibus.* Ergo *nullus incontinens reuera est prudens.*

Incontinens: vtrũ possit esse prudens.

C ἔτι εἰ μὲν ἐν τῷ.) Hic locus ad quartam quæstionem referri potest, de qua tamen plenius in 3. 7. & 9. cap. explicat, vtrum nimirum temperantia & continentia sint eædem virtutes: quemadmodum ista vocabula a vulgo promiscue vsurpantur. Sed hoc loco Aristoteles vnico tantum argumento ostendit, non esse easdem virtutes, quod est tale: *Temperans non agitatur prauis & vehementibus cupiditatibus, quia habet appetitum iam demitum & ita moderatum, vt sponte obtemperet rectæ rationi. Omnis continens autem agitatur prauis & vehementibus, quæ repugnant rectæ rationi.* Igitur *continens non est idem, qui est temperans, & continentia non est eadem cum temperan-*

Temperantia & continentia vtrũ sint eadẽ.

Negatur.

perantia. Minor probatur: *Quia si cupiditates, quibus continens debet resistere, non essent praua, tum male faceret, quod illis resisteret, & continentia eius esset vitiosa, quæ prohibet, vt illis obsequatur:* deinde, *si cupiditates illæ non essent vehementes, tum non posset magnopere laudari, quod illis resisteret: non enim admodum est gloriosum aut magnum paruas cupiditates vincere, sed magnis resistere, est laude dignum.*

D' ἔτι εἰ πᾶσαν δόξαν.) Hæc ad secundam quæstionem videntur pertinere, in qua quæritur, *vtrum continentia nihil aliud sit, quam perseuerantia in proposito: incontinentia autem sit inconstantia, & mutatio propositi, ita vt continens is sit, qui in proposito semel suscepto semper consistit: incontinens autẽ, qui facile a suo proposito discedit.* Hoc falsum est, & Aristo. refutat duob. exemplis ab absurdo consequenti. Primũ est tale: *Si continens simpliciter est is, qui perseuerat in proposito.* Ergo *qui perseuerat in malo proposito, erit continens, & propterea laudandus, quod est absurdũ.* Rursum, *si incontinens simpliciter est is, qui non consistit in proposito.* Igitur *qui discedit a malo proposito, erit incõtinens & vituperandus, q. etiã absurdũ.* Imo cõtra laudabile est, mutare malũ propositum & consiliũ, q Aristot. probat duob. exemplis: Primũ desumtum est ex Tragœdia Sophoclis, quæ inscribitur Philoctetes. Ibi enim Vlysses persuaserat Neoptolemo, vt mendacio aliquo falleret Philoctetem, quo eundem reduceret in exercitum. Neoptolemus primum recenset, & recipit se hoc facturum: postea vero cum metueret, hoc mendacium suo amico Philocteti nociturum, mutauit suum consilium, & noluit eo mendacio ipsum fallere, sed aperte cum eo agit, & sui aduentus caussam exposuit, & propter hanc mutationem consilii fuit laudatus, tanquam vir bonus & fidus amicus. Deinde probat etiam exemplo syllogismi Sophystici, qui a Græcis συλλογισμὸς ψευδόμενος, id est, *syllogismus, per quem aliquis potest coargui de mendacio, qui nimirum falsum aliquid concessit ipsi aduersario in disputando.* Hoc, inquit, cũ accidit, nobis per imprudentiam, honestum est & licitũ reuocare, & mutare nostrum consensum, quando nimirum animaduertimus, aduersariũ velle inde aliquid contra nos cõcludere.

Continentia vtrũ sit perseuerantia in proposito. Negatur.

Propositũ malũ mutare laudabile esse.

Philoctetes.

Ex quo ostendit Aristoteles, non omnem propositi aut sententię mutationem esse malam, imo esse laudabilem, quando opinionem seu sententiam falsam mutamus, vel ab ea discedimus. Imo bonus vir debet errores suos libere reuocare, si deprehendit se errasse, & non potest ei hoc vitio verti, quasi sit leuis, inconstans, & mutabilis. Argumentum alterum etiam sumitur ab absurdo consequenti: *Si incontinentia nihil aliud est, quam mutatio aut inconstantia propositi, tum fieri potuit, vt stultitia coniuncta cum incontinentia dicatur esse virtus, tum est absurdum, vt ex duobus nimirum vitiis constituatur aliqua virtus.* Consequentiam sic declarat: *Stultitia est male de rebus putare, id est, ea, quae bona sunt, putare esse mala: & quae mala sunt, putare esse bona.* Iam *si stultus aliquis sit incontinens, tum per incontinentiam facit id bonum, quod putarat, non esse malum: & sic videbitur habere virtutem, & merebitur laudem.* Nam incontinentis proprium est agere, quod tamen iudicat, non esse agendum, quia aut absurdum est, stultum habere virtutem, & stultum laudari posse propter actiones bonas. Ideoque etiam absurdum est dicere, quod incontinentia nihil aliud sit, quam mutatio & inconstantia propositi.

Arg. II.

E τι ἡ τῶ πειϑε.) Hic locus continet obiectionem, quae contra primam quaestionem potest adferri. Etsi enim prima quaestio, in qua quaeritur, *vtrum continentia sit bona & laudabilis: incontinentia autem mala & vituperabilis*, per se sit manifesta: tamen fuerunt, qui existimarunt, intemperantiam meliorem esse, quam sit incontinentia: propterea quod intemperans videatur facilius posse corrigi, & melius persuaderi, quam incontinens: quoniam intemperans persuasus est apud se, quod non male agat, quando intemperanter agit, quae persuasio, si ei eripiatur, facile posse eum reuocari & abduci ab hoc vitio. Incontinens autem, quia scit se male agere, & tamen nihilominus male agit, & non sequi vult dictamen suae rationis, quae iubet, vt non faciat ea, quae facit: ideo incontinentem deteriorem esse, quia non videtur facile melius posse persuaderi, & in aliã sententiam deduci. Nam qui seipsum & suam propriam rationem audire

Incontinens deterior quã intemperans.

audire non vult, is etiam videtur non facile auditurus & admissurus esse aliorũ admonitiones & consilia: proinde dicit Aristoteles, incontinentem obnoxium esse, vt in prouerbio quodam dicitur, *quando aqua aliquem suffocat, frustra est ei potum dare: siquidem qui seipsum audire non vult, frustra est ei consulere.* Ex quibus videtur verum esse, quod incontinens sit deterior, quã intemperans, quæ hæc est huius loci obiectio, de qua, quid sentiendum sit, Aristoteles infra cap. 8. explicat.

F ἔτι εἰ περὶ πάντα ἀκρασία.) Hæc possunt ad sextã quæstionem referri de obiecto continentiæ & incontinentiæ: quæritur enim, *an habeant certum quoddam obiectũ, circa quod versantur.* Et inquit Aristoteles, necessarium esse, vt etiam habeant certum quoddam obiectũ, quemadmodũ reliquæ virtutes morales. Nam si non haberent certum obiectũ, nemo posset dici simpliciter continens vel incontinens, sed tantum diceretur continens vel incontinens secundum quid, κατά τι. Sed hoc est falsum, quia ἁπλῶς simpliciter possunt dici continentes vel incontinentes, quemadmodum infra cap. 4. & 10. plenius explicabit.

Continentia & incontinentia obiectum.

CAP. 3.

Primum igitur considerandum est, vtrũ sciẽtes necne, & quo modo scientes. deinde in quibus incontinens & continẽs ponendus: hoc dico, vtrum in omni voluptate et ægritudine, an in quibusdam definitis: tũ continens & tolerãs, vtrum idem sit, an diuersus: & simili modo de ceteris, quæ cognata contemplationis huius sunt. Initiũ autem considerationis est, vtrum continens & incõtinens, ex eo quod in quibusdam, an ex eo, quod quodam modo habeant differentiam: id dico, vtrum incon-

ΚΕΦΑΛ. γʹ.

A Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, πότερον εἰδότες, ἢ οὔ, καὶ πῶς εἰδότες εἶναι. περὶ ποῖα τὸν ἀκρατῆ καὶ τὸν ἐγκρατῆ θετέον. λέγω δὲ, πότερον περὶ πᾶσαν ἡδονὴν καὶ λύπην, ἢ περί τινας ἀφωρισμένας· καὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ τὸν καρτερικὸν, πότερον ὁ αὐτὸς, ἢ ἕτερός ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα συγγενῆ τῆς θεωρίας ἐστὶ ταύτης. ἔστι δὲ ἀρχὴ τῆς σκέψεως, πότερον ὁ ἐγκρατὴς καὶ ἀκρατής εἰσι, τῷ περὶ ἅ, ἢ τῷ πῶς ἔχοντες διαφοράν. λέγω δὲ, πότερον τῷ περὶ

τάδε εἶναι μόνον ἀκρατὴς ὁ ἀκρατής, ἢ οὔ, ἀλλὰ τῷ ὥς, ἢ οὔ, ἀλλὰ τῷ ἐξ ἀμφοῖν. ἔπειτ' εἰ περὶ ἅπαντ' ἐστὶν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἢ οὔ. οὔτε γὰρ περὶ ἅπαντά ἐστιν ὁ ἁπλῶς ἀκρατής, ἀλλὰ περὶ ἅπερ ὁ ἀκόλαστος, οὔτε τῷ πρὸς ταῦτα ἁπλῶς ἔχειν· ταὐτὸν γὰρ ἂν ἦν τῇ ἀκολασίᾳ· ἀλλὰ τῷ ὡδὶ ἔχειν· ὁ μὲν γὰρ ἄγεται προαιρούμενος, νομίζων ἀεὶ δεῖν τὸ παρὸν ἡδὺ διώκειν. ὁ δ' οὐκ οἴεται μὲν, διώκει δέ. περὶ μὲν οὖν τοῦ δόξαν ἀληθῆ, ἀλλὰ μὴ ἐπιστήμην εἶναι παρ' ἣν ἀκρατεύονται, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον. ἔνιοι γὰρ τῶν δοξαζόντων, οὐ διστάζουσιν, ἀλλ' οἴονται ἀκριβῶς εἰδέναι. εἰ οὖν διὰ τὸ ἠρέμα πιστεύειν, οἱ δοξάζοντες μᾶλλον τῶν ἐπισταμένων παρὰ τὴν ὑπόληψιν πράξουσιν, οὐθὲν διοίσει ἐπιστήμη δόξης· ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν οὐθὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν, ἢ ἕτεροι οἷς ἐπίστανται. δηλοῖ δ' Ἡράκλειτος. ἀλλ' ἐπεὶ διχῶς λέγομεν τὸ ἐπίστασθαι· καὶ γὰρ ὁ ἔχων μὲν, οὐ χρώμενος δὲ τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ ὁ χρώμενος λέγεται ἐπίστασθαι. διοίσει τὸ ἔχοντα μὲν, μὴ θεωροῦντα δὲ, πράττειν ἃ μὴ δεῖ πράττειν, τοῦ ἔχοντα καὶ θεωροῦντα· τοῦτο γὰρ δοκεῖ δεινόν, ἀλλ' οὐκ εἰ μὴ θεωρῶν. ἔτι ἐπεὶ δύο τρόποι τῶν προ-

tinens ex eo, quod in hisce versatur tantummodo, sit incontinens, necne, an ex eo, quod quodam modo, nec ne, sed ex vtrisque. Deinde an incontinentia & continentia in omnibus versetur, necne. Non enim in omnibus versatur, qui simpliciter est incontinens, sed in quibus intemperans: neq; quia simpliciter ad ea sese habet (idem enim cum intemperantia esset) sed eo quod hoc modo habet. ille enim eligens dicitur, praesentē voluptatem semper esse persequendam existimans: incontinens vero nō existimat, persequitur tamen. Quod ergo vera opinio, non scientia sit, ex qua incontinenter faciunt, nihil ad rationem refert. Nam nonnulli opinantiū, non ambigunt, sed certo se scire putant. si igitur, quia leuiter credunt, opinantes magis quam scientes praeter existimationem agent, scientia ab opinione nihil differet. nonnulli enim nihilo minorē iis, quae opinantur; quā alii iis, quae sciunt, fidem adhibent. Heraclitus vero declarat. sed quoniam duobus modis scire dicimus (etenim qui habet & non vtitur scientia, & qui vtitur scire dicitur) differet qui habens quidem, sed nō contemplans agit, quae non agenda sunt ab eo, qui habens & contemplans. hoc enim videtur graue: sed non, si nō contemplans. Praeterea cum duo propositionū modi sint,

*di sint, nihil vetat, vtranq; ha-
bentem, præter scientiam agere,
dum vniuersa tamē vtatur, &
non ea, quæ sit ex parte. singula
enim sub actionem cadunt. Di-
uersum autē est etiam vniuer-
sum. alterum enim in seipso, al-
terum in re est: vt omni homi-
ni sicca conferre, & hunc esse
hominē: vel siccū est tale quid:
sed si hoc huiusmodi sit, aut non
habet, aut non operatur. Ex his
igitur modis dici nō potest, quā-
tum intererit: vt si ita res sit,
nihil absurdū videatur: sin ali-
ter, mirandum. Præterea habe-
re scientiam alio modo, quā qui
dicti sunt, contingit hominibus.
Nam dum habet quis, & nō v-
titur, diuersum esse habitum vi-
demus: vt & habeat quodam
modo, & non habeat: vt qui
dormit, qui furit, & qui vino-
lentus est. At vero ita afficiun-
tur etiam qui in affectibus sunt.
Ira enim & venereorū cupidi-
tates, nonnullaq; ex huiusmodi,
corpus etiam manifeste immu-
tant: quibusdam vero furores
pariunt. Constat igitur simili
modo affectos incontinentes, at-
que hos dicendos esse. Eorū au-
tem sermones, quos ex scientia
ducunt, afferre indicium nul
lum est. etenim qui sunt in his
affectibus, demonstrationes, &
carmina Empedoclis recensent:
qui item primum didicerunt,
continuant quidem verba, non-
dum tamen sciunt. cohæreat*

τάσεων, ἔχοντα μὲν ἀμφοτέρας,
οὐθὲν κωλύει πράττειν παρὰ
τὴν ἐπιστήμην· χρώμενον
μὲν τοι τῇ καθόλου, ἀλλὰ μὴ
τῇ κατὰ μέρος. πρακτὰ γὰρ τὰ
καθ᾽ ἕκαστα. διαφέρει δὲ καὶ τὸ
καθόλου τὸ μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, τὸ
δ᾽ ἐπὶ τοῦ πράγματός ἐστιν.
οἷον ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ συμ-
φέρει τὰ ξηρὰ, καὶ ὅτι οὗτος ἄν-
θρωπος, ἢ ὅτι ξηρὸν τὸ τοιόν-
δε· ἀλλ᾽ εἰ τόδε τοιόνδε, ἢ οὐκ
ἔχει, ἢ οὐκ ἐνεργεῖ. κατά γε δὴ
τούτους διοίσει τοὺς τρόπους ἀ-
μήχανον ὅσον· ὥστε δοκεῖν οὕ-
τω μὲν εἰδέναι μηθὲν ἄτοπον· ἄλ
λως δὲ, θαυμαστόν. ἔτι τὸ ἔχειν
τὴν ἐπιστήμην, ἄλλον τρόπον
τῶν νῦν ῥηθέντων ὑπάρχει τοῖς
ἀνθρώποις. ἐν τῷ γὰρ ἔχειν
μὲν, μὴ χρῆσθαι δὲ, διαφέρουσαν
ὁρῶμεν τὴν ἕξιν. ὥστε καὶ ἔ-
χειν πως καὶ μὴ ἔχειν. οἷον τὸν
καθεύδοντα, καὶ μαινόμενον,
καὶ οἰνωμένον. ἀλλὰ μὴν οὕτω
διατίθενται οἵ γε ἐν τοῖς πά-
θεσιν ὄντες. θυμοὶ γὰρ καὶ ἐ-
πιθυμίαι ἀφροδισίων, καὶ ἔ-
νια τῶν τοιούτων, ἐπιδήλως καὶ
τὸ σῶμα μεθιστᾶσιν· ἐνίοις
δὲ καὶ μανίας ποιοῦσι. δῆλον
οὖν ὅτι ὁμοίως ἔχειν λεκτέον
τοὺς ἀκρατεῖς τούτοις. τὸ δὲ
λέγειν τοὺς λόγους τοὺς ἀπὸ τῆς
ἐπιστήμης, οὐδὲν σημεῖον. καὶ
γὰρ οἱ ἐν τοῖς πάθεσι τούτοις
ὄντες, ἀποδείξεις καὶ ἔπη λέγου-
σιν Ἐμπεδοκλέους· καὶ οἱ πρῶ-
τον μαθόντες, συνείρουσι μὲν τοὺς
λόγους, ἴσασι δ᾽ οὔπω. δεῖ

γὰρ συμφῦναι· τοῦτο δὲ χρόνου δεῖ. ὥστε καθάπερ τοὺς ὑποκρινομένους, οὕτως ὑποληπτέον λέγειν καὶ τοὺς ἀκρατευομένους. ἔτι καὶ ὧδε φυσικῶς ἄν τις ἐπιβλέψειε τὴν αἰτίαν. ἡ μὲν γὰρ καθόλου δόξα, ἡ δ' ἑτέρα περὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν, ὧν αἴσθησις ἤδη κυρία. ὅταν δὲ μία γένηται ἐξ αὐτῶν, ἀνάγκη τὸ συμπερανθὲν, ἔνθα μὲν φάναι τὴν ψυχὴν, ἐν δὲ ταῖς ποιητικαῖς πράττειν εὐθύς· οἷον, εἰ παντὸς γλυκέος γεύεσθαι δεῖ, τουτὶ δὲ γλυκὺ, ὡς ἕν τι τῶν καθ' ἕκαστον, ἀνάγκη τὸν δυνάμενον καὶ μὴ κωλυόμενον, ἅμα τοῦτο καὶ πράττειν. ὅταν οὖν ἡ μὲν καθόλου ἐνῇ, ἡ κωλύουσα γεύεσθαι· ἡ δὲ, ὅτι πᾶν τὸ γλυκὺ ἡδύ. τουτὶ δὲ γλυκύ. αὕτη δὲ ἐνεργεῖ· τύχῃ δὲ ἐπιθυμία ἐνοῦσα, ἡ μὲν λέγει φεύγειν τοῦτο· ἡ δὲ ἐπιθυμία ἄγει. κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων· ὥστε συμβαίνει ὑπὸ λόγου πως καὶ δόξης ἀκρατεύεσθαι. οὐκ ἐναντίας δὲ καθ' αὑτὴν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἐναντία ἀλλ' οὐχ ἡ δόξα τῷ ὀρθῷ λόγῳ. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὰ θηρία οὐκ ἀκρατῆ, ὅτι οὐκ ἔχει καθόλου ὑπόληψιν, ἀλλὰ τῶν καθ' ἕκαστα φαντασίαν καὶ μνήμην. πῶς δὲ λύεται ἄγνοια καὶ πάλιν γίνεται ἐπιστήμων ὁ ἀκρατὴς, ὁ αὐτὸς

D

enim altius oportet, id vero tempus requirit. Quocirca, vt histriones, ita etiam censendi sunt dicere, qui incontinenter faciunt. praeterea ita quoque naturaliter inspicere caussam quispiam possit. altera enim vniuersa opinio, altera de singulis est, quibus iam praesides sensus. quando autem ex ipsis vna enascerit, necesse est, vt quod conclusum est, alibi quidem enunciet animus, in efficientibus vero agat statim: vt si omne dulce gustandum est, hoc autem est dulce, vtpote vnum quiddam ex singulis, necesse est, vt qui potest, & non prohibetur, simul cum hoc quoque agat. Quando igitur vniuersa opinio inest, quae prohibeat gustare: altera vero, quod omne dulce suaue est: hoc autem est dulce: atque haec operatur: forte vero adest cupiditas, illa quidem fugiendum esse ait, cupiditas vero ducit. nam mouere vnumquodque ex membris potest. quare contingit ex ratione quodam modo & opinione incontinenter facere: quae non per se, sed ex accidenti contraria sit. cupiditas enim, non opinio, rectae rationi contraria est. Quare etiam ob id bestiae nõ incontinentes sunt, quia nõ habent vniuersi existimationem, sed singulorũ imaginationẽ & memoriã. quomodo vero soluatur ignorantia, & incontinens rursus efficiatur sciens, eadem

ratio

ratio est & de temulento & dormiente, nec propria huius affectionis, quæ quidem a naturæ indagatoribus audienda est. Quoniam autem vltima propropositio & sensilis rei opinio, actionumque domina est, hanc vel non habet qui in affectu est: vel ita habet, vt non eo quod habet, liceat scire, sed dicere, vt vinolentus Empedoclis carmina: & propterea quod vltimus terminus non vniuersus, neque ita vt vniuersus scientiam efficere videtur. Atq; id quod quærebat Socrates, videtur contingere. Non enim præsente ea quæ videtur proprie esse scientia, oritur affectus: neq; ipsa affectu distrahitur: sed sentiente. sciens ne igitur, necne, & quo modo sciēs facere incontinenter quispiā possit, tot verbis dictum sit.

λόγος καὶ περὶ οἰνωμένου καὶ καθεύδοντος, καὶ οὐκ ἴδιος τούτου τοῦ πάθους, ὃν δεῖ παρὰ τῶν φυσιολόγων ἀκούειν. ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία πρότασις δόξα τε αἰσθητοῦ, καὶ κυρία τῶν πράξεων, ταύτην ἢ οὐκ ἔχει ὁ ἐν τῷ πάθει ὤν, ἢ οὕτως ἔχει, ὡς οὐκ ἦν τὸ ἔχειν ἐπίστασθαι, ἀλλὰ λέγειν ὥσπερ ὁ οἰνωμένος τὰ Ἐμπεδοκλέους. καὶ διὰ τὸ μὴ καθόλου, μηδ' ἐπιστημονικὸν ὁμοίως εἶναι τῷ καθόλου τὸν ἔσχατον ὅρον. καὶ ἔοικεν ὃ ἐζήτει Σωκράτης συμβαίνειν. οὐ γὰρ τῆς κυρίως εἶναι δοκούσης ἐπιστήμης παρούσης, γίνεται τὸ πάθος. οὐδ' αὕτη περιέλκεται διὰ τὸ πάθος, ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς. περὶ μὲν οὖν τοῦ εἰδότα, καὶ μὴ, καὶ πῶς εἰδότα, ἐνδέχεται ἀκρατεύεσθαι, τοσαῦτα εἰρήσθω.

E

COMMENTATIONES.

ΤΑ Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον.) Postquam Aristoteles in fine primi cap. proposuisset sex dubitationes Philosophorū de continentia & incontinentia, & easdem in secundo cap. breuiter explicasset, vt ostēderet, quid de illis sit sentiendum, iam singulas illas accuratius examinare iussit, & in hoc cap. Primum omnes illas sex astringit ad tria cap. in quibus doctrina tota de continentia & incontinentia consistit: Deinde in altera parte capitis tres quæstiones explicat, quæ inter omnes est præcipua. De prima parte huius cap. Aristoteles doctrinam totam de continentia & incontinentia redigit ad tria capita, Primum est de scientia continentis & incontinentis in

agendo, vtrum & quo pacto dicantur bene vel male agere scientes. Alterum caput est de obiecto seu materia cõtinentię & incontinentię: de qua etiam in fine præcedentis cap. cœperat agere. Tertium caput est de discrimine, quod est inter 4. istos habitus, nempe inter continentiam & temperantiam, & intemperantiam & incontinentiã: non enim sunt eædem virtutes & vitia, vt multi arbitrantur. Nam conueniunt quidem istæ 4. affectiones non materia seu obiecto, quia versantur circa voluptates corporis, sed tantum ratione formæ, modo autẽ, id est, quo pacto circa illas versantur, plurimum differunt, quod Aristoteles etiam hoc loco breuiter indicat, infra tamẽ plenius explicabit. Nam temperans non immoderate, & nimium voluptates expetit, & etiam non inuite ab illis sibi temperat. Continens autem immoderate eas expetit, & inuitus ab illis abstinet. Sicut etiam intemperans plena voluntate, & pleno animi proposito turpes voluptates persequitur, consentiente eius ratione, quæ in eo est deprauata, & iubet, vt quasuis persequatur voluptates. Incõtinens autem turpes voluptates quidem etiam persequitur, sed tamen hoc non facit plena voluntate & cõsentiente ratione. Non recta ratio ei hoc dissuadet, & iubet ne faciat: sed tamen, quia cupiditates sunt vehementiores, ab illis vincitur & inuitus, reluctãte ratione turpes voluptates perseq tur, & aliter agit, quam iudicat, & existimat esse agendum.

Continẽtia & tẽperantia quid differant.

Quid incontinentia & intemperãtia.

Η περὶ μὲν οὖν τῆς δόξης.) Hæc est altera pars cap. in qua explicatur quæstio de scientia & ignorantia incontinentis, *vtrum nimirum in agendo peccet sciens, an vero ignorans.* Primum autem Aristoteles refutat eos, qui dicebant incontinentem non peccare contra suam scientiam, sed tantum suam opinionem: deinde declarat, quo pacto incontinens agere & peccare possit contra scientiam. Tertio ostendit, quomodo Socratis sententia sit intelligenda, qui dicit *neminem posse contra suam scientiam agere.* Quod ad primum attinet vtitur Aristoteles *συγχωρήσει concessione*, qua ostendit eos, qui dicunt incontinentem solum agere contra opinionem, & non contra scientiam, non posse propterea hac ratione incõtinentem excusari, quoniam quibusdam hominib. opiniones

Secunda pars cap.

Incontinẽs vtrũ in agendo sciens peccet.

niones adeo firmiter infixæ sunt, ac si essent scientiæ: atque ipsum declarat exemplum Heracliti Philosophi, qui dixit, plane nullam esse rerũ sciẽtiam: Sed hominis tantum opinionibus niti. Nam hic Philosophus adeo pertinaciter suas opiniones defendit, ac si fuissent scientiæ. Itaq; incontinentem, siue contra scientiam, siue contra talem opinionem peccet, non posse excusari. Quo pacto autem incontinens dicatur agere seu peccare contra scientiam Arist. ostendit. Primum trib. distinctionibus. Deinde ratione quadam Physica. Prima distinctio sumitur ex vocabulo ἐπίστασθαι, i. e. *scire*. Nam inquit, duob. modis dicimur scire Primum n scire idẽ est, quod scientiam τὴν ἐπιστήμην habere alicuius rei, & talis sciẽtia dicitur θεωρητικὴ q in sola mẽtis contẽplatione acqescit, & non trẽsfertur in actum, vt Theologus dicitur habere scientiã rerũ diuinarum. Iureconsultus dicitur habere scientiã legum, iuris & æquitatis. Arithmeticus scientiã habet rerũ numeratarũ seu numerorum. Physicus scientiam rerũ naturaliũ. Deinde scire significat vti scientia aliqua in agẽdo, & vocatur ἐπιστήμη πρακτικὴ *scientia actiua* quoniam ipse sciens quæq; secundũ illam scientiã agit. quemadmodũ Theologus de reb. diuinis ex sua sciẽtia concionatur ad populũ: sic quando cõsult⁹ ex iure & legib. respondet, cõsulti cõtrouersias diiudicat. Itẽ quemadmodũ Arithmeticus secũdũ suam sciẽtiã numerorũ recte numeros colligit addendo, subtrahẽdo, multiplicando, diuidendo. ꝙ igitur attinet ad incõtinentẽ, is dicitur quidem habere scientiã iuxta primum modum sciẽdi, scit enim qui sint honesta, & turpia Sed iuxta alterum modum quodãmodo non habet scientiam, quia sua scientia non vtitur in agendo, neq; eam in agendo considerat aut sequitur.

Incontinens quo pacto agat contra scientiam.

Scire duobus modis dicimur.

C ἔτι ἐπεὶ διττῶς.) Hæc est tertia distinctio desumta ex loco caussarum qua ostendit, quibus de caussis fiat, vt homines interdum aliter agant, quam sciant esse agendum Dicit autem hoc fieri propter tres præcipue caussas. Prima est, quia impediuntur interdum corporis aliqua affectione, vt *morbo, somno, ebrietate, doloribus & cruciatibus corporis*: deinde altera caussa est, quia etiã sæpe prohibẽtur necessitate aliqua aut coacte & vi, quo minus possint agere ea, quæ voluit. Tertia caussa, quia

Homines cur interdum aliter agãt, quam sciant.

interdum etiam abripiuntur vehementiore aliqua animi perturbatione & affectu, vt ira amore, cupiditate, odio, metu, gaudio, tristitia, consternatione, furore & similibus animi perturbationib. per quas homines quodammodo extra se rapiuntur, vt ignorent quid loquantur aut agãt. Atqui hoc modo inquit Aristoteles, etiam incontinentes agere interdum ea, quæ sciunt non esse agenda. Sed posset aliquis obiicere, incontinentes non ita extra se rapi, vt nesciant quid agant, quoniam videmus etiam incontinentes adhuc interdum bonas commemorare sententias, & etiam bonas afferre rationes: Itaque non amittunt scientiam in agendo. Ad hoc respondet Aristoteles, istud non esse sufficiens argumentum, quo probari possit, incontinentes non impediri a cupiditatibus in agendo: imò eos quodammodo ignorare quid dicant: atque hoc declarat trib. exemplis similibus. Primum sumitur ab hominibus iratis & commotis. Qui etiam interdum proferunt bonas sententias, sed tamen non propterea melius agunt. Alterum est puerorum, qui dum in scholis discũt legere, bonas quidẽ sententias legunt, vel ex Hesiodo, vel Catone, aut alio aliquo auctore: sed tamen illas non intelligunt. Tertium exemplum est Histrionum, qui fabulas tragicas & comicas agunt, qui etiam multa dicunt & faciunt sub aliorum personis, quæ tamen ex animo non vere proficiscũtur, sed omnia fiunt simulate: sic etiam incontinentes multa, quæ recta & honesta sunt, sciunt & recitant, tamẽ non secundum illa agunt.

D ἔτι καὶ ὧδε φυσικῶς.) Hactenus triplici distinctione ostendit, quo pacto incontinens partim dicatur sciens, partim ignorans agere. Iam idipsum quasi ostendit ratione quadam physica, quæ ideo physica nominatur, quia desumta est ex duabus animi humani partibus seu facultatib. ratione sc. & appetitu, inter quæ duo est quasi naturale quoddam dissidium, & perpetua pugna: quoniam ratio suadet ea, quæ sunt honesta & recta, at plerumque coniuncta cum labore & molestia. Appetitus autem solum fertur ad ea, quæ sensibus sunt grata & iucunda, & plerumque sunt turpia. Cum igitur aliud suadet ratio, & aliud appetitus, tum animus incontinentis

quasi

quasi in diuersas distrahitur partes,& redditur dubius, vt nesciat, quid faciendum sibi sit : sed quia cupiditates sunt vehementiores, tandem vincitur ratio, & incontinens obsequitur appetitui atq; peccat: Partim sciens & volens, quatenus appetitui obtemperat: Partim non sciens & volens, quatenus recta ratio repugnat, & inuita appetitui subiicitur: Nam diuersos faciunt hæ duæ partes syllogismos. Ratio enim sic argumentatur. *Omne turpe est fugiendum: Ebrietas est turpis.* Ergo *est fugienda*. Appetitus autem sic argumentatur. *Omne iucundum est faciendum: potare est iucundum:* Ergo *est faciendum*. Incontinens igitur vtrumq; syllogismum nouit: sed neglecto & contemto priore accipit alterum syllogismum, & eius conclusioni obtemperat. Atq; sic inducitur ad peccandum non omnino sciens, neque etiam omnino ignorãs, imo postea redit ad suam scientiam: quemadmodum dormiens est quidem ignorans, sed non omnino, quia eius scientia sopita est: sublato vero somno, redit ad scientiam: & quemadmodum ebrius & sciens & ignorans est, remota ebrietate redit ad scientiam.

Argumētum rationis.

Argumētum appetitus.

Ε ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία) Hic est tertius locus, pertinens ad quæstionem de scientia continentis, in quo Aristoteles ostẽdere vult, quo pacto Socratis sententia sit intelligẽda, quando dixit, incontinentem non agere contra conscientiam. Habet a. hic locus distinctionem sciẽtiæ: Duplex est sciẽtia: vna dicitur κυρίως ἐπιστήμη, i.e. proprie *scientia*, q̃ est habitus animi, quo firmiter apprehendimus conclusiones per syllogismũ apodicticum effectas, & de hac scientia intelligendum est, quod Socrates dixit: *neminem posse peccare contra conscientiam.* Quoniam eiusmodi scientia nullis potest etiam argum. & rationibus labefactari & eximi ex animo hominis, ideoq; etiam non potest vinci a cupiditatibus, quod ẽt ipse Arist. concedit. Nam vniuersales cõclusiones q̃ per syllogismũ apodicticum sunt effectæ, habent perpetuã veritatem, quę nullis argum. potest refutari, neq; ẽt animus hominis potest illis rationib. persuaderi, vt aliter de eiusmodi cõclusionibus sentiat. Altera a. sciẽtia dicitur μὴ κυρίως ἐπιστήμη, i.e. *non ꝓprie scientia*, q̃ est propositionũ particulariũ & cõtingentium, ac proficiscitur ex sensu & experientia, vnde

Scientia duplex.

interdum etiam abripiuntur vehementiore aliqua animi perturbatione & affectu, vt ira amore, cupiditate, odio, metu, gaudio, tristitia, consternatione, furore & similibus animi perturbationib. per quas homines quodammodo extra se rapiuntur, vt ignorent quid loquantur aut agãt. Atqui hoc modo inquit Aristoteles, etiam incontinentes agere interdum ea, quæ sciunt non esse agenda. Sed posset aliquis obiicere, incontinentes non ita extra se rapi, vt nesciant quid agant, quoniam videmus etiam incontinentes adhuc interdum bonas commemorare sententias, & etiam bonas afferre rationes: Itaque non amittunt scientiam in agendo. Ad hoc respondet Aristoteles, istud non esse sufficiens argumentum, quo probari possit, incontinentes non impediri a cupiditatibus in agendo: imo eos quodammodo ignorare quid dicant: atque hoc declarat trib. exemplis similibus. Primum sumitur ab hominibus iratis & commotis. Qui etiam interdum proferunt bonas sententias, sed tamen non propterea melius agunt. Alterum est puerorum, qui dum in scholis discũt legere, bonas quidẽ sententias legunt, vel ex Hesiodo, vel Catone, aut alio aliquo auctore: sed tamen illas non intelligunt. Tertium exemplum est Histrionum, qui fabulas tragicas & comicas agunt, qui etiam multa dicunt & faciunt sub aliorum personis, quæ tamen ex animo non vere proficiscũtur, sed omnia fiunt simulate: sic etiam incontinentes multa, quæ recta & honesta sunt, sciunt & recitant, tamẽ non secundum illa agunt.

D ἔτι καὶ ὧδε φυσικῶς.) Hactenus triplici distinctione ostendit, quo pacto incontinens partim dicatur sciens, partim ignorans agere. Iam idipsum quasi ostendit ratione quadam physica, quæ ideo physica nominatur, quia desumta est ex duabus animi humani partibus seu facultatib. ratione sc. & appetitu, inter quæ duo est quasi naturale quoddam dissidium, & perpetua pugna: quoniam ratio suadet ea, quæ sunt honesta & recta, at plerumque coniuncta cum labore & molestia. Appetitus autem solum fertur ad ea, quæ sensibus sunt grata & iucunda, & plerumque sunt turpia. Cum igitur aliud suadet ratio, & aliud appetitus, tum animus incontinentis

quasi

quasi in diuersas distrahitur partes,& redditur dubius,vt nesciat, quid faciendum sibi sit: sed quia cupiditates sunt vehementiores, tandem vincitur ratio, & incontinens obsequitur appetitui atq; peccat: Partim sciens & volens,quatenus appetitui obtemperat: Partim non sciens &volens,quatenus recta ratio repugnat,& inuita appetitui subiicitur: Nam diuersos faciunt hæ duæ partes syllogismos.Ratio enim sic argumentatur. *Omne turpe est fugiendum:Ebrietas est turpis.* Ergo *est fugienda*. Appetitus autem sic argumentatur. *Omne iucundum est faciendum:potare est iucundum:* Ergo *est faciendum*. Incontinens igitur vtrumq; syllogismum nouit: sed neglecto & contemto priore accipit alterum syllogismum, & eius conclusioni obtemperat. Atq; sic inducitur ad peccandum non omnino sciens,neque etiam omnino ignorãs, imo postea redit ad suam scientiam: quemadmodum dormiens est quidem ignorans, sed non omnino, quia eius scientia sopita est: sublato vero somno,redit ad scientiam: & quemadmodum ebrius & sciens & ignorans est, remota ebrietate redit ad scientiam.

Argumẽtum rationis.

Argumẽtum appetitus.

Ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία) Hic est tertius locus,pertinens ad quæstionem de scientia continentis,in quo Aristoteles ostẽdere vult, quo pacto Socratis sententia sit intelligẽda,quando dixit,incontinentem non agere contra conscientiam.Habet a. hic locus distinctionem sciẽtiæ: Duplex est sciẽtia:vna dicitur κυρίως ἐπιστήμη,i.e. proprie *scientia*, q̃ est habitus animi,quo firmiter apprehendimus conclusiones per syllogismũ apodicticum effectas, & de hac scientia intelligendum est, quod Socrates dixit: *neminem posse peccare contra conscientiam.* Quoniam eiusmodi scientia nullis potest etiam argum. & rationibus labefactari &eximi ex animo hominis,ideoq; etiam non potest vinci a cupiditatibus,quod ẽt ipse Arist. concedit. Nam vniuersales cõclusiones q̃ per syllogismũ apodicticum sunt effectæ,habent perpetuã veritatem,quę nullis argum.potest refutari,neq; ẽt animus hominis potest illis rationib.persuaderi, vt aliter de eiusmodi cõclusionibus sentiat.Altera a.sciẽtia dicitur μὴ κυρίως ἐπιστήμη,i.e. *non pprie scientia*,q̃ est propositionũ particulariũ & cõtingentium,ac proficiscitur ex sensu & experientia,vnde

Scientia duplex.

etiam nominatur hoc loco ἐπιστήμη αἰσθητικὴ, id est, quasi *scientia sensitiua*, talis scientia non est vsque adeo firma & stabilis in animo hominis, & cõtra talem scientiam incontinens peccat, quatenus scit hanc vel illam actionem esse turpem, & tamen victus a cupiditatibus ab illa actione non abstinet: atque hoc est, quod inquit Aristoteles non illam primam, sed hanc posteriorem scientiam ab animi perturbationibus, affectibus & cupiditatibus περιέλκεσθαι in hanc vel illam partem trahi.

ΚΕΦ. δ'. — CAP. 4.

A Πότερον δ' ἐστί τις ἁπλῶς ἀκρατὴς, ἢ πάντες κατὰ μέρος, καὶ εἰ ἔστι, περὶ ποῖά ἐστι, λεκτέον ἐφεξῆς. ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἰσὶν οἵ τ' ἐγκρατεῖς καὶ καρτερικοὶ, καὶ ἀκρατεῖς καὶ μαλακοὶ φανερόν. ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὰ μὲν ἀναγκαῖα τῶν ποιούντων ἡδονὴν, τὰ δ' αἱρετὰ μὲν καθ' αὑτὰ, ἔχοντα δ' ὑπερβολὴν, ἀναγκαῖα μὲν τὰ σωματικά. λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα, τά τε περὶ τὴν τροφὴν, καὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωματικῶν, περὶ ἃ τὴν ἀκολασίαν ἔθεμεν, καὶ τὴν σωφροσύνην. τὰ δ', ἀναγκαῖα μὲν οὔ, αἱρετὰ δὲ καθ' αὑτά. λέγω δὲ, οἷον νίκην, τιμὴν, πλοῦτον, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν καὶ ἡδέων.

B τοὺς μὲν οὖν πρὸς ταῦτα παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ὑπερβάλλοντας τὸν ἐν αὐτοῖς ἁπλῶς μὲν οὐ λέγομεν ἀκρατεῖς. προστιθέντες δὲ τὸ χρημάτων ἀκρατεῖς, καὶ κέρδους, καὶ τιμῆς, καὶ θυμοῦ. ἁπλῶς δ' οὐ.

Vtrum vero sit aliquis simpliciter incontinens, an omnes ex parte: & si sit, in quibus versetur, dicendum deinceps est. In voluptatibus igitur & doloribus versari continẽtes ac tolerantes, & incontinẽtes ac molles, perspicuum est. Quia vero efficientiũ voluptatẽ, alia necessaria sunt, alia expetenda quidem per se, sed excessum habẽtia, necessaria quidem sunt corporea: huiusmodi dico, quæ ad alimentum, & venereorum vsum pertinent, ac e corporeis talia in quib. temperãtiam & intemperantiam constituimus: alia vero nõ necessaria, sed per se eligenda: dico autẽ vt victoriam, honorem, diuitias, ac talia quæ in bonis sunt & iucundis. eos ergo qui in his præter rectam rationem quæ in ipsis est excedunt, simpliciter quidem incontinentes non dicimus, sed addentes pecuniarum, lucri, honoris, iræ incontinentes: non autem simpliciter,

vt pote

utpote diuersos, & qui ex similitudine dicantur, veluti homo qui Olympiis vicit. illi enim a communis ratio a propria parum distabat: sed diuersa tamen erat. cuius rei signum est. nam incontinẽtia vituperatur, non ut error tantum, sed ut vitium quoddam, quod simpliciter, aut ex parte aliqua sit. horum autem nemo, sed eorum qui in corporeis oblectationibus versantur, in quibus temperantem & intemperantem dicimus, qui non electione iucundorum sectatur exuperantias, & molestorum fugit, famis, sitis, caloris, frigoris, ceterorumque omniũ quæ ad tactũ gustatumq; spectant sed præter electionem & cogitationem, incontinens dicitur, non ex adiunctione (quia in his versetur) velut ira, sed simpliciter tantum. Indicio vero est. nã molles in his, non in aliqua ex illis dicuntur. & propterea in eodem incontinentem & intemperantem ponimus, atque continentem & temperantem, sed non ex illis quempiam, quod in iisdem quodam modo voluptates doloresq; versentur. Ac hi quidem in his versantur, sed non eodem modo: illi enim eligunt, hi non eligunt. Itaque magis intemperantem eum diceremus, qui nihil, vel leuiter cupiens, excessus sectatur, & dolores mediocres fugit: quam hunc qui idem

ὡς ἑτέρους καὶ καθ' ὁμοιότητα λεγομένους. ὥσπερ ἄνθρωπος, ὁ τὰ ὀλύμπια νενικηκώς. ἐκείνῳ γὰρ ὁ κοινὸς λόγος τοῦ ἰδίου μικρὸν διέφερεν, ἀλλ' ὅμως ἕτερος ἦν. σημεῖον δέ. ἡ μὲν γὰρ ἀκρασία ψέγεται, οὐχ ὡς ἁμαρτία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς κακία τις, ἢ ἁπλῶς οὖσα, ἢ κατά τι μέρος. τούτων δ' οὐθείς, τῶν δὲ περὶ τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις, περὶ ἃς λέγομεν τὸν σώφρονα καὶ ἀκόλαστον, ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι τῶν ἡδέων διώκων τὰς ὑπερβολάς, καὶ τῶν λυπηρῶν φεύγων πείνης, καὶ δίψης, καὶ ἀλέας, καὶ ψύχους, καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν διάνοιαν ἀκρατὴς λέγεται, οὐ κατὰ πρόσθεσιν, ὅτι περὶ τάδε καθάπερ ὀργῆς, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον. σημεῖον δέ. καὶ γὰρ μαλακοὶ λέγονται περὶ ταύτας, περὶ ἐκείνων δὲ οὐδεμίαν. καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ταυτὸ τὸν ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον τίθεμεν, καὶ ἐγκρατῆ καὶ σώφρονα ἀλλ' οὐκ ἐκείνων οὐδένα, διὰ τὸ περὶ τὰς αὐτάς πως ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι. οἱ δ' εἰσὶ μὲν περὶ ταὐτά, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως εἰσίν· ἀλλ' οἱ μὲν προαιροῦνται, οἱ δ' οὐ προαιροῦνται. διὸ μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν, ὅστις μηδ' ἐπιθυμῶν, ἢ ἠρέμα διώκει τὰς ὑπερβολὰς καὶ φεύγει μετρίας λύπας, ἢ τοῦτον ὅστις

C

διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα. τί γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειεν, εἰ προσγένοιτο ἐπιθυμία νεανική, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας, λύπη ἰσχυρά; ἐπεὶ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἡδονῶν, αἱ μέν εἰσι τῶν γένει καλῶν καὶ σπουδαίων· τῶν γὰρ ἡδέων ἔνια φύσει αἱρετά· τὰ δ' ἐναντία τούτων, τὰ δὲ μεταξύ, καθάπερ διείλομεν πρότερον. οἷον χρήματα, καὶ κέρδος, καὶ νίκη, καὶ τιμή. πρὸς ἅπαντα δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ μεταξύ, οὐ τῷ πάσχειν καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ φιλεῖν ψέγονται. ἀλλὰ τῷ πως, καὶ ὑπερβάλλειν. διὸ ὅσοι μὲν παρὰ τὸν λόγον ἢ κρατοῦνται, ἢ διώκουσι τῶν φύσει τι καλῶν καὶ ἀγαθῶν, οἷον οἱ περὶ τιμήν, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδάζοντες, ἢ περὶ τέκνα καὶ γονεῖς· καὶ γὰρ ταῦτα τῶν ἀγαθῶν καὶ ἐπαινοῦνται οἱ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες· ἀλλ' ὅμως ἔστι τις ὑπερβολή, καὶ ἐν τούτοις, εἴ τις ὥσπερ ἡ Νιόβη μάχοιτο καὶ πρὸς τοὺς θεούς, ἢ ὥσπερ Σάτυρος ὁ φιλοπάτωρ ἐπικαλούμενος, περὶ τὸν πατέρα· λίαν γὰρ ἐδόκει μωραίνειν. μοχθηρία μὲν οὖν οὐδεμία περὶ ταῦτ' ἐστί, διὰ τὸ εἰρημένον· ὅτι φύσει τῶν αἱρετῶν ἕκαστόν ἐστι δι' αὑτό. φαῦλαι δὲ καὶ φευκταὶ αὐτῶν εἰσὶν αἱ ὑπερβολαί. ὁμοίως δὲ οὐδ' ἀκρασία. ἡ γὰρ ἀκρα-

facit, quia vehementer cupit. quid enim faceret ille, si iuuenilis accessisset cupiditas, & in necessariarum rerũ inopia, vehemens dolor? quoniam vero cupiditatum & voluptatum alia sunt ex iis, quæ genere sunt honesta ac proba (nam iucundorum nonnulla natura sunt expetenda, alia his contraria, alia media, sicut prius distinximus, vt pecunia, lucrum, victoria, & honor) in omnibus profecto & talibus, & mediis, non quia afficiuntur, & cupiunt, & amant, vituperantur, sed quia quodam modo & excedunt. Idcirco quicunq; præter rationem vel superantur, vel persequuntur aliquid ex iis, quæ natura sunt honesta & bona, vt illi, qui honori, & magis quam oportet, student, vel liberis & parentibus (bona enim hæc sunt, & laudantur, qui in iis student: sed in his tamen excessus etiam quidam est, si quis quemadmodum Niobe aduersus Deos pugnet, aut erga patrem ita esset affectus, vt Satyrus qui Philopator appellabatur (valde enim insanire videbatur) nulla sane in his prauitas quidem exsistit, ob id, quod dictum est: quod vnumquodq; per se sit ex iis, quæ natura sunt expetenda: praui tamen & fugiendi excessus ipsorum sunt. simili modo quoque neq; incontinentiam. nam incontinen-

continentia nō modo fugienda, verū ex iis est, quæ vituperanda sunt. ex affectus tamen similitudine, incontinentiā adiungentes, de vnoquoq; dicunt, vt malum medicum, & malū histrionem, quem simpliciter malū nullo modo dicerent. Quemadmodum neq; hic, quod vnum quodq; ipsorum non vitium, sed proportione simile sit, ita videlicet etiam illic existimandum est, incontinentiam & continentiam eam duntaxat esse, quæ in iisdem, in quibus temperantia versatur, & intemperantia. In ira vero per similitudinem dicimus: ob id etiam addentes, iræ incontinentem, velut i honoris, & lucri dicimus.

σία οὐ μόνον φευκτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ψεκτῶν ἐστί. δι' ὁμοιότητα δὲ τοῦ πάθους, προστιθέντες τὴν ἀκρασίαν, περὶ ἑκάστου λέγουσιν, οἷον κακὸν ἰατρὸν, καὶ κακὸν ὑποκριτὴν, ὃν ἁπλῶς οὐκ ἂν εἴποιεν κακόν. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐνταῦθα, διὰ τὸ μὴ κακίαν εἶναι ἑκάστην αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ ἀνάλογον ὁμοίαν. οὕτω δῆλον ὅτι κἀκεῖ ὑποληπτέον μόνον ἀκρασίαν καὶ ἐγκράτειαν εἶναι, ἥτις ἐστὶ περὶ ταὐτὰ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἀκολασίᾳ. περὶ δὲ θυμὸν καθ' ὁμοιότητα λέγομεν. διὸ καὶ προστιθέντες, ἀκρατῆ θυμοῦ, ὥσπερ τιμῆς, καὶ κέρδους φαμέν.

COMMENTATIONES.

Ἁπότερον δὲ ἐστί τις ἁπλῶς.) In hoc cap. præcipue explicatur quæstio de materia & obiecto continentiæ & incontinentiæ: & quoniam obiter etiam in præcedenti cap. dictum fuit, continentiam & incontinentiam commune habere obiectum cum temperantia & intemperantia, nempe voluptatem corporis: ideo hanc responsionē in hoc cap. declarat duplici diuisione διαιρέσει: quarum vna est ipsarū voluptatum: altera vero ipsarum affectionum continentiæ & incontinentiæ. Nam ex his diuisionibus ostenditur, quo pacto cōtinentia & incontinentia conueniunt cum temperantia & intemperantia, & quo pacto etiam ab illis differunt. Prima diuisio hæc est, ea quæ iucunda sunt, & homini voluptatē afferunt, vel sunt necessaria, vel non necessaria: Necessaria sunt, quæ pertinent partim ad victum & alimentū, sine quo singuli homines nō possunt viuere, partim etiam ad propagationem generis humani, *vt est procreatio sobolis, per quam genus humanū conseruatur, licet quotidie etiam*

Continentiæ & incontinentiæ obiectum.

Iucundorum diuisio in Necessaria.

homines moriantur, tamen subinde alij in illorũ locum succedunt per generationem. Non necessaria sunt ea, sine quibus homo quidem posset esse & viuere, sed tamen vtilia sunt ad maiorem vitæ commoditatem atque felicitatem, & propterea etiam sunt expetenda, cuiusmodi sunt *reliqua bona externa, ex quibus homines quoq; percipiunt non quidẽ in corpore, sed in animo aliquam oblectationẽ & voluptatem, vt honores, opes, diuitiæ, nobilitas, amicitia, libertas, victoria, ludi spectacula, elegantes picturæ, pulcra ædificia, horti amœni, & his similia infinita, quæ etiam solent homines oblectare* Ex his autem duobus generibus rerum iucundarum & voluptatum. Primum genus est propriũ obiectum continentiæ & incontinentiæ. Alterum vero genus est improprium obiectum. Pertinet enim etiã proprie ad aliarum virtutum obiecta.

Non necessaria.

Η τὺς μὲν ἂν περὶ.) Hæc est altera diuisio huius cap. quæ ex priore sequitur: Quemadmodum enim duplex est exemplum incontinentiç, aliud proprium, aliud improprium. Ita etiam duobus modis dicitur aliquis incontinens vel κυρίως καὶ ἁπλῶς, i.e. *proprie & simpliciter,* nempe hic, qui suas cupiditates non potest cõtinere circa voluptates corporis necessarias, sed nimium & vltra modum expetit & persequitur. Vel dicitur incontinens improprie, & secundum quid κατὰ τι, & vt Aristot. ait, κατὰ μέρος *solum ex aliqua parte,* nimirum, qui suas cupiditates non potest continere. Circa alterum & posterius genus voluptatum, quæ non omnia necessaria sunt ad vitam: veluti qui nimium expetit honores, opes, diuitias, victoriam, vindicta, ludos, spectacula, & his similia. Talis etiam dicitur ab Aristotele incontinens κατὰ πρόσθεσιν per *adiectionem,* eius nimirum rei, circa quam nõ potest suas cupiditates continere: vt cum dicimus, *aliquem incontinentem esse honoris, gloriæ, iræ, vindictæ, odij & similium rerum.* Nam per hanc adiectionem talis separatur ab eo, qui simpliciter dicitur incontinẽs absque adiectione, quod Aristoteles declarat exemplo simili cuiusdam Athletæ, qui proprio nomine vocabatur ἄνθρωπος, quod nomen alioquin commune est omnibus hominibus: Est enim appellatiuum, vt Grammatici loquuntur, ideoque ad differentiam aliorum hominum adiicebatur semper

Incontinens quis dicitur duobus modis.

hæc

hæc particula, *Olympicus victor*, per quam particulam ipse separabatur ab aliis hominibus, qui alioquin etiã ἄνθρωποι nominabantur.

C τούτων δ' ὑπολῦς τ̃ δὲ περὶ.) Hoc loco Aristoteles ostẽdit quomodo continentia & incontinentia, a temperantia & intemperantia differant. Nam dixerat ista 4. habere cõmune obiectum nempe voluptates corporis: Itaq; merito posset aliquis interrogare quomodo inter se differant. Nam quę obiectis conueniunt, illa magnam inter se habent cognationem, & videntur prope eadem esse. Sed Aristoteles ostendit maximum inter hæc esse discrimen, de quo etiam plura in cap 7. & 9. est traditurus. Præcipue autem discrimẽ hoc loco indicatur, quod nimirũ differant προαιρέσει electione & animi proposito, & consilio. Nam temperãs ἐκ προαιρέσεως certo animi consilio auersatur turpes voluptates, nec aperte repugnantes appetitum, sed vltro obsequentẽ: qui inuitus ab illis abstinet. Rursum intemperans ἐκ προαιρέσεως persequitur turpes voluptates, suadente & iuuante peruersa eius ratione. Incontinens autem παρὰ τὴν προαίρεσιν contra animi propositum persequitur turpes voluptates dissuadẽte ratione, victus nimirum a vehementia cupiditatum. Ex quo Aristoteles obiter etiam aliud discrimen colligit, quod nimirum incontinente sint vehementes cupiditates, quibus nimirum, in incontinente autem sunt tãtum leues cupiditates, quibus intemperans non resistit, sed lubens eis indulget.

Continẽtia & incontinentia quid differant a temperantia & intemperantia.

D ἐπεὶ δὲ τ̃ ἐπιθυμιῶν.) Hæc est veluti appendix & amplior declaratio eorum, quæ hactenus de voluptatib. & duplici incontinentia dicta sunt. Ponit autem duas alias diuisiones, quibus suam declarat sententiam. Prima est hæc: voluptates quædam sunt honestæ αἱ καλαί, id est, honestæ, quæ ex rebus honestis percipiuntur & honeste quoque possunt experi. Aliæ a. sunt αἰσχραί, i. e. turpes & percipiũtur ex turpibus reb. & actionibus. Atq; ideo nõ possunt honeste experi. Altera diuisio διαίρεσις: voluptates quædã sunt naturales, & propterea ẽt naturaliter expetẽdę: cuiusmodi illę sunt quas sup. nominauit necessarias: qa pertinẽt ad hominis cõseruationẽ & ꝓpagationẽ quædam sunt contra naturã, vt sunt voluptates *beluinæ*,

Voluptates Honestæ.

Non honestæ.

Naturales.

Non naturales.

qua ab homine non expetuntur tanquam homo esset, sed tanquam esset belua. Quędam vero sunt intermediæ, quæ interdum sunt expetendæ, interdum non expetendæ, quatenus nō omnino sunt necessariç, neq; etiā omnino sunt aspernandæ, vt sunt voluptates, quæ percipiuntur ex aliis bonis externis, vt ex laborib. ex spectaculis, ex ludis & similib. rebus. Iam ergo, si quæratur, quatenus homo circa ista voluptatū genera posset dici incontinens: Primo notandū est, nem inē dici continētem propterea quod simpliciter expetit: sed quia eas nimium & vltra modū expetit: deinde quia has voluptates nimiū expetūt: alii simpliciter dicuntur incontinentes, nimirū ij, qui corporis voluptates nimium expetūt: alii vero dicuntur incontinentes secundū quid, nempe qui alterum illud genus voluptatū nimium expetunt, vt qui nimium expetunt honores, pecunias, lucrum, potētias & similes alias res, quę nō omnino necessariæ sunt ad vitæ sustentationē. Quod autem ij, qui tales voluptates expetunt non sint reprehēdendi simpliciter propter ipsam expetitionem, sed quia nimium eas expetunt, declarat Arist duobus exemplis similibus. Nam liberos expetere & amare. Item parentes amare non est reprehendendū, sed modum in eo excedere illud est vitiosum, quemadmodū poetæ fingunt de Niobe filia Tantali, quæ nimium amauit suos liberos: habuit 7. filios & totidem filias quorū amore ita fuit excœcata, vt ēt sese auderet præferre Latonæ matri Apollinis & Dianæ. Propter quam rem fingunt poetæ eam punitā fuisse, & in saxū conuersam, quemadmodū narrat Ouid. li. 6. Metamorph. Alterum exemplū est de Satyro quodā, qui philopater fuit dictus, qui nō fuit reprehēsus quod patrem suum amaret, sed quod nimium eum amaret. vt post eius mortem seipsum ex alto præcipitaret. Monet autem Aristoteles eos, qui hac incontinentia laborant, non esse simpliciter ἁπλῶς malos & improbos nominandos, sed tantum secundum quid, ex aliqua parte κατὰ μέρος, quatenus modum excedunt in talibus rebus expetendis: declarat hoc exemplo. Quemadmodum malus histrio, aut malus medicus, aut malus poeta non propterea simpliciter est malus, sed tantum secundum quid, ea nimirū ratione, qua artem suam nō recte tenet,

Intermedia.

Genera voluptatum.

Incontinentes secundum quid.

Excedere.

Niobe.

Excœcata.

Exempla incontinentiū secundum quid.

potest

potest tamen nihilominus, quod ad cetera attinet, vir bonus esse: ita etiam, qui incontinentes sunt secundum quid, non propterea possunt dici mali aut improbi.

CAP. 5.

Cum autem nonnulla iucunda natura sint, atque ex his alia simpliciter, alia pro generibus & animalium & hominũ: nonnulla vero non sint, sed partim oblæsionibus, partim consuetudine fiant, partim ob naturas prauas, in horũ singulis inspicere similes habitus possumus. dico autem ferinos, cuiusmodi erat mulier, quam grauidas rescindentem, fœtus deuorare consueuisse inquiunt: vel quibus aiunt quosdam efferatos circa Pontũ oblectari, alios crudis, alios hominũ carnibus, alios sibi inuicẽ infantes ad epulandũ mutuare: vel quod de Phalaride dicitur. hi quidem ferini habitus sunt, alii vero nonnullis ex morbo & insania contingunt: vt qui matrem mactauit, & comedit, & qui conserui iecur. alii autẽ morbosi sunt, vel ex consuetudine, vt pilorũ euulsiones, vnguium rosiones, carbonũ etiam & terræ. præterea venereorum vsus cum maribus: aliis enim natura, aliis cõsuetudine eueniunt, vt illis, qui a pueritia assueuerunt. Quibuscunq; igitur in caussa est natura, eos incontinentes appella-

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἔνια μὲν ἡδέα φύσει, καὶ τούτων τὰ μὲν ἁπλῶς, τὰ δὲ κατὰ γένη καὶ ζῴων καὶ ἀνθρώπων, τὰ δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὰ μὲν διὰ πηρώσεις, τὰ δὲ δι' ἔθη γίνεται, τὰ δὲ διὰ μοχθηρὰς φύσεις, ἔστι καὶ περὶ τούτων ἕκαστα παραπλησίας ἰδεῖν ἕξεις· λέγω δὲ τὰς θηριώδεις, οἷον τὴν ἄνθρωπον, ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν, ἢ οἵοις φασὶ χαίρειν ἐνίους τῶν ἀπηγριωμένων περὶ τὸν Πόντον, τοὺς μὲν ὠμοῖς, τοὺς δὲ κρέασιν ἀνθρώπων, τοὺς δὲ τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν, ἢ τὸ περὶ Φάλαριν λεγόμενον. αὗται μὲν θηριώδεις, αἱ δὲ διά τε νόσους γίνονται καὶ μανίαν ἐνίοις· ὥσπερ ὁ τὴν μητέρα καθιερεύσας καὶ φαγών, καὶ ὁ τοῦ συνδούλου τὸ ἧπαρ. αἱ δὲ νοσηματώδεις, ἢ ἐξ ἔθους, οἷον αἱ τῶν τριχῶν τίλσεις, καὶ ὀνύχων τρώξεις. ἔτι δ' ἀνθράκων καὶ γῆς. πρὸς δὲ τούτοις, ἡ τῶν ἀφροδισίων τοῖς ἄρρεσι· τοῖς μὲν γὰρ φύσει, τοῖς δ' ἐξ ἔθους συμβαίνουσιν· οἷον τοῖς ἐθιζομένοις ἐκ παίδων. ὅσοις μὲν οὖν φύσις αἰτία, τούτους μὲν οὐδ' ἂν εἷς εἴ-

ποιεῖν ἀκρατεῖς. ὥσπερ οὐδὲ τὰς γυναῖκας, ὅτι οὐκ ὀπυίουσι, ἀλλ' ὀπυίονται· ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς νοσηματωδῶς ἔχουσι δι' ἔθος. τὸ μὲν οὖν ἔχειν ἕκαστα τούτων, ἔξω τῶν ὅρων ἐστὶ τῆς κακίας. καθάπερ καὶ ἡ θηριότης. τὸ δ' ἔχοντα κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι, οὐχ ἡ ἁπλῆ ἀκρασία, ἀλλ' ἡ καθ' ὁμοιότητα, καθάπερ καὶ τὸν περὶ τοὺς θυμοὺς ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον τοῦ πάθους, ἀκρατῆ δ' οὐ λεκτέον. πᾶσα γὰρ ὑπερβάλλουσα κακία καὶ ἀφροσύνη, καὶ δειλία, καὶ ἀκολασία, καὶ χαλεπότης, αἱ μὲν θηριώδεις, αἱ δὲ νοσηματώδεις εἰσίν. ὁ μὲν γὰρ φύσει τοιοῦτος, οἷος δεδιέναι πάντα, κἂν ψοφήσῃ μῦς, θηριώδη δειλίαν δειλός. ὁ δὲ τὴν γαλῆν ἐδεδίει διὰ νόσον. καὶ τῶν ἀφρόνων, οἱ μὲν ἐκ φύσεως ἀλόγιστοι, καὶ μόνον τῇ αἰσθήσει ζῶντες, θηριώδεις, ὥσπερ ἔνια γένη τῶν πόρρω βαρβάρων. οἱ δὲ διὰ νόσους, οἷον τὰς ἐπιληπτικάς, ἢ μανίας, νοσηματώδεις. τούτων δ' ἔστι μὲν ἔχειν τινὰ ἐνίοτε μόνον, μὴ κρατεῖσθαι δέ. λέγω δέ, οἷον εἰ Φάλαρις κατεῖχεν, ἐπιθυμῶν παιδίου φαγεῖν, ἢ πρὸς ἀφροδισίων ἄτοπον ἡδονήν. ἔστι δὲ καὶ κρατεῖσθαι, μὴ μόνον ἔχειν. ὥσπερ οὖν καὶ μοχθηρία, ἡ μὲν κατ' ἄνθρωπον ἁπλῶς λέγεται μοχθηρία. ἡ δὲ κατὰ πρόσθεσιν, ὅτι θηριώδης ἢ νοσηματώδης ἁπλῶς δ' οὔ.

ret nemo: sicut neque fœminas, quod nõ incubent, sed succubẽt: simili modo neq; qui ex consuetudine morbosi sunt. Ac habere quidem unumquodque horum, vitij terminos excedit, perinde atque feritas: habentem tamen superare, vel superari, non simplex incontinentia est, sed ex similitudine, sicut etiã in ira hoc affectionis modo affectus, non incontinens dicendus est. omne enim excedens vitium & insipientia, & timiditas, & intemperantia, & acerbitas, partim ferina, partim morbosa sunt. quidã enim talis natura est, ut omnia timeat, etiamsi mus obstrepuerit, ferina timiditate timidus. quidã vero felẽ ex morbo timebat: ut ex insipientibus, alij qui ratiocinari nequeunt, & sensu tantummodo viuunt, ferini sunt: cuiusmodi nonnullæ lõginquorum barbarorũ nationes sunt. alij autẽ ex morbis, ut comitialib. aut insaniis, morbosi sunt. fieri vero potest, ut ex his aliqua interdũ quispiã habeat tantum, & non superetur: dico, ut si Phalaris se cohibuisset, cupiens infantem edere, & venereorum nefariam voluptatem: fit etiã ut superetur, non solum habeat hæc aliquis, quẽadmodũ igitur & prauitas, ea quidẽ qua homini congruit, simpliciter prauitas dicitur, alia vero cum additione appellatur ferina, vel morbosa, nõ simpliciter:

eodem

eodem modo scilicet incontinētia est, alia ferina, alia morbosa: simpliciter vero sola ea, quæ intemperantiæ humanæ respondet. Incontinentiam itaque & continentiam in iis tantum versari, in quibus intemperantia & temperantia, & in aliis aliam incontinentiæ speciem esse, quæ per translationem dicatur, & non simpliciter, perspicuum est.

τὸ αὐτὸν τρόπον δῆλον ὅτι ἡ ἀκρασία ἐστιν, ἡ μὲν θηριώδης, ἡ δὲ νοσηματώδης. ἁπλῶς δὲ ἡ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολασίαν μόνη. ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία καὶ ἐγκράτειά ἐστι μόνον περὶ ἅπερ ἀκολασία καὶ σωφροσύνη, καὶ ὅτι περὶ τὰ ἄλλα ἐστὶν ἄλλο εἶδος ἀκρασίας, λεγόμενον κατὰ μεταφοράν, καὶ οὐχ ἁπλῶς, δῆλον.

COMMENTATIONES.

Α ἐπεὶ δ' ἐστιν) Duæ sunt huius cap. partes: in prima repetit & latius explicat posteriorem diuisionem voluptatum: in altera explicat quæstionem, qua quæritur *vtrum propter voluptates & cupiditates naturales possit aliquis dici incontinens?* De prima parte. Naturales voluptates sunt duplices: aliæ enim simpliciter sunt iucundæ omnibus, tam hominibus, quam ceteris animalibus, vt sunt eæ, *quæ percipiuntur ex cibo, potu & ex oratione:* aliæ autem tantum iucundæ sunt secundum quid, quæ tantum aliquibus hominibus vel animalibus sunt iucundæ pro singulorum hominum & animalium natura & temperamento. Quemadmodũ enim homines alii aliis cibis delectantur peculiariter, ita etiam non omnia animalia iisdem vescuntur & aluntur, alia enim carnibus vescuntur, alia gramine, alia seminibus, alia aliis cibis & rebus aluntur & nutriuntur. Voluptates non naturales dicuntur, quę non a natura, sed contra seu pręter naturã expetũtur, & propterea etiã nominãtur θηριώδεις, id est, *beluinæ*, quæ videntur beluis potius, quam hominibus conuenire: Cur aũt ēt ab hominib. interdũ expetantur, eius rei Arist. ponit tres caussas. Prima caussa est μοχθηρία τῆς φύσεως, *naturæ vitiositas & prauitas*, qualis est in hominib. barbaris, quorũ aliqui ēt humanis carnib. vescuntur. Vnde ēt ἀνθρωποφάγοι nominantur. Altera caussa est τὸ ἔθος, id est, *mala consuetudo & assuefactio.* Nam qui versantur

Voluptates naturales sunt duplices.

Non naturales.

Voluptates nõ naturales, cur ab hominibus interdum etiam expetuntur.

cum hominibus agrestibus, barbaris, crudelibus, ipsi etiam paulatim tales efficiuntur, & iisdem rebus & actionibus, quibus illi delectantur. Caussa tertia est morbus. Nam vehementes morbi interdum etiam totam quasi naturam hominis mutant & deprauant. Vt autem voluptates aliæ dicuntur esse naturales, aliæ præter naturam: ita etiam *αἱ ἐπιθυμίαι cupiditates*, quæ ab illis excitantur, similem habent diuisionem: imo etiam *αἱ ἕξεις habitus*, qui inde generantur, vel sunt naturales, id est, naturæ humanæ, quæ propterea etiam θηριώδεις beluinæ & *νοσηματώδεις* nominantur. Hanc autem voluptatum & cupiditatum distinctionem atq; varietatem Aristoteles declarat aliquot exemplis, quæ ad duo genera possunt referri: Vnum ad voluptates & cupiditates beluinas immanes, vt exemplum de muliere, quæ dicitur aperuisse vteros prægnantium, & comedisse earum fœtus: item, exemplum de populis habitantibus in minori Asia circa Pontum, qui crudis & humanis carnibus vescuntur, & proprios suos liberos coquunt, & amicis inter epulas proponunt: item, exemplum de quodam Phalaride, qui dicitur filium suum comedisse. Alterum genus exemplorum pertinet ad morbosas cupiditates, id est, quæ ex morbo vehementi proficiscuntur, aut ex aliquo corporis dolore & nimio cruciatu, & de eo, qui matrem suam mactauit & comedit: item, de eo, qui cupiebat alterius serui comedere iecur: item, de iis, qui carbones aut terram comedunt, morbus ille Græce dicitur *κίσσα*, Latine pica.

Voluptatū beluinarū exemplum.

B ὅσοις μὲν οὖν φύσις.) Hæc est altera pars cap. in qua Aristoteles explicat quæstionem, vtrum propter voluptates & cupiditates non naturales possit aliquis simpliciter incontinens dici. Summa autem totius huius loci hæc est: *Propter cupiditates & voluptates non naturales nemo potest proprie simpliciter incontinens dici.* Ratio sumitur ex caussa efficiente: quoniam talis incontinentia non proficiscitur a sola hominis voluntate: sed, *vt antea dictum est*, proficiscitur vel ex naturæ vitiositate, vel ex morbo, vel ex mala consuetudine, sed tamen nominatur etiam incontinentia talium voluptatum nimia appetitio, idque propter quandam similitudinem, quam habeat

Incontinens vtrū quis dici possit simpliciter propter voluptates nō naturales.

habeat cum ea incontinentia, quæ simpliciter ita nominatur. Atque hæc est responsio ad quæstionem. Monet autem Aristoteles, non tantum propter voluptates & earum cupiditates interdum ita modum excedere, vt quodammodo bestiis videantur esse similes, sed tamen circa alias affectiones, propter quas interdum etiam bestiis comparantur, vt circa crudelitatem, timiditatem, ferocitatem, stupiditatem. Vnde dicimus aliquem crudeliorem esse leone, ferociorem lupo, timidiorem lepore, stupidiorem asino, callidiorem vulpe: imo ipsos homines interdum talibus vitiis laborantes nominamus leones, lupos, asinos, vulpeculas, atque aliis quibusdam per metaphoram nominibus notamus. Hinc Aristoteles quasi nouam facit diuisionem incontinentiæ, quod aliæ sint humanæ, id est, quæ in hominem cadunt: aliæ autem beluinæ, quæ in hominem non cadunt, quatenus videtur hominum naturam deposuisse. Deinde etiam hanc addit distinctionem, quod homines alii afficiuntur quidem beluinis cupiditatibus, sed illis non obsequuntur: sed ratione eas vincunt & reprimunt, atque hi non sunt incontinentes nominandi. Alii vero non solmu afficiuntur talibus cupiditatibus, sed etiam ab illis vincuntur, atque hi sunt quidem incontinentes nominandi, non tamen simpliciter, sed secundum quid: quia scilicet tales cupiditates non ex hominum voluntate proficiscuntur, sed etiam ex naturæ vitiositate, vel ex morbo, vel ex quadam consuetudine, vnde etiam non possunt simpliciter propter tales cupiditates reprehendi.

Incontinentia humana.

Beluina.

CAP. 6.

Minus vero etiam turpem esse incontinentiam iræ, quam cupiditatũ, obseruemus. ira enim audire quidẽ rationem in aliquo videtur, non attente tamen audire: quemadmodum festini ministri, qui prius quam omne quod dicitur, audiuerint,

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ὅτι δὲ καὶ ἧττον αἰσχρὰ ἀκρασία ἡ τοῦ θυμοῦ, ἢ ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν, θεωρήσωμεν. ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου· παρακούειν δέ· καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ λεγόμενον, A

ἐκθέουσιν, εἶτα ἁμαρτάνουσι τῆς προστάξεως· καὶ οἱ κύνες, πρὶν σκέψασθαι εἰ φίλος, ἂν μόνον ψοφήσῃ, ὑλακτοῦσι· οὕτως ὁ θυμὸς διὰ θερμότητα καὶ ταχύτητα τῆς φύσεως, ἀκούσας μὲν οὐκ ἐπίταγμα δ' ἀκούσας, ὁρμᾷ πρὸς τὴν τιμωρίαν. ὁ μὲν γὰρ λόγος ἢ ἡ φαντασία, ὅτι ὕβρις ἢ ὀλιγωρία, ἐδήλωσεν. ὁ δ' ὥσπερ συλλογισάμενος ὅτι δεῖ τῷ τοιούτῳ πολεμεῖν, χαλεπαίνει εὐθύς. ἡ δ' ἐπιθυμία, ἐὰν μόνον εἴπῃ ὅτι ἡδὺ ὁ λόγος ἢ ἡ αἴσθησις, ὁρμᾷ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν. ὥσθ' ὁ μὲν θυμὸς ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ πως· ἡ δ' ἐπιθυμία, οὔ. αἰσχίων οὖν. ὁ μὲν γὰρ τοῦ θυμοῦ ἀκρατὴς, τοῦ λόγου πως ἡττᾶται· ὁ δὲ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ οὐ τοῦ λόγου. ἔτι ταῖς φυσικαῖς συγγνώμη μᾶλλον ἀκολουθεῖν ὀρέξεσιν, ἐπεὶ καὶ ἐπιθυμίαις ταῖς τοιαύταις μᾶλλον, ὅσαι κοιναὶ πᾶσι, καὶ ἐφ' ὅσον κοιναί· ὁ δὲ θυμὸς φυσικώτερον, καὶ ἡ χαλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν, τῶν τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων. ὥσπερ ὁ ἀπολογούμενος ὅτι τὸν πατέρα τύπτοι· καὶ γὰρ οὗτος, ἔφη, τὸν ἑαυτοῦ, κἀκεῖνος τὸν ἄνωθεν· καὶ τὸ παιδίον δείξας, καὶ οὗτος ἐμὲ, ἔφη, ὅταν ἀνὴρ γένηται· συγγενὲς γὰρ ἡμῖν. καὶ ὁ ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ παύεσθαι ἐκέλευε πρὸς ταῖς θύραις· καὶ γὰρ αὐτὸς ἑλκύσαι τὸν πατέρα μέχρις ἐνταῦθα.

B

excurrunt: deinde officio desunt: canes quoque antequam inspexerint an amicus sit, si strepitũ tantummodo fecerit, latrant: ita ira obferuorem celeritatemque natura, audiens quidem, sed nõ quid præcipiatur attendens, ad vindictam irruit. Nam ratio quidem vel imaginatio contumeliam aut cõtemtum monstrauit. ipsa, quasi iam conclusserit bellum ei esse inferendum, statim ferocitas at cupiditas, si tantum ratio aut sensus suaue esse dixerit, ad fruendum festinat. quare ira rationẽ quodam modo sequitur, cupiditas minime. turpior igitur est. ira enim incontinens a ratione quodam modo vincitur, hic vero a cupiditate, non a ratione. præterea naturales venia magis sequi appetitiones (videtur) cum eas etiam cupiditates magis, quæ cõmunes omnibus sunt, & quatenus sunt communes: at iracundia, & acerbitas naturalis magis est quam cupiditates, excessus, & non necessaria. Quemadmodum ille qui se excusabat quod patrem verberasset: nam hic, inquit, suum, & ille superiorem: & monstrans puellum, hic etiam me, inquit, ubi vir euaserit. cognatum enim nobis est. ille quoque qui trahebatur a filio ad fores desistere iubebat? nam se quoque eousque patrem suum traxisse.

Præterea

Præterea iniustiores sunt qui magis insidiosi. iracundus quidem certe non est insidiosus, nec ira, sed apertus: at cupiditas, ut Venerem dicunt,

Nam fraudes nectentis Cyprigena. &,

Zonam de pectore soluit.

Homerus:

Hæc fraus est, quæ vel prudentes decipit ipsos.

Quare si iniustior & turpior incontinentia hæc est, quã ea quæ in ira versatur, & simpliciter incontinentia, & quodammodo vitium est. Præterea nemo dolore affect⁹ libidinatur: quisquis autẽ iratus facit, cum dolore facit: qui vero libidinatur, cum voluptate. Si igitur ob quæ indignari maxime conuenit, ea sunt iniustiora, incontinentia quoque ex cupiditate erit. Nam in ira libidinari non est. incontinentiam itaque cupiditatum esse turpiorem quam iræ, continentiam item & incontinentiam in cupiditatibus & voluptatibus corporeis versari, constat. Harum autem ipsarum differentiæ sumendæ sunt. Sicut enim a principio dictum fuit, aliæ humanæ sunt ac naturales, & genere & magnitudine: aliæ ferinæ, aliæ ex oblæsionibus & morbis. ac in harum primis temperantia & intemperantia solũ versatur: itaq; bestias neq; temperãtes, neq; intemperantes dicimus, nisi per translationem:

C

ἔτι ἀδικώτεροι οἱ ἐπιβουλότεροι. ὁ μὲν οὖν θυμώδης οὐκ ἐπίβουλος οὐδ' ὁ θυμὸς, ἀλλὰ φανερός· ἡ δ' ἐπιθυμία καθάπερ τὴν Ἀφροδίτην φασὶν,

Δολοπλόκου γὰρ κυπρογενοῦς.

καὶ

τὸν κεστὸν ἱμάντα.

Ὅμηρος.

Πάρφασις ἥ τ' ἔκλεψε νόον

πύκα περ φρονέοντος.

ὥστ' εἴπερ ἀδικωτέρα καὶ αἰσχίων ἡ ἀκρασία αὕτη τῆς περὶ τὸν θυμόν ἐστι, καὶ ἁπλῶς ἀκρασία καὶ κακία πως. ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος· ὁ δ' ὀργῇ ποιῶν πᾶς, ποιεῖ λυπούμενος· ὁ δ' ὑβρίζων, μεθ' ἡδονῆς. εἰ οὖν οἷς ὀργίζεσθαι μάλιστα δίκαιον, ταῦτα ἀδικώτερα, καὶ ἡ ἀκρασία ἡ δι' ἐπιθυμίαν. οὐ γάρ ἐστιν ἐν θυμῷ ὕβρις. ὡς μὲν τοίνυν αἰσχίων ἡ περὶ ἐπιθυμίας ἀκρασία τῆς περὶ τὸν θυμὸν, καὶ ὅτι ἐστὶν ἡ ἐγκράτεια καὶ ἀκρασία περὶ ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς σωματικὰς, δῆλον. αὐτῶν δὲ τούτων τὰς διαφορὰς ληπτέον. ὥσπερ γὰρ εἴρηται κατ' ἀρχὰς, αἱ μὲν ἀνθρωπικαί εἰσι καὶ φυσικαὶ, καὶ τῷ γένει, καὶ τῷ μεγέθει· αἱ δὲ θηριώδεις, αἱ δὲ διὰ πηρώσεις, καὶ νοσήματα. τούτων δὲ περὶ τὰς πρώτας σωφροσύνη καὶ ἡ ἀκολασία μόνον ἐστί. διὸ καὶ τὰ θηρία, οὔτε σώφρονα, οὔτε ἀκόλαστα λέγομεν, ἀλλ' ἢ κατὰ μεταφορὰν

D

καὶ εἴ τινι ὅλως ἄλλο πρὸς ἄλλο διαφέρει γένος τῶν ζῴων ὕβρει, καὶ σιναμωρίᾳ, καὶ τῷ παμφάγον εἶναι. οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν, οὐδὲ λογισμόν, ἀλλ' ἐξέστηκε τῆς φύσεως, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων. E ἔλαττον δὲ θηριότης, κακίας· φοβερώτερον δέ. οὐ γὰρ διέφθαρται τὸ βέλτιστον, ὥσπερ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' οὐκ ἔχει. ὅμοιον οὖν, ὥσπερ ἄψυχον συμβάλλειν πρὸς ἔμψυχον, πότερον κάκιον. ἀσινεστέρα γὰρ ἡ φαυλότης ἀεὶ, ἡ τοῦ μὴ ἔχοντος ἀρχήν· ὁ δὲ νοῦς ἀρχή. παραπλήσιον οὖν τὸ συμβάλλειν ἀδικίαν πρὸς ἄνθρωπον ἄδικον. ἔστι γὰρ ὡς ἑκάτερον κάκιον. μυριοπλάσια γὰρ ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς, θηρίου.

& si quo alio omnino differt animalium genus aliud ab alio libidine, & sagacitate, & omnium voracitate. Non enim electionem, neq; rationem habent, sed excesserunt e natura, veluti furentes homines. feritas autem minus quam vitiũ est, sed horribilius. Non enim est corrupta, quemadmodũ in homine, optima pars, sed non habet simile. namq; est ac inanimatũ cum animato contulisse, vtrum peius sit. Minus enim ad nocendum idonea est semper prauitas non habentis principium: intelligentia autem est principium. Perinde igitur est ac iniustitiam cum iniusto homine conferre. vtrunque enim quodammodo peius est. millies enim plura mala homo malus fecerit, quam bestia.

COMMENTATIONES.

A ἔτι δὲ καὶ.) Caput hoc est συγκριτικόν, id est, continet duas comparationes: Vnam, incontinentiæ iræ, & cupiditatis seu voluptatis. Alteram, vitii moralis τῆς κακίας & immanitatis, seu feritatis θηριότητος. Primæ comparationis hæc est propositio: *Incontinentia ira minus turpis est, quam incontinentia circa voluptates & cupiditates.* Probatur hæc propositio quatuor argumentis. Primum tale est: *Ea incõtinentia, quæ rationi aliquo modo obtẽperat, minus turpis est, quam ea, quæ rationi non obtemperat.* Minor: Sed *incontinentia ira vel incontinens circa iram rationi aliquo modo obtemperat.* Igitur *incontinens ira minus turpis est, quam incontinens voluptatis.* Minoris propositionis sunt duæ partes: Prima est, in qua dicitur, *quod incontinens ira aliquo modo, sed non plane & perfecte obtempe-*

Propositio. Incontinentiam ira minus turpem esse quam voluptatum.

temperat. Rationem addit, *quia audit rationis praeceptum, sed non integre & perfecte audit & ad vindictam fertur, antequam plane audiuerit rationem, quo pacto debeat vindicare illatam iniuriam.* Hanc partem declarat Aristoteles duobus exemplis similibus. Nam dicit, *iratum aut incontinentem esse circa iram similē famulis in conficiendis negotijs suorum dominorū. Tales enim vt videantur esse obsequentes, interdum etiam antequam mandatum audiuerunt, excurrunt, quasi iam omnia audiuissent, quae ipsis essent agenda, vnde fit, vt saepe peccent.* Deinde dicit *iratum aut incontinentem circa iram similem esse canibus, qui cum primum audiuerunt pulsum ianuae, statim latrant & non considerant, vtrum domesticus aliquis an vero extraneus & peregrinus pulsauerit, qua in re peccant, & propterea saepe verberantur, quia domesticos non debent allatrare. Ita etiam incōtinentes ira ad vindictam rapiuntur, antequam considerauerint, quid ratio iubeat faciendum esse in vindicando.* Cur autem ira ita anteuertatur rationis mandatum: Caussam Aristoteles dicit esse, *quia ira excitatur ex calidissimo & subtilissimo humore nempe ex fluxibili.* Vnde etiam vehementissimus affectus, qui subito abripit hominē extra se, vt quodā modo ignoret, quid agat, quāde caussa veteres dixere *irā esse initiū insaniae.* Alterā partem propositionis minoris, in qua dicitur, *quod incontinentia voluptatis non audiat rationem.* Ex eo manifesta est, *quia voluptas & cupiditas earum tantum sequuntur iudicium sensus, i. e. arripiunt ea, quae sensibus sunt grata & iucunda.* Ex his apparet incontinentem irae minus esse reprehendendum, quia aliquo modo incitatur & vincitur ratione: incontinentem autem circa voluptates magis esse reprehendendum, quia non a ratione, sed a voluptate & cupiditatibus vincitur.

Initiū insaniae ira.

B ἔτι τοῖς φυσικαῖς συγγνώμη.) Alterum argumentum sumitur exēplo caussarum efficientiū. *Quod vitium magis est naturale, id minus est turpe, quam quod minus est naturale* Ratio *quia naturalia nō pendent a natura voluntate, quae potest facile mutari: sed incontinentia irae magis est naturalis, i. e. magis potest transferri in natura vitiū,* quod ad excessum eius attinet, q̄ incontinentia circa voluptates. Ergo *incontinētia circa iram minus est turpius, quam*

Incontinentiā irae minus turpē esse quam voluptatis.
2. Argumentum.

incontinentia circa voluptates. Minorem propositionem, in qua dicitur, *incontinentiã iræ esse aliquo modo naturalẽ.* Arist declarat duobus exemplis. Primum est eius, *qui cũ esset accusatus in iudicio, quod patrem verberasset, se defendit, quod istud vitiũ iracundiæ esset suæ familiæ quodãmodo naturaliter insitum, quia maioribus & sic in ipsum esset deriuatum, nam & patrem suum ẽt priorem patrem, i. e. auũ & hunc ẽt atauum suum percussisse, imo se habere filium, a quo idem esset expectaturus.* Alterũ exemplum est de quodam patre, *qui cum crinibus pertractus esset a filio vsq; ad ianuã ædium iussit eũ ibi quiescere, dicens, sẽ aliquando etiã suum patrem eo vsq; traxisse:* Quibus exemplis Aristot. ostẽdere vult, *iracundiã maiore ex parte ẽt esse iræ vitium.* quod ẽt testantur plurima exempla eorum, qui interdũ etiã inuiti & cum magno suo incommodo & iactura valetudinis, vehementer irascuntur, & leuissimis de caussis commouentur, quod maxima ex parte accidere solet cholericis seu hominibus biliosis.

3. *Argumentum.* C ἔτι ἀδικώτεροι &c.) Tertium argumentũ sumitur ex loco coniunctorũ *Ea incontinentia, quæ coniuncta est cum dolo, fraude & insidijs, turpior est & deterior, quam ea, quæ caret fraude & dolo:* Sed *incontinentia cupiditatis & voluptatis plena est insidijs & dolis: incontinentia autem iræ non est coniuncta cum dolis & insidijs.* Ergo *incontinentia voluptatis & cupiditatis est turpior.* Minor probatur, *quoniam* (inquit) *iratus est* φανερὸς *apertus: non enim diu deliberat de insidijs aliquibus struendis, sed statim aperte eũ a quo læsus est adoritur.* Quia incontinentes circa voluptates & cupiditates, vt possint voti sui compotes fieri, multas ac varias fraudes excogitãt, quo pacto possint cupiditatibus potiri, quod Aristot. probat ex Epithetis, quib. poetæ Venerẽ describunt. Ea enim nominatur δολοπλόκος, id est *nectens dolos:* & ab Homero 14. Iliad. describitur eius Zona, *quod plena sit dolis & fraudibus, quibus etiam possit prudentium virorum mentes excæcare & adimere.*

4. *Argumentum.* D ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος &c.) Hoc est quartum argumentum a caussa efficiente. *Incontinens circa voluptates ideo deterior, quam incontinens circa iram, quia peccat sola adductus cupidine & libidine & petulantia.*

Iratus

Iratus autem peccat iusto quodam dolore adductus ad vindicandam iniuriam: unde etiam in irati actione est aliquis dolor. Qui *autem agit ex incontinentia voluptatum, is non sentit dolorem, & propterea nihil habet quod possit excusationis loco prætendere, quia sola petulantia & libidine ad peccandum fuit adductus. Iratus autem potest aliquo modo suum peccatum defendere iusto dolore quo ad vindictam fuit compulsus. Nam qui iniurias sibi vel suis illatas plane non cupit vindicare, is videtur quodammodo & famam & existimationem suam parui facere. Habent ergo incontinentes ira, quo se aliquo modo defendant: incontinentes vero circa voluptates non possunt se defendere.*

Atque hæc sunt 4. argumenta, quibus Aristoteles probat incontinentiam iræ minus turpem esse quā incontinentiam voluptatis. His 4. argumentis subiungit cōclusionem, in qua per ἀνακεφαλαίωσιν repetit diuisiones voluptatum & cupiditatum, quæ hactenus fuerunt traditæ. In qua repetitione etiam obiter hæc monet: bestias etiamsi aliæ magis, aliæ minus videantur voluptatibus affici & delectari circa cibum, potum & procreationem: tamen non posse vel temperantes vel intemperantes nominari, quia id non faciunt ἐκ προαιρέσεως, id est, ex voluntate quadam, aut animi proposito; sed tātum ex naturali quodam impetu.

Bestia temperātes vel intemperātes non dicuntur.

Ἔλαττον δὲ θηριότης.) Hæc est altera comparatio hoc in capite, in qua comparat improbitatem cum feritate, & ostendit *improbitatem longe peiorem esse ipsa feritate, crudelitate & immanitate.* Rationem sumit ab vtriusque affectu, cuius hic est syllogismus. *Quod vitium magis potest hominibus nocere, id peius est eo, quod minus potest nocere*: Sed *improbitas magis solet nocere hominibus, quatenus est adhuc prædita ratione & mente, per quam potest excogitare vias, modos & rationes nocendi: Homo autem ferus, & immanis caret quodammodo ratione & mente; ac proinde non potest excogitare quibus modis possit aliis nocere, sed tantum cæco quodam impetu fertur & rapitur: ex facilius potest ei occurri.* Declarat hoc Aristoteles

Improbitas peior feritate.

duobus exemplis similibus. Primum compatat hominem ferocem cum corpore in animato, quod non potest seipsum mouere, & propterea etiam nemini per se nocere pot. st. Ita homo ferax non potest inuenire ex se ipso modos & rationes nocendi: deinde dicit eandem rationem improbitatis & feritatis, qua is est inter hominem iniustum & iustitiam. Nam homo iniustus plurimũ potest nocere quia agit ea, quæ sunt iniusta. Ipsa autem iniustitia per se nemini potest nocere, quia est qualitas abstracta, quæ ipsa nihil agit.

ΚΕΦ. ζ.

A Περὶ δὲ τὰς δι' ἁφῆς καὶ γεύσεως ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ἐπιθυμίας καὶ φυγάς, περὶ ἃς ἥ τε ἀκολασία καὶ ἡ σωφροσύνη, διωρίσθη πρότερον, ἔστι μὲν οὕτως ἔχειν, ὥστε ἡττᾶσθαι καὶ ὧν οἱ πολλοὶ κρείττους· ἔστι δὲ κρατεῖν, καὶ ὧν οἱ πολλοὶ ἥττους· τούτων δ'. ὁ μὲν περὶ ἡδονὰς ἀκρατὴς, ὁ δ' ἐγκρατής· ὁ δὲ περὶ λύπας, μαλακὸς, ὁ δὲ καρτερικός. μεταξὺ δὲ τῶν πλείστων ἕξεις, κἂν εἰ ῥέπουσι μᾶλλον πρὸς τὰς χείρους. ἐπεὶ δ' ἔνιαι τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαί εἰσιν, αἱ δ' οὔ, καὶ μέχρι τινός· αἱ δ' ὑπερβολαὶ οὔ, οὐδ' αἱ ἐλλείψεις. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἐπιθυμίας ἔχει καὶ λύπας. ὁ μὲν τὰς ὑπερβολὰς διώκων τῶν ἡδέων, ἢ καθ' ὑπερβολὰς, ἢ διὰ προαίρεσιν, καὶ μὴ δι' αὐτὰς καὶ μὴ δι' ἕτερον ἀποβαῖνον, ἀκόλαστος. ἀνάγκη γὰρ τοῦτον μὴ εἶναι μετα-

CAP. 7.

At vero erga tactus gustatusq; voluptates & dolores, cupiditates item & fugas, in quibus & intemperantia & temperantia definita prius est, ita se habere quispiam potest, vt etiam quibus plerique sunt superiores, vincatur: potest & superare, quibus etiam plerique sunt inferiores. ex his autem qui in voluptatib. versatur, alter incontinens, alter continens: qui in doloribus, alter mollis. alter est tolerans. plurimorum vero habitus medii sunt, licet magis ad deteriores declinent: sed quia nonnullæ voluptates necessariæ sunt, aliæ non sunt, & quadantenus: excessus vero nõ sunt, nec defectus: simili modo etiam in cupiditatibus & doloribus res habet. qui excessus persequitur iucundarum rerum, vel quia excessus sunt, vel ex electione & propter ipsas, nullamque aliam ob rem euenientẽ, intemperans est. Necesse enim est, vt hunc nõ pœniteat:

piteat: quare est incurabilis. qui
vero deficit, est huic oppositus:
qui est medius, temperans. simi-
li modo quoque qui fugit corpo-
reos dolores, non quia sit infe-
rior, sed ex electione. at eorum
qui non eligunt, alter ducitur
voluptate: alter quia fugit do-
lorem ex cupiditate prouenien-
tem. quare inter se differunt. v-
nicuique vero peior esse videa-
tur, si quis non cupiens, aut le-
uiter, turpe aliquid ageret. quã
si vehementer cupiens: & si non
iratus verberet, quam si ira-
tus. quid enim faceret, si affe-
ctus esset? ideo intemperans in-
continẽte deterior est. Ex dictis
vero altera mollitia species ma-
gis est: alter est incontinẽs. oppo-
nitur autem incontinenti con-
tinens, & molli tolerans. Tole-
rare enim in resistendo est, con-
tinentia in continendo, Diuer-
sum autem est, resistere & con-
tinere, vt etiam non superari a
vincendo. Ob idq; continentia
quam tolerantia optabilior est.
Qui vero deficit aduersus quæ
plerique renituntur, & praua-
lent, is mollis est & delicatus
(delitia enim mollitia quædam
est) qui pallium non gestat, ne
tollendi molestia laboret: &
dum defatigatum imitatur,
miserum se esse non existimat,
cum misero similis sit. Pari mo-
do quoque res habet in conti-
nentia & incontinentia. non

μελητικόν. ὥστ' ἀνίατος. ὁ δ'
ἐλλείπων, ὁ ἀντικείμενος· ὁ
δὲ μέσος, σώφρων. ὁμοίως δὲ
καὶ ὁ φεύγων τὰς σωματικὰς
λύπας, μὴ δι' ἧτταν, ἀλλὰ
διὰ προαίρεσιν. τῶν δὲ μὴ
προαιρουμένων, ὁ μὲν ἄγεται
διὰ τὴν ἡδονήν. ὁ δὲ διὰ τὸ
φεύγειν τὴν λύπην, τὴν ἀ-
πὸ τῆς ἐπιθυμίας· ὥστε δια-
φέρουσιν ἀλλήλων. παντὶ δ'
ἂν δόξειε χείρων εἶναι, εἴ
τις μὴ ἐπιθυμῶν, ἢ ἠρέμα
πράττοι τι αἰσχρόν, ἢ εἰ σφό-
δρα ἐπιθυμῶν· καὶ εἰ μὴ ὀργι-
ζόμενος τύπτοι, ἢ εἰ ὀργιζό-
μενος. τί γὰρ ἂν ἐποίει ἐν πά-
θει ὤν; διὸ ὁ ἀκόλαστος χεί-
ρων τοῦ ἀκρατοῦς. τῶν δὴ λεχθέν-
των, τὸ μὲν μαλακίας εἶδος
μᾶλλον. ὁ δ' ἀκόλαστος. ἀντι-
κεῖται δὲ τῷ μὲν ἀκρατεῖ ὁ ἐγ-
κρατής, τῷ δὲ μαλακῷ ὁ
καρτερικός· τὸ μὲν γὰρ καρτερεῖν
ἐστὶν ἐν τῷ ἀντέχειν. ἡ δὲ ἐγ-
κράτεια, ἐν τῷ κρατεῖν. ἕτε-
ρον δὲ τὸ ἀντέχειν καὶ κρα-
τεῖν, ὥσπερ καὶ τὸ μὴ ἡττᾶσθαι
τοῦ νικᾶν. διὸ καὶ αἱρετώτερον
ἐγκράτεια καρτερίας ἐστίν. ὁ
δὲ ἐλλείπων, πρὸς ἃ οἱ πολ-
λοὶ καὶ ἀντιτείνουσι, καὶ δύ-
νανται. οὗτος μαλακὸς καὶ
τρυφῶν. καὶ γὰρ ἡ τρυφή, μα-
λακία τίς ἐστιν. ὃς οὐχ ἕλκει
τὸ ἱμάτιον, ἵνα μὴ πονήσῃ
τὴν ἀπὸ τοῦ αἴρειν λύπην· καὶ
μιμούμενος τὸν κάμνοντα,
οὐκ οἴεται ἄθλιος εἶναι ἀ-
θλίῳ ὅμοιος ὤν. ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ ἐγκράτειαν καὶ ἀκρασίαν. ὁ

B

γὰρ εἴ τις ἰσχυρῶν καὶ ὑπερβαλλουσῶν ἡδονῶν ἡττᾶται ἢ λυπῶν, θαυμαστόν, ἀλλὰ καὶ συγγνωμονικόν, εἰ ἀντιτείνων. ὥσπερ ὁ Θεοδέκτου Φιλοκτήτης ὑπὸ τοῦ ἔχεως πεπληγμένος, ἢ ὁ Καρκίνου ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων· καὶ ὥσπερ οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα, ἀθρόον ἐκκαγχάζουσιν, οἷον συνέπεσε Ξενοφάντῳ· ἀλλ' εἴ τις πρὸς ἃς οἱ πολλοὶ δύνανται ἀντέχειν, τούτων ἡττᾶται, καὶ μὴ δύναται ἀντιτείνειν, μὴ διὰ φύσιν τοῦ γένους, ἢ διὰ νόσον, οἷον ἐν τοῖς Σκυθῶν βασιλεῦσιν ἡ μαλακία διὰ τὸ γένος, καὶ ὡς τὸ θῆλυ πρὸς τὸ ἄρρεν διέστηκε. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ παιδιώδης, ἀκόλαστος εἶναι. ἔστι δὲ μαλακός. ἡ γὰρ παιδιά, ἄνεσίς ἐστιν, εἴπερ ἀνάπαυσις· τῶν δὲ πρὸς ταύτην ὑπερβαλλόντων ὁ παιδιώδης ἐστίν. C ἀκρασίας δέ, τὸ μὲν προπέτεια, τὸ δὲ ἀσθένεια. οἱ μὲν γὰρ βουλευσάμενοι, οὐκ ἐμμένουσιν οἷς ἐβουλεύσαντο διὰ τὸ πάθος· οἱ δέ, διὰ τὸ μὴ βουλεύσασθαι, ἄγονται ὑπὸ τοῦ πάθους. ἔνιοι γὰρ ὥσπερ προγαργαλίσαντες, οὐ γαργαλίζονται, οὕτω καὶ προαισθόμενοι, καὶ προϊδόντες, καὶ προεγείραντες ἑαυτοὺς καὶ τὸν λογισμόν, οὐχ ἡττῶνται ὑπὸ τοῦ πάθους, οὔτ' ἂν ἡδὺ ᾖ, οὔτ' ἂν λυπηρόν. μάλιστα δὲ οἱ ὀξεῖς, καὶ μελαγχολικοί, τὴν προπετῆ ἀκρασίαν εἰσὶν ἀκρατεῖς. οἱ μὲν

enim si quis vehementibus & modum excedentibus voluptatibus, aut doloribus vincitur, id mirum est, quin venia etiam dignum, si resistens (vt Theodecti Philoctetes a vipera ictus, aut Carcini in Alope Cercyon: & sicut ij qui cohibere risum nitentes, multum simul risum edunt, quale Xenophanto contigit.) sed si quis, quibus plerique possunt resistere, ab ijs vincitur, ac nequit repugnare, atque id non ex natura generis, aut morbo, quemadmodum in Scytharum regibus mollities ex genere est, & sicut fœmina a mari discessit. Iocosus quoque esse intemperans videtur, sed est mollis. Iocus enim relaxatio est, siquidem requies est. Iocosus vero ex ijs est qui in hac excedunt. Incontinentia altera pars temeritas, altera imbecillitas est. Nam alij vbi consultarunt, in iis quæ deliberauerunt, ob affectum non perstant: alii, quia non consultarunt, ab affectu ducuntur. nonnulli enim, quemadmodum qui prius titillarint, non titillantur, ita quoque cum præsenserint, ac præuiderint, seque ipsos iam & rationem excitarint, ab affectu non superantur, nec si iucundum, nec si molestum fuerit. Præcipue vero celeres, & atra bile affecti, temeraria incontinentia sunt incontinentes. illi enim ob cele-

celeritatem, hi ob vehementiam, rationem non exspectant, propterea quod ad sequendam imaginationem sunt procliues.

γὰρ διὰ τὴν ταχύτητα, οἱ δὲ διὰ τὴν σφοδρότητα, οὐκ ἀναμένουσι τὸν λόγον, διὰ τὸ ἀκολουθητικοὶ εἶναι τῇ φαντασίᾳ.

COMMENTATIONES.

A περὶ δὲ τῶν) In hoc cap. duo præcipue continentur. Primum enim Aristoteles comparat inter se istas cognatas affectiones, continentiam, temperantiam, tolerantiam, & earum contrarias affectiones, intemperantiam, incontinentiam & malitiam, & ex ea comparatione vult ostendere, quomodo inter sese conueniant & differant, vt possint recte a se mutuo discerni & cognosci: deinde adfert nouam quandam incontinentiæ diuisionem διαίρεσιν.

Continentia, temperantia, & tolerantia quid inter se differant, & quibus conueniant.

De primo prædictæ affectiones duobus modis inter se maxime conueniunt. Primum materia seu obiecto: versantur enim omnes circa voluptates & dolores, vel expetunt, vel fugiunt, & vel vincunt eas, vel ab illis vincantur & superantur. Sunt, vt Aristoteles inquit, aliqui homines, qui vincuntur ab eiusmodi voluptatibus & doloribus, quos tamen plerique possunt vincere. Rursum alii vincunt eas voluptates & dolores, a quibus maior pars hominum plerunque solet vinci & superari. Atque duobus modis istæ affectiones inter se conueniunt, & videntur esse prope eædem.

1. Differunt ratione formæ.

Differunt autem præcipue modis duobus: Primum, ratione formæ: deinde ratione qualitatis, bonitatis & vitiositatis. Quod ad formam attinet, diuerso modo & ratione istæ affectiones sese habent circa voluptates & dolores.

Diuersitas autem modi consistit ἐν τῇ προαιρέσει, *in electione*. Alii enim ἐκ προαιρέσεως, *i. certo animi consilio ac proposito*, voluptates nimias ac turpes expetunt vel fugiunt, vt temperans vel intemperans. Nam intemperans data opera, & de industria nimium expetit turpes voluptates, quia apud se est ita persuasus, quasi debeat id facere. Vnde etiam putat, se recte facere,

nec pœnitet eum sui facti, propterea est quoq; ἀνίατος, id est, *difficulter potest ad meliorem viam reuocari.* Temperans ἐκ προαιρέσεως fugit turpes & nimias voluptates: Alii vero non ἐκ προαιρέσεως ista faciunt, i. e. plena voluntate, sed aliquo modo inuiti aut fugiunt voluptates nimias, vt incontinens, quia in illis appetitus repugnat rectæ rationi, vel expetunt turpes voluptates, vt incontinens in quo recta ratio repugnat appetitui. Notãdum est quoq; in hoc textu, quod Aristoteles quodammodo corrigit seipsum in eo, quod iam aliquoties dixit, esse quasdam voluptates corporis necessarias, eas nimirum, quæ ex cibo, potu & procreatione percipiuntur. Dicit enim hoc loco eas non esse simpliciter necessarias, sed tantum μέχρι τοῦ, id est, *aliquo vsque*, id est, quatenus nimirum inseruiunt ad corporis sustentationem, & ad sobolis procreationem. Quicquid vero in illis potest fines excedit, illud neque naturale, neque necessarium est: Vnde Virgi. inquit:

Obiectio.

Solutio.

Vina sitim sedant, natis Venus alma creandis
Seruiat, hos fines transiluisse nocet.

2. Differũt ratione qualitatis.

B πάλιν δ' ἂν δόξειε.) Hic locus continet duas alias propositiones, quibus ostenditur alterum discrimen prædictarũ affectionum, quæ est τῆς ποιότητος qualitatis, id est *bonitatis & vitiositatis.* Aliæ enim ex his sunt meliores, aut deteriores. Primum est comparatio intemperantiæ & incontinentiæ. Cuius hæc est propositio. *Intemperans deterior est incontinente*, Ratio est. *Quia nulla aut leui cupiditate perducitur ad turpes voluptates volens & sua sponte. Incontinens autem non nisi vehementibus cupiditatibus pertrahitur ad turpes voluptates & quodam modo inuitus.* Hanc rationem confirmat exemplo simili. *Quemadmodum deterior est & minus excusari potest is, qui non ex ira, sed ex petulantia alterum percussit & læsit, quam is qui ira commotus & inflammatus id fecit: ita etiam intemperans deterior est incontinente, qui leui aut nimia cupiditate, sed ex mera petulantia turpes voluptates sectatur.*

Altera comparatio est incontinentiæ & tolerantiæ, cuius hæc est propositio. *Cõtinentia præstantior est, quam tolerantia.* Probatur ex vtriusque ἐτυμολογίᾳ. *Nam continentia*

tinentia dicitur ἐγκράτεια a verbo κρατεῖν, quod significat vincere & superiorem esse. Tolerantia autem καρτερία a verbo καρτερεῖν, quod significat tolerare & sustinere. Quemadmodum autem vincere prastantius est, quam tolerare & pati, non tamen vinci: ita continentia prastantior est, quia vincit nimias cupiditates voluptatum, quam tolerantia que solum tolerat & sustinet dolores: non autem ab illis vincitur Vtrumq; autem vincere & vinci laudabile est, sed tamen laudabilius est vincere: Non enim omnis qui non vincitur etiam vincit: sed omnis qui vincit etiam non vincitur. Notandum etiam est primum, quod hę duæ affectiones tolerātia & mollities proprie non circa voluptates, sed circa dolores & molestias, nec patitur se ab illis vinci. Mollis autem dicitur, qui plane nullos potest ferre dolores aut molestias, sed ab omnibus etiam leuibus doloribus & molestiis vincitur, veluti si quis ita mollis & ignauus sit, vt ne vestem quidem possit ferre, quando per vrbem ingreditur: deinde notandum est eos, qui maximos dolores ferre non possunt, sed ab illis vincuntur, non propterea molles esse nominandos, cuius rei duo ponit exempla. Vnum de Philoctete, *qui cum a vipera morsus esset exclamauit, quia acceperat vulnus.*

Mollis quis dicitur.

Alterum est de quodam Cercyjone, *qui non potuit filia ignominiam aquo animo ferre, quia dolor, qui insitus erat, non potuit propterea mollis nominari* Eodem modo non omnis incontinens est dicendus, qui vehementibus cupiditatibus non plane potest resistere, & tamen ab illis vincitur, postquam aliquamdiu quam viriliter restitit. Quod Aristoteles declarat exemplo cuiusdam Xenophontis, qui in conuiuio quodam apud Alexandrum Magnum, cum ridiculum aliquid accideret, diu quidem continuit risum, sed tādem proripit in cachinnum.

Incontinēs quis dicendus.

Ita qui vehementioribus cupiditatibus aliquandiu restiterunt, tandem vero vincuntur, non propterea possunt simpliciter incontinentes dici. Tertio notandum est duplicem esse mollitiem: Vnam voluntariam *qua nostro vitio & nostra culpa contrahitur.*

Mollities duplex.

Voluntaria. *Non voluntaria.* *Persarum mollities.*

Alteram non voluntariam, quæ proficiſcitur vel a natura, quemadmodum *ſunt quædam gentes natura molliores, quemadmodum olim de Perſis dicebatur, quorum tanta erat mollities, vt fere ſemper ſe a ſeruis geſtari paruitum paterentur. Vnde etiam Perſarum mollities in Prouerbium abiit*

Vel proficiſcitur ab ætate, *veluti infantes, pueri, molliores adoleſcentes ſunt viris & adultis.*

Vel a ſexu, *vt fœminæ molliores ſunt viris.*

Vel a morbo, *vt ægroti minus poſſunt ferre dolores aut moleſtias, quam homines ſani.*

Mollities quid. Ludus quid.

Poſtremo notandum eſt eos, qui ludis & iocis nimium dediti ſunt, molles potius, quam intemperantes eſſe nominandos: quia mollities nihil aliud eſt, quam fuga quædam laborum, dolorum, & moleſtiarum. Ludus autem idem fere eſt. Nam eſt requies a laboribus & recreatio animi, atque corporis poſt labores, proinde etiam, qui nimium ludis delectantur, molles ſunt nominandi.

C *Ἀκρασίας δὲ τὸ μὲν*) Hæc eſt altera pars capitis διηρημένη, in qua nouam attingit incontinentiæ diuiſionem, de qua etiam plura in ſequenti capite habebuntur: duę ſunt ſpecies incontinentiæ. Vna nominatur *προπέτεια*, id eſt, *præcipitantia*: altera *ἀσθένεια*, id eſt, *imbecillitas ſeu infirmitas.*

Incontinentia præcipitans. *Infirma.*

Præcipitans incontinentia dicitur, *quando quis ſubito & quaſi per imprudentiam antequam cogitare potuit, abripitur a vehementiore aliquo affectu ad peccandum.*

Infirma incontinentia dicitur, *per quam non ita ſubito, ſed interiecta aliqua mora quis vincitur a cupiditatibus, quibus aliquandiu reſtitit.*

Ex his duabus ſpeciebus, quemadmodum in ſequenti capite dicitur, prior videtur magis poſſe excuſari. Quia præter voluntatem & opinionem noſtram nobis contingit ita, vt non habuerimus ſpatium aut moram nos præmuniendi aduerſus aduenrantes cupiditates. Nam vt commodius poſſimus affectibus & cupiditatibus reſiſtere, opus eſt, vt quodammodo nos aduerſus illas præmuniamus, ne imparatos nos opprimant. Quod Ariſtoteles declarat eleganti ſimilitudine: *Quemadmodum*

dum (inquit) ii qui prius seipsos titillarunt, facilius possunt ferre, si postea ab aliis titulantur: ita etiam facilius possumus resistere voluptatibus & affectibus, si prius nosipsos contra eas pramuniverimus: veluti si quis invitatus ad conuiuium, in quo scit futuros esse potatores prius apud se proponat, quod non velit se inebriari, & etiam excogitat, rationes, quibus velit deriuare a se aliorum inuitationes ad bibendum: sed, vt dicit Aristoteles, debet ἐμμένειν, i. e. est, persistere in eo, quod apud se constituit, quando vero non persistit, sed patitur se vinci a sodalibus, tunc dicitur incontinens secundum alteram hanc speciem incontinentia.

ΚΕΦ. η'.

Ἔστι δ' ὁ μὲν ἀκόλαστος, ὥσπερ ἐλέχθη, οὐ μεταμελητικός. ἐμμένει γὰρ τῇ προαιρέσει. ὁ δ' ἀκρατὴς μεταμελητικὸς πᾶς. διὸ οὐχ ὥσπερ ἠπορήσαμεν, οὕτω καὶ ἔχει· ἀλλ' ὁ μὲν ἀνίατος, ὁ δὲ ἰατός· ἔοικε γὰρ ἡ μὲν μοχθηρία τῶν νοσημάτων οἷον ὑδέρῳ καὶ φθίσει· ἡ δὲ ἀκρασία, τοῖς ἐπιληπτικοῖς. ἡ μὲν γὰρ συνεχής, ἡ δὲ οὐ συνεχὴς πονηρία· καὶ ὅλως δὲ ἕτερον τὸ γένος ἀκρασίας καὶ κακίας. ἡ μὲν γὰρ κακία λανθάνει· ἡ δὲ ἀκρασία οὐ λανθάνει. αὐτῶν δὲ τούτων βελτίους οἱ ἐκστατικοί, ἢ οἱ τὸν λόγον ἔχοντες μὲν, μὴ ἐμμένοντες δέ. ὑπ' ἐλάττονος γὰρ πάθους ἡττῶνται, καὶ οὐκ ἀπρο-

CAP. 8.

AT intemperans, sicut dictum est, non is est quem pœniteat (perstat enim in proposito) incontinens vero, omnis ad pœnitendum procliuis est. quocirca non vt dubitauimus, ita etiam res habet: sed ille incurabilis, hic vero curabilis est. nam prauitas similis est ex morbis aqua inter cutem & tabi: incontinentia vero, comitialibus. illa enim continua, hac non continua improbitas est: atque omnino diuersum est incontinentia & vitii genus. vitium enim latet, incontinentia non latet. Ex iis autem ipsis, qui facile dimouentur, meliores sunt, quam qui rationem habent, atque non persistunt. a minori enim affectu superantur, nec incon-

βούλονται, ὥσπερ εἴρηται. ὅμοιος γὰρ ὁ ἀκρατής ἐστι τοῖς ταχὺ μεθυσκομένοις, καὶ ὑπὸ ὀλίγου οἴνου, καὶ ἐλάττονος ἢ ὡς οἱ πολλοί. ὅτι μὲν οὖν κακία ἡ ἀκρασία οὐκ ἔστι, φανερόν· ἀλλά πῃ ἴσως. τὸ μὲν γὰρ παρὰ προαίρεσιν, τὸ δὲ κατὰ προαίρεσίν ἐστιν. οὐ μὴν ἀλλ' ὅμοιόν γε κατὰ τὰς πράξεις, ὥσπερ τὸ Δημοδόκου εἰς Μιλησίους. Μιλήσιοι γὰρ ἀξύνετοι μὲν οὐκ εἰσί, δρῶσι δὲ, οἷάπερ οἱ ἀξύνετοι· καὶ οἱ ἀκρατεῖς, ἄδικοι μὲν οὐκ εἰσίν, ἀδικοῦσι δέ. ἐπεὶ δ' ὁ μὲν τοιοῦτός

B ἐστιν, οἷος μὴ διὰ τὸ πεπεῖσθαι διώκειν τὰς καθ' ὑπερβολὴν καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, σωματικὰς ἡδονάς· ὁ δὲ πέπεισται διὰ τὸ τοιοῦτος εἶναι οἷος διώκειν αὐτάς· ἐκεῖνος μὲν οὖν εὐμετάπειστος, ὁ δ' οὔ. ἡ γὰρ ἀρετὴ καὶ μοχθηρία τὴν ἀρχὴν, ἡ μὲν φθείρει, ἡ δὲ σώζει. ἐν δὲ ταῖς πράξεσι τὸ οὗ ἕνεκα, ἀρχὴ ὥσπερ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς αἱ ὑποθέσεις. οὔτε δὴ ἐκεῖ ὁ λόγος διδασκαλικὸς τῶν ἀρχῶν, οὔτε ἐνταῦθα. ἀλλ' ἀρετὴ, ἢ φυσικὴ, ἢ ἐθιστὴ τοῦ ὀρθο-

C δοξεῖν περὶ τὴν ἀρχήν. σώφρων μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος, ἀκόλαστος δ', ὁ ἐναντίος. ἔστι δέ τις διὰ πάθος ἐκστατικὸς παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ὃν ὥστε μὲν μὴ πράττειν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, κρατεῖ τὸ πάθος.

sulti ut alteri sunt. Nam similis incontinens est iis, qui cito inebriantur, & pauco vino, & pauciore etiam quam plerique. Incontinentiam igitur non esse vitium, manifestum est, sed quadam ex parte fortasse. partim enim præter electionē, partim ex electione est. quin perinde est, si actiones spectes, ac illud Demodoci in Milesios. Milesii enim non sunt quidem insipientes, ea tamen agunt, quæ insipientes: & incontinentes, iniusti quidem non sunt, iniuste tamen agunt. Quoniam vero alter talis est, qui eo quod persuasus sit, persequatur excedentes modum, & præter rectam rationem corporeas voluptates: alter autem persuasus est, quia est talis, qui eas sequatur: ille profecto dissuaderi facile potest, hic non potest. Virtus enim & prauitas, principium altera corrumpit, altera conseruat. in actionibus autem principium illud est, cuius caussa res fit: ut in mathematicis hypotheses. neque igitur illic ratio est, quæ docere principia possit, neque hic, sed virtus vel naturalis, vel recte opinandi de principio consuetudine parata. Ac temperās quidem huiusmodi est: huic vero contrarius, intemperans. est etiam quidam qui affectu extra rectam rationem dimouetur, quem ut ne ex recta ratione agat, affectus superat.

ut ta-

ut tamen talis sit, qui eiusmodi voluptates effuse sibi esse sectandas persuasum habeat, non superat. hic est incontinens intemperante melior. nec est simpliciter prauus. nam quod optimum est, principium cõseruatur: contrarius autem alius est, qui persistit, neque affectu dimouetur. Ex his igitur alterum probum, alterum prauum esse habitum patet.

ὥστε δ' εἶναι τοιοῦτον οἷον πεπεῖσθαι διώκειν ἀνέδην δεῖν τὰς τοιαύτας ἡδονάς, οὐ κρατεῖ, οὗτός ἐστιν ὁ ἀκρατής. βελτίων τοῦ ἀκολάστου· οὐδὲ φαῦλος ἁπλῶς. σώζεται γὰρ τὸ βέλτιστον, ἡ ἀρχή. ἄλλος δ' ἐναντίος ὁ ἐμμενετικὸς, καὶ οὐκ ἐκστατικὸς διά γε τὸ πάθος. φανερὸν δὴ ἐκ τούτων, ὅτι ἡ μὲν σπουδαία ἕξις, ἡ δὲ φαύλη.

COMMENTATIONES.

Ἔστι δ' ὁ μὲν ἀκόλαστος) In eo cap. explicatur quæstio, quæ supra in cap. secundi fine fuerat proposita. *Vtrum intemperans sit deterior incontinente*: & refutatur argumentum, quod supra fuerat allatum, quo aliqui probabant, *incontinentem deteriorem esse intemperante*. Pro huius quæstionis explicatione primum duæ rursum comparationes instituuntur: deinde ponitur refutatio prædicti argumenti. Primæ comparationis hæc est propositio, quæ etiam in præcedenti cap. fuit proposita: *intemperans deterior incontinente*. Probatur hæc propositio tribus argumentis. Primum, *Qui non potest curari a suo vitio, is deterior est eo, qui potest curari*: Sed *intemperans non potest curari a suo vitio*. Igitur *intemperans est deterior incontinente*. Minor probatur: *Qui non agnoscit morbum, is etiam facile ab eo non potest curari: intemperans non agnoscit morbum suum, i. istum vitium, quo laborat: incontinens autem suum vitium agnoscit*. Igitur *intemperans minus potest curari & sanari a suo vitio, quam incontinens*. Minor rursum probatur, *Quia intemperãtem non pœnitet sui vitii quo laborat, imo putat se recte facere. Incontinentem pœnitet sui vitii*. Igitur *agnoscit suum morbum. Intemperans autem non agnoscit*. Alterum argumentum sumitur etiam a simili morborum. *Qui laborant morbis continuis, hi deteriores sunt iis, qui non laborãt morbis continuis: intemperans laborat morbo, i. vitio animi continuo: incontinens*

Intemperans vtrũ deterior incontinente.

I. Arg.

II. Arg.

autem laborat morbo, id est, vitio non continuo. Igitur *intemperans deterior incontinente.* Minorem declarat Aristoteles comparatione. *Nam intemperantiam comparat τῷ ὕδρωπι aut ὕδρωπι, qui morbi sunt continui, & difficulter aut nunquam possunt curari. Incontinentiam autem comparat Epilepsiæ, qui morbus non est continuus, sed tantum redit per aliqua interualla.* Tertium argumentum. *Morbi latentes deteriores sunt morbis manifestis.* Sed *intemperantia est morbus, i.e. vitium latens, quod non agnoscitur ab ipso intemperante. Incontinentia autem est morbus seu vitium non latens: nam incontinens scit, se hoc vitio laborare, & propterea etiam dolet:* Igitur *intemperantia deterius est vitium quam incontinentia,* & per consequens, *intemperans deterior est incontinente.* Atq; hæc est prima comparatio huius loci. Altera cõparatio est duarum specierum incõtinentiæ, de quib. in præcedente cap. dictum est. Propositio autem eius hęc est. *Incontinentia infirma deterior est, quam incontinentia præcipitans,* probatur duabus rationibus.

3. Argumentum.

Incontinentiã infirmã deteriorem esse quam præcipitãtem.

Prima, *quia incontinentia infirma habuit spatiũ & morã sese parandi & præmuniendi aduersus cupiditates aduentãtes, ut possit facilius illis resistere. Incontinentia autem præcipitans non concedit spatiũ se præmuniẽdi aduersus cupiditates, sed subito hominem præter exspectationẽ corripit. Magis autẽ reprehendendus est is, qui habuit spatiũ & tempus sese præmuniendi aduersus hostẽ cum vincitur, quam is cui non concessum fuit spatiũ se præmuniendi.* Altera ratio est, *quia incontinẽtia infirma ẽt a lenioribus cupiditatibus interdum patitur se vinci, ut Arist. tales comparat iis, qui etiã a pauciore vino inebriãtur facile, tales ẽt ideo magis reprehendendi sunt propter ebrietatem, q. sciunt se non posse ferre vinũ, & tamen nolunt abstinere: sed incontinentia præcipitans tantũ vincitur a vehementibus & magnis cupiditatibus, quæ cum impetu quem inuadunt.*

Intemperantiam maius vitium quã incontinentiam.

His duabus comparationibus Aristoteles rursum comparat inter se intemperantiam & incontinentiam, & ostendit intemperantiam, maius esse vitium quam sit incontinentia, quia *illa malitiam habet προαίρεσιν: hæc autem est ἀπροαίρετος. Nam incontinens non peccat de industria aataq; opera & plena animi*

volun-

voluntate & electione, quemadmodum intemperans: licet fere similis sit intemperanti, quia eadem agit, sed non eodem animi proposito. Vnde Aristoteles dicit de incontinente, idem posse affirmari, quod orator quidem Democritus dixit de Mylesiis, quod nimirum Mylesii non quidē essent stulti nominandi, sed tamen facerent ea, quæ stulti solent facere. Eodem modo incontinens non quidem omnino est intemperans, sed tamen eadem semel facit, quæ intemperans solet agere.

B ἐπεὶ δ' ὁ μὲν [illegible].) Hæc est altera pars cap. in qua refutatur argumentum, quod sup. in 2. cap. fuit allatum de intemperante, *quasi is melior esset incontinente, eo, quod facilius possit a vitio suo abduci, & ad meliorem viam reduci.* Hæc Aristoteles in præsenti loco negat, & ostendit, *incontinentem meliorem esse intemperante, & posse facilius auocari a suo vitio, quoniam in eo adhuc est recta ratio, & rectum & summum iudicium, quæ non sunt in eo deprauata & corrupta, quemadmodum in homine intemperante. Nam intelligit adhuc, quid sit honestum, vel turpe & inuitus superatur & vincitur a prauis cupiditatibus. Intemperans autem non intelligit, quid sit reuera honestum vel turpe, sed habet deprauatum & corruptum iudicium per voluptates, ita vt non possit recte iudicare de principijs honestarum actionum, id est, non possit sibi proponere verum finem actionum, qui finis est instar principij in actionibus, quia monet animum agentis ad suscipiendam actionem: quemadmodum non in scientijs disciplinis & Mathematicis nemo potest de conclusionibus & demonstrationibus earum recte iudicare, qui non intelligit principia illarum disciplinarum, vt sunt ἀξιώματα definitiones & ὑποθέσεις: Ita etiam qui non intelligit quis sit verus finis actionum, etiam non potest de honestis & turpibus actionibus recte iudicare aut statuere: & quemadmodum in Mathematicis disciplinis & alijs scientijs principia non docentur nec probantur, sed a discentibus per se intelliguntur. Nam oportet eorum habere, vt Aristoteles monet, [illegible] cognitionem: ita etiam in doctrina & [illegible] bus oportet eum, qui recte vult ac actionem*

Intemperans non melior incontinente

iudicare principia, id est, fines eorum ex se intelligere vel naturali aliqua virtute edoctus vel usu & educatione assuefactus ut possit ὀρθοδοξεῖν, id est, recte existimare & iudicare de actionum principiis, quæ cum ita sint, & quia in homine incontinente præstantissima pars hominum nempe ratio & mens in eo adhuc est salua & integra, in intemperante est per voluptates corrupta: Ideo *incontinens melius intelligit quid honestū sit vel turpe, & facilius potest abduci, quam intemperans.*

C συμφερων μεν ουν ο τροπος. Hæc est breuis ἀνακεφαλαίωσις repetitio eorum, quæ dicta sunt, qua summatim & breuiter ostendit *quis proprie temperans vel intemperans, continens vel incontinens sit nominandus.* Summa eorum hæc est: temperans proprie dicitur *qui rectum habet de actionibus honestis, turpibus iudiciū, nec patitur se cōtra rectam rationem a voluptatibus vinci.* Intemperans est, *qui corruptum & deprauatum habet iudicium de actionibus, & volens & iubens a voluptatibus vincitur, quia illi persuasum est eum debere quasuis voluptates impudenter persequi.* Continens est, *qui in honesto proposito persistit, nec patitur se vinci a voluptatibus, etiamsi appetitus repugnet.* Incontinens vero est, *qui etiam habet rectum iudicium, sed in eo non semper persistit verum propter vehementiam & cupiditatum & affectuum, quasi vi quadam a suo proposito perturbatur & persequitur etiam per turpes voluptates, non quod ei persuasum sit eum ita debere agere, sed quia vincitur ab affectionibus.* Ex quo etiam intelligitur, quod incontinens melior sit intemperante, quatenus enim adhuc saluum & integrum est principium, id est ratio & mens, per quam potest recte iudicare de principiis actionum.

Temperās proprie quis.

Intemperans.

Continēs.

Incontinens.

ΚΕΦ. θ'.

Πότερον οὖν ἐγκρατής ἐστιν ὁ ὁποιῳοῦν λόγῳ καὶ ὁποιᾳοῦν προαιρέσει ἐμμένων, ἢ ὁ τῇ ὀρθῇ; καὶ ἀκρατὴς δὲ ὁ ὁποιᾳοῦν μὴ

CAP. 9.

VTrum igitur continēs sit, qui in qualicunque ratione & qualicunque electione manet, an qui in recta tantum? & incontinensne, qui in qualicunque non

non perstat electione, & in qualicunque ratione, an qui in falsa ratione, & non recta electione, ut dubitatum est prius? an ex accidenti in qualicunque, an per se vero, in vera ratione, & in recta electione alter persistit, alter non persistit? nam si quis illud ob hoc eligit aut sectatur, hoc per se sectatur, & eligit, prius vero ex accidenti. Per se autem simpliciter dicimus. Quare fit ut quodam modo in qualicunque opinione alter persistat, alter dimoueatur: simpliciter autem in vera. Sunt autem nonnulli in opinione perseuerantes, sunt & quos pertinaces vocant, ut obstinati, & qui non facile dissuaderi possunt: qui simile quid cum continente habent, sicut prodigus cũ liberali, audax cum forti: diuersi tamen in multis sunt. is enim ex affectu & cupiditate nõ immutatur, qui est continens: nam cum inciderit, suaderi facile potest: ille, non a ratione, quandoquidem cupiditates admittunt, atq; pleriq; ducuntur a voluptatibus. at sunt quidem pertinaces, qui in sua perstant sententia, & ineruditi, & rustici: in sua quidem perstantes sententia, ob voluptatem & dolorem. gaudent enim cum vincũt, si non de sententia dimoueãtur: & dolẽt, si sua quasi decreta irrita sint: ut incõtinenti magis,

ἐμμένων προαιρέσει καὶ ὁποιῳοῦν λόγῳ. καὶ ὁ τῷ ψευδεῖ λόγῳ, καὶ τῇ προαιρέσει τῇ μὴ ὀρθῇ, ὥσπερ ἠπορήθη πρότερον; ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, ὁ ὁποιῳοῦν. καθ' αὑτὸ δὲ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ καὶ τῇ ὀρθῇ προαιρέσει, ὁ μὲν ἐμμένει, ὁ δὲ οὐκ ἐμμένει; εἰ γάρ τις τόδε διὰ τόδε αἱρεῖται ἢ διώκει, καθ' αὑτὸ μὲν τοῦτο διώκει καὶ αἱρεῖται, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ πρότερον. ἁπλῶς δὲ λέγομεν τὸ καθ' αὑτό. ὥστε, ἔστι μὲν ὡς ὁποιᾳοῦν δόξῃ, ὁ μὲν ἐμμένει, ὁ δὲ ἐξίσταται· ἁπλῶς δὲ τῇ ἀληθεῖ. εἰσὶ δέ τινες οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ. εἰσὶ δ' οὓς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας, οἷον δύσπειστοι, καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι· οἱ ὅμοιον μέν τι ἔχουσι τῷ ἐγκρατεῖ. οἷον ὁ ἄσωτος τῷ ἐλευθερίῳ, καὶ ὁ θρασὺς τῷ θαρραλέῳ· εἰσὶ δ' ἕτεροι κατὰ πολλά. ὁ μὲν γὰρ διὰ πάθος καὶ ἐπιθυμίαν οὐ μεταβάλλει, ὁ ἐγκρατής. ἐπεὶ εὔπειστος, ὅταν τύχῃ, ἔσται ὁ ἐγκρατής. ὁ δὲ, οὐχ ὑπὸ τοῦ λόγου, ἐπεὶ ἐπιθυμίας γε λαμβάνουσι, καὶ ἄγονται πολλοὶ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν. εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες οἱ ἰδιογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοι· οἱ μὲν ἰδιογνώμονες δι' ἡδονὴν καὶ λύπην· χαίρουσι γὰρ νικῶντες, ἐὰν μὴ μεταπείθωνται· καὶ λυποῦνται, ἐὰν ἄκυρα αὐτῇ ᾖ, ὥσπερ ψηφίσματα· ὥστε μᾶλλον

B

τοῦ ἀκρατοῦς ἐοίκασιν ἢ τοῦ ἐγκρατοῦς. εἰσὶ δέ τινες, οἳ τοῖς δόξασιν οὐκ ἐμμένουσιν, οὐ δι᾽ ἀκρασίαν, οἷον ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ τοῦ Σοφοκλέους, ὁ Νεοπτόλεμος· καίτοι δι᾽ ἡδονὴν οὐκ ἐνέμεινεν, ἀλλὰ καλήν. τὸ γὰρ ἀληθεύειν αὐτῷ καλὸν ἦν. ἐπείσθη δ᾽ ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ψεύδεσθαι. οὐ γὰρ πᾶς ὁ δι᾽ ἡδονήν τι πράττων, οὔτ᾽ ἀκόλαστος, οὔτε φαῦλος, οὔτ᾽ ἀκρατής. ἀλλ᾽ ὁ δι᾽ αἰσχράν. ἐπεὶ δ᾽ ἐστί τις καὶ τοιοῦτος, οἷος ἧττον ἢ δεῖ τοῖς σωματικοῖς χαίρειν, καὶ οὐκ ἐμμένων τῷ λόγῳ, ὁ τοιοῦτος τούτου καὶ τοῦ ἀκρατοῦς μέσος ὁ ἐγκρατής. ὁ μὲν γὰρ ἀκρατὴς οὐκ ἐμμένει τῷ λόγῳ, διὰ τὸ μᾶλλόν τι. οὗτος δὲ διὰ τὸ ἧττόν τι. ὁ δ᾽ ἐγκρατὴς ἐμμένει, καὶ οὐδὲ δι᾽ ἕτερον μεταβάλλει. δεῖ δὲ εἴπερ ἡ ἐγκράτεια σπουδαῖον, ἀμφοτέρας τὰς ἐναντίας ἕξεις φαύλας εἶναι, ὥσπερ καὶ φαίνονται. ἀλλὰ διὰ τὸ τὴν ἑτέραν ἐν ὀλίγοις καὶ ὀλιγάκις εἶναι φανεράν, ὥσπερ ἡ σωφροσύνη τῇ ἀκολασίᾳ δοκεῖ ἐναντίον εἶναι μόνον, οὕτω καὶ ἡ ἐγκράτεια τῇ ἀκρασίᾳ. ἐπεὶ δὲ καθ᾽ ὁμοιότητα πολλὰ λέγεται, καὶ ἡ ἐγκράτεια ἡ τοῦ σώφρονος καθ᾽ ὁμοιότητα ἠκολούθηκεν. ὅ,τε γὰρ ἐγκρατὴς οἷος μηδὲν παρὰ τὸν λόγον, διὰ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ποιεῖν, καὶ ὁ σώφρων· ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἔχων,

quam cõtinẽti similes sint. Sunt etiam quidã qui in decretis non perstant, non ob incontinentiam: ut in Philoctete Sophoclis Neoptolemus. Atqui ob voluptatem quidem non perstitit, sed honestam. veracem enim esse ipsi erat honestum, cum ad mentiendũ ab Vlysse fuisset persuasus. non enim omnis qui ob voluptatem quippiam agit, intemperans est, nec prauus, nec incontinens: sed qui ob turpem. C *Cum autem sit quidam etiam talis, qui corporeis minus quam oporteat, oblectetur, nec in ratione persistat, talis inter hunc & incontinentem medius continens est. incontinens enim in ratione non persistit, propter aliquid maius, hic propter aliquid minus. at continens perstat, & ob neutrum immutatur. Oportet vero si continentia honesta est, vtrosque contrarios habitus esse prauos, sicuti etiam videntur: quia tamen alter ex his in paucis & raro solet reperiri, quemadmodum temperantia intemperantia esse contraria tantum videtur, sic & incontinentia continentia.* D *Quoniam vero multa dicũtur ex similitudine, continentia quoque temperantis per similitudinem consecuta est. nam & continens eiusmodi est, qui nihil præter rectam rationem ob corporis voluptates faciat, & temperans: sed ille habens,*

non

hic non habens prauas cupiditates. atque hic est talis, qui præter rationem non lætetur: ille qui lætetur, sed non ducatur. Similes item incontinens & intemperans. qui quidem sunt diuersi. vtriq; tamen corporis voluptates persequuntur, sed alter oportere etiam existimans, alter non existimans.

ὁ δ' οὐκ ἔχων φαύλας ἐπιθυμίας, καὶ ὁ μὴ τοιοῦτος, οἷος ἥδεσθαι παρὰ τὸν λόγον, ὁ δ' οἷος ἥδεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἄγεσθαι. ὅμοιοι δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς καὶ ὁ ἀκόλαστος, ἕτεροι μὲν ὄντες, ἀμφότεροι δὲ τὰ σωματικὰ ἡδέα διώκουσιν. ἀλλ' ὁ μὲν καὶ οἰόμενος δεῖν, ὁ δ' οὐκ οἰόμενος.

COMMENTATIONES.

A *πότερον ὁ ἐγκρατής.*) Quæ in hoc cap. traduntur, pertinēt proprie ad explicationem secundæ quæstionis, quæ fuit in 1. cap. proposita, vtrum scilicet continens idem sit cū eo, qui est perseuerans suo in proposito. Incontinens autem idem sit in eo, qui facile d[illegible]edit a suo proposito.

Sunt autem quatuor huius capitis partes. In prima hanc quæstionem proponit, & examinat, quo pacto sit intelligenda, in altera per distinctionem respondet ad quæstionem. Tertio quęrit, vtrum etiam continentia habeat adhuc aliud extremum propter incontinētiam. In quarta rursum inter se comparat quatuor has affectiones, temperantiam, continentiam, incontinentiam & intemperantiam. Quæstio in qua quæritur, *vtrum idē sit cum eo, qui in proposito suo perseuerat. Incōtinens autem sit idem cum eo, qui a proposito suo precedit*, potest trifariam accipi & intelligi. Potest enim intelligi de continente, qui in quovis proposito tam bono, quam malo perseuerat. Et de incontinente, qui a quouis proposito siue bono siue malo discedit: sed hic sensus non est bonus. Nā inde sequuntur absurda. Etenim qui in malo proposito persistit, dicendus etiam incontinens, & quę a malo proposito discedit, dicendus est incontinens, qui sunt falsa seu absurda. Deinde potest ēt hæc quæstio intelligi solū de continente: qui in bono proposito persistit, qui sensus nō est malus, & de incōtinente, q a malo proposito discedit: sed in hoc sensu rursum seq̄tur absurdū idē,

Quatuor sunt huius cap. partes.

Continēs idem cum eo, qui est perseuerans.

quod antea, nempe aliquis incontinens possit laudari. Nam laudabile est, a malo proposito discedere. Tertio, potest etiam hæc quæstio intelligi de cõtinente, qui per se quidem in bono proposito persistit: per accidens autem in quouis proposito persistit. Hæc etiam de incontinente, qui per se quidem discedit a recto proposito: per accidens autem a quouis proposito siue malo. Atq; secundum hunc tertium modum quæstio hæc accepta & intellecta nihil habet absurdi. Sed hic noua oritur distinctio, quod continentia & incontinentia est duplex: alia per se, qua in recto proposito persistimus, aut ab eadem discedimus, vel a quouis proposito recedimus.

Continentia & incontinentia duplex.

B εἰσὶ δ' οὓς καλοῦσι.) Hæc est altera pars cap. in qua Aristoteles distinguit homines, qui sibi aliquid proponunt, & distinctione ostendunt, quænam sit vitiosa perseuerantia in proposito: & rursum, quæ sit laudabilis mutatio propositi. Diuisio hæc est, qui apud animum suum aliquid proponunt, vel persistunt in suo proposito vel sua sententia, vel non persistunt: qui persistunt, faciunt illud propter veritatem sui propositi & suæ sententiæ, atq; hi sunt laudabiles, vel faciunt illud ex quadam pertinacia & priuato affectu, etiamsi sciant aut intelligant ipsorum sententiam falsam, & propositum esse malum, tamen nolunt inde recedere, ne videantur errasse, sed vt videantur esse continentes. Sed inquit Aristoteles, *tales non esse laudandos, neque etiam continentes posse laudari. Etsi enim similes videantur continenti.* Atque hoc declarat exemplis: *Nam prodigus, etiamsi sit similis homini liberali, tamen non potest liberalis dici, & audax: etiamsi sit similis viro forti, tamen non est nominandus reuera vir fortis.* Dicit autem Aristoteles, *tales potius esse nominandos ἰσχυρογνώμονας, pertinaces, quos Latini etiam vocant abstinentes & perfractos, qui pertinaciter & mordicus suas opiniones & sententias retinent, & non patiuntur, opinionibus & rationibus sibi aliter persuaderi.* Horum autem ponit tria genera: quidam enim ex iis nominantur ἰδιογνώμονες, id est, *qui peculiares conceperunt opiniones, a quibus non volunt recedere*: quidam sunt ἀμαθεῖς, id est, *imperiti & indocti*, qui non habent

Pertinaces.

Eorũ tria genera.

1. ἰδιογνώμονες.

2. Indocti.

bent probabiles rationes, quibus possint suas opiniones defendere, & tamen vel ex ignorantia, vel ex simplicitate nolunt relinquere: quidam denique sunt ἄγροικοι *agrestes* qui nihil prorsus intelligunt, tantum simpliciter persistunt in proposito, si vel ideo ab eo discedunt, quia cognouerunt se errasse, & ipsorum propositum fuisse malum: atque hi sunt laudandi, cuius rei exemplum ponit Neoptolemum ex Tragędia Sophoclis, qui persuasus quidem fuerat ab Vlysse, vt amicum suum Philoctetem mendacio aliquo conueniret, sed postea mutauit consilium, & noluit amicum suum fallere mendacio. Atque ideo a poeta laudatur. Vel discedunt a proposito suo ex quadã animi leuitate & constantia, aut ex aliquo vitioso affectu. Atque hi sunt rursum duplices. Vel enim discedunt a proposito bono, & sunt vituperandi, vel discedunt a malo proposito, hi quidem non vituperandi sunt, sed tamen non admodum laudandi, si ex animi quadam leuitate solum, & non certo iudicio faciunt.

3. Agrestes.

C ἐπεὶ δ' ἐστί τις καὶ τοιοῦτος.) Hæc est tertia pars capitis, in qua quæritur, *vtrum continentia etiam habeat alterum extremum, quod est in defectu.* Nam hactenus tãtum de vno extremo quod est in excessu & incontinentia nominatur, dictum est. Ad hæc breuiter Aristoteles respondet, nullum esse certum nomen eius extremi, quod possit continentiæ opponi in defectu. Propterea quod nulli vel pauci homines rarissime reperiuntur, qui voluptates minus expetunt, quam deberent. Quemadmodum etiam propter eandem caussam sup. in lib. 3. dictum est, temperantiæ vnum tantum esse extremum, nempe intemperãtiam, quod est in excessu. Alterius vero extremi quod est in defectu nullum esse nomen proprium, vt si quis velit illud nominare ἀναισθησίαν, id est, *sensuum defectum & destitutionem*: vt igitur temperantiæ fere solum opponitur intemperantia: ita etiam continentiæ fere solum opponitur incontinentia.

Continẽtia vtrũ habeat extremũ in defectu

D ἐπεὶ δὲ καθ' ὁμοιότητα.) Postrema pars huius cap. hæc est, in qua rursum inter se comparat continentiam cum temperantia, & incontinentiam cum intemperantia, qua cõparatione ostendit, quo pacto inter se conue-

Continẽs & temperans quo pacto inter se conueniant & differant.

niant continens & temperans. Conueniunt in eo, quod propter turpes voluptates agunt, quod est contra rationem, sed resistunt pravis cupiditatibus. Differunt autem in eo, quod in temperante nullæ sint prauæ cupiditates, quibus agitatur, incontinente autem sunt adhuc prauæ cupiditates. Deinde quod in temperãte voluntas seu appetitus vltro & libenter obtemperat rectæ rationi in fugiendis voluptatibus. In continente autem appetitus resistit rectæ rationi, & quodammodo inuitus ei obtemperat. Eodem modo intemperans & incontinens in eo quidem conueniunt, quod vterque indulget voluptatibus turpibus: sed in eo differunt, quod in intemperante ratio etiam resistit prauis cupiditatibus, nec cupit illis resistere. In incontinente autem ratio repugnat appetitui & dissuadet, atque dehortatur appetitum seu voluntatem, vt indulgeat turpibus voluptatibus, sed tamen etiam non potest omnino dissuadere & vincitur ab appetitu.

ΚΕΦ. ι΄.

A Οὐδ' ἅμα φρόνιμον καὶ ἀκρατῆ ἐνδέχεται εἶναι τὸν αὐτόν. ἅμα γὰρ φρόνιμος καὶ σπουδαῖος τὸ ἦθος δέδεικται ὤν. ἔτι οὐ τῷ εἰδέναι μόνον φρόνιμος, ἀλλὰ καὶ τῷ πρακτικός. ὁ δ' ἀκρατὴς οὐ πρακτικός. τὸν δὲ δεινὸν οὐδὲν κωλύει ἀκρατῆ εἶναι. διὸ καὶ δοκοῦσιν ἐνίοτε φρόνιμοι εἶναί τινες ἀκρατεῖς δὲ, διὰ τὸ τὴν δεινότητα διαφέρειν τῆς φρονήσεως τὸν εἰρημένον τρόπον ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, καὶ κατὰ μὲν τὸν λόγον ἐγγὺς εἶναι, διαφέρειν δὲ κατὰ τὴν προαίρεσιν. οὐ δὲ δὴ ὡς ὁ εἰδὼς καὶ θεωρῶν, ἀλλ' ὡς ὁ καθεύδων ἢ οἰνωμένος. καὶ ἑκὼν μὲν.

CAP. 10.

Sed neque vt simul prudens & incontinens idem sit, contingit. simul enim prudens & probus esse moribus demonstratus est praterea non solum quia scit, est prudens, sed quia est actuosus: incontinens autem actuosus non est. at solertem nihil vetat esse incontinentem. vnde etiam prudentes esse nonnunquam quidam videntur: at sunt incontinentes, propterea quod solertia a prudentia differat, quomodo dictum est in primis sermonibus: sitque ratione proxima, electione vero differat. Neque igitur vt sciens, & contemplans, sed vt dormiẽs, vel vinolentus: at lubens quidẽ (quo-

(quodam.n.modo sciens & quid, & cuius caussa facit) prauus tamen non est. Nã electio, æqua est. quare semiprauus est, & non iniustus. non.n.est insidiosus. alter enim ex ipsis, in ijs quæ cõsultauit, nõ perstat: alter qui atra bile est affectus, ne consultat quidẽ omnino. Ac similis quidẽ est incontinens ciuitati, quæ omnia quidem quæ opus est, decernit, legesq; bonas habet, nulla tamẽ vtitur: quemadmodum Anaxandrides cauillatus est:

Sancibat vrbs cui nulla legum
cura erat.

prauus vero, utenti quidẽ legib. sed malis vtẽti. Versatur aũt incontinentia & cõtinentia in eo, quod multitudinis habitũ excedit. nã alter amplius, alter min⁹ perstat, q̃ multitudinis facultas sit. atq; ex incontinẽtijs sanabilior est, quæ atra bile præditi, incõtinenter faciunt, quã illorum qui consultant, sed nõ persistũt: & incontinentes ex assuetudine, quã ex natura. nã consuetudinẽ quam naturam immutare facilius est. ob id enim & cõsuetudinem est difficile, quia naturæ similis est, quemadmodum etiam Euenus inquit,

Esse mihi meditatio longa videtur amice,
Ac tãdem vim naturæ progressa subire.

Quid igitur continẽtia sit, & q̃d incontinentia, & tolerantia & mollities: quãq; hi habitus inter se rationem habeant, dictũ est.

ὥσπερ γάρ τινα εἰδὼς καὶ ὃ ποιεῖ, καὶ οὗ ἕνεκα. πονηρὸς δ' οὔ. ἡ γὰρ προαίρεσις ἐπιεικής. ὥσθ' ἡμιπόνηρος, καὶ οὐκ ἄδικος. οὐ γὰρ ἐπίβουλος. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν οὐκ ἐμμενετικὸς οἷς ἂν βουλεύσηται. ὁ δὲ μελαγχολικὸς, οὐδὲ βουλευτικὸς ὅλως. καὶ ἔοικε δὴ ὁ ἀκρατὴς πόλει ἣ ψηφίζεται μὲν ἅπαντα τὰ δέοντα, καὶ νόμους ἔχει σπουδαίους, χρῆται δ' οὐδὲν, ὥσπερ Ἀναξανδρίδης ἔσκωψεν·

Η πόλις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων
οὐδὲν μέλει.

ὁ δὲ πονηρὸς χρωμένῃ μὲν τοῖς νόμοις, πονηροῖς δὲ χρωμένῃ. ἔστι δ' ἀκρασία καὶ ἐγκράτεια περὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τῶν πολλῶν ἕξεως. ὁ μὲν γὰρ ἐμμένει μᾶλλον, ὁ δ' ἧττον, τῆς τῶν πλείστων δυνάμεως. εὐιατοτέρα δὲ τῶν ἀκρασιῶν, ἣν οἱ μελαγχολικοὶ ἀκρατεύονται, τῶν βουλευομένων μὲν, μὴ ἐμμενόντων δὲ, καὶ οἱ δι' ἐθισμὸν ἀκρατεῖς, τῶν φυσικῶν. ῥᾷον γὰρ ἔθος μετακινῆσαι φύσεως. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ ἔθος χαλεπὸν, ὅτι τῇ φύσει ἔοικεν, ὥσπερ καὶ Εὔηνος λέγει,

Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμμεναι φίλε, καὶ δὴ
Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

τί μὲν οὖν ἐστιν ἐγκράτεια, καὶ τί ἀκρασία, καὶ καρτερία καὶ μαλακία, καὶ πῶς ἔχουσιν αἱ ἕξεις αὗται πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται.

COMMENTATIONES.

Incontinens an simul possit esse prudens.

A ὐδ᾽ ἅμα φρόνιμον.) Hoc cap. duas continet quæstiones: prima est, *vtrum incontinens simul esse possit prudens*; altera, *vtrum incontinens sit homo malus & improbus nominandus, quemadmodum intemperans.* Prima quæstio etiam supra cap. 2. fuit proposita, vbi argumentis Aristoteles probauit duobus, incontinentem non posse quoq; esse prudentem; idipsum iam etiam confirmat duobus argumentis. Primum est tale: *Vir prudens bonis moribus est praditus, quemadmodum lib. 5. est ostensum. Sed incontinens non est bonis moribus praditus, quia vincitur prauis cupiditatibus, vt hactenus sæpe est ostensum.* Ergo *incontinens nō potest simul esse prudens.* Alterum argum. *Prudens vir non solum scit, quæ sunt agenda, sed etiam idoneus est ad ea agenda. Incontinens autem scit quædam, quæ sunt agenda, sed tamen ea non agit, quia patitur se vinci a cupiditatibus.* Igitur *incontinens non est prudens.* His duobus argumentis subiungit quandam occupationem. Nam posset aliquis dicere, *passim multos reperiri, qui sunt incontinentes circa honores, opes, voluptates, iram, & his similia, & tamen nihilominus interdum posse bene consulere, & etiam negotia bene administrare: quemadmodum hodie passim in aulis regum & principum maior fere pars consiliariorum compotationibus indulget, & aliis voluptatibus etiam auaritiæ, & aliis inhiant, & tamen regum & principum negotia recte administrant.* Ad hoc respondet Aristoteles, in talibus non esse veram prudentiam, sed potius naturalem quandam solertiam & dexteritatem, quæ supra *lib. 6. cap. 12.* δεινότης fuit nominata: qua ratione quidem aliqua finitima & propinqua est prudentiæ, ita vt videatur esse prudentia: sed tamen non est vera prudentia, quia, qui prudens est, ille omnia agit scienter, circumspecte, & κατὰ προαίρεσιν firmo & certo animi proposito, atq; deliberato consilio, ita vt possit suarum actionum certas caussas & rationes reddere etiam quouis tempore: solertes autem illi tantum ex naturæ bonitate & dexteritate agunt, quam ex certo consilio, neque semper habent suarum actionum certas caussas & rationes. Ideo Aristoteles inquit,

Arg. I. · *II.* · *Obiectio.* · *Respons.*

quit, *tales in actionibus versari tanquam dormientes aut ebrii, qui interdum aliquid vel loquuntur, vel agunt, tamen quodammodo ignoranter ea dicunt & agunt, ita vt ipsimet postea fateri cogantur, quod forte fortuna tales actiones ipsis bene successerint.* Altera quæstio huius cap. est, *vtrum incontinens, quia agit contra dictamen, & contra præceptum suæ rationis, & sciens & sponte quodammodo agit, vtrum nimirum propterea πονηρὸς malus & improbus sit nominandus.* Aristoteles respondet, incontinentem non posse plane improbum nominari, sed potius *ἡμιπόνηρον, semimalum, semiimprobum*: quemadmodum etiam Thrages Pythagoræus dixit, incontinentem esse *ἡμιτελῆ κακίαν, imperfectam aut semiperfectam improbitatem.* Rationem Aristoteles adfert hanc: quia in incontinente ipsa προαίρεσις, id est, electio est adhuc bona. Nam incontinens eligit & proponit apud se ea, quę sunt honesta & recta, sed tandem victus a cupiditatibus ea non agit. Quod Aristoteles declarat exemplo simili. Nam dicit, incontinentem similem esse ciuitati, quæ bonas quidem habet leges, & bona facit decreta, sed ciues illis non obtemperant, & magistratus quoque non exsequitur leges, quemadmodum quidam poeta Anaxandrites exprobrauit Atheniensibus, quod facerẽt bona decreta, sed illa non exsequerentur: ita incontinens habet quidem rationem rectam & bonam προαίρεσιν, sed ei non obtemperat. Atque hæc est responsio ad alteram quæstionem. Sed rursum quærit Aristoteles, quia varii sunt incontinentes, *vt in 5. & 7. cap. dictum est.* alii enim ex morbo, alii ex mala consuetudine, alii ex vitiositate naturæ, alii ex præcipitantia, alii ex imbecillitate peccant, qui ex hisce sint meliores aut deteriores. Aristoteles respondet, eos, qui ex præcipitantia peccant, minus malos esse, quia non habuerunt spatium deliberandi; deinde eos, qui ex mala consuetudine peccant, etiam minus malos, quam qui peccant ex naturæ vitiositate: quia naturæ vitiositas aut nunquam aut difficulter potest corrigi. Mala autem consuetudo facilius potest corrigi, imo malam consuetudinem, quando inueterauit, ideo etiam difficulter posse mutari, quia paulatim degenerat in alteram naturam. Quemadmodum

Incontinens vtrũ homo malus & improbus sit nominandus.

Incontinentiã q. sint meliores aut deteriores.

quidem poeta Ennius dixit, longam consuetudinem conuerti in naturam, & vulgo dici solet, quod consuetudo sit quasi altera natura.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ δὲ ἡδονῆς καὶ λύπης θεωρῆσαι, τοῦ τὴν πολιτικὴν φιλοσοφοῦντος. οὗτος γὰρ τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων, πρὸς ὃ βλέποντες, ἕκαστον, τὸ μὲν κακὸν, τὸ δ' ἀγαθὸν ἁπλῶς λέγομεν. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτῶν. τήν τε γὰρ ἀρετὴν, καὶ τὴν κακίαν τὴν ἠθικὴν περὶ λύπας

B καὶ ἡδονὰς ἔθεμεν. καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οἱ πλεῖστοι μεθ' ἡδονῆς εἶναί φασι διὸ καὶ τὸν μακάριον ὠνομάκασιν ἀπὸ

C τοῦ χαίρειν. τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ οὐδεμία ἡδονὴ εἶναι ἀγαθὸν, οὔτε καθ' αὑτὸ, οὔτε κατὰ συμβεβηκός. οὐ γὰρ εἶναι τὸ αὐτὸ ἀγαθὸν, καὶ ἡδονήν. τοῖς δ' ἔνιαι μὲν εἶναι, αἱ δὲ πολλαὶ φαῦλαι. ἔτι δὲ τούτων τρίτον, εἰ καὶ πᾶσαι ἀγαθὸν, ὅμως μὴ ἐνδέχεσθαι εἶναι τὸ ἄριστον ἡδονήν. ὅλως μὲν οὖν οὐκ ἀγαθὸν, ὅτι πᾶσα ἡδονὴ γένεσίς ἐστιν εἰς φύσιν αἰσθητή. οὐδεμία δὲ γένεσις συγγενὴς τοῖς τέλεσιν· οἷον οὐδεμία οἰκοδόμησις οἰκία. ἔτι ὁ σώφρων φεύγει τὰς ἡδονάς. ἔτι ὁ φρόνιμος τὸ ἄλυπον διώκει, οὐ τὸ ἡδύ. ἔτι ἐμπόδιον τῷ φρο-

CAP. II.

At vero de voluptate & dolore contemplari, eius est, qui ciuilem philosophiam profitetur. is enim finis architectus est, quem intuentes, vnumquodque tum malum, tum bonum simpliciter appellamus. Praeterea vero e rebus necessarijs etiam est, de his considerare. nam & virtutem & vitium morale in doloribus & voluptatibus posuimus, & felicitatem plerique cum voluptate esse censent: vnde etiam felicem nominarunt a laetando. Quibusdam igitur videtur nulla voluptas esse bonum, neque per se, neque ex accidenti. Non enim idem & bonum esse & voluptatem: alijs vero nonnulla bona, pleraque praua. praeterea horum tertium est, etiamsi omnes sint bonae, vt optimum tamen voluptas sit, fieri non posse. Atq; quod omnino quidem non sit bonum, quia omnis voluptas procreatio est sensilis in natura: at nulla procreatio finibus est cognata: verbi caussa, nulla aedificatio domus est. praeterea temperās voluptates fugit. Item prudens quod dolore vacet, persequitur, non quod secundum sit. Impedimento etiam prudentiae sunt

sunt voluptates: atque eo magis quo quis magis lædatur, vt venereorum voluptate. neminem enim in ea intelligere quippiam posse. præterea voluptatis nulla ars est, & tamen bonum omne opus artis est. Præterea pueri & bestiæ voluptates persequuntur. quod autẽ non omnes sint probæ, quia sunt & turpes, & probrosæ, & quia noxiæ. morbosæ enim sunt quædam ex iucundis. Quod vero nõ optimum sit voluptas, quia non finis, sed procreatio est. Quæ ergo dicuntur ea fere sunt.

τοῦν αἱ ἡδοναί, καὶ ὅσῳ μᾶλλον, οἷον τὴν τῶν ἀφροδισίων. οὐδένα γὰρ ἂν δύνασθαι νοῆσαί τι ἐν αὐτῇ. ἔτι τέχνη οὐδεμία ἡδονῆς· καὶ τοι πᾶν ἀγαθὸν τέχνης ἔργον. ἔτι τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς. τὸ δὲ μὴ πάσας σπουδαίας, ὅτι εἰσὶ καὶ αἰσχραὶ, καὶ ὀνειδιζόμεναι, καὶ ὅτι βλαβεραί. νοσώδη γὰρ ἔνια τῶν ἡδέων. ὅτι δ' οὐκ ἄριστον ἡ ἡδονή, ὅτι οὐ τέλος, ἀλλὰ γένεσις. τὰ μὲν οὖν λεγόμενα σχεδὸν ταῦτ' ἐστί.

COMMENTATIONES.

A περὶ δ' ἡδονῆς καὶ λύπης.) Incipit hic secunda huius libri pars, in qua agitur de voluptate & dolore, quæ partim sunt generalia obiecta omnium virtutum & vitiorum moralium, quemadmodum *lib.2 cap. 4.* dictum est, partim etiam sunt obiecta propria temperãtię & continentię In hoc 11. cap Primum caussas exponit, cur etiam de voluptate & dolore agere vult. Deinde cõmemorat Philosophorum de voluptate & dolore diuersas opiniones & rationes. Primæ partis propositio hæc est, *Philosopho morali & politico etiam considerandum est de voluptate & dolore.* Probatur 6. rationibus. Prima, *qui de vltimo fine seu summo hominis bono tractare vult, debet etiam considerare omnia reliqua, quæ bona æstimãtur. Nam si conferunt ad summum bonum, etiam dicuntur bona, si nihil conferunt dicuntur mala: sed Philosophus moralis tractat de summo bono tanquam vltimo hominis fine.* Igitur *& considerare debet reliqua, quæ bona vel mala possunt dici, sed voluptates habet in numero bonorum, dolorem autem in numero malorum.* Ergo *de voluptate & dolore quoque ei est agendum.* Altera ratio. *Quæ sunt obiecta generalia omnium virtutum &*

Secunda pars huius libri.

Philosopho morali de voluptate & dolore considerãdum esse.

I.

II.

vitiorum moralium, de iis Philosophus moralis debet considerare: Sed *voluptas & dolor sunt obiecta generalia omnium virtutum & vitiorum*. Ergo, &c.

III. B καὶ τὴν ηχιαν.) Tertia ratio: *Quicquid cum summo bono coniunctum est, de eo etiam Philosophus moralis debet considerare.* Sed *voluptates sunt coniuncta cum summo bono*. Igitur *de iis Philosophus debet considerare*. Minor probatur ex etymologia: *Nam summum bonum etiam a Græcis nominatur μακάριος, a verbo χαίρω, id est, gaudeo: vbi autem est gaudium*. Ergo *etiam voluptas*.

Secunda pars huius cap. C τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ.) Secunda hæc est huius capitis pars, in qua commemorat tres diuersas veterum opiniones de voluptate: simul etiam exponit de argumento & rationibus, quibus suas opiniones confirmat. Prima opinio fuit eorum, qui dixerunt, *nullam voluptatem esse bonam, neque per se καθ' αὑτό, neque per accidens κατὰ συμβεβηκός*. Altera opinio fuit eorum, qui dixerunt, *quasdam solum voluptates esse bonas, plerasque autem malas*. Tertia opinio fuit eorum, qui dixerunt, *etiamsi quædam voluptates sint bonæ, nullam tamen dici posse summum bonum*. Primam opinionem sex argumentis confirmabunt. Primum: *Bonum est finis, seu habet rationem finis, vt in cap. 1. lib. 1. est ostensum.* Sed *voluptas non est finis, quia est generatio, id est, motus aliquis ad finem*. Igitur *voluptas non est bonum*. Minor declaratur partim ex definitione voluptatis. Nam quidam philosophi dixerunt, *quod voluptas sit generatio sensilis ad naturam*: deinde declaratur exemplo: *nam exstructio domus seu ædificatio non est ipsa domus, sed est generatio seu motus ad domum constituendam. Domus autem est finis generationis, id est, exstructionis*. Alterum exemplum seu argumentum sumitur a testimonio temperantis: *Si voluptas esset bonum temperans, non fugeret voluptates.* Sed *temperans fugit voluptates*. Ergo *voluptas non est bonum*. Maior probatur: *Temperans est vir bonus. Nullus autem vir bonus id, quod est bonum.* Tertium argumentum sumitur a testimonio viri prudentis: *Vir prudens non expetit voluptatem, sed potius ἀλυπίαν, id est, indolentiam.* Ergo *voluptas non potest dici bonum: Est enim prudentis viri expetere id, quod est bonum.* Quartum argumentum: *Quicquid*

Varia de voluptate opiniones.

Sex arg. I.

Voluptatem nullam esse bonam.

II.

III.

IV.

quid impedit actiones prudentiæ (quemadmodum Cicero in Cato. Maiore ait) impedit consilium: voluptas rationi inimica & mentis perstringit oculos. Ergo *voluptas non est bonum.* Quintum argumentum: *Omne bonũ humanum potest quoq; esse opus alicuius artis, id est, per artem effici & comparari. Voluptas autem nõ est opus alicuius artis, sed solis sensibus percipitur.* Ergo *voluptas non est bonum.* Sextum argumentũ: *Quod pueri & bestiæ præcipue expetunt, id non potest esse verum bonum: nam carent tales recto iudicio.* Sed *voluptates pueri & bestiæ præcipue expetunt.* Igitur *voluptates non possunt vere numerari inter bona.* Atque hæc de prima opinione sunt dicta. Altera opinio, qua dicitur, quod pleræq; voluptates sunt malæ, probatur duobus argumentis. Primum: *quia pleraq; sint turpes, & digna vituperatione: quicquid autem turpe est, aut probrosum, non potest dici bonum:* deinde, *quia pleraq; sunt noxia*, probatur, *quia adsciscunt morbos, exhauriunt facultates, lædunt famam & existimationem hominis.* Tertia opinio: *Quod nulla voluptas sit ἄριστον, id est, optimum vel summũ bonum*, probatur primo illo argumento, quo antea vsus fuit: *Nam optimum & summum bonum est finis. Voluptas autem non est finis, sed est procreatio, id est, motus ad finem.* Ergo *voluptas non est ἄριστον summum bonum*, &c.

V.

VI.

Voluptates pleras que esse bonas.

Voluptatẽ nullam posse summum bonum dici.

CAP. 12.

AT vero non effici ex his, vt voluptas non sit bonũ, nec optimũ, ex his perspicuum est: primum quia bonum dupliciter (alterum enim simpliciter est, alterum alicui) & natura & habitus sequentur: quare sequentur quoque & motiones, & procreationes. Et quæ prauæ videntur, simpliciter sunt prauæ, & non cuidam, sed eligenda huic sunt: nonnulla ne huic quidem, sed aliquãdo, & paruo tempore: non sunt aũt eligenda.

ΚΕΦ. ιβ'.

A

Ὅτι δ' οὐ συμβαίνει διὰ ταῦτα μὴ εἶναι ἀγαθὸν, μηδὲ τὸ ἄριστον, ἐκ τῶνδε δῆλον· πρῶτον μὲν, ἐπεὶ τὸ ἀγαθὸν διχῶς· τὸ μὲν γὰρ ἁπλῶς, τὸ δὲ τινί· καὶ αἱ φύσεις καὶ ἕξεις ἀκολουθήσουσιν. ὥστε αἱ κινήσεις καὶ αἱ γενέσεις ἀκολουθήσουσι· καὶ αἱ φαῦλαι δοκοῦσαι, ἁπλῶς φαῦλαι· τινὶ δ' οὔ, ἀλλ' αἱρεταὶ τῷδε. ἔνιαι δὲ, οὐδὲ τῷδε, ἀλλὰ ποτὲ, καὶ ὀλίγον χρόνον, αἱρεταὶ δ' οὔ.

αἱ δ' οὐδὲ ἡδοναί, ἀλλὰ φαίνονται, ὅσαι μετὰ λύπης καὶ ἰατρείας ἕνεκεν, οἷον αἱ τῶν καμνόντων.

B

ἔτι ἐπεὶ τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ μὲν ἐνέργεια, τὸ δ' ἕξις, κατὰ συμβεβηκὸς, αἱ καθιστᾶσαι εἰς τὴν φυσικὴν ἕξιν, ἡδεῖαί εἰσιν. ἔστι δ' ἡ ἐνέργεια ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ὑπολοίπου ἕξεως καὶ φύσεως. ἐπεὶ καὶ ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας εἰσὶν ἡδοναί, οἷον αἱ τοῦ θεωρεῖν ἐνέργειαι, τῆς φύσεως οὐκ ἐνδεούσης. σημεῖον δ', ὅτι οὐ τῷ αὐτῷ ἡδεῖ χαίρουσιν, ἀναπληρουμένης τε τῆς φύσεως, καὶ καθεστηκυίας· ἀλλὰ καθεστηκυίας μὲν τοῖς ἁπλῶς ἡδέσιν, ἀναπληρουμένης δὲ καὶ τοῖς ἐναντίοις. καὶ γὰρ ὀξέσι καὶ πικροῖς χαίρουσιν· ὧν οὐδὲν οὔτε φύσει ἡδύ, οὔθ' ἁπλῶς ἡδύ. ὥστ' οὐδ' αἱ ἡδοναί. ὡς γὰρ τὰ ἡδέα πρὸς ἄλληλα διέστηκεν, οὕτω καὶ αἱ ἡδοναὶ αἱ ἀπὸ τούτων.

C

ἔτι οὐκ ἀνάγκη ἕτερόν τι εἶναι βέλτιον τῆς ἡδονῆς, ὥσπερ τινές φασι τὸ τέλος τῆς γενέσεως. οὐ γὰρ γενέσεις εἰσὶν αἱ ἡδοναί, οὐδὲ μετὰ γενέσεως πᾶσαι, ἀλλ' ἐνέργειαι καὶ τέλος· οὐδὲ γινομένων συμβαίνουσιν, ἀλλὰ χρωμένων· καὶ τέλος οὐ πασῶν ἕτερόν τι, ἀλλὰ τῶν εἰς τὴν τελείωσιν ἀγομένων τῆς φύσεως. διὸ καὶ οὐ καλῶς ἔχει τὸ αἰσθητὴν γένεσιν φάναι εἶναι τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ μᾶλλον λεκτέον ἐνέργειαν τῆς

quædã vero ne voluptates quidem sunt, sed videtur, quotquot cum dolore sunt, & medicinæ caussa, cuiusmodi ægrotantium sunt. Præterea cũ bonum aliud effectio sit, aliud habitus, ex accidẽti quæ in naturalẽ habitum restituunt, iucũda sunt. actio aũt est in cupiditatib. dolentis habitus, ac natura: cũ & sine dolore & cupiditate sint voluptates, vt contemplationes, non indigente natura. Argumẽto est, quod non eadem iucunditate delectãtur, dum repletur natura, & restituta est: sed dũ restituta, ijs, quæ simpliciter sunt, iucunda: dum repletur vero, etiam contrarijs. etenim acidis & amaris delectantur: quorum nihil neq; natura iucundum, neq; simpliciter iucundum est: quare neq; voluptates. Sicut enim iucunda inter sese conueniunt, ita quoq; & quæ voluptates ab ipsis sunt. Præterea nõ est necesse, vt aliud quid melius voluptate sit, vt nonnulli dicunt finẽ procreationis: nõ enim procreationes voluptates sunt, neq; cũ procreatione omnes, sed effectiones sunt & finis: neq; ex ijs quæ gignũtur contingũt: sed ex ijs quibus vtimur. & finis non omnium diuersum quid est, sed earũ quæ ad naturæ perfectionẽ deducuntur. quare etiam hoc recte non habet, sensilem procreationem voluptatem esse dicere, sed potius dicendum est, effectionem esse habitus, quæ secun-

secundum naturã fit, loco vero sensilis, non impeditam. videtur autem ex eo procreatio esse quædam, quia proprie bonum est. effectionem enim procreationem esse existimant: est tamen aliud. quod vero praua sint, quia morbosa nõnulla sunt iucunda, idem est ac quod salubria nonnulla praua sint ad pecuniarum quæstum. Hoc ergo modo praua ambo essent: at ex hoc non sunt praua, cum etiam contemplari aliquando valetudini obsit. Neque vero impedimento est prudentia, neque alicui habitui, quæ ab vnoquoq; est voluptas, sed aliena. cum eæ quæ a contemplando & discendo proueniunt, magis vt contemplemur, ac discamus efficiant. Nullam vero voluptatem artis esse opus, merito contigit. neq; enim alterius effectionis vllius ars est quam facultatis: tametsi & unguẽtaria, & opsoniorum struendorum ars esse voluptatis videntur. Quod autem temperans fugiet, & prudẽs dolore carentem vitam persequatur, persequantur & pueri & bestiæ, omnia eodem soluuntur. Nã quia dictũ est quo modo bona simpliciter, & quo modo non bona voluptates omnes sint, tales pueri & bestiæ persequuntur, harumq; indolentiam prudens sectatur, quæ cum cupiditate & dolore, & corporeæ sunt: huiusmodi enim sunt hæ: harum item excessus, ex quib. intemperans,

κατὰ φύσιν ἕξεως· αὐτὴ δὲ τῆς αἰσθητὴν, ἀνεμπόδιστον. δοκεῖ δὲ γένεσίς τις εἶναι, ὅτι κυρίως ἀγαθόν. τὴν γὰρ ἐνέργειαν γένεσιν οἴονται εἶναι· ἔστι δ' ἕτερον. τὸ δ' εἶναι φαύλας, ὅτι νοσώδη ἔνια ἡδέα, τὸ αὐτὸ καὶ ὅτι ὑγιεινὰ ἔνια φαῦλα πρὸς χρηματισμόν. ταύτῃ οὖν φαῦλα ἄμφω, ἀλλ' οὐ φαῦλα κατά γε τοῦτο· ἐπεὶ καὶ τὸ θεωρεῖν ποτὲ βλάπτει πρὸς ὑγίειαν. ἐμποδίζει δὲ οὔτε φρονήσει, οὔθ' ἕξει οὐδεμιᾷ, ἡ ἀφ' ἑκάστης ἡδονὴ, ἀλλὰ αἱ ἀλλότριαι. ἐπεὶ αἱ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν καὶ μανθάνειν, μᾶλλον ποιήσουσι θεωρεῖν καὶ μανθάνειν. τὸ δὲ τέχνης μὴ εἶναι ἔργον μηδεμίαν ἡδονὴν, εὐλόγως συμβέβηκεν. οὔτε γὰρ ἄλλης ἐνεργείας οὐδεμιᾶς τέχνη ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως· καί τοι καὶ ἡ μυρεψικὴ τέχνη, καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ δοκεῖ ἡδονῆς εἶναι· τὸ δὲ τὸν σώφρονα φεύγειν, καὶ τὸν φρόνιμον διώκειν τὸν ἄλυπον βίον. καὶ τὸ τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκειν, τῷ αὐτῷ λύεται πάντα. ἐπεὶ γὰρ εἴρηται πῶς ἀγαθαὶ ἁπλῶς, καὶ πῶς οὐκ ἀγαθαὶ πᾶσαι αἱ ἡδοναὶ, τὰς τοιαύτας τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκει, καὶ τὴν τούτων ἀλυπίαν ὁ φρόνιμος, τὰς μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύπης, καὶ τὰς σωματικάς· τοιαῦται γὰρ αὗται. καὶ τὰς τούτων ὑπερβολάς, καθ' ἃς ὁ ἀκόλαστος,

D E F G

ἀκόλαστος. διὸ ὁ σώφρων φεύγει ταύτας· ἐπεὶ εἰσὶν ἡδοναὶ καὶ σώφρονος. *intemperans est: ideo temperās has fugit: cum etiam temperātis voluptates sint.*

COMMENTATIONES.

ὅτι δ' οὐ συμβαίνει.) Totum hoc caput ἀνασκευαστικὸν, i. e. continet refutationem primæ & secundæ opinionis de voluptate Quod ad primā quæstionem attinet, in qua dicitur *quod nulla voluptas sit bonū*, ei opponit Aristoteles contradictionem, nempe *quædam voluptas est bonū.* Atque hoc probat duobus argumentis desumtis a natura distinctionum. Primum est tale. *Quemadmodū se habet bonum, etiam se habent ea, quæ ipsi bono sunt cognata.* Sed *bonum dupliciter dicitur: aliud simpliciter & per se est bonum, aliud non per se, sed alicui bonum est.* Ergo *etiam ea, quæ ipsi bono sunt cognata. alia simpliciter sunt bona, alia autem sunt aliquibus bona: voluptas autem est ipsi bono cognata, quæ proficiscitur ex ijs, vt est natura habitus, vt generatio, motus & operatio.* Ergo *etiam ipsa voluptas alia erit simpliciter bona, alia autem erit alicui bona.* Ex quo consequitur falsum esse, quod nulla voluptas sit bonum. Hoc argumentum Aristoteles illustrat a contrario. Nam *contrariorum eadem est ratio. Malum autem contrarium est bono, & mala voluptas contraria est bonæ voluptati.* Itaque *si bonum, vel est simpliciter bonum, vel est alicui bonum, bona voluptas vel est simpliciter bona, vel est alicui bona, etiam malum erit simpliciter malum, vel alicui malum, & voluptates, quæ mala esse videntur, aliæ erunt simpliciter malæ, quæ omnino non sunt expetendæ, imo ne quidem voluptates nominandæ. Aliæ autem erunt solum aliquibus malæ, aliquibus autem non malæ: sed interdum pro ratione temporis aut aliarum circumstantiarum expetendæ, quales sunt ea quæ medicinæ gratia ab ægrotis expetuntur.*

Voluptates quasdam esse bonas.

I. Argumentum.

B ἔτι ἐπεὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ μὲν.) Hoc est secundum argumentum, quo probatur, quod aliqua voluptas sit bonū etiam ex distinctione boni. Primo *est ita habitus, vt sunt virtutes: vel est operatio, quæ ab habitu proficiscitur, nō sunt actiones virtutum & actionum.* Hac n. distinctione Aristoteles

II. Argumentum.

teles per ἀντιστροφὴν, id est, cõuersionem, sic argumentatur. *Si aliquod bonum est operatio: Igitur etiam quadam operatio est bona: sed quadam operatio et est iucunda.* Igitur *etiam aliquod bonum est iucundũ. & per consequens, aliqua voluptas erit bona.* Nam *iucundũ* τὸ ἡδὺ, *& voluptas* ἡδονὴ *sunt cognata. Quod autem de vno cognatorum affirmatur, etiam de alijs potest affirmari.* Notanda est in hoc textu distinctio actionum & operationum τῶν ἐνεργειῶν. Nam ἐνέργειαι vel sunt simpliciter iucundæ, quod nimirum simpliciter proficiscuntur a natura non egente aliqua restitutione: atque harum o͞pationum voluptas etiam simpliciter est iucũda & pura: Cuiusmodi sunt præcipue ἐνέργειαι ipsius animi, vel sunt iucunda per accidens, quæ nimirum proficiscuntur a natura egente aliqua restitutione, vt cũ natura indiget cibo, vel potu propter defectum nutrimenti, tales operationes habent quidem voluptatem: nam ex assumtione cibi & potus natura recreatur & percipit voluptatem: sed illa voluptas non est pura, sed mixta cum aliquo dolore, qui pręcedit: Exempli gratia, *qui fame aut siti laborat, is dolorem sentit ex inedia, & quando edit aut bibit, sentit voluptatem ex illis actionibus, qua voluptate dolor pracedens restinguitur.* Quod si vero natura non eget nutrimento, etiam ipsæ actiones edendi & bibendi non amplius sunt iucundæ, sed imo molestæ. Hanc distinctionem etiam Aristoteles declarat ex diuerso appetitu naturæ egentis & non egentis. Nam natura quæ non eget aliqua restitutionem, quam Aristoteles nominat φύσιν καθεστηκυῖαν, id est, naturam in suo statu constitutam, ea tantum expetit, quæ simpliciter sunt iucunda, quæ autem eget aliqua restitutione indigentiæ, ea sæpe etiam expetit, quæ non sunt simpliciter iucunda: quemadmodum videre est in iis, qui magna fame aut siti premuntur. Hi autem vt succurrant defectui naturæ, interdum ea comedunt aut bibunt quæ naturæ alioquin aduersantur.

C *ἔτι οὐκ ἀνάγκη.*) Hoc loco refutat Aristoteles primum argumentum quod supra fuit allatum, quo alioqui probare volebat, *voluptatem non esse bonum*: Quia non est finis, sed generatio, id est, motus ad finem. Duobus autem argumentis refutat hoc argumentum. Pri-

Voluptatem non esse bonũ.

mum ostendit, *quasdam voluptates seu rationem finis, nimirum eas, quæ proficiscuntur a perfecta operatione naturæ non egentis. Cuiusmodi est ἡ ἐνέργεια mentis contemplatio quæ iucunda est, & finem in se ipsa habet. Tales autem sunt communes actiones virtutum, quæ coniunctæ sunt quodammodo cum voluptate, quæ est finis earum actionum. Ideo enim vir bonus agit ex virtute, quia iucundum ei est ex virtute agere, & illa voluptas vt lib. 2. c. 3. dictum est, est indicium, quod ex habitu virtutis eiusmodi actio proficiscitur.* Atque hæc est prima refutatio: deinde respondet Aristoteles ad definitionem voluptatis, & ostendit, *eam esse vitiosam, quod nimirum dicunt voluptatem esse generationem sensilem ad naturã* Nam quod ad gen⁹ attinet, illud vitiosum est, quia non omnis voluptas est generatio, vt paulo ante est ostensum. Deinde dicitur esse generatio sensilis etiam, quod non omni voluptati competit: sed tantum voluptatibus corporis. Tertio quod dicitur esse generatio ad naturam, id est, ad naturæ restaurationem, id etiam non omni voluptati competit: sed tantum ei, quæ percipitur ex cibo & potu aut aliis rebus, quæ pertinent ad defectum naturæ resarciendum. Ea vero natura, quæ nulla eget restauratione, etiam non indiget talibus voluptatibus: imo hæ voluptates non sunt simpliciter, sed tantum secundũ quid voluptates, ex quib. patet definitionem prædictã esse vitiosam. Subiungit autem Arist. meliorem & veriorem definitionẽ, quæ est talis: *voluptas est operatio habitus secundũ naturã minime impedita*, id est suauis est voluptas animi vel corporis affectio, quæ exsistit ex actione habitus secundum naturam non impedita. Nam actiones, quæ habent aliquod impedimentum, non sunt suaues neq; iucundæ.

Noxia omnia sunt mala.

D τὸ δ᾽ εἶναι φαῦλας.) Refutat hoc loco secundũ argumentũ 2. quæstionis seu opinionis, in quo dictũ fuit, voluptates ideo esse malas, quia sunt noxiæ. Resp. Arist. non omnia, quæ nocent esse mala, & declarat exemplis. Nam inquit ea, quæ ad sanitatem faciunt, nocent pecuniæ & opibus, quia magno constant, non tamẽ propterea sunt mala, ita assiduũ, diligens meditatio & contemplatio interdum nocent valetudini, quia corpus caret suis exercitiis, repletur propterea multis humorib. non tamẽ ipsum studium

studium aut meditatio, aut lectio aut contẽplatio propterea sunt mala nominãda. Propterea ẽt hæc distinctio tenenda, ꝙ voluptates per se non nocẽt, sed tantũ per accidens: imo voluptates si sunt moderatę recreant vel animũ vel corpus, & propterea ẽt honestæ voluptates hominib. adeo sunt cõcessæ, vt ꝑ eas animi & corporis vires ex laboribus aut curis defatigatæ recreentur.

E τὸ δὲ εἶναι.) Hæc est refutatio quarti argumẽti, in qua dictum fuit voluptatem ideo malã esse, quia impedit actiones prudentiæ & aliarum virtutum. Ad hoc respondet Aristoteles per distinctionem, qua ostendit non omnem voluptatem impedire honestas actiones: Sunt enim duplices voluptates: aliæ enim sunt proprię eius actionis circa quam versantur: sed eiusmodi voluptates non impediunt, sed magis promouent actiones, quia reddunt ipsum agentem alacriorem in agendo: prout ipsa testatur experientia. Nam qui voluptate aliquid agit, is diligentius atque frequentius & libentius agit: Aliæ autem voluptates dicuntur ἀλλότριαι, id est, alienæ, quæ non sunt propriæ eius actionis circa quam versantur, & illæ magis impediunt actionem. Exempli gratia: voluptas ludendi, potandi, saltandi impedit actiones serias & honẽstas: Nam si quis mallet ludere aut potare, quàm studere aut interesse senatui aut concioni, ea voluptas eum impedit, quo minus possit intentus esse studiis aut consultationibus seriis, aut sacris concionibus.

Voluptas an impediat honestas actiones.

F τὸ δὲ τέχνης.) Refutat hoc loco quintum argumentum in quo dictum fuit, *voluptatem ideo non posse dici bonum, quia non est opus aliquod, quod ab arte proficiscitur.* Ad hoc respond. duobus modis: Primum concedit, quod alia aliqua ex parte verũ sit, ꝙ voluptas non sit opꝰ alicuius artis, quia ars & habitus a quo ꝓficiscũtur αἱ πράξεις actiones sunt: voluptas a. non est actio, sed potius quædã ἐνέργεια operatio, q̃ nõ ab habitu, sed ἀπὸ τῆς δυνάμεως ex facultate aliqua proficiscitur: deinde ostendit etiam voluptatem non omnino carere arte, quoniam sunt quædam artes, quæ fere solum voluptatis efficiendæ gratia sunt excogitatæ ab hominibus, vt est ars vnguentaria. Item ars coquinaria, culinaria præparandi cibos,

Voluptas an ab arte proficiscatur.

ars ludendi, saltandi, & similes aliæ, quæ fere nullum vsum habent, quam vt oblectent homines. Vnde Cic. lib. 1. Offic. vocat eas ministras voluptatum.

G τὸ δὲ τὸν σώφρονα) Hæc est refutatio 2. 3. & 6. argumenti, in quibus dictum fuit, voluptatem ideo non posse dici bonum, quia nō prudens eam expetit. Temperans autem contemnit, pueri solum & bestiæ expetunt. Ad hæc argumenta respondet triplici distinctione voluptatum. Prima est, quod voluptates aliæ sint veræ, aliæ falsæ, & per accidens. Secunda distinctio, voluptates aliæ sint honestæ, alię turpes. Tertia, voluptates aliæ sunt moderatæ, aliæ immoderatæ: secundum has ergo distinctiones, inquit, considerandum esse, quo pacto prudens & temperans voluptatem fugiant: pueri autem & bestiæ eam expetunt. Nam pueri & bestiæ, quia vel omnino carent ratione, vel carent vsu rationis, quasuis voluptates præter modum expetunt. Prudens autem & temperans ita aspernantur & fugiunt falsas, turpes & immoderatas voluptates: honestas autem & veras moderate quoque expetunt, & non simpliciter omnes voluptates auersantur.

ΚΕΦ. ιγ'.	CAP. 13.
A Ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ λύπη κακὸν ὁμολογεῖται καὶ φευκτόν. ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς κακόν· ἡ δὲ τῷ πῇ ἐμποδιστική· τῷ δὲ φευκτῷ τὸ ἐναντίον, ᾗ φευκτόν τι καὶ κακόν, ἀγαθόν. ἀνάγκη οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν τι εἶναι. ὡς γὰρ Σπεύσιππος ἔλυεν, οὐ συμβαίνει ἡ λύσις. ὥσπερ τὸ μεῖζον τῷ ἐλάττονι καὶ τῷ ἴσῳ ἐναντίον. οὐ γὰρ φαίη ὅπερ κακόν τι εἶναι τὴν ἡδονήν. ἄριστον δ' οὐδὲν κωλύει ἡδονήν τινα εἶναι, εἰ ἔνιαι φαῦλαι ἡδοναί, ὥσ-	*Qvin etiam dolorem esse malum & fugiēdum conuenit. nā alius simpliciter malum: alius quodam modo impedimento est: at fugiendo contrarium, qua est quid fugiendū & malum, bonum est: bonū igitur quid esse voluptatem necesse est. Nam, vt soluebat Speusippus, nō procedit solutio: quasi maius minori & æquali contrarium esse. nō enim idem quod malum quippiam voluptatem esse dixerit. Optimum vero nihil prohibet voluptatem quādam esse, si nonnulla praua sunt voluptates, sicut*

sicut etiam scientiam aliquam, licet praua quædam sint. fortasse vero etiam necessarium est, siquidem uniuscuiusque habitus effectiones sunt sine impedimento, siue omnium effectio sit felicitas, siue alicuius ipsorum, si impedimento vacet, eam esse maxime expetendam. hoc autem est voluptas. Quare quædam voluptas optimum fuerit, licet multæ voluptates, si ita res ferat, simpliciter prauæ sint. ac propterea omnes felicem vitam iucundam esse existimant: voluptatemq; in felicitatem merito implicant. nulla enim affectio, quæ impeditur, perfecta est: felicitas vero est in perfectis. Ideo etiam eget beatus corporis & externis bonis, fortunaq; ipsa, ne hac impediantur. Qui vero eum, qui rota torquetur, & calamitatibus magnis opprimitur, felicem esse dicunt, si bonus sit, volentes, nolentes, nihil dicunt. Quia vero etiam fortuna indiget, idem esse nonnullis fortunæ prosperitas, & felicitas videtur, quæ non est: cum ipsa quoque excedens, impedimento sit: ac fortasse non iam fortunæ prosperitas appellari iure potest. nam ex collatione cum felicitate eius terminus est. Quod item omnes & bestiæ & homines voluptatem persequuntur, indicium est quoddam, ipsam esse quodammodo optimum.

ὥσπερ καὶ ἐπιστήμην τινά, ἐνίων φαύλων οὐσῶν· ἴσως δὲ καὶ ἀναγκαῖον. εἴπερ ἑκάστης ἕξεώς εἰσιν ἐνέργειαι ἀνεμπόδιστοι, εἴθ' ἡ πασῶν ἐνέργειά ἐστιν εὐδαιμονία, εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν, ἂν ᾖ ἀνεμπόδιστος, αἱρετωτάτην εἶναι. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡδονή. ὥστε εἴη ἄν τις ἡδονὴ τὸ ἄριστον. τῶν πολλῶν ἡδονῶν φαύλων οὐσῶν, εἰ ἔτυχεν, ἁπλῶς καὶ διὰ τοῦτο πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν οἴονται βίον εἶναι, καὶ ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν εὐλόγως. οὐδεμία γὰρ ἐνέργεια τέλειος ἐμποδιζομένη. ἡ δὲ εὐδαιμονία, τῶν τελείων. διὸ προσδεῖται ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώματι ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐκτὸς, καὶ τῆς τύχης, ὅπως μὴ ἐμποδίζηται ταῦτα. οἱ δὲ τὸν τροχιζόμενον καὶ τὸν δυστυχίαις μεγάλαις περιπίπτοντα, εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ᾖ ἀγαθὸς, ἢ ἑκόντες ἢ ἄκοντες, οὐδὲν λέγουσι. διὰ δὲ τὸ προσδεῖσθαι τῆς τύχης, δοκεῖ τισὶ ταυτὸν εἶναι ἡ εὐτυχία τῇ εὐδαιμονίᾳ οὐκ οὖσα· ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ὑπερβάλλουσα, ἐμπόδιός ἐστι· καὶ ἴσως οὐκ ἔτι εὐτυχίαν καλεῖν δίκαιον. πρὸς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ὁ ὅρος αὐτῆς. καὶ τὸ διώκειν δὲ ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους τὴν ἡδονὴν, σημεῖόν τι τοῦ εἶναί πως ἄριστον αὐτήν.

primum argumentū, quod in hoc loco continetur, desumtū a contrario, hoc modo: *Quicquid opponitur malo, id est bonum. Voluptas opponitur malo, nempe dolori.* Ergo *voluptas est bonū.* Maior propositio est manifesta per se. Minorē, dicit Arist. esse apud omnes manifestam, sed declarat eam distinctione. *Nam dolor dicitur, dupliciter esse malū, vel ἁπλῶς simpliciter, vel πῆ aliquo modo, quatenus nimirū impedit honestas actiones. Nam supra lib. 2. cap. 3. dictum est, plerunq; dolore absterreri ab honestis actionibus.* Atq; hoc est primum argumentū: sed indicat Arist. quid contra hoc argumentū possit obiici. Nam fuerunt quidam, qui negarunt maiorem propositionē, in qua dicitur, quod omne id, quod malo opponitur, sit bonum, quia interdum etiam malū malo opponitur, vt prodigalitas opponitur auaritiæ, ita etiam interdū malo opponitur id, quod est οὐδέτερον neutrū, quod nec bonum, nec malum est. Ad hanc obiectionē respondet Aristot. & ostendit, *voluptatem & dolorē sibi mutuo opponi, non vt duo mala, quia alioquin voluptas etiam simpliciter esset malū, quemadmodū dolor, quod tamen est falsum, etiam testimonio illorum philosophorū, qui negant, voluptatem eo modo in genere malorū ponendam esse: quemadmodum ipse dolor, ex quo apparet, recte voluptatem & dolorem sibi mutuo opponi, vt bonum & malum, proinde verum adhuc est primum argumentum: Si dolor est malum: voluptas, quæ ei opponitur erit bonum, quia contrariorū contraria sunt attributa.*

Obiectio.

Respons.

B ἄριστον δ' οὐδὲν κωλύει.) Altera hæc est huius cap. propositio, qua Aristo. probare vult aliquam voluptatē, posse etiam dici ἄριστον, id est, optimū quiddam, veluti est ea voluptas, quæ coniuncta est cū beatitudine. Antequam vero probat hanc proposit. prius refutat istam aduersariorū obiectionē, qui dicebant, *nullam voluptatē posse dici optimū quiddā, propterea quia multæ voluptates sunt noxiæ & malæ.* Hanc consecutionē negat ἐνστάσει instantia ab absurdo. Nam, inquit, si hæc consecutio vera est. Ergo etiam sic licebit concludere: *quædam scientiæ sunt malæ* Ergo *nulla scientia est bona.* Item, *quidam homines sunt ægroti.* Igitur *nulli homines possunt esse sani. Quemadmodum autē hæ consecutiones sunt vitiosæ.* Ideo hæc consecutio falsa est. Quod vero ad ipsam proposit. attinet,

Voluptatem aliquam bonum optimum dici posse.

Arg. I.

in qua Aristoteles affirmat: *aliquam voluptatem posse dici ἄριστον*, i.e. *optimũ quiddam bonum esse*: eam probat trib. argumentis. Primum sumitur a cõmuni definitione voluptatis & beatitudinis. *Vtraq; enim dicitur esse operatio habitus non impedita: quia a. beatitudo est optimũ quiddã:* Ergo ẽt *voluptas erit quiddam, quia prope eandem habet cũ beatitudine definitionem. Nam quæ cõmunes habent opiniones, ea ẽt communia habẽt attributa.* Alterum argum. sumitur a cõmuni hominum opinione. *Omnes n. homines beatitudinẽ dicunt cõiunctam esse cum voluptate: sin igitur beatitudo est ἄριστόν, i.e. optimũ quiddam.* Igitur *etiam voluptas quæ ei cõiuncta est erit, optimũ quiddam.* Ex his duobus argum. infert Arist tria πορίσματα cõsectaria. *Si beatitudo est opinio non impedita:* Igitur *beatum oportet instructũ esse bonis corporis & fortunæ vt exercẽte virtute nõ impediatur.* Nam bona hæc externa sunt ὄργανα instrumẽta exercẽdi virtutes, quemadmodũ c. 8. dictum est. *Si beatus debet ẽt bonis corporis & fortuna secũda instructus esse:* Igitur falsum, *virũ bonũ posse dici beatũ propter solam virtutẽ, etiamsi sit in maximis doloribus, calamitatibus, & miseriis constitutus:: quemadmodũ fuerunt aliqui, qui dixerunt virum bonũ etiam rotæ affixum aut tauro Phalaridis inclusum tamẽ beatum propter virtutem posse nominari.* Tertiũ πόρισμα continet distinctionẽ inter εὐτυχίαν καὶ εὐδαιμονίαν: Nam fuerũt, qui hæc duo eadem esse affirmarũt. Arist. respondet non esse eadem, quoniam εὐτυχία *secũda fortuna*, si est ὑπερβάλλουσα, i. e. *nimia*, tum impedit magis beatitudinẽ, i.e. actiones virtutis, in quib. est beatitudo, quemadmodũ testatur experientia. ꝙ ij quibus fortuna nimiũ fauet, plerunq; minus dent operã virtuti, sed conuertant se ad voluptates, ad iniurias, & alia scelera. Vnde Arist. hoc loco ait, talem εὐτυχίαν ne quidem amplius εὐτυχίαν esse nominandã, quia impedimento est ad beatitudinem. Tertium argumentũ, quo probatur, quod aliqua voluptas possit dici ἄριστόν, i. e. optimum quidd sumitur a naturali appetitu, qui non solum omnibu hominibus, sed etiam omnibus animantibus est insitu Hinc argumentatur hoc modo Aristoteles. *Quod omnes homines, imo omnes animantes expetunt tanquam bonu id, non immerito potest dici ἄριστον, id est, optimum quidd* quæ

II. Argumentum.

III. Argumentum.

quatenus omnium appetitus in illud fertur. Sed *voluptatem non modo omnes homines, sed etiam omnes animantes expetunt tanquam bonum.* Ergo *non immerito potest dici optimum bonum quoddam.* Maiorem confirmat Aristoteles, auctoritate Hesiodi, qui in 2. lib. affirmat, *communem famam, & commune hominum iudicium non plane esse falsum aut contemnendum: sed plerunq; habere aliquid in se veri.* Huic argumento subiungit ἐπανόρθωσιν, id est, *correctionem*, qua occurrit obiectioni. Nam etiamsi inquit, non omnes homines, aut omnia animalia eandem expetant voluptatem, quod ad speciem attinet: quantũ ad genus attinet, expetunt ipsam voluptatem tanquam bonum aliquod. Quod vero non veram voluptatem expetunt, sed tantum corporis voluptatem caussa est: partim, quia veram voluptatem ignorant, alioquin expeterent: partim, quia sensibus solum de voluptate iudicant: sed corporis voluptates solum sensibus percipiuntur, nihilominus tamen, quia voluptates expetuntur, videntur aliquo modo, aliquo diuino instinctu, ideo eam expetere, quod in beatitudine est voluptas. Ad beatitudinem autem, id est, perfectionem, omnes res naturali seu diuino instinctu feruntur. Nam quælibet res amat sui perfectionem & conseruationem, in qua ipsa beatitudo consistit. Quia vero corporis voluptates sunt frequentiores, etiam rursum magis sese offerunt, & facilius conseruari possunt: ideo maior pars hominum, & omnes reliquæ animantes ad illam tantum feruntur, & existimant, eas solas esse voluptates.

Voluptatẽ aliquã esse bonũ.

C *φανερὸν δὲ καὶ ὅτι εἰ μὴ*) Hoc loco continentur reliqua argumenta, quibus probatur propositio huius capitis, quod aliqua voluptas sit bonum. Primum argumentum initio capitis fuit positum, desumtum a contrario. Alterum vero argumentum sumitur a voluptate viri beati, hoc modo: *Si nulla voluptas est bonum.* Igitur *neque voluptas viri beati, quam percipit ex actionibus virtutum, erit bona, quod est absurdum:* inde enim sequitur, *quod etiam vita viri beati non sit iucunda, neq; bona, quia tota eius vita occupata est in actionibus virtutum.* Tertium argum. *Si nulla voluptas est bonum.* Igitur *viro bono non necessaria est voluptas ad beatitudinẽ, sed poterit*

I. *II.* *III.*

in qua Aristoteles affirmat: *aliquam voluptatem posse dici* ἄριστον, i.e. *optimũ quiddam bonum esse*: eam probat trib. argumentis. Primum sumitur a cõmuni definitione voluptatis & beatitudinis. *Vtrãq; enim dicitur esse operatio habitus non impedita: quia a. beatitudo est optimũ quiddã: Ergo ẽt voluptas erit quiddam, quia prope eandem habet cũ beatitudine definitionem. Nam quæ cõmunes habent opiniones, ea ẽt communia habẽt attributa.* Alterum argum. sumitur a cõmuni hominum opinione. *Omnes n. homines beatitudinẽ dicunt cõiunctam esse cum voluptate: sin igitur beatitudo est* ἄριστον, *i.e. optimũ quiddam*, Igitur *etiam voluptas quæ ei cõiuncta est erit, optimũ quiddam.* Ex his duobus argum. infert Arist. tria πορίσματα cõsectaria. *Si beatitudo est opinio non impedita:* Igitur *beatum oportet instructũ esse bonis corporis & fortunæ vt exercẽte virtute nõ impediatur.* Nam bona hæc externa sunt ὄργανα instrumẽta exercẽdi virtutes, quemadmodũ c. 8. dictum est. *Si beatus debet ẽt bonis corporis & fortunæ secũda instructus esse:* Igitur falsum, *virũ bonũ posse dici beatũ propter solam virtutẽ, etiamsi sit in maximis doloribus, calamitatibus, & miserijs constitutus:: quemadmodũ fuerunt aliqui, qui dixerunt virum bonũ etiam roti affixum aut tauro Phalaridis inclusum tamẽ beatum propter virtutem posse nominari.* Tertiũ πόρισμα continet distinctionẽ inter εὐτυχίαν καὶ εὐδαιμονίαν: Nam fuerũt, qui hæc duo eadem esse affirmarũt. Arist. respondet non esse eadem, quoniam εὐτυχία *secũda fortuna*, si est ὑπερβάλλουσα, i. e. *nimia*, tum impedit magis beatitudinẽ, i.e. actiones virtutis, in quib. est beatitudo, quemadmodũ testatur experientia. ꝙ ij quibus fortuna nimiũ fauet, plerunq; minus dent operã virtuti, sed conuertant se ad voluptates, ad iniurias, & alia scelera. Vnde Arist. hoc loco ait, talem εὐτυχίαν ne quidem amplius εὐτυχίαν esse nominandã, quia impedimento est ad beatitudinem. Tertium argumentũ, quo probatur, quod aliqua voluptas possit dici ἄριστον, i. e. optimum quidd sumitur a naturali appetitu, qui non solum omnibu hominibus, sed etiam omnibus animantibus est insitu: Hinc argumentatur hoc modo Aristoteles. *Quod omnes homines, imo omnes animantes expetunt tanquam bonu id non immerito potest dici* ἄριστον, *id est, optimum quidd.*

II. Argumentum.

III. Argumentum.

quę

quatenus omnium appetitus in illud fertur. Sed *voluptatem non modo omnes homines, sed etiam omnes animantes expetunt tanquam bonum.* Ergo *non immeritò potest dici optimum bonum quoddam.* Maiorem confirmat Aristoteles, auctoritate Hesiodi, qui in 2. lib. affirmat, *communem famam, & commune hominum iudicium non plane esse falsum aut contemnendum: sed plerunq; habere aliquid in se veri.* Huic argumento subiungit ἐπανόρθωσιν, id est, *correctionem*, qua occurrit obiectioni. Nam etiamsi inquit, non omnes homines, aut omnia animalia eandem expetant voluptatem, quod ad speciem attinet: quantū ad genus attinet, expetunt ipsam voluptatem tanquam bonum aliquod. Quod vero non veram voluptatem expetunt, sed tantum corporis voluptatem caussa est: partim, quia veram voluptatem ignorant, alioquin expeterent: partim, quia sensibus solum de voluptate iudicant: sed corporis voluptates solum sensibus percipiuntur, nihilominus tamen, quia voluptates expetuntur, videntur aliquo modo, aliquo diuino instinctu, ideo eam expetere, quod in beatitudine est voluptas. Ad beatitudinem autem, id est, perfectionem, omnes res naturali seu diuino instinctu feruntur. Nam quælibet res amat sui perfectionem & conseruationem, in qua ipsa beatitudo consistit. Quia vero corporis voluptates sunt frequentiores, etiam rursum magis sese offerunt, & facilius conseruari possunt: ideo maior pars hominum, & omnes reliquæ animantes ad illam tantum feruntur, & existimant, eas solas esse voluptates.

Voluptatē aliquā esse bonū.

C *Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι εἰ μὴ.*) Hoc loco continentur reliqua argumenta, quibus probatur propositio huius capitis, quod aliqua voluptas sit bonum. Primum argumentum initio capitis fuit positum, desumtum a contrario. Alterum vero argumentum sumitur a voluptate viri beati, hoc modo: *Si nulla voluptas est bonum.* Igitur *neque voluptas viri beati, quam percipit ex actionibus virtutum, erit bona, quod est absurdum:* inde enim sequitur, *quod etiam vita viri beati non sit iucunda, neq; bona, quia tota eius vita occupata est in actionibus virtutum.* Tertium argum. *Si nulla voluptas est bonum.* Igitur *viro bono non necessaria est voluptas ad beatitudinē, sed poterit*

I. *II.* *III.*

etiam in dolore esse beatus, quod etiam est absurdum Quartum argumentum: *Si voluptas non est bonum*: Igitur *dolor, qui ei opponitur, non erit malum, & per consequens, dolor non erit fugiendus, quod est etiam absurdum* Quintum argumentũ: Si *nulla voluptas est bona.* Ergo *vita viri boni, quæ occupata est in actionibus virtutũ, non erit suauior, quam aliorum hominum vita, qui non agunt ex virtute, quod est etiam absurdum. Nam actiones virtutis, vt supra dictum est & ostensum, per se sunt iucundæ viro bono, & ex illis percipitur vera voluptas.*

ΚΕΦ. ιδʹ. CAP. 14.

A Περὶ δὲ δὴ τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ἐπισκεπτέον τοῖς λέγουσιν, ὅτι ἔνιαί γε ἡδοναὶ αἱρεταὶ σφόδρα, οἷον αἱ καλαί. ἀλλ' οὐχ αἱ σωματικαὶ, καὶ περὶ ἃς ὁ ἀκόλαστος. διὰ τί οὖν αἱ ἐναντίαι λῦπαι μοχθηραί; κακῷ γὰρ ἀγαθὸν ἐναντίον. ἢ οὕτως ἀγαθαὶ, αἱ ἀναγκαῖαι, ὅτι καὶ τὸ μὴ κακὸν ἀγαθόν ἐστιν, ἢ μέχρι του ἀγαθαί; τῶν μὲν γὰρ ἕξεων καὶ κινήσεων ὅσων μὴ ἔστι τοῦ βελτίονος ὑπερβολὴ, οὐδὲ τῆς ἡδονῆς. ὅσων δ' ἔστι, καὶ τῆς ἡδονῆς ἔστι. τῶν δὲ σωματικῶν ἀγαθῶν ἐστιν ὑπερβολή. καὶ ὁ φαῦλος τῷ διώκειν τὴν ὑπερβολήν ἐστιν, ἀλλ' οὐ τὰς ἀναγκαίας. πάντες γὰρ χαίρουσί πως καὶ ὄψοις, καὶ οἴνοις, καὶ ἀφροδισίοις, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ. ἐναντίως δ' ἐπὶ τῆς λύπης. οὐ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν φεύγει, ἀλλ' ὅλως. οὐ γάρ ἐστι τῇ ὑπερβολῇ λύπη ἐναντία, ἀλλ' ἢ τῷ διώκοντι τὴν ὑ-

At vero de corporeis voluptatibus considerandum illis est, qui nonnullas voluptates valde eligendas esse dicunt, vt quæ honesta sunt, sed non corporeas, & in quibus versatur intemperans. Quare igitur contrarii dolores praui sunt? malo etenim bonũ contrarium est. an ita bona sunt, quæ sunt necessaria, quoniam etiam quod non est malum, bonum est? an aliquatenus bona sunt? quorum enim habituum & motuũ melioris excessus non est, neque voluptatis est: quorum autem est, est etiam voluptatis at corporis bonorum est excessus; & prauus est persequendo excessum, at nõ necessarias voluptates. omnes enim lætantur quodammodo & obsoniis, & vinis, & venereis, sed non vt oportet. Contra vero in dolore: non enim excessum fugit, sed omnino. nam excessui dolor contrarius non est, præterquã ei, qui excessum

sum persequitur. Quoniam autem nõ tantum opus est verum dicere, sed etiam falsi caussam (hoc enim ad fidẽ confert. nam cum rationi consentanea apparuerit caussa, quamobrem verum appareat, quod verum non est, facit, ut vero magis fidem adhibeamus) idcirco dicendum est, quamobrem corporea voluptates magis expetendæ videantur. Primum igitur, quia expellit dolorem, atque ob doloris excessus, quasi medela quædam sit, excedentem voluptatẽ persequuntur, atq; omnino corpoream. medela autem vehementes fiunt: itaq; eas etiam persequuntur, quia ex contrario apparent. atque bonum certe non esse voluptas videtur, ob hæc duo, sicut dictum est: quoniam aliæ prauæ naturæ actiones sunt, siue ab ortu, veluti bestiæ, siue ex consuetudine, ut prauorum hominum: aliæ sunt medelæ, quia sunt indigentis, meliusq; est habere quam fieri: aliæ accidunt, dum perficiũtur: ex accidenti igitur probæ sunt. Præterea quia vehementes sunt eas persequuntur, qui lætari aliis nequeunt. ipsi siquidem sitim quandam sibi præparant. quando igitur innoxia est, culpari non potest: quando noxia, prauũ est. neq; enim habent alia, quibus lætentur, & neutrum habere, plerisq; molestum est, ob naturam. Semper enim laborat animal, quemadmodum

ὑπερβολήν. ἐπεὶ δ' οὐ μόνον δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ ψεύδους· τοῦτο γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὴν πίστιν. ὅταν γὰρ εὔλογον φανῇ, τὸ διὰ τί φαίνεται ἀληθὲς, οὐκ ὂν ἀληθὲς, πιστεύειν ποιεῖ τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον. ὥστε λεκτέον διὰ τί φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ αἱρετώτεραι. πρῶτον μὲν οὖν δὴ ὅτι ἐκκρούει τὴν λύπην, καὶ διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῆς λύπης, ὡς οὔσης ἰατρείας, τὴν ἡδονὴν διώκουσι τὴν ὑπερβάλλουσαν, καὶ ὅλως τὴν σωματικήν. σφοδραὶ δὲ γίνονται αἱ ἰατρεῖαι· διὸ καὶ διώκονται διὰ τὸ παρὰ τὸ ἐναντίον φαίνεσθαι. καὶ οὐ σπουδαῖον δὴ δοκεῖ ἡ ἡδονὴ, διὰ δύο ταῦτα, ὥσπερ εἴρηται· ὅτι αἱ μὲν φαύλης φύσεώς εἰσι πράξεις, ἢ ἐκ γενετῆς, ὥσπερ θηρίου, ἢ δι' ἔθος, οἷον αἱ τῶν φαύλων ἀνθρώπων· αἱ δὲ ἰατρεῖαι, ὅτι ἐνδεοῦς, καὶ ἔχειν βέλτιον ἢ γίνεσθαι· αἱ δὲ συμβαίνουσι τελουμένων. κατὰ συμβεβηκὸς οὖν σπουδαῖαι. ἔτι διώκονται διὰ τὸ σφοδραὶ εἶναι, ὑπὸ τῶν ἄλλαις μὴ δυναμένων χαίρειν. αὐτοὶ γοῦν αὑτοῖς δίψας τινὰς παρασκευάζουσιν. ὅταν μὲν οὖν ἀβλαβεῖς, ἀνεπιτίμητον· ὅταν δὲ βλαβεράς, φαῦλον. οὔτε γὰρ ἔχουσιν ἕτερα ἐφ' οἷς χαίρουσι, τό, τε μηδέτερον, πολλοῖς λυπηρὸν, διὰ τὴν φύσιν. ἀεὶ γὰρ πονεῖ τὸ ζῷον, ὥσπερ καὶ οἱ φυσικοὶ λόγοι

B

etiam naturales sermones

μαρτυροῦσι, τὸ ὁρᾶν, τὸ ἀκούειν, φάσκοντες εἶναι λυπηρόν, ἀλλ' ἤδη συνήθεις ἐσμέν, ὥς φασιν. ὁμοίως δ' ἐν μὲν τῇ νεότητι διὰ τὴν αὔξησιν, ὥσπερ οἱ οἰνωμένοι διάκεινται· καὶ ἡδὺ ἡ νεότης. οἱ δὲ μελαγχολικοὶ τὴν φύσιν ἀεὶ δέονται ἰατρείας. καὶ γὰρ τὸ σῶμα δακνόμενον διατελεῖ διὰ τὴν κρᾶσιν· καὶ ἀεὶ ἐν ὀρέξει σφοδρᾷ εἰσίν· ἐξελαύνει δὲ ἡδονὴ λύπην, ἥ τε ἐναντία καὶ ἡ τυχοῦσα, ἐὰν ᾖ ἰσχυρά. καὶ διὰ ταῦτα ἀκόλαστοι καὶ φαῦλοι γίνονται. αἱ δ' ἄνευ λύπης, οὐκ ἔχουσιν ὑπερβολήν. αὗται δὲ αἱ τῶν φύσει ἡδέων, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. λέγω δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἡδέα τὰ ἰατρεύοντα· ὅτι γὰρ συμβαίνει ἰατρεύεσθαι, τοῦ ὑπομένοντος ὑγιοῦς πράττοντός τι, διὰ τοῦτο ἡδὺ δοκεῖ εἶναι, φύσει δ' ἡδέα, ἃ ποιεῖ πρᾶξιν τῆς τοιᾶσδε φύσεως. οὐκ ἀεὶ δ' οὐθὲν ἡδὺ τὸ αὐτὸ διὰ τὸ μὴ ἁπλῆν εἶναι ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐνεῖναί τι καὶ ἕτερον, καθὸ φθαρτά. ὥστε ἄν τι θάτερον πράττῃ, τοῦτο τῇ ἑτέρᾳ φύσει παρὰ φύσιν. ὅταν δ' ἰσάζῃ, οὔτε λυπηρὸν δοκεῖ, οὔθ' ἡδὺ τὸ πραττόμενον. ἐπεὶ εἴ του ἡ φύσις ἁπλῆ εἴη, ἀεὶ ἡ αὐτὴ πρᾶξις ἡδίστη ἔσται. διὸ ὁ θεὸς ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν. οὐ γὰρ μόνον κινήσεώς ἐστιν

testantur, videre & audire esse molestũ asserentes, sed iam consueuimus, vt inquiũt. similiter etiam in iuuentute ob accretionem, perinde ac temulenti afficiuntur: & iuuentus iucunda res est. Atra bile vero affecti natura semper medela indigẽt. etenim corpus eorũ continẽter ex temperatura pungitur: semperq; sunt appetitu vehementi. expellit autem dolorẽ voluptas & contraria & quæuis, si sit vehemens: ac propterea intemperantes & praui fiunt. Quæ autem sine dolore sunt, excessum non habent. atq; hæ natura iucundarũ rerum sunt, non ex accidenti. Ex accidenti autem iucunda appello, quæ medicantur. nam quia accidit, vt medicina fiat, dum id, quod sanũ substat, agit aliquid, propterea esse iucundũ videtur: natura vero iucunda, quæ talis naturæ actionẽ efficiunt. non autẽ semper res eadem suauis est, quia nõ simplex natura nostra est, sed insitũ quid etiam diuersum habet, ex quo sunt interitui obnoxia: vt si alterũ quid agat, id alteri naturæ sit præter naturam: cum vero æquantur, neq; molestum videtur, neq; iucundum id, quod agitur. quandoquidem si alicuius natura simplex sit, ei semper eadem actio erit iucundissima: atque idcirco Deus semper vna ac simplici gaudet voluptate. neque enim motionis tantum

effectio,

affectio, sed immobilitatis etiã est: magisque in quiete quam in motu voluptas consistit. At vero mutatio omniũ res suauissima est, ut Poeta inquit, ob prauitatem quandam. sicut enim homo prauus mutabilis est, natura quoq; quæ mutatione indiget. non enim est simplex, neque proba. Ac de continẽtia quidem & incontinẽtia, & de voluptate & dolore dictum est, quidque unumquodq;, & quo modo alia bona sunt, alia mala. post hac vero de amicitia quoq; dicem⁹.

ἐνέργεια, ἀλλὰ καὶ ἀκινησίας καὶ ἡδονὴ μᾶλλον ἐν ἠρεμίᾳ ἐστὶν, ἢ ἐν κινήσει. μεταβολὴ δὲ πάντων γλυκύτατον κατὰ τὸν ποιητὴν, διὰ πονηρίαν τινά. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος εὐμετάβολος ὁ πονηρὸς, καὶ ἡ φύσις ἡ δεομένη μεταβολῆς. οὐ γὰρ ἁπλῆ, οὐδ' ἐπιεικής. περὶ μὲν οὖν ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας, καὶ περὶ ἡδονῆς, καὶ λύπης εἴρηται, καὶ τί ἕκαστον, καὶ πῶς τὰ μὲν ἀγαθὰ αὐτῶν ἐστι, τὰ δὲ κακά· λοιπὸν δὲ καὶ περὶ φιλίας ἐροῦμεν.

COMMENTATIONES.

A Περὶ δὲ δὴ τῶν σωματικῶν.) In hoc cap. quatuor quæstiones explicantur: quarum prima est, *utrum & quatenus voluptates corporis possint dici bonæ.* Altera, *quare voluptates corporis a plerisq; magis expetantur, quam voluptates animi.* Tertia, *cur animi voluptates sint præstantiores voluptatibus corporis.* Quarta, *cur non eadem voluptas semper ea delectat.* De prima: quod voluptates corporis etiam possint dici bonæ, probatur a contrario: *Nam si corporis voluptates non possunt dici bona, etiam corporis dolores, qui illis opponuntur, non possunt dici mali, iuxta contrariorum naturam.* Sed *dolores corporis sunt mali.* Igitur *etiam quædam corporis voluptates possunt dici bonæ.* Quatenus autem possent dici bonæ, nempe duobus modis: Primum, *priuatione seu negatione mali: non enim possumus dicere, voluptates simpliciter esse malum quiddam. Quod autem non simpliciter possunt dici malum.* Igitur *aliqua ratione possunt dici bonum.* Deinde dicuntur bonæ μέχρι τοῦ *aliquo usq;*, nempe *si non excedunt modum & terminum, quem recta ratio præscribit, & natura necessitas postulat.* Quando vero modum hunc excedunt, non amplius dicuntur bonæ, quia excessus melioris est vitiosus, quatenus nocet hominibus. Quod voluptatum corpo-

Voluptates corporis posse etiam bonas dici.

ris possit esse talis excessus, probat Aristot. tali argumento: *Habituum & motuum corporis potest dari excessus melioris. Voluptas autem corporis est motus aliquis corporis. Igitur in voluptatibus corporis potest dari excessus melioris.* Intelligit autem Aristot. per excessum melioris, quando in rebus bonis non seruatur modus, quē natura præscripsit: tunc non dicimur egredi & excedere terminos & limites bonitatis, & ea, quæ bona sunt, non amplius sunt nobis bona propter ipsum excessum: sic fit in voluptate, quæ licet bona sit sua natura, tamen si modus veri non seruatur, non amplius est bona. Atque ideo Aristot. inquit, *hominem intemperantem aut malum non propterea reprehendi, quia voluptatem expetit: sed quia modum excedit in ea expetenda.* Nam necessarias voluptates bono modo & ratione expetit, is non propterea intemperans est dicendus. Sed hoc loco posset aliquis obiicere: *Si voluptatis excessus est malus.* Igitur *excessus doloris erit bonus. Nam ista sibi mutuo opponūtur.* Huic obiect. Aristot. etiam breuiter occurrit, & soluit eam per distinctionem modo allatam. *Nam,* inquit, *voluptas non dicitur simpliciter bona vel mala: sed bona dicitur, si seruat modū: mala autē, si excedit modū.* Contra vero se habet circa dolorem, is enim nō dicitur propter excessum malus, sed ὅλως omnino & in vniuersum malus, neque excessus doloris opponitur tanquā contrarium excessus voluptatis: sed simpliciter dolor voluptati opponitur.

Obiectio.

Respons.

B ἐπεὶ δ᾽ οὐ μόνον δεῖ τ᾽ ἀληθὲς.) Hæc est altera quæstio huius cap. *quare nimirum homines magis expetunt & persequuntur voluptates corporis, quam animi: cum tamē voluptates corporis non sint perfectæ & syncera: semper enim aliquid habent admixtum doloris.* Qua in re, inquit Aristot. homines decipi & errare, quod præferunt voluptates impuras corporis synceris & puris voluptatibus animi. Huius autem erroris caussam ideo explicandam esse ait, vt veritas magis cognoscatur. Nam, inquit, qui caussam alicuius erroris intelligit, is facile poterit veritatem agnoscere, & maiorē etiam veritatis fidem habere. Sunt autem duæ caussæ, quæ ab Aristot. adferuntur, propter quas homines voluptates corporis magis expetunt, quā animi voluptates. Prima caussa est: quia existimant,

Voluptates corporis quare magis q̄ animi expetantur.

mant, *voluptates esse remedia & medicinas aduersus dolores.* Nam, vt Medici aiunt, cõtraria contrariorũ sunt remedia: item, contraria contrariis curantur. Proinde adeo homines vehemẽter eas expetunt, quod existimant, se posse voluptatibus expellere dolores, quemadmodũ ægroti etiam vehementer expetunt medicinam aduersus morbos. Ex hac caussa Aristot. veluti per generalia infert hanc consequentiam, quod voluptates corporis nõ sunt veræ voluptates. Primũ, quia non sunt operationes vitiosæ naturæ, id est, naturæ ægrotantis, vel a primo ortu, *vt est natura bestiarũ*: vel per consuetudinẽ, *vt est natura malorũ hominũ*: deinde etiam ideo nõ dicuntur veræ voluptates, quia sunt tantũ ἰατρεῖαι, id est, *medicina*, per quas defectus naturę resarcitur, & iterũ perficitur, ita nõ sunt operationes naturæ perfectæ, sed naturæ eius, quæ indiget perfectione, q̃ Arist. hoc loco vocat φύσιν πληρουμένην: & propterea etiã supra cap. 12. dixit, eas voluptates, quæ naturã restituunt ad suam perfectionẽ, esse tantum bonas per accidens, quod etiam hoc loco affirmat. Atq; hæc est prima caussa, *cur homines voluptates corporis tantopere expetant.* Altera caussa est, quia corporis voluptates vehemẽtius afficiũt sensus, q̃ voluptates animi. Hæ enim tantũ animũ pfundunt aliqua oblectatione, q̃ tamẽ non omnes homines possunt pcipere. Nam homines agrestes, rudes, & imperiti vix putãt esse aliq̃ corporis voluptatẽ, sed tantũ eas habẽt ꝑ voluptatibus, q̃ externos sensus afficiũt aliqua oblectatione. Hanc ob caussam dicit Aristot. fieri, vt homines interdum conentur sibiipsis conciliare, & excitare quoddam desideriũ, & quandam quasi sitim ad eiusmodi voluptatem, quod quidem, inquit, non esset reprehendendum, si id facerent in voluptatibus honestis, quæ nõ possent nocere: quia vero plerunq; faciunt hoc in voluptatibus inhonestis & noxiis: igitur hoc in illis est reprehendendum. Cur autẽ illud faciant, caussam esse dicit, quia non habent alia, ex quibus possent veram voluptatem percipere. His subiungit Aristoteles quandam occupationem. Nam posset aliquis dicere, *quamobrem homines non potius expetant* τὴν ἀληθείαν, id est, *indolentiam, qua est medius status inter voluptatẽ & dolorem, in quo homo neq; voluptatẽ, neq; dolorem*

Obiectio

sentit: quem statum etiam Plato lib. 9. de Repub. nominat ἡσυχίαν τ̃ ψυχῆς περὶ τὴν ἡδονὴν καὶ λύπην, id est, *animi quandam tranquillitatem & quietem circa voluptatem & dolorem.* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles istum intermedium statum, in quo aperte & manifeste, neque voluptas, neque dolor sentitur, non plerisq; hominibus molestum: atque huius rei adfert tres caussas.

Respons.

1. Prima caussa, ἡ φύσις, *natura*, cuius continuæ sunt operationes: nunquam autem quiescit, neque quidem in somno, sed semper aliquid agit, & est in perpetuo motu. Ex hac operatione continua naturæ necesse est etiam fatigari, & propterea etiam debilitari, & aliquem sentire dolorem. Imo Aristot. lib. 2. de anima ait, communes actiones sensuum quoq; coniunctas esse cum aliqua electione, & sentire se aliquid pati: proinde etiam ex illa passione est aliquis dolor, qui dolor non quidem semper sentitur, sed illud fit propter consuetudinem. Nam ea, quæ nobis sunt consueta, etiamsi habeant in se aliquam molestiam, tamen non admodum illam curamus. Imo propter consuetudinem etiam, quæ alioqui molesta sunt, interdū fiunt nobis iucunda.

2. Altera caussa est, ἡ αὔξησις, *incrementum corporis.* Nam dum corpora crescunt, vix animaduertitur, propterea quod ipsa pueritia & adolescentia eam habent in se iucunditatem, vt illum dolorem parui faciat.

3. Tertia caussa est, ἡ κρᾶσις, *temperamentum corporis.* Nam constat corpus humanum ex quatuor humoribus, ex quibus duo humores, nempe bilis flaua, & bilis atra, sunt valde acres, qui semper aliquas partes corporis aridas faciunt: ex qua arefactione etiam dolor exsistit, contra quam voluptas quæritur tanquam medicina.

C καὶ δ' ἄνευ λύπης.) Tertia quæstio huius capitis est: *Quam ob rem animi voluptates præstantiores corporis voluptatibus.* Huius rei duas adfert caussas: Prima est, *quia voluptas animi non potest esse vitiosus excessus, quemadmodum est in voluptatibus corporis.* Ratio autem hæc est: *quia proficiscuntur ex actionibus & operationibus perfectorum habituum, id est, virtutum, quæ operationes, quia non sunt impedita, etiam in se habent voluptatem, iuxta definitionem voluptatis, quæ supra fuit allata, in qua dictum fuit,* quod

Voluptates animi quare præstantiores sint corporis voluptatibus.

quod voluptas sit operatio habitus secundum naturam non impeditam, & quemadmodum in ipsa virtute non reperitur ἡ ὑπερβολὴ excessus, qui sit vitiosus: ita etiam in voluptate, quæ ex actionibus virtutum percipitur, non reperitur aliquis excessus vitiosus. Atqui ideo Aristoteles ait, *voluptates plane esse ἄνευ λύπης absq; molestia.* Altera caussa: *Quia voluptates animi proficiscuntur ab iis, quæ sua natura semper sunt iucunda: voluptates autem corporis pleraq; proficiscuntur ab iis, quæ per accidens sunt iucunda: atq; idcirco dicuntur solum esse medicinæ aduersus dolores. Nam ea, quæ medicinæ solum gratia adhibentur, illa non sunt per se iucunda, quoniam natura medicamentorum est, vt corpus ab illis aliquid patiatur: quatenus medicamentum dicitur agere in ipsum corpus. Omnis autem passio est coniuncta cum aliqua molestia: itaq; pars illa, quæ male est affecta, patitur aliquid a medicamento: sed tamen simul etiam percipit inde natura ex illa curatione aliquam voluptatem, quatenus nimirum ea pars, quæ adhuc sana est in corpore, simul quoq; agit & iuuat medicamenti operationem, & voluptas, quæ inde percipitur, dicitur tantum per accidens voluptas.*

D οὐκ ἀεὶ δ' ἡδύ.) Quarta quæstio huius cap. est, *quare non idem semper omnibus sit iucundum.* Nam videmus, non omnes homines ex iisdem rebus semper voluptatem quærere. Imo in nobis ipsis animaduertimus easdem res non semper nobis esse gratas & iucundas: ita vt prius nos delectabant, paulo vero post non amplius oblectant. Huius rei duas adfert Aristoteles caussas: Prima sumitur ex duabus partibus, e quibus homo constat, nempe ex animo & corpore: vt enim ista duo plurimum inter se discrepant: aliud enim est immortale, aliud mortale: aliud simplex, aliud compositum: aliud incorporeum, aliud corporeum. Ita etiam eidem homini secundum istas duas partes non possunt semper eadem esse grata & iucunda: aliud enim animo, aliud vero corpori gratum est aut molestum: imo nec ipsi corpori quidem semper eadem sunt iucunda: quia corpus constat ex contrariis qualitatibus, calido, frigido, humido, & sicco, ex quibus etiam generantur quatuor contrarii humores, nempe sanguis, qui est calidus & humidus: pi-

Iucundũ quare nõ idem omnibus.

guita, quæ est frigida & humida: bilis flaua, quæ est calida & ficca: bilis atra, quæ est frigida & ficca. Prout igitur ex his quatuor humoribus aliquis in corpore dominatur & abundat: ita etiam corpus diuersimodo est affectum, ratione earum, quæ possunt vel delectare vel offendere. Hanc caussam confirmat Aristoteles a contrario: Nam quæ natura sunt simplices, iis etiam semper eadem actio & voluptas est iucundissima, & nequaquam delectantur varietate, cuius rei exemplũ adfert de Deo, cuius natura cum sit simplicissima, etiam simplici, & eadem perpetua finitur voluptate. Quod si vero quis obiiciat contra hoc exemplum: *Quod in Deum non possit cadere voluptas, quia voluptas est motus: Deus autem est immutabilis, quia est perfectissimus.* Aristoteles respondet: *Quod voluptas non tantum sit in motu, sed etiam in quiete: imo maior voluptas in quiete. Quia est perfectior, quam ea, quæ est in motu. Nam,* vt Physici aiunt, *ea, quæ in motu sunt, sunt adhuc imperfecta, quoniam eorum partes non sunt simul: quæ autem ad perfectionem peruenerunt, ea omnes suas partes habent simul congregatas, & propterea non amplius sunt in motu, sed in quiete.* Atque hæc prima caussa, quamobrem idem semper sit nobis iucundũ. Altera est caussa ἡ πονηρία, prauitas & vitiositas nostræ naturæ, quæ facit, vt tam variis rebus delectetur. Nam quemadmodum bonũ semper sibi est simile, ita malum & varium & multiplex nõ semper sese eodem modo habet, quia natura hominis est vitiata & corrupta: ideo amat varietatem: quemadmodum etiam Euripides in Oreste dixit, ἡ μεταβολὴ γλυκύτατον, id est, *vicissitudo & varietas est iucundissima.* Quod Aristoteles etiam confirmat exemplo simili. Nam quemadmodum homo malus & improbus est, inconstans & mutabilis: ita etiam vitiosa & praua natura mutabilis est, & varietate delectatur.

Obiectio.

Respons.

Voluptas etiam in quiete.

ARI

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. VIII.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων Βιβλίον η.

ARistoteles in lib. 10. cap 6 totam hanc doctrinam Ethices, quam in 10. libris tradidit, in quatuor præcipua capita distinguit: quorum primum est de beatitudine politica seu ciuili, quæ est tanquā finis huius doctrinæ de moribus. Alterum cap. est de virtute, quæ est caussa efficiens beatitudinis. Tum enim Philosophi existimant, hominem beate viuere & quasi beatum esse, quando ex virtute agit & viuit. Tertium cap. est de voluptate, quæ est veluti comes & socia beatitudinis. Quartum caput est amicitia, quæ cum virtute magnam habet cognationē, & ad beatam vitā homini necessaria est. De primo capite, id est, beatitudine supra in lib 1 dictum est, plura etiam de ea dicentur in fine 10. libri. De virtute autem secundo libro vsque ad 11. caput septimi libri actū est. De tertio cap i.e. de voluptate egit in quatuor primis capitibus præcedentis libri, de eadem etiam quinque prioribus capitibus postremi libri acturus est. De quarto cap. nempe de amicitia agit in hoc & sequenti libro. Possunt autem huius libri constitui 4. partes: In prima post Exordium inuestigat definitionem amicitiæ in duobus primis capitibus: in secunda parte vsque ad 9. caput diuidit amicitiam in suas species. In tertia parte vsque ad 13. cap. comparat species amicitiæ cum speciebus ciuilis societatis, quæ etiam est quædam amicitia. In postrema parte agit de amicitiæ contrariis, siue de caussis corrumpentibus amicitiam, propter quas interdum amicitiæ solent dissolui. Est ergo prima pars ὁριστικὴ definitiua: altera διαιρετικὴ diuisionis, tertia συγκριτικὴ comparationis, quarta τῶν ἐναντίων, siue τῶν φθαρτικῶν contrariorum siue corrumpentium.

Diuisio Ethices Aristotelis.

1. Beatitudo finis huius doctrina.

2. Virtus caussa efficiēs beatitudinis.

3. Voluptas comes beatitudinis.

4. Amicitia necessaria ad beatitudinem.

Huius libri quatuor sunt partes.

ΚΕΦ. α'.

A Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἕποιτ' ἂν διελθεῖν. ἔστι γὰρ ἀρετή τις ἢ μετ' ἀρετῆς. ἔτι δ' ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον. ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα. καὶ γὰρ πλουτοῦσι, καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶναι χρεία. τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας, ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας, ἣ γίνεται μάλιστα καὶ ἐπαινετωτάτη πρὸς φίλους; ἢ πῶς ἂν τηρηθείη καὶ σώζοιτο ἄνευ φίλων; ὅσῳ γὰρ πλείων, τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. ἐν πενίᾳ δὲ καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους. καὶ νέοις δὲ πρὸς τὸ ἀναμάρτητον, καὶ πρεσβυτέροις πρὸς θεραπείαν, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως δι' ἀσθένειαν βοηθείας. τοῖς δ' ἐν ἀκμῇ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις, σύν τε δύ' ἐρχομένω. καὶ γὰρ νοῆσαι καὶ

B πρᾶξαι δυνατώτεροι. φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννήσαντι, καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν ὄρνισι, καὶ ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ζῴων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις. ὅθεν τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος

CAP. I.

Post hæc autem sequitur, ut de amicitia disseramus. est enim virtus quædam, aut cum virtute. Præterea vero res est ad vitam maxime necessaria. absque amicis enim viuere nemo expetat, qui cetera bona omnia habeat. nã & diuitibus, & principatus potestatesq; habentibus maxime videtur amicis opus esse. Quæ enim vtilitas eiusmodi prosperitatis, si beneficentia tollatur, quæ in amicos præcipue fit, & maxime laudatur? aut quo modo sine amicis custodiri cõseruariq; posset? quãto enim amplior, tanto etiã periculosior est. In paupertate vero & reliquis infortuniis amicos esse vnicum refugium putãt. Iuuenibus item conducit ad id vt non peccent, & senioribus ad remedium, & supplementum actionis ex opis imbecillitate. & iis qui constanti sunt ætate, ad honestas actiones: atque vna duo congredientes. etenim ad intelligendum & agendum sunt potentiores. Inesse etiam natura videtur parenti erga natum: atque non solum in hominibus, sed etiam in auibus, & plerisque animalium, & iis quæ eiusdem nationis sunt, ac hominibus maxime. vnde hominum amantes laudamus. Viderit etiam quis in erroribus quam coniuncta res sit homini omnis homo

homo & amica. Atque etiam videtur ciuitates continere amicitia, & legislatores in ea plus studij ponere, quam iustitia: concordia enim esse simile quid amicitiæ videtur. hanc autem maxime affectant: seditionem vero, quæ inimicitia est, maxime expellunt. Atque si sint amici, iustitia opus non est: at si fuerint iusti, amicitia insuper indigent. id quoque quod maxime iustum est, amicitia esse videtur: neque solum necessarium est, verum etiam honestum: amicorum enim amantes laudamus, amicorumque amicitia una quædam esse ex honestis rebus videtur. præterea nonnulli eosdem & bonos viros & amicos esse opinantur. Controuertuntur autem de ipsa non pauca: nam alij similitudinem quandam eam statuunt, & similes amicos: unde similem inquiunt ad similem, & graculum ad graculum, & quæ sunt huiusmodi. alij e contrario figulos omnes tales esse inter se dicunt: ac de his ipsis altius & naturalius inuestigant: Euripides quidem inquiens, Imbrem amare terram arefactam: amare quoq; graue cœlum imbre plenum, in terram decidere: & Heraclitus, aduersum conferens, & ex differentibus pulcerrimam harmoniam, & omnia ex discordia fieri: e contrario

ἀνθρώπῳ καὶ φίλον. ἔοικε δὲ καὶ τὰς πόλεις συνέχειν ἡ φιλία. καὶ οἱ νομοθέται μᾶλλον περὶ αὐτὴν σπουδάζειν, ἢ τὴν δικαιοσύνην. ἡ γὰρ ὁμόνοια ὅμοιόν τι τῇ φιλίᾳ ἔοικεν εἶναι. ταύτης δὲ μάλιστα ἐφίενται καὶ τὴν στάσιν ἔχθραν οὖσαν, μάλιστα ἐξελαύνουσι. καὶ φίλων μὲν ὄντων, οὐδὲν δεῖ δικαιοσύνης. δίκαιοι δὲ ὄντες, προσδέονται φιλίας. καὶ τῶν δικαίων τὸ μάλιστα φιλικὸν εἶναι δοκεῖ. οὐ μόνον δὲ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ καλόν. τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν. ἥ τε φιλοφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἕν τι εἶναι. ἔτι καὶ ἐνίους τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας οἴονται ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους. διαμφισβητεῖται δὲ περὶ αὐτῆς οὐκ ὀλίγα. οἱ μὲν γὰρ ὁμοιότητά τινα τιθέασιν αὐτήν, καὶ τοὺς ὁμοίους φίλους· ὅθεν τὸν ὅμοιόν φασιν ὡς τὸν ὅμοιον, καὶ κολοιὸν ποτὶ κολοιόν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. οἱ δ᾽ ἐξ ἐναντίας, κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιούτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι. καὶ περὶ αὐτῶν τούτων ἀνώτερον ἐπιζητοῦσι καὶ φυσικώτερον. Εὐριπίδης μὲν φάσκων, Ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν. ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν· καὶ Ἡράκλειτος, τὸ ἀντίξουν συμφέρον, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ᾽ ἔριν γίνεσθαι. ἐξ ἐναντίας

δὲ τούτοις, ἄλλοι τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς. τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. τὰ μὲν οὖν φυσικὰ τῶν ἀπορημάτων παρείσθω. οὐ γὰρ οἰκεῖα τῆς παρούσης σκέψεως. ὅσα δ' ἐστὶν ἀνθρωπικὰ, καὶ ἀνήκει εἰς τὰ ἤθη καὶ τὰ πάθη, ταῦτα ἐπισκεψώμεθα. οἷον πότερον ἐν πᾶσι γίνεται ἡ φιλία, ἢ οὐχ οἷόν τε μοχθηροὺς ὄντας φίλους εἶναι· καὶ πότερον ἓν εἶδος τῆς φιλίας ἐστὶν, ἢ πλείω. οἱ μὲν γὰρ ἓν οἰόμενοι, ὅτι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, οὐχ ἱκανῷ πεπιστεύκασι σημείῳ. δέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον καὶ τὰ ἕτερα τῷ εἴδει. εἴρηται δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἔμπροσθεν.

vero cum alij, tum Empedocles. simile enim simile appetere. Sed naturales quidem dubitationes prætermittantur. nam præsenti considerationi non conueniunt. quæ autẽ humana sunt, & pertinent ad mores affectusq́, ea inspiciamus: vt vtrũ in omnibus hominibus amicitia sit, an fieri non possit, vt qui praui sunt, amici sint: & vtrum vna species amicitiæ sit, an plures. qui enim vnam opinãtur, quia magis & minus admittat, non satis firmo argumento persuasi sunt. nam magis & minus admittunt etiam quæ diuersa sunt specie: de ijs vero antea dictum est.

COMMENTATIONES.

Duæ sunt huius capitis partes.

Beatitudinem sine amicitia non consistere.

A μετὰ δὲ ταῦτα περὶ) Duæ sunt partes huius cap. prior est quasi exordium huius tractationis de amicitia. Continet enim ἀπολογίαν expositionem caussarum, quamobrem Philosopho morali etiã de hac doctrina sit agendum. Altera pars habet distributionẽ, qua distribuit totam hanc doctrinam in certa quædam cap. Ideo autem videtur Aristoteles in hac doctrina velle etiam de amicitia agere, quia sine ea non potest vita hominis perfecte esse beata. Nam *vita solitaria, quæ caret amicis, est a beatitudine hominis aliena, imo natura hominis contraria, siquidem homo (vt Arist. in Polit. ait) natura est animal κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν, i. quod amat societatem ciuilem & congregationem.* Imo Arist. dicit, *eum hominem, qui solitudine delectatur, nec amat aliorum conuersationem, non esse hominem, sed bestiam.* Præterea, *quia vita beata consistit in actionibus virtutum: ideo solitaria vita maxime aduersatur huic beatitudini:* Quia *qui solus est, non potest actiones virtutũ exercere: Nam virtutes exercendæ erga alios sunt: alioquin nullã earũ esset vtilitas. Non autem possunt cõmodius & suauius exerceri, quã erga amicos:* itaq; *amicorum quoq; cõuersatio homini quoq; ad beatitudinẽ est necessaria*

Est autem propositio primi cap. ista: *Philosopho morali etiam de amicitia est considerandū.* Probatur quatuor rationibus: Prima ratio sumitur ex loco adiunctorū: *Quicquid virtus est, aut virtuti coniunctū, de eo debet philosophus agere & considerare.* Sed *amicitia magnā habet cum virtute cognationē, adeo vt a quibusdā etiam inter virtutes referatur.* Ergo *de amicitia quoq; philosopho morali est considerandū.* Maior per se manifesta est: *Nam philosophi moralis officiū est, disserere & explicare de omnibus iis, quæ ad virtutē pertinent, quandoquidem in virtute & virtutū actionibus totius huius doctrinæ finis positus est.* Quod vero in minori dicitur, *amicitiam magnā cum virtute habere cognationē*, illud quoq; manifestū est, si eam velimus cum ceteris virtutibus cōparare. Vt ergo ceteræ virtutes habent suam mediocritatē & extrema: ita etiam amicitiæ potest dari mediocritas, & possunt etiam dari extrema, tam in excessu, quam in defectu. Qui non omnino multos habēt amicos, & cupiunt omnibus esse amici, hi peccant in excessu: qui vero plane nullos comites curant, & nemini student placere, hi peccant in defectu. Quemadmodum sunt quidam *μισάνθρωποι*, id est, *osores hominum*, plane inhumani & agrestes. Deinde etiam in eo amicitia virtuti est cognata: *quia solum inter bonos habet locum.* Tertio, *quia amicitia, sicuti virtutis in omnibus vitæ actionibus & partibus magnus est vsus*, quemadmodū Cicero inquit: *Serpit, nescio, quomodo amicitia per omnem vitam, nec vllam ætatis degendæ rationē patitur esse expertem sui: itaq; non aqua, non igni, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quā amicitia.* Quarto, *etiamsi amicitia cum omnibus virtutibus magnam habeat cognationē: tamen præcipue iustitiæ est cognata.* Vnde etiam a quibusdā ponitur pars quædā iustitiæ. Nam quemadmodū iustitia omnes suas actiones refert ad alterū: ita etiam amicitiç vis omnis ad alterū, id est, ad eum, qui amatur, refertur. Præterea amicitia maxime cernitur in externorū bonorū & officiorū cōmunicatione: deniq; id, quod maxime ꝓpriū est iustitiæ, nempe suū cuiq; tribuere, illud maxime inter amicos habet locū: vnde etiā nihil magis repugnat amicitiæ, quā iniustitia. Altera vero ratio ꝓpositionis sumitur ex loco caussarū sine quib. nō, potest cōprehendi tali syllogismo:

Propositio cap. 1. probatur.

Amicitia habet mediū: habet etiā extrema, quemadmodū reliq; virtutes.

μισάνθρωποι.

Amicitia maxime est cognata iustitia.

Sine qua re vitam bene beatam transigere non possumus, ea maxime est necessaria ad vitam, & proinde de ea quoq; philosopho morali est agendum, cuius præcipuum munus est ostendere, quo pacto bene beateq; sit viuendum. Sed *sine amicitia & amicorũ ope, atq; opere bene beateq;*, &c. Ergo *amicitia bene beateq;* &c. & per consequens, *de eo etiam philosopho morali est considerandum.* Minor probatur duobus argumentis: Primum est desumtum ex duplici distinctione hominum. Quod ad bona externa attinet, homines, vel sunt Diuites & *potentes*: vel sunt Pauperes, & *sine potentia aliqua.* Altera distinctio sumitur ab ætatibus hominũ, qua ostẽdit, *in omni ætate amicitiam nobis esse necessariam.* De prima distinctione, quod diuitibus amicitia sit necessaria, ostendit ex duabus caussis: Prima est, ideo diuitibus necessaria est πρὸς τὴν φυλακὴν, *ad custodiam suarum diuitiarum, vt nimirum possint suas diuitias, opes, facultates auxilio amicorum custodire, & retinere aduersus fures & raptores, qui plerunq; aliorum opibus insidiantur.* Nam vt Cicero in 6. Parad. ait: *Possessio, quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam.* Iuuenalis in Satyr. 14. inquit;

Diuites amicitia indigere.

Tantis parta malis vero, maioreq; metu
Seruantur, misera est magni custodia census.

Deinde altera ratio est πρὸς τὴν χρῆσιν, *ad vsum.* Consistit autem vsus diuitiarũ potissimum in exercenda liberalitate & beneficentia. Ea autem præcipue & in primis erga amicos se extendere debet, *vt ait Cic. lib. 1. offic.* Et propter hanc Arist. infra *lib. 9. cap. 9.* ait, *homini beato opus esse amicis, vt nimirum habeant, erga quos possit liberalitatem suam exercere.* Est quidem liberalitas etiam secundum præcepta Euangelii exercenda erga inimicos: sed tamen longe iucundius & suauius est amicis, quam inimicis benefacere: quia amici pro acceptis beneficiis sunt grati, & vicissim cupiunt nobis benefacere; inimici autem ingrati sunt, & plerunq; potius mala, quã bona retribuunt. Pauperibus vero & calamitosis maxime est necessaria amicitia, vt nimirũ habeant aliquod refugium & subsidium aduersus suam ægestatẽ & miseriam: ideo Cicero in Læl. ait: *amicitiam propter imbecillitatem & inopiam esse expetendam, vt quod quisq; per se minus habeat,*

Diuitiarũ vsus: erga amicos.

erga inimicos.

Pauperes amicitia indigere.

aut praestare potest, id accipiat ab altero, nempe a suo amico, quae etiam praecipua caussa est, vt pauperes magis ambiant amicitiam diuitũ, quã diuites expetant amicitiam pauperum. Altera distinctio, quod ad aetatem attinet, tres sunt differentiae: Homines enim vel constituti sunt in aetate prima, *veluti sunt infantes, pueri, & adolescentes*: vel in aetate media, *vt sunt iuuenes & viri*: vel in aetate extrema, *vt sunt senes & decrepiti*. His omnibus amicitia est necessaria. Nam infantibus necessaria est & pueris πρὸς τὴν τροφὴν, id est, *vt habeant eos, a quibus alantur & nutriantur*: adolescentibus necessaria est πρὸς τὴν παιδείαν, id est, *ad educationem & institutionem, vt minus in actionibus suis peccent*: iuuenibus & viris amici necessarii sunt *ad res melius gerendas, nimirum vt habeant socios consiliorum & actionum, quorum opera possint melius intelligere, quid ipsis faciendum sit, & eadem melius perficere*. Quod Aristoteles confirmat testimonio Homeri ex lib. 10. Iliad. Cum enim Diomedes iussus fuerat explorare castra hostium Troianorum, & rem esse videret arduam ac magni momenti, noluit solus hoc negotium in se recipere, sed postulauit sibi socium Vlyssem adiungi, existimans, melius se posse illud peragere negotium, quam si solus faceret: ideoque dixit, σύν τε δύ' ἐρχομένω, *duobus simul euntibus id faciemus*: quod dictum postea abiit in prouerbium, quando significamus, *cupere nos adhuc nobis alium adiungi*. Nam duo vel plures melius possunt de rebus iudicare, & negotium aliquod efficere, quam vnus: quemadmodum dicitur, *oculi plus vident, quam oculus*, id est, duo vel plures plus intelligunt, quam vnus. Item, *multa manus leuant onus aut opus*: senibus amicitia necessaria est, partim *propter imbecillitatem virium, vt quae ipsi amplius praestare non possunt, habeant alios, per quos ea efficiant*: vnde etiam illis necessaria est πρὸς θεραπείαν, *ad cultum*, id est, *ad alia ministeria & obsequia, & vt habeant aliquos, qui ipsorum curam gerant*.

Aetatem omnem amicitia indigere.

Aetas hominũ est triplex.

Infantib. necessaria amicitia.

Adolescẽtibus.

Iuuenibus.

Senibus amicitia necessaria est.

B φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε.) Haec est altera probatio minoris, in qua dixerat, amicitiã necessariam esse ad vitam bene beateq; degendam. Sumitur autem argumentũ ex loco caussarum efficientiũ: *Quicquid naturaliter hominĩ*

Amicitiã esse necessariam ad beatitudinem.

est insitũ, illud quoq; necessarium est ad vitam bene beateq; degendam. Sed *amicitia naturaliter homini erga alterũ est insita.* Ergo, &c. Minor probatur exemplo omniũ animalium, quibus *naturaliter insitus est erga se mutuus aliquis amor, præsertim vero parentibus contra suam sobolem.* Vnumquodq; enim animal diligit id, quod ex se est prognatum. Sic enim naturaliter insitus est amor iis animalibus, quæ sunt eiusdẽ speciei: veluti *oues naturaliter amant alias oues, & illis se potius coniungunt, quam ceteris animalibus, quæ sunt diuersæ speciei.* Præterea apparet hic naturalis amor, qui est inter homines ex mutuis operis & auxiliis, quæ interdũ sibi mutuo vltro, & nõ rogati solent præstare, veluti cum errantibus viam monstrant, cũ naufragiis subueniunt, periclitantibus operam ferunt, peregrinantibus hospitium præbent, quæ omnia naturæ quodã instinctu, & vltro, & sponte, nullis legibus coacti sibi mutuo præstant. Vnde etiam in hominibus maxime commendatur ἡ φιλανθρωπία, quæ nihil aliud est, quam affectus iste, quo naturaliter hominẽ homo amat.

φιλανθρωπία.

III. Moralem de amicitia debere tractare.

C[ἔοικε] δὲ καὶ τὰς πόλεις) Tertiũ hoc est argum. quo probatur potissimum, *moralem de amicitia debere tractare,* desumtum ab effectu amicitiæ: *Qua re ciuitates maxime continentur & conseruantur, de ea etiam philosophus moralis debet considerare, quo modo, vt in lib. 1 cap. 2. dictũ est, philosophus moralis non solum considerat beatitudinem vnius hominis: sed etiam totius ciuitatis, quatenus nimirum vnius hominis & priuati ciuis finis referri debet ad finẽ totius ciuitatis.* Sed *per amicitiam ciuitates continentur & conseruantur.* Igitur, &c. Minor probatur ab auctoritate & facto legumlatorũ, *qui in condendis & constituendis legibus videntur maiorem curam habere amicitia, id est, concordia & beneuolentia inter ciues spectanda, quã ipsius iustitia.* Vnde Plato lib. 5. de legib. inquit: *Hac est legum nostrarũ ὑπόθεσις, id est, fundamentũ, vt ciues sint quam beatissimi.* Et Xenoph. *lib.* 4. de dictis & factis Socratis inquit: *Concordiam maximũ esse bonum in ciuitatibus.* Ratio sumitur a contrario: *quia nihil magis euertit Respub. quam inimicitia & discordia.* Itaq; legumlatores nõ existimant admodũ opus esse multa præcipere de iustitia iis ciuibus, q inter se sunt amici: quatenus enim sunt amici, catenus

Concordia.

non

non cupiunt sibi mutuo facere iniuriam. Nam si sunt amici, etiam inter se mutuo sunt iusti: quoniam inimicitia inter amicos locũ habere nõ potest. Præterea si sint plura iuris genera, de quibus lib. 5. dictũ est, nempe *ius ciuile, domesticũ, paternum*, tamen id, quod maxime ius est & ciuile nominatur, præcipue dirigitur ad amicitiam inter ciues constituendam, quoniam, *vt antea dictũ fuit*, sine ea nulla ciuilis societas durare potest.

D ὑμόνοιαν δὲ.) Quartum argum. *Quæ honesta sunt, de iis philosopho morali est explicandum. Amicitia est ex numero honestorum.* Ergo. Maior probatur; *quia doctrina virtutum & vitiorum, honestorum & turpium propria est philosophi moralis.* Quod autem amicitia sit ex numero honestorum probat Aristoteles tribus argumentis: Primo, *quia est laudabilis.* Laudare enim eos solemus, qui amicitiæ sunt studiosi: deinde, *quia πολυφιλία, id est, amicorũ multitudo etiam numeratur interdum inter ea, quæ sunt honesta: quemadmodum contra turpe est plane nullum habere amicum*: tertio, *quia amicus & vir bonus habentur pro iisdem: possumus enim vnumquenq; virum bonum etiam amicum nominare, quatenus vir bonus bene nobis vult. Amici autem proprium est alteri bene velle: imo fit, vt vnumquenq; virum bonum existimemus, & eius nomen ignoremus, eum solemus hac voce compellare, quod nominamus amicum.*

IV. Amicitiã esse ex numero virtutum.

E Διαμφισβητεῖται δὲ περὶ.) Hæc est secunda pars huius cap. in qua ostendit, quænam sint præcipuæ quæstiones circa doctrinã de amicitia. Enumerat autẽ tres: quarum prima est *de natura amicitiæ seu definitione*: altera, *de eius diuisione, i. differẽtiis & speciebus*: tertia, *de subiecto, in quo amicitia nullũ locũ habet.* Quod ad primã quæst. attinet, diuersæ fuerunt quorundã philosophorũ opiniones de natura amicitiæ. Quidam enim dixerunt, *amicitiam esse quandam similitudinẽ animorum, ingeniorũ atq; studiorũ*, atq; illud confirmarunt quibusdam prouerbiis & dicteriis, quibus idem videtur indicare posse, quod videlicet dicitur, *simile gaudet simili*, quod etiam exstat apud Homerum lib. 17. Odyss. vbi inter cetera ait: ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, i. *Deus hoc modo semper ducit similẽ ad similẽ.* Hinc etiam exstat istud prouerbiũ: *Graculus semper*

Amicitiæ natura quæ sit.

I. Opinio.

ex contrariis non posse perfectum aliquod corpus constitui, nisi prius ea ipsa, quæ contraria sunt, æquabiliter inter se misceantur & constituant rursum æquabilem & similem temperaturam.

F καὶ μὲν ἄν.) Hic locus continet primum ἀποδιωξιν reiectionem quęstionum Physicarum de rerum naturalium principiis: *vtrum similitudo & amicitia, an vero dissimilitudo & discordia sint caussa & principia rerum, vt quidã Philosophi voluerunt.* Hæ n. disputationes proprie ad hanc doctrinam non pertinent: Deinde subiungit duas alias quæstiones, quæ præcipue ad hanc doctrinã pertinent, quarum vna est de amicitiæ partibus & speciebus: Fuerunt enim quidam, qui negarunt plures esse amicitiæ species, id quod probabãt tali argumento. *Quæ differunt specie, ea non recipiunt magis vel minus: sed amicitia recipit magis & minus:* ergo *& amicitia non differũt specie, & per cõsequens non sunt plures amicitiæ species.* Aristoteles negat maiorem, quia multa sunt, quæ specie differunt, & tamen recipiunt magis & minus: Exempli gratia. Substantia & accidens differunt specie, & tamen substantia magis est ens quam accidens: Ita anima rationalis & sensitiua differt specie: sed tamen anima rationalis, magis est anima, quam sensitiua. Altera quæstio est de subiecto amicitiæ: Quæritur n. *vtrũ amicitia possit inter omnes homines habere locum: an vero intra malos & improbos non possit esse vera amicitia.*

Amicitia an plures sint species.

CAP. 2.

Fortasse vero de his constabit, si amabile cognitũ fuerit. nam non quiduis amari videtur, sed quod amabile est: id autem esse bonum, aut iucundum, aut vtile. Vtile autem id esse videri potest, ex quo bonum aliquid aut voluptas efficitur: ita bonum & iucundum amabilia fuerint, vt fines. Vtrum igitur, quod bonum est, amant,

ΚΕΦΑΛ. β΄.

Τάχα δ' ἂν γένοιτο φανερὸν περὶ αὐτῶν, γνωρισθέντος τοῦ φιλητοῦ. δοκεῖ γὰρ οὐ πᾶν φιλεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ φιλητόν. τοῦτο δ' εἶναι ἀγαθόν, ἢ ἡδύ, ἢ χρήσιμον. δόξειε δ' ἂν χρήσιμον εἶναι δι' οὗ γίνεται ἀγαθόν τι ἢ ἡδονή. ὥστε φιλητὰ ἂν εἴη τἀγαθόν τε καὶ τὸ ἡδύ. ὡς τέλη. πότερον οὖν τἀγαθὸν φιλοῦσιν,

ἢ τὸ

ἢ τὸ αὐτοῖς ἀγαθόν; διαφω-
νεῖ γὰρ ἐνίοτε ταῦτα. ὁμοίως δὲ
καὶ περὶ τὸ ἡδὺ αὐτό. δοκεῖ δὲ
καὶ τὸ αὐτῷ ἀγαθὸν, φιλεῖν ἕ-
καστος· καὶ εἶναι ἁπλῶς μὲν τἀ-
γαθὸν, φιλητόν· ἑκάστῳ δὲ, τὸ
ἑκάστῳ. φιλεῖ δὲ ἕκαστος, οὐ τὸ
ὂν αὐτῷ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ
φαινόμενον. διοίσει δ' οὐδέν.
ἔσται γὰρ τὸ φιλητὸν φαινόμε-
νον. τριῶν δ' ὄντων δι' ἃ φι-
B λοῦσιν, ἐν μὲν τῇ τῶν ἀψύχων
φιλήσει, οὐ λέγεται φιλία. οὐ
γάρ ἐστιν ἀντιφίλησις· οὐδὲ
βούλησις ἐκείνων ἀγαθοῦ. γε-
λοῖον γὰρ ἴσως τῷ οἴνῳ βού-
λεσθαι τἀγαθά. ἀλλ' εἴπερ σώ-
ζεσθαι βούλεται αὐτὸν, ἵνα αὐ-
τὸς ἔχῃ. τῷ δὲ φίλῳ φασὶ δεῖν
βούλεσθαι τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνε-
κα. τοὺς δὲ βουλομένους οὕτω
τἀγαθὰ εὔνους λέγουσιν, ἂν
μὴ τὸ αὐτὸ καὶ παρ' ἐκείνου
γίγνηται· εὔνοιαν γὰρ ἐν ἀντι-
πεπονθόσι φιλίαν εἶναι. ἢ
προσθετέον τὸ μὴ λανθάνου-
σαν; πολλοὶ γάρ εἰσιν εὖνοι
οἷς οὐχ ἑωράκασιν, ὑπολαμ-
βάνουσι δὲ ἐπιεικεῖς εἶναι ἢ
χρησίμους· τοῦτο δὲ αὐτὸ, κἂν
ἐκείνων τις πάθοι πρὸς τοῦ-
τον. εὖνοι μὲν οὖν οὗτοι φαί-
νονται ἀλλήλοις· φίλους δὲ
πῶς ἄν τις εἴποι λανθάνον-
τας, ὡς ἔχουσιν ἑαυτοῖς; δεῖ ἄ-
ρα εὐνοεῖν ἀλλήλοις, καὶ βού-
λεσθαι τἀγαθὰ μὴ λανθάνον-
τας, δι' ἕν τι τῶν εἰρημένων.

*an quod sibi bonum est? discre-
pant enim interdum hæc. Simi-
liter quoque in ipso iucundo. vi-
detur autem quod sibi bonum
est, amare quisque: & esse qui-
dē quod simpliciter bonum est,
amabile: cuiq; vero, quod cui-
que est. at amat quisque, non
quod sibi est bonum, sed quod
apparet. nihil vero referet. v-
nam erit amabile quod appa-
ret. Cum tria vero sint, propter
quæ amant: in amore inanima-
torum amicitia nō dicitur. non
enim est mutuus amor, neque
voluntas illorum boni. ridicu-
lum enim esset fortasse, si vino
quispiam bona vellet. si enim,
saluū illud esse vult, vt ipse ha-
beat. At amico inquiunt bona
velle oportere, illius caussa: eos-
que qui ita bona volunt, bene-
uolos dicunt, si non idem ab illo
fiat. Beneuolentiam enim in par
pari referentib. amicitiam esse.
An addendum est nō latentem?
nā multi beneuoli sunt iis etiam
quos non viderunt, sed existi-
mant probos esse vel frugi. idem
vero etiam, si quis illorum erga
hunc affectus sit. Ac beneuoli
quidem inter se hi videntur, a-
micos autē quomodo quis dicat,
quos latet quo modo erga se af-
fecti sint? oportet igitur vt be-
neuoli mutuo inter se sint, ve-
lintq; bona nō latentes, ob vnum
aliquid eorum, quæ dicta sunt.*

COM.

COMMENTATIONES.

A *πῶς δ' ἂν γένοιτο φανερόν.*) In hoc cap. Aristoteles inuestigat amicitiæ definitionem. Quia autem amicitia est in numero relatiuorum (respicit enim ad aliud aliquid, nẽpe ad illud ipsum, quod amatur: ita vt amicitia sit alicuius rei vel personæ amicitia, id est, *amor erga aliquam rem vel personam*) Ideo Aristoteles quærit, *quodnam sit illud subiectum, circa quod amicitia versatur,* & ex eo subiecto non solum definitionem, sed etiam diuersas species amicitiæ colligit. Et quemadmodũ in definiendis virtutibus initum facit ab earum obiectis tanquam notioribus: ita etiam amicitiã definit ex eius subiectis. Est autem subiectum amicitiæ & illud, quod amatur, seu amore dignum esse iudicatur: atque illud nominatur a Græcis *φιλητὸν amabile*: Neque enim amamus quamlibet rem, sed tantum eam quæ est amabilis, id est, excitat sui in animis nostris amorem. Ideo etiam ipsa amicitia non circa quaslibet res versatur, sed tantum circa ea quæ sunt *φιλητά*, id est, *amabilia.* Est autem τὸ φιλητὸν amabile triplex: vel enim est *ἀγαθὸν bonum*, vel *ἡδὺ iucundum*, vel *χρήσιμον vtile.* Itaque omnia, quæ amantur possunt ad hæc tria referri: nempe quod videntur nobis esse vel bona, vel iucunda, vel vtilia. Hæc autem tria variis modis possunt distingui, ex quib. Aristoteles obiter in hoc loco tres modos ponit. Primum distinguuntur ratione finis. Nam bonum & iucundum se habent vt finis: vtile autem se habet tanquam medium ad finem. Nam ea proprie dicuntur esse vtilia, per quæ consequimur ea, quæ nobis vel bona sunt vel iucunda. Deinde distinguuntur relatione & respectu. Vel enim absolute & simpliciter omnibus sunt bona, iucunda & vtilia, vel tãtum alicui sunt bona, vtilia & iucunda. Tertio distinguuntur *τῇ φύσει natura.*

Amicitiæ obiectum.

Amabile triplex.

Bonum, iucũdum & amabile quid differant.

Vel enim reuera & sua natura sunt bona, iucunda & vtilia: vel sunt *φαινόμενα*, id est, *apparent esse bona, iucunda & vtilia*, quæ solum speciem habent bonitatis, iucũditatis & vtilitatis, reipsa autem talia non sunt. Sed hoc loco Aristoteles quærit, *num hæc omnia eodem modo sint amabilia?* Ad hoc respondet ea esse reuera amabilia, quæ reuera & absolute sunt bona, iucunda & vtilia.

Amabilia quæ reuera sint.

Ea autem quæ solum sunt φαινόμενα non sunt simpliciter amabilia: sed tantum ei, cui pro rei circumstantiis videntur talia esse.

Η τριῶν δ' ὄντων δι' ἃ φιλοῦσιν.) Hæc est altera pars huius cap. in qua Aristoteles talem definitionem amicitię constituit. *Amicitia est beneuolentia minime latens eius ipsius caussa, qua amatur animo concepta, vel propter virtutem, vel propter iucunditatem, vel propter vtilitatem, quam ei inesse putamus.* Huic definitioni respondet ea, quæ est apud Ciceronē lib. 2. de iuuentute, vbi amicitiam sic definit: *Amicitia est voluntas erga aliquem rerum bonarũ illius ipsius caussa, quem diligit, cum eius pari vtilitate.* Definitio autē quæ est in Dialogo de amicitia latius patet, & non tantum cōplectitur eam amicitiam, de qua hic agitur sed generatim de omnium rerum societate intelligi potest, cum ait: *Amicitia est omnium rerum humanarum diuinarumque cum beneuolentia & caritate summa consensio.* Quod vero ad Aristotelis definitionem attinet, eius singulæ partes sunt explicandæ. Ac primum quod ad gen^9 attinet, amicitia dicitur εὔνοια *beneuolentia*, sine qua nulla potest esse vera amicitia. Nā qui alicuius est amicus, is dicitur etiam ei bene velle, alioquin non est ver^9 amicus: Vnde Cicero ait: *Amicitiam a propinquitate, & amicum a propinquis in hoc differre, quod ex propinquitate beneuolētia tolli potest, ex amicitia ea tolli non potest: sublata enim beneuolentia amicitiæ nomen tollitur: propinquitatis autem nomen manet:* Atque hoc verũ esse testatur quotidiana experientia, quod multi reperiuntur, non solum propinqui, sed etiam fratres, qui sibi mutuo non bene volunt, quemadmodum dicitur, *fratrum quoq; gratia rara est*: nihilominus tamen manent propinqui. Nusquam autem reperiuntur amici, qui non etiam sibi mutuo bene velint. Quod si vero non sibi bene mutuo volunt, non amplius possunt dici amici. Differentiæ prædictæ definitionis sunt 4. Prima potest referri ad caussam naturalē siue ad obiectum, circa quod amicitia versatur. Neq; enim *amicitia pōt esse erga omnes res, sed tātum erga eum, qui vicissim nos amat*: atque ideo esse dicitur *mutua beneuolentia*: Ideoque requiritur in eo, qui amatur ἀντιφίλησις *redamatio seu mutuus amor*, vt quem-

Amicitiæ definitio.

Definitionis amicitiæ explicatio.

Definitionis differentia.

quemadmodum ego eum amo, eique benecupio: ita vicissim ipse erga me sit affectus. Si enim ipse me odio habet, non potest inter me & ipsum vera esse amicitia. Atque ideo Plato in Lyside ait: *si amicitia possit esse sine ἀντιφιλήσει, tum sequeretur, quod in amicitia odium possit locum habere, quod est absurdum.* Hâc ob caussam ab amicitia excluduntur, bestiæ & res inanimatæ, erga quas non potest esse amicitia, & si videantur interdum etiam nobis amari, quia in illis non potest esse redamatio, & reciproca quædam beneuolentia, imo ne quidem in illis est volútas, qua possint nobis bene velle. Altera differentia pertinet ad caussam formalem; in qua dicitur, *quod amicitia sit beneuolentia minime latens, id est, manifesta & aperta, quæ in verbis, factis & officiis declaratur.* Atque hoc modo separatur vera amicitia a falsa & simulata eorum, qui simulant tantum verbis aut gestibus, se esse amicos, reipsa autem & factis eam non declarant: Potest n. vera amicitia esse actuosa & officiosa ergâ alterum, & vt Diuus Apostolus Ioan in sua Epistola, *debemus diligere non verbo, sed opere* sed ideo Aristoteles in 2. lib Rhetor ait, *amicum debere πρακτικὸν esse.* Et separatur amicitia a tacita & occulta beneuolentia, quæ interdum etiam potest esse erga eos, quibus nos non noti sumus, aut quibus nihil boni fecimus, aut facere possumus: veluti *si quis bene vult alicui viro bono aut docto, quem tamen nunquam vidit, sed tantum eius virtutem & eruditionem prædicari audiuerit.* Tertia differentia pertinet ad caussam finalem: dicitur enim quod amicitia sit beneuolentia illius ipsius caussa, qui amatur animo concepta; per hanc differentiam separatur amicitia. Primum ab adulatione, qua aliquem amamus, non propter se, sed propter eos, id est, priuatum aliquod commodum, quod ab eo exspectamus. Atque etiam in hoc præcipue adulator differt a vero amico. Nam adulator tantum alterum diligit propter vtilitatem & priuatum suum commodum: verus autem amicus alterum diligit, etsi nihil vtilitatis & commodi ab eo sit accepturus: Deinde per hanc differentiam etiam separatur amicitia ab eo affectu, quo diligimus res inanimatas aut bestias, veluti pecuniam, opes, agros, hortos, vestes preciosas Item equos,

Bestiæ cur ab amicitia excludantur.

II.

III.

Adulator & verus amicus quid differant.

boues, canes, & his similia alia, quæ non propter se, sed quia nobis possunt esse vtilia, amamus, neque illis per se optamus aut cupimus contingere bona, sed tantum propter nos ipsos. Exempli gratia: inquit Aristoteles, ridiculum esset, *si quis equo aut vino bene velit propter equum vel vinum: sed illis bene volumus propter nos ipsos, vt nimirum quo possimus vti in peregrinando, sicut vino possimus vti in bibendo, amico autem debemus bene velle & cupere, quatenus est amicus, non propter nos ipsos.* Quarta differentia pertinet ad caussam efficientem, quæ nimirum impellit nos ad amandum. Horum sunt tres: Primo est, *τὸ ἀγαθὸν*, *bonum*: deinde, *τὸ ἡδὺ*, *voluptas*: tertio, *χρήσιμον*, *vtilitas*. Nam cui existimamus, horum trium aliquid inesse, statim ad eius amorem incitamur: quibus vero nihil horum inesse putamus, eos etiam non solemus amare, ac vicissim hæc tria sunt illæ ipsæ caussæ, quibus etiam alii ad nostrum amorem impelluntur.

ΚΕΦ. γ'.

Διαφέρει δὲ ταῦτα ἀλλήλων εἴδει. καὶ αἱ φιλήσεις ἄρα καὶ αἱ φιλίαι. τρία γάρ ἐστιν εἴδη τῆς φιλίας ἰσάριθμα τοῖς φιλητοῖς. καθ' ἕκαστον γάρ ἐστιν ἀντιφίλησις οὐ λανθάνουσα. οἱ δὲ φιλοῦντες ἀλλήλους, βούλονται τἀγαθὰ ἀλλήλοις ταύτῃ, ᾗ φιλοῦσιν. οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες ἀλλήλους, οὐ καθ' αὑτοὺς φιλοῦσιν, ἀλλ' ᾗ γίγνεταί τι αὐτοῖς παρ' ἀλλήλων ἀγαθόν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δι' ἡδονήν. οὐ γὰρ τῷ ποιούς τινας εἶναι, ἀγαπῶσι τοὺς εὐτραπέλους, ἀλλ' ὅτι ἡδεῖς αὐτοῖς. οἵ τε δὴ διὰ τὸ χρήσι-

CAP. 3.

Ea vero inter se specie differunt: ergo amores quoque & amicitia. tres enim sunt species amicitiæ æquales numero rebus amabilibus. in vnoquoque enim est mutuus amor non latens. qui autem alij alios inter se amant, volunt sibi inuicem bona eatenus, quatenus amant. Qui ergo propter vtilitatem amant inter se, non per se amant, sed quatenus aliquod a se mutuo fit bonum. simili modo qui propter voluptatem. non enim quia cuiusdam modi sint, vrbanos diligunt, sed quia iucundi ipsis sint. itaque qui ob vtili-

vtilitatem amant, ob id quod sibi est bonum diligunt: & qui ob voluptatem, ob id quod delectantur, & non quatenus est ille qui amatur, sed quatenus est vtilis, vel iucundus. ex accidēti igitur amicitiæ hæ sunt. nō enim quatenus est quicunq; is sit, qui amatur, eatenus amatur, sed quatenus suppeditant, hi bonum aliquid, illi voluptatem. huiusmodi ergo amicitiæ dissolui faciles possunt, cum non permaneant similes. nā si non amplius iucūdi aut vtiles fuerint, amare desistunt. at vtile non permanet, sed aliàs aliud fit. Dissoluto igitur eo propter quod amici erant, amicitia quoq; dissoluitur, quippe cum amicitia propter illa esset. maxime vero in senibus huiusmodi amicitia videtur oriri. nō enim qui hac ætate sunt, iucundum persequuntur, sed vtile: & in constanti ætate & ex iuuenibus qui vtilitatem sectantur. Tales autem neque valde vna viuunt alij cum alijs. quandoque enim neq; sunt iucundi: neq; talem consuetudinem desiderant, nisi vtiles sint. Eatenus enim sunt iucundi, quatenus bonum sperant: inter has autem hospitalem etiam ponunt. At iuuenum amicitia, esse ob voluptatem videtur. affectu enim hi viuunt, & maxime sectantur quod sibi iucundum est, quodque est præsens.

μον φιλοῦντες, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν στέργουσι, καὶ οἱ δι' ἡδονὴν διὰ τὸ αὐτοῖς ἡδύ· καὶ οὐχ ᾗ ὁ φιλούμενός ἐστιν, ἀλλ' ᾗ χρήσιμος, ἢ ἡδύς. κατὰ συμβεβηκός τε δὴ αἱ φιλίαι αὗταί εἰσιν. οὐ γὰρ ᾗ ἐστὶν, ὅς ποτέ ἐστιν ὁ φιλούμενος ταύτῃ φιλεῖται, ἀλλ' ᾗ πορίζουσιν, οἱ μὲν ἀγαθόν τι, οἱ δ' ἡδονήν. εὐδιάλυτοι δὲ αἱ τοιαῦταί εἰσι, μὴ διαμενόντων αὐτῶν ὁμοίων. ἐὰν γὰρ μηκέτι ἡδεῖς, ἢ χρήσιμοι ὦσι, παύονται φιλοῦντες. τὸ δὲ χρήσιμον οὐ διαμένει, ἀλλ' ἄλλοτε γίνεται ἄλλο. ἀπολυθέντος οὖν δι' ὃ φίλοι ἦσαν, διαλύεται καὶ ἡ φιλία, ὡς οὔσης τῆς φιλίας πρὸς ἐκεῖνα. μάλιστα (B) δ' ἐν τοῖς πρεσβύταις ἡ τοιαύτη φιλία δοκεῖ γίνεσθαι. οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ οἱ τηλικοῦτοι διώκουσιν, ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ τῶν ἐν ἀκμῇ καὶ νέων, ὅσοι τὸ συμφέρον διώκουσιν. οὐ πάνυ δ' οἱ τοιοῦτοι, οὐδὲ συζῶσι μετ' ἀλλήλων. ἐνίοτε γὰρ οὐδ' εἰσὶν ἡδεῖς. οὐδὲ δὴ προσδέονται τῆς τοιαύτης ὁμιλίας, ἐὰν μὴ ὠφέλιμοι ὦσιν. ἐπὶ τοσοῦτον γάρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ' ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ. εἰς ταύτας δὲ καὶ τὴν ξενικὴν τιθέασιν. ἡ δὲ (C) τῶν νέων φιλία δι' ἡδονὴν εἶναι δοκεῖ. κατὰ πάθος γὰρ οὗτοι ζῶσι, καὶ μάλιστα διώκουσι τὸ ἡδὺ αὐτοῖς, καὶ τὸ παρόν.

τῆς ἡλικίας δὲ μεταπιπτούσης, καὶ τὰ ἡδέα γίγνεται ἕτερα. διὸ ταχέως γίγνονται φίλοι καὶ παύονται. ἅμα γὰρ τῷ ἡδεῖ ἡ φιλία μεταπίπτει. τῆς δὲ τοιαύτης ἡδονῆς ταχεῖα ἡ μεταβολή. καὶ ἐρωτικοὶ δὲ οἱ νέοι. κατὰ πάθος γὰρ καὶ δι' ἡδονὴν τὸ πολὺ τῆς ἐρωτικῆς. διόπερ φιλοῦσι καὶ ταχέως παύονται πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας μεταπίπτοντες. συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν οὗτοι βούλονται. γίνεται γὰρ αὐτοῖς τὸ κατὰ φιλίαν οὕτως. D τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία, καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων. οὗτοι γὰρ τἀγαθὰ ὁμοίως ἀλλήλοις βούλονται, ᾗ ἀγαθοὶ· ἀγαθοὶ δ' εἰσὶ καθ' αὑτούς. οἱ δὲ βουλόμενοι τἀγαθὰ τοῖς φίλοις, ἐκείνων ἕνεκα, μάλιστα φίλοι. δι' αὑτοὺς γὰρ οὕτως ἔχουσι, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. διαμένει οὖν ἡ τούτων φιλία, ἕως ἂν ἀγαθοὶ ὦσι. ἡ δ' ἀρετὴ μόνιμον. καὶ ἔστιν ἑκάτερος ἁπλῶς ἀγαθὸς, καὶ τῷ φίλῳ. οἱ γὰρ ἀγαθοὶ, καὶ ἁπλῶς ἀγαθοὶ, καὶ ἀλλήλοις ὠφέλιμοι, ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς. οἱ ἀγαθοὶ γὰρ καὶ ἁπλῶς ἡδεῖς, καὶ ἀλλήλοις. ἑκάστῳ γὰρ καθ' ἡδονήν εἰσιν αἱ οἰκεῖαι πράξεις. καὶ αἱ τοιαῦται τῶν ἀγαθῶν δὲ αἱ αὐταὶ, ἢ ὅμοιαι. ἡ τοιαύτη δὲ φιλία, μόνιμος εὐλόγως ἐστί. συνάπτει γὰρ ἐν αὐτῇ πάνθ' ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν.

mutata autem ætate, iucunda ipsa etiam diuersa fiunt. itaque cito amici fiunt, & esse desinũt. amicitia enim mutatur vna cum iucundo. Talis vero voluptatis velox mutatio est. iuuenes etiam ad amores procliues sunt. pro affectu enim & ex voluptate magna pars amorum est: ideo amant, & cito desistunt, sæpe eodem die mutantes, simul vero toto die versari, & conuiuere hi volunt. fit enim eis amicitia hoc modo. Perfecta vero est bonorum amicitia, & eorum qui virtute sunt similes. Hi enim mutuo sibi bona similiter volunt, quatenus sunt boni: boni autem sunt per se. at qui amicis bene volunt, illorum caussa, maxime amici sunt: nam per se ita habent, & non ex accidenti. horum itaque amicitia permanet, quoad boni fuerint: virtus vero stabilis res est. estq; vterque simpliciter bonus, atque amico. Nam boni & simpliciter, & sibi mutuo prosunt: & iucundi similiter: boni enim sunt & simpliciter, & sibi mutuo iucundi. sua enim cuiusque propria actiones, & tales voluptatem afferunt: at bonorum tales, vel similes sunt. talis autem amicitia, stabilis merito est. in ipsa enim omnia quæ in amicis esse debent, connectuntur.

Nam

Nam omnis amicitia est ob bonum, aut ob voluptatem, vel simpliciter, vel amanti, & per similitudinem quandam. hac vero ratione omnia dicta iis per se insunt. huic enim similia etiam reliqua & simpliciter bonum, & iucundum simpliciter inest. hac autem maxime amabilia sunt; & amare etiam & qua maxime est amicitia atq; optima, in his est. Par autem est, ut rara tales sint. nā pauci huiusmodi sunt. Preterea vero tẽpore & consuetudine indiget. nā, ut est in prouerbio, fieri nequit, ut sese alii alios cognoscāt, prius quam salis modum quem dicunt consumserint: neq; prius admittant, neq; sint amici, quā alter alteri amabilis & videatur esse, & credatur. Qui autem cito qua amorem conciliant inter se faciunt. volunt quidem esse amici, non sunt tamen, nisi & amabiles sint, & id sciant. ac voluntas quidem amicitia est velox, amicitia minime. hac igitur & tempore, & reliquis perfecta est, ex omnibusque his exsistit, similisque vtriq; ab vtroque est, quod inesse amicis necesse est.

πᾶσα γὰρ φιλία δι' ἀγαθόν ἐστιν, ἢ δι' ἡδονήν, ἢ ἁπλῶς, ἢ τῷ φιλοῦντι, καὶ καθ' ὁμοιότητά τινα. ταύτῃ δὲ πάντα ὑπάρχει τὰ εἰρημένα καθ' αὑτούς. ταύτῃ γὰρ ὅμοια καὶ τὰ λοιπά, τό, τε ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ ἁπλῶς ἐστί. μάλιστα δὲ ταῦτα φιλητά. καὶ τὸ φιλεῖν δὲ καὶ ἡ φιλία ἐν τούτοις μάλιστα καὶ ἀρίστη. σπανίας δ' εἰκὸς τὰς τοιαύτας εἶναι· ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι. ἔτι δὲ προσδεῖται χρόνου καὶ συνηθείας. κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους, πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι· οὐδ' ἀποδέξασθαι δὴ πρότερον, οὐδ' εἶναι φίλους, πρὶν ἑκάτερος ἑκατέρῳ φανῇ φιλητὸς καὶ πιστευθῇ. οἱ δὲ ταχέως τὰ φιλικὰ πρὸς ἀλλήλους ποιοῦντες, βούλονται μὲν φίλοι εἶναι, οὐκ εἰσὶ δέ, εἰ μὴ καὶ φιλητοί, καὶ τοῦτ' ἴσασι. βούλησις μὲν γὰρ ταχεῖα γίνεται φιλίας, φιλία δ' οὔ. αὕτη μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν χρόνον, καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ τελεία ἐστι, καὶ κατὰ πάντα ταῦτα γίνεται, καὶ ὅμοια ἑκατέρῳ παρ' ἑκατέρου. ὅπερ δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν.

E

COMMENTATIONES.

A διαφέρει δὲ ταῦτα) Post definitionem amicitiæ Arist. optimo ordine progreditur ad eius diuisionem, quā colligit ex tribus eius obiectis, de quibus in præcedente cap.

dictum est. Argumentatur autem ab initio cap. hoc modo: *Quarũ facultatũ obiecta specie differunt, hæ ipsæ quoq; facultates differunt specie.* Sed *amicitiæ obiecta specie inter se differunt.* Ergo *etiam ipsæ amicitiæ specie inter se differunt.* Cum autem tria sint obiecta amicitiæ, specie inter se differentia, nempe bonum, iucundum, & vtile: igitur sunt etiam tres diuersæ species amicitiæ, quarum vna dicitur *honesta*, quæ exsistit propter virtutẽ & honestatem, quam inesse putamus ei, quem amamus: altera dicitur *iucunda*, quæ exsistit propter voluptatẽ, quam percipimus ab eo, quem amamus: tertia nominatur amicitia *vtilis*, quæ suscipitur propter vtilitatem, quam speramus nos consecuturos ab eo, quem amamus. Distinguuntur autem hæ tres species duobus præcipue modis: Primo, sua natura: Nam amicitia honesta dicitur amicitia per se, quando in ea etiam amicus amatur propter se, id est, propter virtutem, qua præditus est: virtus autem per se est amabilis, seu amore digna: reliquæ autem duæ amicitiæ, nempe ea, quæ est propter voluptatem, & ea, quæ est propter vtilitatem, dicuntur tantũ amicitiæ per accidens, quoniam in illis amicum, non propter seipsum, sed potius propter nos amamus: quatenus nimirum speramus, eum nobis esse posse iucundum & vtilem, alioquin enim a nobis non amaretur. Atq; hoc est primum discrimen. Deinde etiam distinguuntur tempore & stabilitate: Nam amicitia honesta est stabilis, firma, & diuturna, quia exsistit propter virtutẽ, quæ est res firmissima, vt in 2. lib. dictum fuit: reliquæ vero duæ species sunt instabiles & momentaneæ, quia earũ caussæ, nempe voluptas & vtilitas, facile mutantur, aut etiam omnino tolluntur. Vnde etiam necesse est, ipsas amicitias tolli. Nam sublata caussa tollitur effectus: ita sublata vtilitate vel voluptate, propter quam amicitia fuit suscepta, iterum etiam ipsa amicitia tollitur. Vnde etiam Cic. ait in Lælio: *Quas amicitias vtilitas conglutinat, easdẽ commutata resoluit.* Quod & testantur quotidiana exempla eorũ, qui, cum fortuna est secunda, amici videntur optimi, mutata autẽ fortuna desinunt esse amici, quemadmodũ dicitur:

Dum fueris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Amicitiæ tres species: *Honesta.* *Iucunda.* *Vtilis.* *Quid inter se differant.* I. II.

B μάλι-

Tria in singulis amicitiæ speciebus consideranda.

Amicitia vtilis inter quos locũ habeat?

Amicitia vtilis qualis sit? quomodo probanda?

Μάλιστα δ' ἐν τοῖς.) Hæc est altera pars cap. in qua singulas tres amicitiæ species Aristot. breuiter explicat. Copiosius autẽ de his etiam in sequentibus est acturus. Tria autẽ in singulis speciebus sunt consideranda: *1. inter quos homines vnaquaq; species maxime locũ habeat. 2. qualis ea sit. 3. quo pacto sit colenda.* Agit autẽ in præsenti textu de amicitia vtili, & ostendit, inter quos ea locum habeat, nempe inter senes. Est ergo propositio huius loci, quæ statim ab initio textus exponitur: *Amicitia, quæ est propter vtilitatẽ, maxime inter senes locũ habere videtur.* Ratio propositionis sumitur a proprio senum. Sunt enim natura, *vt lib. 1. Rhet. ait, φιλοχρήματοι, pecuniæ amantes seu auari,* quemadmodum etiam supra in lib. 4. dictum fuit, *auaritiam esse peculiare & proprium vitium senum.* Terent. inquit: *Senes esse ad rem attentiores.* Caussa huius rei est imbecillitas virium: Quia enim non possunt amplius laborare, & suis laboribus sibi necessaria acquirere, quemadmodum in iuuentute: ideo magis amant pecuniam, quia sperant, se per eam posse sibi ea comparare, quæ ipsis propriis viribus & robore corporis comparare amplius non possunt. Itaq; etiam amant eiusmodi homines, qui ipsis possunt esse vtiles. Senibus vero etiam annumerat Aristot. omnes alios homines, qui hoc vitio auaritiæ laborãt, etiamsi sint iuuenes. Vnde fit, vt pleriq; eos maxime ament, a quibus sperant, se aliquid cõmodi aut lucri habituros. Ideo Ouid. ait: *Vulgus amicitias vtilitate probat,* id est, *pleriq; amicitiã & amicos æstimant ab vtilitate.* Atq; hæc de prima quæstio. inter quos amicitia vtilis præcipue habet locũ. Quod ad alteram quæst. attinet, qua quæritur, *qualis sit illa,* de ea in præcedente textu dictum fuit, nempe quod sit εὐδιάλυτος, id est, *facile possit solui & iterum dirimi.* Nam sublata vtilitate, etiam ipsa amicitia tollitur. De tertia quæst. *quomodo ea sit colenda.* Duo Aristot. tradit præcepta: Primum est, vt omnia eo referãtur, vt alter alteri sit vtilis: deinde ait, hãc amicitiam nõ admodum requirere mutuã conuersationem: partim, quia senes plerunq; sunt morosi & difficiles, cum talibus autem nemo libenter versatur: partim, quia tales possunt sibi mutuo esse vtiles, etiamsi non simul versentur: quemadmodum videre licet in amicitia

& societate mercatorum, qui licet in diuersis viuant regionibus & ciuitatibus, tamen possunt sibi mutuo esse vtiles in commodandis & transportandis, coemendis aut vendendis mercibus. Ita mercatores, qui viuunt Venetiis, possunt vtiles esse iis, qui viuunt Lugduni aut Argentinæ, aut aliis locis, & hi vicissim illis. Imo (inquit Aristoteles) conuersationem in tali amicitia interdum esse ingratam iis ipsis, qui hoc modo inter se sunt amici, propterea quod semper metuunt, nè alter alterius commodum impediat, aut eius artes, fraudes, aut dolos in faciendo lucro aut quæstu animaduertat. Postremo monet Aristoteles, ad amicitiam vtilem referri posse etiam eam, quæ nominatur φιλία ξενική, id est, *amicitia hospitalis*, siue, *vt Cicero ait*, ius & societas hospitii. Nam hæc etiam vtilitas omnibus grata solet inter aliquos constitui, & colitur etiam ab iis, qui non simul viuunt, sed locis inter se sunt distincti.

Amicitia iucunda. C ἡ δὲ τῶν νέων φιλία) Altera species amicitiæ est ea, quæ exsistit propter voluptatem, cum aliqui se mutuo amant, nullam aliam ob caussam, quam quod sibi mutuo sunt iucundi, & alter alteri affert voluptatem: de hac etiam tria prædicta explicantur: nempe primo, *inter quos habeat locum*: secundo, *qualis ea sit*: tertio, *quo pacto sit colenda*.

inter quos locũ habeat? Quod ad primum attinet, amicitia iucunda, quæ voluptatis caussa exsistit, vt plurimum inter iuuenes locum habere videtur. Iuuenes enim variis affectibus & cupiditatibus rapiuntur: atque ideo voluptatem & recreationem expetunt, vt possint suis affectibus & cupiditatibus satis facere: itaque quærunt etiam tales amicos, cum quibus possint esse hilares & lætæ mentis. Hinc est, quod subinde occasiones capiunt ludendi, currendi, saltandi, deambulandi, potandi, & similium actionum, vt possint genio suo indulgere.

qualis sit? De altero, id est, *qualis sit hæc amicitia?* inquit Aristoteles, *eam esse εὐδιάλυτον*, id est, *instabilem & infirmam, quæ facile possit iterum dirimi & dissolui.* Idque propter tres caussas: Prima est ipsa ætas iuuenilis, qui per se inconstans est & mutabilis, inde fit, vt iuuenes cito & facile incipiant amare, cito etiam & facile desinant amare. Quod testatur ipsa experientia, nimirum cito & faci-

& facile vno eodemque die aliquos fieri amicos, & rursus inimicos. Vt enim propter caussas leues incipiunt amare: ita & propter leuissimas desinunt amare. Altera caussa est, natura bonitatis, quæ non diu eadem permanet, sed subinde mutatur, & plerunque desinit in dolorem: itaque mutata voluptate, etiam ipsa amicitia, quæ voluptatis gratia fuerat contracta, iterum mutatur & dissoluitur. Tertia caussa, quia iuuenes propter affectuum vehementiam facile offenduntur. Vnde etiam inter illos crebro exsistunt rixæ & contentiones, propter quas statim renuntiant amicitiam. De tertio, id est, de modo colendi hanc amicitiam, hæc amicitia maxime requirit conuersationem. Nam præsentia amicorum adfert voluptatem. Vnde etiam videmus, amicos subinde captare occasionem, qua conuenire possint, & sese mutuo oblectare colloquiis, ludis, & ambulationibus, & aliis recreationibus. Etenim quam quis amat, eam cupit esse præsentem, & eius præsentia frui, vt contra, qui rem aliquam non amat, is eam non cupit esse præsentem, sed potius ab eius conspectu fugit.

quomodo colenda?

D τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν.) Tertia species amicitiæ dicitur amicitia honesta, quia exsistit propter virtutem & honestatem. In hac eadem tria sunt notanda: nempe, *in quibus locum habeat*: deinde, *qualis sit*: & tertio, *quomodo sit colenda*. De prima, amicitia honesta secundum locum habet inter viros bonos: quemadmodum Cicero ait in Lælio, *veram amicitiam non nisi inter bonos esse posse*. Et caussa huius est: *quia sola virtus eam conciliat, eiusq; est caussa efficiens.* Virtus autem non est, nisi in viris bonis, sine qua nemo potest viri boni nomen habere aut tueri. De secunda, qualis hæc sit amicitia, Aristoteles duas esse notas indicat: Prima est, quod dicit, eam esse τελείαν, id est, *perfectam*. Altera, quod dicit, eam esse σπανίαν, id est, *raram*. Quod perfecta sit, probat tribus argumentis: Primum tale est: *In qua amicitia se mutuo propter se amici, non propter aliam caussam amant, ea est perfecta.* Sed *amicitia honesta talis est.* Ergo, &c. Maior manifesta est ex diuisione amicitiæ, quæ in præcedente cap. fuit posita. Dictum enim fuit,

Amicitia honesta.

inter quos locũ habeat?

qualis sit?

Esse perfectam.

amicitiam esse mutuam beneuolentiam eius ipsius, qui amatur caussa, animo concepta. Nam qui amicum propter aliam caussam, quam illius ipsius caussa amat, is nō est verus amicus, sed adulator potius, quam amicus dicendus. Minor manifesta est ex caussa efficiente: *quia enim virtus hanc amicitiam efficit, & ipsa virtus per se amatur. Igitur etiam amicus, qui propter virtutem amatur, per se amatur, & per consequens, talis amicitia, est per se, & non per accidens.* Alterum argumentum: *Quæ amicitia firma est & stabilis, ea est perfecta: nam stabilitas & diuturnitas rerum sunt signa alicuius perfectionis, quod apparet ex contrario: omnia enim non perfecta non sunt diuturna.* Sed *amicitia honesta, quæ propter virtutem est contracta, est firma & stabilis, quoniam ipsa virtus, quæ eius est caussa efficiens, est stabile quiddam & firmum, vt in lib. 1. cap. 3. dictum fuit. Ergo etiam est perfecta amicitia hæc.* Tertium argumentum: *Quæ amicitia in se complectitur omnia amabilia, ea est perfecta.* Sed *amicitia honesta*, &c. Ergo. Minor probatur: *quia in virtute sunt omnia tria amabilia, honesta, iucunda, & vtilia.* Quia primum virtus efficit viros bonos & honestos: deinde, quia virtus non est otiosa qualitas in homine, sed actuosa, id est, facit, vt homo, qui ea præditus est, in sua vita & actionibus aliis sit vtilis: tertio, quia actiones virtutis habent in se veram voluptatem, atque ideo sunt iucundæ viro bono. Proprium est enim viri boni, vt ea agat, quæ sunt honesta cum voluptate.

II.

III.

Σπανίας δ' εἰκὸς τὰς τοιαύτας.) Altera nota veræ & honestæ amicitiæ σπανία, id est, *rara*, probatur duabus rationibus. Prima sumitur a circumstantia personarum: quoniam enim pauci & rari reperiuntur boni, qui virtutis & honestatis sunt studiosi. Igitur & bonorum amicitia est rara. Quod etiam Cicero in Lælio affirmat, vbi ait, *raros esse homines eos, quibus in ipsis inest caussa, cur diligantur.* Hinc etiam dicit, factum esse, *vt ex omnibus seculis vix tria aut quatuor paria verorum amicorum sint reperta.* Numerantur enim a scriptoribus præcipue hæc quatuor paria amicorum, vt *Pyladis & Orestis, Damonis & Pythiæ, Achillis & Patrocli, Thesei & Pyrithoi*: ac passim Poetæ conqueruntur de raritate bonorum virorum;

Esse raram.

Amicorū quatuor paria.

rorum: quemadmodum Virgilius in suo poëmate de viro bono conqueritur, *Apollinem ex multis millibus hominum vix vnum reperisse*, cum ait:

> *Vir bonus & sapiens qualem vix reperit vnum,*
> *Millibus ex multis hominum consultus Apollo.*

Et Iuuenalis Satyr. 13. affirmat, *vix septem bonos posse reperiri*, cum ait:

> *Rari quippe boni vix sunt numero totidem, quot*
> *Thebarum porta vel diuitis ostia Nili.*

Altera ratio est a circumstantia temporis: *Ea amicitia, quæ indiget temporis diuturnitate, & lōga atq; diligenti exploratione atq; conuersatione, est rara.* Sed *amicitia honesta talis est.* Ergo. Minor probatur a communi quodam prouerbio, cuius etiam Cicero in Lælio meminit, quo dicitur: *Multos modios salis simul edendos esse, antequam verum amicum quis possit cognoscere.* Quo prouerbio indicatur, *verum amicum non posse vnico aut altero die cognosci, sed requirere longam conuersationem in vtraque fortuna, maxime vero in aduersa, in qua præcipue fides veri amici cognoscitur.* Hinc etiam Germani dicunt, Du hast noch kein Sester Saltz mit jhm gefressen/ cum volunt indicare, aliquem non satis explorasse alterius ingenium, & mores, & in hac parte vera amicitia differt a reliquis duabus speciebus. Nam quis amicus sit vtilis & iucundus, cito potest cognosci, quis amicus & vir bonus non ita facile & cito potest cognosci: quia multi possunt ad tempus celare suam nequitiam, & virtutem simulare. Quod vero aliqui interdum reperiuntur, qui etiam statim verorum amicorum officia solent præstare: de his inquit Aristoteles, *quod non propterea statim pro veris amicis sint habendi: sed prius diligenter eos esse explorandos, vtrum φιλητοὶ sint amore digni*, id est, *vtrum tenera in se habeant ea, quæ sunt amanda.*

Amicitia honesta quid differat a ceteris.

ΚΕΦ. δ'.

A Ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ, ὁμοίωμα ταύτης ἔχει. καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ, ἡδεῖς ἀλλήλοις, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον. καὶ γὰρ τοιοῦτοι ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί. μάλιστα δὲ καὶ ἐν τούτοις αἱ φιλίαι διαμένουσιν, ὅταν τὸ ἴσον γίγνηται παρ' ἀλλήλων, οἷον ἡδονὴ, καὶ μὴ μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, οἷον τοῖς εὐτραπέλοις, καὶ μὴ ὡς ἐραστῇ καὶ ἐρωμένῳ. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἥδονται οὗτοι, ἀλλ' ὁ μὲν ὁρῶν ἐκεῖνον, ὁ δὲ θεραπευόμενος ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ· ληγούσης δὲ τῆς ὥρας ἐνίοτε καὶ ἡ φιλία λήγει· τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ ὄψις ἡδεῖα, τῷ δὲ οὐ γίνεται ἡ θεραπεία· πολλοὶ δ' αὖ διαμένουσιν, ἐὰν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἤθη στέρξωσιν, ὁμοήθεις ὄντες. οἱ δὲ μὴ τὸ ἡδὺ ἀντικαταλλαττόμενοι, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ εἰσὶν ἧττον φίλοι, καὶ διαμένουσιν. οἱ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον ὄντες φίλοι, ἅμα τῷ συμφέροντι διαλύονται. οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, B ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς. δι' ἡδονὴν μὲν οὖν καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ φαύλους ἐνδέχεται φίλους ἀλλήλοις εἶναι, καὶ ἐπιεικεῖς φαύλοις, καὶ μηδέτερον ὁποιῳοῦν. δι' αὑτοὺς δὲ δῆλον ὅτι μόνους τοὺς ἀγαθούς. οἱ γὰρ κακοὶ οὐ χαίρουσιν ἑαυτοῖς, εἰ μή τις ὠφέλεια γίγνοιτο.

CAP. 4.

Quæ autem ob iucundũ est, huius similitudinem habet. nam boni iucundi inter se sunt: simili modo quoque quæ ob utilitatem. etenim boni tales erga se mutuo sunt. Maxime autem inter hos etiam amicitiæ perdurant, cum æquum ab illis mutuo seruatur, ut voluptas: neq; tantummodo ita, verum etiam ab eodem ut urbanis, ac non amatori & amato. non enim iisdem oblectantur hi, sed alter amore illius, alter obsequiis amatoris gaudet. At desinente ætatis flore, quandoque etiam amicitia desinit. alteri enim facies non amplius iucunda est, alteri obsequium non præstatur. Multi autem item permanent, si ex consuetudine mores dilexerunt, pares moribus cum sint. At qui non iucunditatem compensant, sed utilitatem in amoribus, & minus amant, & perseuerant: qui vero ob utilitatem sunt amici, una cũ utilitate dissoluuntur. Nam non sui mutuo erant amici, sed utilitatis. Atque ob voluptatem quidem & utilitatem & prauos contingit amicos esse inter se, & bonos prauis, & neutrum cuilibet. at per se ipsos non nisi bonos esse manifestũ est. praui enim mutuo non oblectantur, nisi utilitas aliqua oriatur:

solaq;

solaque bonorum amicitia inculpata est. non enim est facile cuipiam de eo credere, qui longo tempore ab ipsis fuerit probatus, & fides in his est, & nulla iniuria afficiunt, & quæ alia in vera amicitia postulantur. In aliis vero nihil vetat oriri talia. nam cum homines amicos etiam vocẽt, qui ob vtilitatem, vt ciuitates (videntur enim societates ciuitatibus fieri vtilitatis caussa) & eos qui ob voluptatem se mutuo diligunt, vt pueri fortasse quidem dicamus oportet tales homines amicos. at species amicitiæ plures: primo quidem & proprie eam, quæ bonorum est, quatenus sunt boni: reliquas vero per similitudinem. quatenus enim bonum quid & simile est, eatenus sunt amici. etenim iucundum quoddam bonum est, iis quib. iucunda placent, sed non admodum hæ coalescunt: neque iidem amici fiunt ob vtilitatem & ob iucunditatem. non enim valde copulantur quæ ex accidenti sunt. Cum vero in has species amicitia distributa sit, praui amici erunt ob voluptatem, vel ob vtilitatem: qui hac re sunt similes: boni vero propter se ipsos amici. siquidem ex eo quia boni sunt. atque hi simpliciter amici: illi ex accidenti sunt, & quia cum his habent similitudinem.

καὶ μόνη δ' ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία ἀδιάβλητός ἐστιν. οὐ γὰρ ῥᾴδιον οὐδενὶ πιστεῦσαι περὶ τοῦ ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑπ' αὐτῶν δεδοκιμασμένου, καὶ πιστεύειν ἐν τούτοις, καὶ τὸ μηδέποτ' ἂν ἀδικῆσαι, καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τῇ ὡς ἀληθῶς φιλίᾳ ἀξιοῦται. ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις οὐδὲν κωλύει γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα. ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγουσι φίλους καὶ τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον, ὥσπερ αἱ πόλεις (δοκοῦσι γὰρ αἱ συμμαχίαι ταῖς πόλεσι γίνεσθαι ἕνεκα τοῦ συμφέροντος) καὶ τοὺς δι' ἡδονὴν ἀλλήλους στέργοντας, ὥσπερ οἱ παῖδες ἴσως μὲν δεῖ λέγειν, καὶ ἡμᾶς φίλους τοὺς τοιούτους. εἴδη δὲ καὶ τῆς φιλίας πλείω, καὶ πρώτως μὲν καὶ κυρίως τὴν τῶν ἀγαθῶν ᾗ ἀγαθοί. τὰς δὲ λοιπὰς, καθ' ὁμοιότητα. ᾗ γὰρ ἀγαθόν τι καὶ ὅμοιόν τι, ταύτῃ φίλοι. καὶ γὰρ τὸ ἡδὺ, ἀγαθόν τι τοῖς φιληδέσιν. οὐ πάνυ δ' αὗται συνάπτουσιν· οὐδὲ γίνονται οἱ αὐτοὶ φίλοι διὰ τὸ χρήσιμον καὶ ἡδύ. οὐ γὰρ πάνυ συνδυάζεται τὰ κατὰ συμβεβηκός. εἰς ταῦτα δὲ τὰ εἴδη τῆς φιλίας νενεμημένης, οἱ μὲν φαῦλοι ἔσονται φίλοι δι' ἡδονὴν, ἢ τὸ χρήσιμον, ταύτῃ ὅμοιοι ὄντες. οἱ δ' ἀγαθοὶ, δι' αὑτοὺς φίλοι. ᾗ γὰρ ἀγαθοί. οὗτοι μὲν οὖν ἁπλῶς φίλοι. ἐκεῖνοι δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ τῷ ὡμοιῶσθαι τούτοις.

COMMENTATIONES.

Amicitia honesta cum duabus reliqs comparatio.

A ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδύ.) In hoc cap. Aristoteles comparat amicitiam honestam, quæ est propter virtutem cum duabus reliquis speciebus amicitiæ, quæ sunt propter voluptatem & vtilitatem, & hac comparatione ostendit, quid inter se habeāt cōmune, & quid diuersum. Quod igitur ad cōmunionē attinet, Aristoteles ostendit amicitiam, quæ est propter virtutem & honestatē cum reliquis duabus speciebus habere cōmune quod etiam vtilitatem & voluptatem in se habet, *quemadmodum in precedēte cap. dictum fuit.* Nam viri boni etiamsi præcipue propter virtutem sunt amandi, tamen etiam ideo amādi sunt, quia possunt esse aliis iucundi & vtiles: vnde etiam fit vt eorum conuersatio non tantū [illegible] honesta aliis, sed etiam iucūda & vtilis: Deinde d[illegible] reliquæ species amicitiæ, q̄ sunt propter voluptatem & [illegible]litatē etiam hoc habent cōmune cum amicitia hone[illegible] quod interdum etiā possunt esse stabiles & diuturnæ. idq; duob. præcipue modis Primū quando vtrinq; ab amicis, qui propter vtilitatē & iucunditatē se mutuo amant, existit æquabilis compensatio officiorum, id est, quando sibi mutuo pariter sunt vel iucundi, vel vtiles Nam alioquin, si non sibi mutuo respondeāt paribus officiis, & non compensent vtilitatem pro vtilitate, & voluptatem pro voluptate, tum non diu possunt amici manere, quia altera pars defraudatur suo fine, propter quem amicitiam contraxerat.

Amicitiæ compēsatio duplex

Compensatio autem ista in amicitia vel fit secundum similitudinem, quando omnia similia pro similibus retribuuntur: veluti, *vt dictum est*, pro vtilitate vtilitas, pro voluptate voluptas, & tunc firma manet amicitia, quamdiu ista compensatio durat. vel non fit plane secūdum similitudinem officiorum: sed in rebus dissimilibus. In hac compensatione notandum est, vt altera pars consideret, quibus officiis potissimum altera pars cupiat sibi fieri compensationem. Nam si iis officiis velit compensare amorem, quæ altera pars non desiderat, tum dissoluitur etiam amicitia. Exempli gratia, si pauper amat diuitem, quod sperat ab eo commodum & vtilitatem. Diues autem pauperi nolit prodesse, & eius amorem

rem vtilitate compenſare: ſed potius viciſſim eum amare, & ſic ſolum amorem pro amore retribuere: tum pauper deſinit eum amare, quia non conſequitur finem, quem ipſe exſpectarat. Sic ẽt ſi quis in amicitia pro voluptate quam alter ſpectat, velit retribuere vtilitatem, aut pro vtilitate voluptatem, talis compenſatio non profutura eſt alteri parti grata: & propterea etiam ipſa amicitia, quæ propter has cauſſas fuerat ſuſcepta, non poterit diu conſiſtere. Itaque amicitiæ propter voluptatem & vtilitatem ſuſceptæ, per ſe & ſua natura non ſunt durabiles: ſed infirmæ & incertæ. Tum autem fiunt ſtabiles, quando officiorum & beneficiorum æquabilis vtrinque exſiſtit compenſatio: Atque hoc declarat Ariſtoteles exemplo amatoriæ amicitiæ: In qua eſt amans ſiue amator, & eſt amatus is, qui amatur. In hac, quando forma ſeu pulcritudo eius, qui amatur, deſinit, tum etiam, amare deſinit, & ita ceſſat amicitia. Sic etiam is, qui amabatur, quoniam non amplius colitur ab eo, qui amauit, etiam viciſſim deſinit eum amare, quod etiam in amicitia propter vtilitatem ſolet accidere, quoniam alter alteri deſinit eſſe vtilis. Nam ceſſante cauſſa efficiente, ceſſat etiam effectus.

Eſt etiam alter quidam modus, per quem hæ duæ ſpecies amicitiæ etiam poſſunt eſſe ſtabiles & firmæ. Quoniam ſcil. ex longa conuerſatione & conſuetudine inter eos, qui ſolum vtilitatis & voluptatis gratia ſe mutuo ab initio amarunt, etiam nata eſt quædammorum & ſtudiorum ſimilitudo. Tunc enim tales incipiunt ſe mutuo propter ſe amare, non propter vtilitatem & voluptatem. Etenim in hac parte magna vis eſt conſuetudinis, quæ interdum etiam eos, qui ſe mutuo vix ferre potuerunt, tandem conciliat, & facit amicos, adeo, vt etiam veri amici efficiantur.

B Δι' ἡδονὴν μὲν οὖν.) Hęc eſt altera huius cap. pars, in qua oſtenditur, quid ſit differentiæ inter amicitiam propter virtutem contractam, & reliquas duas ſpecies, quæ vel propter voluptatẽ vel propter vtilitatem ſunt contractę. Primo autem quadruplex diſcrimẽ eſt. 1. Quod amicitia honeſta, quæ eſt propter virtutem, non põt eſſe niſi inter

Amicitia honeſta quid a iucunda & vtili differat.

viros bonos, qui virtute sibi sunt similes. Tales enim se mutuo per se & propter se, & non propter aliam aliquam caussam amant. Reliquæ autem duæ species, vt amicitia vtilis & iucunda etiam potest locum habere inter malos & improbos: hi enim non propter se, sed propter aliã caussam, vt propter vtilitatem vel voluptatem se mutuo amant: Sublata autem vtilitate seu voluptate desinunt se mutuo amare: Ideoque autem non dicuntur amici per se, sed tantum per accidens: Quia vtilitas & voluptas nõ numerantur inter bona per se, sed bona per accidens. Sola autem virtus est per se bonum. Ideoque etiam amicitia, quæ propter virtutem est contracta, dicitur per se amicitia, & qui se propter virtutem amant, dicuntur esse per se amici. Monet etiam Aristoteles amicitiam iucundam & vtilem, interdum etiam posse esse inter dissimile, id est, inter bonos & malos: quatenus nimirum interdum etiam viri boni opus habent malorum & improborum hominum, quod ad vitæ necessaria attinet, opera, ope & auxilio. Neque enim semper boni viri reperiũt alios viros bonos, quorum opera possint vti, sed interdum coguntur conducere quoscunque possunt, siue boni sint, siue mali, quemadmodum testatur experientia quotidiana, quod sæpenumero etiam viri boni malos & improbos habeant seruos, famulos, agricolas, & alios similes, quorũ seruitio & ministerio vtuntur, in re familiari, aut aliis negotiis expediendis: sed tamen non per se tales sed per accidens amant, cum bonis autem semper per se, & propter se amicitiã colunt. Alterũ discrimen, q̃ bonorũ virorũ amicitia est, ἀδιάβλητος: *vacans calumnijs.* Duæ autem reliquæ species variis calumniis & querimoniis sunt expositæ. Huius rei tres adfert caussas. Prima, quia

1. viri boni sibi mutuo non faciũt iniuriam: Ideoque neuter habet quod de altero posset conqueri: Imo vir bonus ita est affectus, vt ne inimico quidem velit iniuriam facere: In reliquis vero duab. speciebus subinde existũt querelæ, rixæ & offensiones, propterea quod neutri parti facile potest ab altera satis fieri. Etenim in amicitia propter vtilitatem contracta dominatur auaritia, quæ est inexplebilis cupiditas, ita vt nunquam satis sit, quicquid & quantumcunq; ab altero datur: Imo amici auari pro-

ri propter habendi cupiditatem ſemper ſe mutuo habent ſuſpectos, quatenus metuunt ſe ab altera parte circumueniri & decipi: ſic in amicitia propter voluptatem ſemper ſunt rixæ & offenſiones. Vnde Teren. *Iras amantium eſſe redintegrationem amoris*, ait: & in Eunucho inquit: *In amore hæc omnia inſunt, vitia, iniuria, ſuſpicio, inimicitia, induciæ, bella, pax rurſum, iterum bellum.* Secunda cauſſa eſt: quia viri boni non facile fidem habent delatoribus & calumniatoribus, qui in amicos conantur lites ſerere & diſcordiam facere. Iam enim mutuo dudum ſe ſatis explorarunt, adeo vt ſibi potius, quam aliis fidem habeant. Nam (*vt ſupra dictum fuit*) in hac amicitia non requiruntur, niſi ii, quorum mores longo tempore ſunt probati & cogniti. Tertia cauſſa eſt: quia in bonorum amicitia non tantum eſt virtus & honeſtas, ſed etiam eſt quædam iucunditas & vtilitas. In reliquis vero duabus ſpeciebus iſta non ſemper inſunt, & nunquam reuera inſunt. Ideoque etiam non ſunt firmæ, neque ſtabiles. Quartum diſcrimen: quod amicitia bonorum dicitur, *κυρίως καὶ πρώτως φιλία*, id eſt, *proprie & principaliter amicitia*: reliquæ autem duæ ſpecies dicuntur amicitiæ, *καθ' ὁμοιότητα*, *per ſimilitudinem*, quatenus aliquid ſolum ſimile habeant cum vera amicitia.

II.

III.

IV.

CAP. 5.

Quemadmodum autem in virtutibus alij habitu, alij actione boni dicuntur, ita quoque in amicitia eſt. nam quidam in conuictu mutuo ſe oblectant, & bona ſuppeditant: quidam vero dormientes, vel locis ſeiuncti, non ſunt in actione quidem, ita tamen affecti ſunt, vt amice agant. nam loca non diſſoluunt amicitiam ſimpliciter, ſed actionem. Si vero diuturna abſentia fue-

ΚΕΦΑΛ. ι'.

A

Ὥσπερ δ' ἐπὶ τῶν ἀρετῶν, οἱ μὲν καθ' ἕξιν, οἱ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἀγαθοὶ λέγονται, οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας. οἱ μὲν γὰρ συζῶντες χαίρουσιν ἀλλήλοις, καὶ πορίζουσι τἀγαθά. οἱ δὲ καθεύδοντες, ἢ κεχωρισμένοι τοῖς τόποις, οὐκ ἐνεργοῦσι μὲν, οὕτω δ' ἔχουσιν, ὥστε ἐνεργεῖν φιλικῶς. οἱ γὰρ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν. ἐὰν δὲ χρόνιος ἡ ἀπουσία γί-

γίνηται, καὶ τῆς φιλίας δοκεῖ λήθην ποιεῖν· ὅθεν εἴρηται,

Πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν.

οὐ φαίνονται δ' οὔθ' οἱ πρεσβῦται, οὔθ' οἱ στρυφνοὶ φιλικοὶ εἶναι. βραχὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς. οὐδεὶς δὲ δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ, οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ· μάλιστα γὰρ ἡ φύσις φαίνεται, τὸ μὲν λυπηρὸν φεύγειν, ἐφίεσθαι δὲ τοῦ ἡδέος. οἱ δ' ἀποδεχόμενοι ἀλλήλους, μὴ συζῶντες δὲ, εὔνοις ἐοίκασι μᾶλλον, ἢ φίλοις. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων, ὡς τὸ συζῆν. ὠφελείας μὲν γὰρ οἱ ἐνδεεῖς ὀρέγονται, συνημερεύειν δὲ καὶ οἱ μακάριοι. μονώταις μὲν γὰρ εἶναι τούτοις ἥκιστα προσήκει· συνδιάγειν δὲ μετ' ἀλλήλων οὐκ ἔστι μὴ ἡδεῖς ὄντας μηδὲ χαίροντας τοῖς αὐτοῖς. ὅπερ ἡ ἑταιρικὴ δοκεῖ ἔχειν. μάλιστα μὲν οὖν ἐστὶ φιλία ἡ τῶν ἀγαθῶν, καθάπερ πολλάκις εἴρηται. δοκεῖ γὰρ φιλητὸν μὲν καὶ αἱρετὸν τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν ἢ ἡδύ. ἑκάστῳ δὲ τὸ αὐτῷ τοιοῦτον. ὁ δ' ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ δι' ἄμφω ταῦτα. ἔοικε δ' ἡ μὲν φίλησις πάθει,

B ἡ δὲ φιλία ἕξει. ἡ γὰρ φίλησις, οὐχ ἧττον πρὸς τὰ ἄψυχά ἐστιν. ἀντιφιλοῦσι δὲ μετὰ προαιρέσεως· ἡ δὲ προαίρεσις ἀφ' ἕξεως, καὶ τἀγαθὰ βούλονται τοῖς φιλουμένοις ἐκείνων ἕνεκα, οὐ κατὰ πάθος.

rit, amicitia quoque videtur obliuionem inducere, vnde dictum est,

Tollit amicitias multas affatus ademtus.

Non videntur autem nec senes, nec austeri esse ad amicitiã idonei. nam breuis voluptas in ipsis est. nemo autem vult versari cum molesto, neque cum iniucundo. natura enim maxime quod molestum est fugere videtur, sed quod iucundum, appetere. sed qui se mutuo admittunt, non tamen simul viuunt, beneuolis similes sunt potius, quam amicis: nam nihil est ita amicorum, vt simul viuere. præsidium enim indigi appetunt, simul autem versari etiam beati. nam solitarijs his esse minime conuenit: simul vero degere non licet, nisi iucundi sint, ijsdemque oblectantur: id quod habere socialibus amicitia videtur. Ac maxime quidem amicitia bonorum est, sicut sæpius iam diximus. Videtur enim amabile, atque eligendum, quod simpliciter bonum vt iucundum est: vnicuique vero, quod sibi est tale. bonus autem bono ob vtraque hæc. Amor autem affectui, amicitia habitui similis est. amor enim non minus est erga inanimata: cum electione vero redamant: at electio ab habitu est, & bona volunt ijs quos amant, illorum caussa, non ex affectu, sed ex

sed ex habitu: & amantes amicum, quod sibi ipsis bonum est, amant. bonus enim amicus factus bonum ei fit, cui est amicus: uterque igitur & amat quod sibi bonum est, & par pari voluntati & iucunditati refert. parilitas enim amicitia dicitur. itaque bonorum amicitiæ hæc maxime insunt.

ἀλλὰ καθ' ἕξιν· καὶ φιλοῦντες τὸν φίλον, τὸ αὑτοῖς ἀγαθὸν φιλοῦσιν. ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος γενόμενος, ἀγαθὸν γίνεται ᾧ φίλος. ἑκάτερος οὖν φιλεῖ τε τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι τῇ βουλήσει καὶ τῷ ἡδεῖ. λέγεται γὰρ φιλότης ἡ ἰσότης. μάλιστα δὲ τῇ τῶν ἀγαθῶν ταῦτα ὑπάρχει.

COMMENTATIONES.

A ὥσπερ δ' ἐπὶ τῶν] In hoc cap duo præcipue ab Aristotele explicantur: quorum primum est de amicorum victu seu conseruatione: deinde de differentia, quæ est inter hæc duo vocabula, vt inter *φίλησιν amationem*, & *φιλίαν amicitiam*. Primæ partis ergo est hæc propositio. *Ad amicitiam conseruandam requiritur conuictus & conseruatio*, id est. *Qui volunt inter se duo esse & manere amici: hi debent quoque simul viuere & conuersari.* Probatur hæc propositio quinque argumentis. Primum sumitur ex loco caussarum ὧν οὐκ ἄνευ, hoc modo: *Sine qua re amicitiæ vsus nō potest declarari, ea necessaria est ad amicitiam: Sed sine conuersatione & mutuo conuictu non potest declarari vsus amicitiæ.* Ergo. Minor probatur ex eo, quod verus amicitiæ vsus consistit in mutua officiorum communicatione, qua alter alteri vel vtilis est, vel iucundus. Hic autem officiorum communicatio non potest esse manifesta, nisi inter eos, qui simul vna viuunt & conuersantur. Vnde etiam Hesiodus præfert amico & fratri bonum vicinum: quia vicinus potest statim adesse tempore necessario: frater autem & amicus procul habitans, non potest ita cito periclitanti fratri aut amico succurrere. Deinde declarat Aristoteles hoc exemplum distinctione amicorum, quæ facta est ad similitudinem distinctionis virorum bonorum.

Propositio.

Quinque argumentis hæc propositio probatur.

I.

Quemadmodū enim viri boni duobus modis dicūtur: aliqui dicuntur boni κατὰ τὴν ἕξιν, *secundū habitū*, quatenus

habitu virtutis sunt prædìti. Nam in quocunq; est virtus, is propter virtutem potest nominari vir bonus: alii autem dicuntur viri boni κατ' ἐνέργειαν, secundum operationem & actionem virtutis, quatenus virtute sua agunt & aliis benefaciunt, id est, virtutem suam factis declarant. Atq; hi etiam prioribus sunt præstantiores: ita etiam sunt duo genera amicorũ: quidam sunt tantum animo & voluntate amici: quidam vero nõ solum voluntate, sed etiam re ipsa & actu sunt amici, qui factis & officiis suis re ipsa declarant suum amorem erga amicum; atque hi etiam præstantiores sunt prioribus. Vt autem possit aliquis actu ipso esse amicus, & suũ animum erga alterum declarare, necessario requiritur, vt cum amico conuersetur, & simul cum eo vitam transigat, vt nimirũ possit statim in necessitate adesse, amicum suum ope & opera iuuare, suaq; præsentia & mutuis colloquiis oblectare.

Amicorũ duo genera.

II. Alterum argumentum, quo ostenditur, quod ad amicitiam requiratur conuersatio & mutua præsentia, sumitur a contrario: *Nam*, inquit, *inter quos est nulla conuersatio, inter eos etiam non potest esse diuturna & stabilis amicitia.* Itaq; si absentia amicorum dissoluit amicitiam. Igitur præsentia & mutua conuersatio amicorũ conseruant amicitiam, & per consequens ad eam est necessaria. Quod autem absentia amicorum paulatim dissoluat amicitias, probat Aristoteles a communi dicto, *silentium multas amicitias dirimere.* Vnde etiam Athenæus lib. 4. ait, *amicos a se mutuo procul habitantes, non esse amicos, non posse amicitiam suam mutuis officiis testatam facere: & propterea non videri amicos, nec haberi pro amicis.* Imo hoc ipsum testatur experientia, quod amicitiæ paulatim languescunt diuturnitate absentiæ amicorum. Vnde Propertius lib. 3. ait: *Quantũ oculus animo tam procul ibit amor:* Weit auß den Augen/weit auß dem Sin.

III. Tertium sumitur ab exemplo senum: *Nam senes, quatenus sunt morosi, & semper tristes atq; seueri, ideo inepti sunt ad amicitias colendas, quia nemo libenter cum illis conuersatur, quod indicium est, conuersationem mutuam esse ad amicitiam necessariam: quia autem natura abhorret ab eo, quod est molestum, expetitq; id, quod est iucundum: senes vero sua præsentia plus molestia, quam iucunditatis aliis*

adfe-

adferunt, ideo ad amicitias minus sunt apti. Notandum autem est, id non intelligendum esse de omnibus senibus: Sunt enim etiam aliqui iucundi senes, quorum conuersatio etiam iuuenibus non solum iucunda, sed etiam vtilis est. Sed quia plerunque senes sunt morosi & queruli, atq; subtristes: ideo loquitur Aristoteles, *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*, sicut plerunq; fieri solet. Quod si vero quis obiiciat, multos reperiri, qui etiam absentes amant, cum quibus non possunt conuersari. Ad hoc respondet Aristoteles, quidem verum esse, quod etiam absentes, imo eos, quos nunquam vidimus, possumus amare, sed illum amorē, & illam propensam voluntatem, beneuolentiam potius, quā amicitiam esse nominandam, & eos, qui hoc modo se mutuo amant, beneuolos potius, quam amicos nominandos. Nam in vera amicitia non solum mutuus amor requiritur, sed etiam mutua officiorum, obsequiorum, ac beneficiorum, tam in secunda, quam in aduersa fortuna eorum communicatio, quæ inter absentes non potest esse tam manifesta, sicut inter præsentes, quia vna simul viuunt & conuersantur. Quartum sumitur ab effectu conuersationis. Nam mutua conuersatio est amicis, alioquin etiam beatis iucunda. Quod probatur a contrario: quoniam vita solitaria plurimas in se habet molestias, imo aduersatur naturæ humanæ, quandoquidem homo est animal *κοινωνικὸν*, *sociabile*, ad societatem & mutuam conuersationem factum. Hinc etiam dici solet, quod ne in cœlo quidem quispiam cuperet esse solus, Ich wolt nicht gern allein im Himmel seyn. Sed non solum iucunda est amicis: verum etiam necessaria iis, qui in miseriis & calamitatibus constituti sunt, non solum ad auxilium, sed etiam ad solatium, quod interdum magnum leuamen adfert iis, qui in aduersa fortuna sunt constituti. Quintum sumitur ab exemplo eius amicitię, quæ solet esse inter sodales, & nominatur *φιλία ἑταιρικὴ*, quasi *sodalitia amicitia*, in qua præcipue requiritur conuersatio, qua illi, qui sodales sunt, se mutuo possunt oblectare. Vnde apparet, adolescentes & iuuenes, qui inter se sunt sodales, omnes quęrere & captare occasiones, quibus possunt simul viuere, edere, bibere, ludere, & se mutuo recreare.

Obiectio.

Respons.

IV.

V.

φιλία & φίλησις quid differant.

B ἔοικε δ' ἡ μὲν.) Hæc est altera pars capitis, quæ continet discrimen inter hæc duo vocabula, φιλίαν & φίλησιν. Differunt autem inter se, quemadmodum ἕξις καὶ πάθος. Nam φίλησις est tantum simplex & nudus affectus erga aliquam rem, siue sit animata, siue inanimata, quo affectu eam rem diligimus & amamus, etiamsi ipsa nos redamare non possit. φιλία autem est quasi ἕξις, habitus quidam firmus, & constans, erga hominem aliquem certo consilio & iudicio susceptus. Quod autem φιλία sit eiusmodi habitus, probat Aristoteles duabus rationibus. Prima est, *quia coniuncta est cum προαιρέσει*; deinde, *quia in vera amicitia etiam requiritur ἀντιφίλησις, redamatio, siue mutuus amor, qui etiam non potest esse sine electione*, id est, *certo animi consilio atque proposito*. Altera ratio est, *quia veræ amicitiæ proprium est, amico bene velle eius ipsius caussa, qui amatur: quæ voluntas non potest esse nudus affectus: sed coniuncta est cum προαιρέσει. quam statuimus apud nos, alterum non posse nostri caussa, sed illius ipsius caussa amare: quia qui ita amicum amat, etiam simul suum commodum & proprium bonum amat: quia verus amicus est quodammodo etiam nostrum bonum*, vnde etiam amici non secus ac reliquæ opes & possessiones inter bona nostra numerantur, quatenus amici sua bona cupiunt vicissim esse necessaria, eaque nobis in tempore necessario communicant. Vnde veteres recte dixerunt, *amicorum bona esse communia*. Et Pythagoræi, ἡ φιλότης ἐστὶν ἰσότης, quoniam vterque amicus studet par pari referre, non solum vtilitate, sed etiam mutuis officiis.

φιλίαν esse habitũ animi firmum & constantem.

CAP. 6. — ΚΕΦ. ϛ'.

A Ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς ἧττον γίνεται ἡ φιλία, ὅσῳ δυσκολώτεροί εἰσι, καὶ ἧττον ταῖς ὁμιλίαις χαίρουσι· ταῦτα γὰρ δοκεῖ μάλιστ' εἶναι φιλικὰ, καὶ ποιητικὰ φιλίας. διὸ νέοι μὲν γίνονται φίλοι ταχὺ, πρεσβῦται

In austeris vero & senibus minus amicitia fit, quo sunt morosiores, minusque consuetudinibus gaudent. hæc enim maxime videntur esse amicabilia, amicitiæque efficientia. idcirco iuuenes cito amici efficiuntur, senes non

non item. nam non fiunt amici quibus non oblectantur. simili modo neq; austeri: sed eiusmodi benevoli quidē inter se sunt. quia bona volunt & inopijs subueniunt: amici vero non valde sunt, propterea quod nō simul versantur, neq; mutuo delectātur, quæ amicabilia maxime videntur. at vero ut multis quis sit amicus amicitia perfecta, non accidit, quemadmodū neq; ut amore multorū simul capiatur. exuperationi enim simile hoc est: qđ autē est huiusmodi, erga unum fieri cōsueuit. multos vero eidem simul vehementer placere, non facile est: fortasse etiam neque bonū esse. opus autem est, ut experimentum ceperis, & consuetudine usus fueris, quod perdifficile est. ob utilitatem tamen & iucunditatem fieri potest, ut multis quis placeat. multi enim tales sunt, & breui tempore suppeditantur. magis autem ex his ea similis est amicitia, quæ propter iucunditatem fit, cum eadem ab utrisque exhibentur, & sese mutuo, vel iisdem oblectantur, cuiusmodi iuuenum amicitiæ sunt. magis enim in his liberalitas est. Quæ vero est ob utilitatem, triuialium est. Et beati vero utilib. nihil indigent, sed iucundis. volunt enim simul cum aliquibus viuere: at molestiam paruo quidē tempore tolerant, assidue vero sustineret nemo, ne bonū quidem ipsum, si molestum

δ' οὔ. οὐ γὰρ γίνονται φίλοι οἷς ἂν μὴ χαίρωσιν. ὁμοίως δ' οὐδ' οἱ στρυφνοί. ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι, εὔνοι μέν εἰσιν ἀλλήλοις· βούλονται γὰρ τἀγαθὰ, καὶ ἀπαντῶσιν εἰς τὰς χρείας· φίλοι δ' οὐ πάνυ εἰσὶ, διὰ τὸ μὴ συνημερεύειν, μηδὲ χαίρειν ἀλλήλοις, ἃ δὴ μάλιστα εἶναι δοκεῖ φιλικά. πολλοῖς δ' εἶναι φίλον, κατὰ τὴν τελείαν φιλίαν οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδ' ἐρᾶν πολλῶν ἅμα. ἔοικε γὰρ ὑπερβολῇ. τὸ τοιοῦτο δὲ πρὸς ἕνα πέφυκε γίνεσθαι. πολλοὺς δ' ἅμα τῷ αὐτῷ ἀρέσκειν σφόδρα, οὐ ῥᾴδιον, ἴσως δ' οὐδ' ἀγαθὸν εἶναι. δεῖ δὲ καὶ ἐμπειρίαν λαβεῖν, καὶ ἐν συνηθείᾳ γίνεσθαι, ὃ παγχάλεπον. διὰ τὸ χρήσιμον δὲ καὶ τὸ ἡδὺ, πολλοῖς ἀρέσκειν ἐνδέχεται· πολλοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ αἱ ὑπηρεσίαι. τούτων δὲ μᾶλλον ἔοικε φιλίᾳ ἡ διὰ τὸ ἡδὺ, ὅταν ταὐτὰ ἀπ' ἀμφοῖν γίνηται, καὶ χαίρωσιν ἀλλήλοις, ἢ τοῖς αὐτοῖς, οἷαι τῶν νέων εἰσὶν αἱ φιλίαι. μᾶλλον γὰρ ἐν ταύταις τὸ ἐλευθέριον. ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, ἀγοραίων. καὶ οἱ μακάριοι δὲ, χρησίμων μὲν οὐδὲν δέονται, ἡδέων δέ. συζῆν μὲν γὰρ βούλονταί τισι, τὸ δὲ λυπηρὸν, ὀλίγον μὲν χρόνον φέρουσι, συνεχῶς δ' οὐδεὶς ἂν ὑπομείναι, οὐδ' αὐτὸ τἀγαθὸν, εἰ λυπηρὸν

B

C

αὐτῷ εἴη· διὸ τοὺς φίλους ἡ-
δεῖς ζητοῦσι. δεῖ δ' ἴσως καὶ τοὺς
ἀγαθοὺς τοιούτους ὄντας, καὶ ἔτι
αὐτοῖς. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ὑπάρ-
D ξει ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις. οἱ δ'
ἐν ταῖς ἐξουσίαις διῃρημέ-
νοις φαίνονται χρῆσθαι τοῖς φί-
λοις. ἄλλοι γὰρ αὐτοῖς εἰσι
χρήσιμοι, καὶ ἕτεροι ἡδεῖς.
ἄμφω δ' οἱ αὐτοὶ οὐ πάνυ.
οὔτε γὰρ ἡδεῖς μετ' ἀρετῆς ζη-
τοῦσιν, οὔτε χρησίμους εἰς τὰ
καλά. ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐτραπέ-
λους τοῦ ἡδέος ἐφιέμενοι. τοὺς δὲ
δεινοὺς πρᾶξαι τὸ ἐπιταχθέν.
ταῦτα δ' οὐ πάνυ γίνεται ἐν τῷ
αὐτῷ. ἡδὺς δὲ καὶ χρήσιμος
ἅμα εἴρηται, ὅτι ὁ σπουδαῖος.
ἀλλ' ὑπερέχοντι οὐ γίνεται ὁ τοι-
οῦτος φίλος, ἂν μὴ καὶ τῇ ἀ-
ρετῇ ὑπερέχηται. εἰ δὲ μή, οὐκ
ἰσάζει ἀνάλογον ὑπερεχόμε-
νος. οὐ πάνυ δ' εἰώθασι τοιοῦτοι
γίνεσθαι. εἰσὶ δ' οὖν αἱ εἰρημέναι
φιλίαι ἐν ἰσότητι. τὰ γὰρ αὐτὰ
γίνεται ἀπ' ἀμφοῖν, καὶ βού-
λονται ἀλλήλοις, ἢ ἕτερον ἀνθ'
ἑτέρου ἀντικαταλλάττονται,
οἷον ἡδονὴν ἀντ' ὠφελείας.
ὅτι δὲ ἧττόν εἰσιν αὗται αἱ
φιλίαι, καὶ μένουσιν, εἴρηται. δο-
κοῦσι δὲ καὶ δι' ὁμοιότητα, καὶ ἀν-
ομοιότητα ταὐτοῦ εἶναί τε καὶ οὐκ
εἶναι φιλίαι. καθ' ὁμοιότητα
γὰρ τῆς κατ' ἀρετὴν φαίνονται
φιλίαι. ἡ μὲν γὰρ τὸ ἡδὺ ἔχει, ἡ
δὲ τὸ χρήσιμον. ταῦτα δὲ ὑ-
πάρχει κἀκείνῃ. τῷ δὲ τὴν μὲν
ἀδιάβλητον εἶναι καὶ μόνι-
μον, ταύτας δὲ ταχέως μετα-

ipsi esset: idcirco amicos iucundos quaerunt: quales etiam oportet esse bonos. praeterea etiam sibiipsis: ita enim ipsis inerunt ea quae amicis inesse debent. at qui potestatibus praediti sunt, distinctis amicis uti videntur. alij enim ipsis sunt utiles, & alij iucundi. ut autem utrique ijdem sint, rarum est. neque enim iucundos cum virtute quaerunt, neque utiles ad res honestas, sed alios urbanos iucũditatis caussa expetentes, alios solertes agendi mandatum. haec autem in eodem non admodum fiunt. Quod autem probus vir simul iucundus sit, & utilis, dictũ est. Sed ei qui excellit, non fit huiusmodi amicus, nisi etiam virtute excellatur: sin minus, non est par, proportione superatus. non admodum vero tales fieri cõsueuerunt. Atq; hae quidẽ amicitiae quas diximus, in parilitate sunt. eadem enim ab utrisque fiunt, exoptantq; sibi mutuo: aut alterum pro altero compẽsant, ut voluptatem pro utilitate. has autem minus & esse amicitias, & permanere, dictũ est. Videntur autem & ob similitudinem & dissimilitudinem eiusdem & esse & non esse amicitiae. ex similitudine enim eius quae est ex virtute, videntur amicitiae. nam altera iucunditatem habet, altera utilitatem, quae utraq; illi etiã insunt. in eo vero quod illa inculpata stabilisq; est, hae cito immu-

immutantur, aliisq; multis differunt, non videntur amicitiæ propter dissimilitudinem cũ illo. | πίπτειν, ἄλλοις τε διαφέρειν πολλοῖς, οὐ φαίνονται φίλοι δι' ἀνομοιότητα ἐκείνης.

COMMENTATIONES.

A ἐν δὲ τοῖς τρυφεροῖς) In hoc cap. quatuor quæstiones ab Aristotele explicantur, quarum prima est, *quamobrem senes minus apti sunt ad amicitias.* Secunda, *de amicorum consuetudine.* Tertia, *de amicitia vtili & iucunda vtra sit dignior & præstantior.* Quarta, *de amicitia potentium & magnatum, quia talibus videlicet amicis tales homines delectantur.* Quod ad primam quæstionem attinet, inquit Arist. *Senes & homines seueros minus aptos esse ad amicitiam, vel conciliandam, vel colendam.* Eius rei duas adfert caussas: quarum prima est, *Quia plerunq; sunt morosi & difficiles.* Secunda, *quia non delectantur mutua conuersatione, imo nemo cum talibus libenter conuersatur, quia semper metuendum est, ne offendantur, ac difficulter iis satis fieri potest.* Quod et experientia testatur, quod tales homines facilime etiam leuissimis de caussis offenduntur & irascuntur, & propterea semper sunt queruli. Declarat autem Aristotel. hoc ipsum exemplo cõtrario desumto ab adolescentibus, qui longe aptiores sunt ad amicitias, propterea quod non ita difficilimis morib. sunt præditi: sed facile possunt suos mores aliorũ morib. accõmodare. Deinde quod simul conuersantur libenter, seseq; mutuo oblectant. Sumtũ vero est hoc argumentũ ex loco caussarũ efficientium, ac videtur sic argumẽtari. *In quib. non sunt caussæ efficientes amicitiæ, inter eos etiam nõ facile põt consistere amicitia:* sed *in hominib. seueris & senib. non sunt caussæ efficientes.* Ergo. Minor probatur, *Quẽadmodũ morum facilitas & similitudo,* Ita, *mutua conuersatio sunt caussæ efficientes amicitiæ, quæ in senib. & austeris hominib. non sunt, vt experientia docet.* Huic argũmẽtationi subiũgit occupationem: posset. n. aliqs dicere, *quod etiam reperiantur senes, qui videntur inter se esse amici.* Ad hanc obiect. resp. Arist. verum quidem hoc esse, quosdã senes et interdum libenter mutuo conuersari: sed hæc omnia intelligẽda ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ꝓpterea eiusmodi senes potius beneuolos sibi mutuo, q̃ veros amicos esse nominãdos.

Quatuor quæstiões in hoc capite explicantur.

Senes minus ad amicitiam apti.

Probatur. Argum. 1.

Obiectio. Respond.

B *πολλοῖς δὲ φίλον εἶναι.*) Altera quæstio huius cap. est *περὶ τῆς πολυφιλίας, de amicorum multitudine.* de qua etiam habentur plura infra lib. 9. cap. 10. Quæritur autem hoc in loco præcipue, in qua nam specie amicitiæ *πολυφιλία* locum habere possit. Ac respondet Aristoteles *πολυφιλίαν* non habere locum in vera amicitia; sed tantum in reliquis duabus speciebus, id est, in amicitia vtili & iucunda.

πολυφιλία in qua amicitiæ specie locũ habeat.

Quod a. vera in amicitia *πολυφιλία* locum nõ habeat, probatur *quatuor rationibus.*

I. Prima est, *quia in vera amicitia requiritur summus amor, quo amicũ non secus, ac nos ipsos amamus.* Talis autem amor nõ potest simul esse erga plures, quoniam id, quod summum est & excellens, non simul multis competere potest: Ideo Grãmatici dicunt, *superlatiuum competere tantum vni.* Exempli gratia. *Inter multos diuites vnus tantũ dicitur ditissimus*: Ita *inter multos doctos, vnus tantũ doctissimus*: Eadem natura est caritatis & amoris. Nã summa caritas & summ⁹ amor est tantum erga vnum. Quoniam vero caritas diffunditur erga plures, tamen nonnihil remittit, & quasi suas vires amittit: quemadmodum apparet in amore parẽtum. Nam qui vnicum tantum habent filium, illum vehementius amant, quam si haberent plures. Vnde etiam maiorem percipiunt mœrorem & dolorem ex vnici filii morte, quam si ex pluribus vnus aliquis iis moreretur.

II. Altera ratio, in vera *amicitia amicus amico debet placere recte*: Sed *vnus nõ potest pluribus vehemẽter placere: neq; ẽt vni plures possunt placere vehemẽter*: quoniam magna est ingeniorum, morũ & studiorũ in hominibus diuersitas: adeo vt inter mille vix duo reperiantur, qui in omnibus sibi mutuo sunt similes, & per omnia placent. Vnde Horat. inquit: *Ne Ioue quidem omnibus hominibus posse placere*, & qui omnibus conantur placere, plerumque illi hoc assequuntur, vt nulli placeant. Vnde dicitur, *qui omnibus est amicus, is nulli est amicus.*

III. III. ratio, *vera amicitia est tantum inter bonos, quemadmodũ aliquoties iã dictum: At virorum bonorũ exiguus est numerus, vt in 3. cap. dictum est*: Igitur, *& in vera amicitia amicorũ multitudo habet locum.*

IV. IV. ratio, *vera amicitia non potest esse nisi inter eos, qui longo tẽpore se mutuo diligenter explorarunt & probarunt*: *Sed multos hoc modo explorare est difficile*: nam

Nam ad singulos requirũtur aliquot anni, &, vt dictum est supra, cum singulis aliquot modij salis comedendi sunt, anteq̃uã eorũ mores plane habeamus perspectos: Igitur *vera amicitia non potest esse inter plures. & per consequẽs πολυφιλία non habet locũ in vera amicitia.* In amicitia vero vtili & iucunda potest habere locũ: Quia vnus potest simul multis esse vtilis & iucundus. Etenim vnus aliquis vir interdum prodest toti ciuitati: & vnus aliquis bonus musicus, pôt simul quãplurimos sua musica delectare. Deinde quia hæ duæ species amicitiæ non requirunt adeo longum tempus, ad exploratione͂, vtrum aliquis sit vtilis vel iucundus, sed statim primo quasi aggressu & aspectu potest illud animaduerti.

Amicitia iucunda, & vtilis vtra magis amicitia dicenda.

C *τούτων δὲ μᾶλλον.*) Hæc est tertia quæstio huius cap. quæ habet comparationem amicitiæ iucundæ & vtilis. Quærit autem Aristoteles, *vtra magis sit dicenda amicitia.* Et respondet, amicitiam iucundã, i.e. quę propter voluptaté inter aliquos exsistit, magis nominãdam amicitiã esse, quam eam, quæ vtilitatis caussa est cõstituta. Ratio responsionis hæc est, quia amicitia iucũda similior est veræ amicitiæ, q̃ amicitia, quæ est propter vtilitaté. Ex qua respõsione sequtur, amicos iucundos præferendos esse amicis vtilibus, quia magis accedunt ad veram amicitiã. Quod a. iucũda amicitia verior sit amicitia, q̃ ea, quæ dicitur esse vtilis, probat duabus rationib. Prima est, *quia est magis ingenua, & homini liberali dignior.* Eam amicitiam vtilem esse sectãtur homines sordidi & auari, qui ex amicitia quæstum & lucrũ quærunt, & ex ea quasi mercaturã quandam faciunt. Neq; enim amicũ propter seipsum amant, sed propter lucrũ & cõmodum, q; ex eo sperant & exspectãt, quo cum frustrãtur etiam desinunt esse amici. II. ratio est, quia amicitia iucunda etiã expetitur ab iis, qui videntur esse beati & fortunati, tũ propter mutuam conuersatione͂, qua possint se cum amicis honeste oblectare. Atque hoc exemplo probat adolescentum & iuuenum, qui sautu in amicos quærunt tales cum quib possint iucunde & suauiter viuere, non exspectãtes ab illis aliq; lucrum, vel commodum. Monet a. Arist. eos, qui amicos volũt quęrere, debere quærere viros bonos, a quib. non tantũ habebunt honestatem, sed e͂t voluptaté:

Ac viri boni possunt reuera & honeste suos amicos oblectare, Neq; enim sibi ipsis solum honesti sunt, iucundi & vtiles, sed etiam suis amicis. Quare, vt supra dictũ est, in vera amicitia omnia insunt amabilia.

Εἰσὶ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις.) Postrema quæstio huius c. est de amicitia & amicis eorum, qui constituti sunt in aliqua eminentia, & potentia, veluti sunt principes, magnates, nobiles, diuites, & alii, qui dignitate, potẽtia & auctoritate & similibus rebus aliis ceteris hominibus sunt superiores, de his quæritur *quales soleant habere amicos?* Respondet Aristoteles, eiusmodi homines non semper iisdem amicis delectari, sed plerumque diuersos habere amicos, quorum alii ipsis vtiles, alii sunt iucundi. Hinc euenit, vt principes diuersos apud se alant homines, quorum opera partim vtuntur in expediendis negotiis, & laboribus præstandis aliis: partim vero eorum opera vtuntur in ludis & recreationibus, vt sunt *homines faceti, moriones, scurræ, histriones & lusores*, quibus tantum vtuntur ad voluptatem. Imo tales eis non sunt vtiles in rebus & negotiis seriis conficiendis. Hoc in loco rursus Aristoteles monet, principes & magnates debere sibi potius asciscere viros bonos, a quibus vtrumque haberent, & vtilitatem, & voluptatẽ: sed eos non libẽter tales amicos quærere, quia metuunt, ne interdum ipsorum vitia ab illis animaduertantur, & reprehendantur. Est enim hoc bonorum virorum proprium, & bonorum amicorum proprium munus & officium, amicum errantem castigare & reprehendere: sed tales castigationes & reprehensiones magnates & potentes pati nolunt: ideo etiam non veros habent amicos, sed tantum adulatores, qui omnia ipsorum dicta factaque probant. Vnde dicitur *veritas odium parit, obsequium autem amicos*, id est, adulatores, non sunt veri amici, quia non audent reprehendere vitia. Et hæc sunt quatuor quæstiones, quæ in hoc cap. explicantur, quibus Aristoteles subiungit conclusionem eorum, quæ hactenus de tribus amicitiæ speciebus dicta fuerunt, in qua primum monet, has species, de quibus hactenus dixit, considerari ἐν ἰσότητι, in æqualitate officiorum: quando videl. amici student sibi mutuo eadem officia præstare, & quodammo-

Principes & magnates quales solent habere amicos.

Boni viri & amici proprium.

dammodo pari par referre, nempe vtilitatem pro vtilitate, voluptatem pro voluptate. Deinde monet etiã, duas posteriores amicitiæ species, videlicet quæ sunt propter vtilitatem & voluptatem, non esse reuera amicitias, sed tantum similitudine quadam nominari amicitias, quatenus aliquid habent simile cum vera amicitia, a qua tamen differunt, præcipue vero, quod sunt inconstantes & variis calumniis & querimoniis expositæ, propter quas etiam cito iterum dissoluuntur.

CAP. 7.

Altera est amicitiæ species per excellentiam: vt patri erga filium, & denique seniori erga iuniorem, & viro erga vxorem, & principi omni erga subditum. Sed hæ inter se etiam differunt. non enim eadem est parentibus erga liberos, & principibus erga subditos: verum neque patri erga filium, & filio erga patrem: neque viro erga vxorem, & vxori erga virum: diuersa enim vnicuique horum virtus, & opus est: diuersa item ea ob quæ amant: diuersi igitur amores & amicitiæ. Atque eadem quidem vtrique ab altero neque fiunt, neque sunt requirenda: sed cum parentibus liberi ea retribuunt, quæ opus est iis qui genuerunt, & parẽtes filiis ea quæ filiis opus est, stabilis taliũ ac æqua amicitia erit. Ex proportione autem in omnib. amicitiis quæ sunt in excellẽtia, amor etiam fieri debet, vt meliorem amari magis

ΚΕΦ. ζ.

Ἕτερον δ' ἐστὶ φιλίας εἶδος, τὸ καθ' ὑπεροχήν. οἷον πατρὶ πρὸς υἱὸν, καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρί τε πρὸς γυναῖκα, καὶ παντὶ ἄρχοντι πρὸς ἀρχόμενον. διαφέρουσι δ' αὗται καὶ ἀλλήλων. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἄρχουσι πρὸς ἀρχομένους. ἀλλ' οὐδὲ πατρὶ πρὸς υἱὸν καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα, οὐδ' ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα. ἑτέρα γὰρ ἑκάστῳ τούτων ἀρετὴ καὶ τὸ ἔργον. ἕτερα δὲ καὶ δι' ἃ φιλοῦσιν· ἕτεραι οὖν καὶ αἱ φιλήσεις καὶ αἱ φιλίαι. ταὐτὰ μὲν δὴ οὔτε γίγνεται ἑκατέρῳ παρὰ θατέρου, οὔτε δεῖ ζητεῖν· ὅταν δὲ γονεῦσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ ἃ δεῖ τοῖς γεννήσασι, γονεῖς δὲ υἱέσιν ἃ δεῖ τοῖς τέκνοις, μόνιμος ἡ τῶν τοιούτων καὶ ἐπιεικῶν ἔσται φιλία. ἀνάλογον δ' ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ' ὑπεροχὴν οὔσαις φιλίαις καὶ τὴν φίλησιν δεῖ γίνεσθαι, οἷον τὸν ἀμείνω μᾶλλον φιλεῖσθαι,

ἢ φιλεῖν, καὶ τὸν ὠφελιμώτερον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὁμοίως. ὅταν γὰρ κατ' ἀξίαν ἡ φίλησις γίγνηται, τότε γίγνεταί πως ἰσότης, ὃ δὴ τῆς φιλίας εἶναι δοκεῖ. οὐχ ὁμοίως δὲ τὸ ἴσον, ἔν τε δικαίοις, καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ φαίνεται ἔχειν· ἔστι γὰρ ἐν μὲν τοῖς δικαίοις ἴσον πρώτως τὸ κατ' ἀξίαν, τὸ δὲ κατὰ ποσὸν, δευτέρως. ἐν δὲ τῇ φιλίᾳ τὸ μὲν κατὰ ποσὸν, πρώτως, τὸ δὲ κατ' ἀξίαν, δευτέρως. δῆλον δ' ἐὰν πολὺ διάστημα γίγνηται ἀρετῆς, ἢ κακίας, ἢ εὐπορίας, ἢ τινος ἄλλου. οὐ γὰρ ἔτι φίλοι εἰσὶν, ἀλλ' οὐδ' ἀξιοῦσιν. ἐμφανέστατον δὲ τοῦτ' ἐπὶ τῶν θεῶν. πλεῖστον γὰρ οὗτοι πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχουσι. δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βασιλέων. οὐδὲ γὰρ τούτοις ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι οἱ πολὺ καταδεέστεροι. οὐδὲ τοῖς ἀρίστοις ἢ σοφωτάτοις, οἱ μηδενὸς ἄξιοι. ἀκριβὴς μὲν οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις οὐκ ἔστιν ὁρισμὸς, ἕως τίνος οἱ φίλοι. πολλῶν γὰρ ἀφαιρουμένων, ἔτι μένει. πολὺ δὲ χωρισθέντος οἷον τοῦ θεοῦ, οὐκέτι. ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, μή ποτ' οὐ βούλονται οἱ φίλοι τοῖς φίλοις τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, οἷον θεοὺς εἶναι. οὐ γὰρ ἔτι φίλοι ἔσονται αὐτοῖς· οὐδὲ δὴ ἀγαθά. οἱ γὰρ φίλοι ἀγαθά. εἰ δὴ καλῶς εἴρηται, ὅτι ὁ φίλος τῷ φίλῳ βούλεται τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, μένειν ἂν δέοι, οἷός ποτέ ἐστιν

quam amare, & utiliorem, & aliorum unumquemque similiter. Cum enim pro dignitate amor exitur, tunc quodam modo parilitas fit: id quod esse amicitiæ videtur. at vero non similiter par in iustis & amicitia habere videtur. nam in iustis par primo est quod est pro dignitate, secundo quod pro quantitate est: at in amicitia quod est pro quantitate primo, secundo quod pro dignitate est. id autem perspicuum est si multa distantia fiat virtutis, aut vitij, aut copiæ rerum, aut alterius cuiusdam. non enim amplius sunt amici, sed ne esse quidem postulant. Hoc autem in dijs clarissime patet: nam plurimum omnibus bonis antecellunt: perspicuum item in regibus. neque enim his postulant esse amici, qui inferiores longe sunt. neque optimis aut sapientissimis, qui nihilo sunt digni. In his tamen accurata finitio non est, quousque sint amici. multis enim ablatis, adhuc manet. Si vero multum recesserit, ut deus, non amplius. Vnde etiam in dubitationem venit, nunquid amici amicis maxima ex bonis velint, ut deos esse: non enim amplius ipsis erunt amici, neque etiam erunt bona. amici enim bona sunt. Si igitur recte dictum est, amicum amico velle bona illius caussa, eum qualiscunque est, manere oporteret,

viuet: at homini autem quandiu est, maxime bona adesse volet: fortasse tamen non omnia. sibi enim quisque maxime vult bona.	ἐκείνῳ. ἀνθρώπῳ δὲ ὄντι βουλήσεται τὰ μέγιστα εἶναι ἀγαθά. ἴσως δ' οὐ πάντα. αὑτῷ γὰρ μάλιστ' ἕκαστος βούλεται τἀγαθά.

COMMENTATIONES.

A ἕτερον δὲ ἐστὶ φιλίας.) In hoc capite Aristoteles primo proponit nouam quandam amicitiæ diuisionem: deinde duas explicat quæstiones, ad amicitiã pertinentes. Quod ad primam attinet: Sumit Aristoteles amicitiæ diuisionem ex diuersa hominum conditione. Quemadmodum enim homines alii sunt inter se æquales, quod ad dignitatem, conditionem & statum attinet ipsorum, id est, sunt æque potentes, diuites, nobiles, aut aliis rebus pares: alii vero sunt dignitate, potentia, nobilitate, ac opibus impares, & inter se inæquales, adeo vt vnus sit superior, alter vero inferior. Ita etiam amicitiæ sunt duplices: aliæ sunt inter homines, qui eiusdem sunt status & conditionis, & nominantur φιλίαι ἐν ἰσότητι: aliæ sunt inter inæquales, in quibus alter alteri inferior aut superior est dignitate, ætate, potentia, auctoritate, & hæ amicitiæ φιλίαι ἐν ὑπεροχῇ, in excellencia constitutæ. Amicitiæ, quæ sunt in æqualitate, dicuntur esse inter eos, qui plane sunt eiusdem conditionis, & æqualia siue paria possunt sibi præstare officia, cuiusmodi sunt, *fratres, sodales, commilitones, condiscipuli, contribules.* Amicitiæ autem, quæ sunt in eminentia, dicuntur, quæ sunt inter eos, qui diuersæ sunt conditionis, ita vt alter alterum longe superet, veluti est, *amicitia patris erga filium, senis erga iuuenem, domini erga seruum, mariti erga vxorem, principis erga subditos.* In his & similibus vitiis non possunt vtrinque eadem postulari, aut etiam præstari officia, quemadmodum in amicitiis, quæ sunt inæquales, quoniam non finis est omnibus hic propositus, propter quem se mutuo amant. Nam amicitiæ finis, quæ est inter parentes & liberos, familiæ est propagatio, & conseruatio, & aliud parentes postulant

Amicitiæ duplices.

Amicitia ἐν ἰσότητι.

Æquales & Inæquales.

Amicitia ἐν ὑπεροχῇ.

a liberis, quã liberi a parentibus. Nam parentes a liberis postulant honorem & obseruantiam: liberi a parentibus alimentum, & vitæ necessaria, quæ ad victum & educationem pertinent. Eodem modo amicitiæ quæ inter magistratum sunt & subditos, finis est salus & incolumitas reipubl. aliud tamẽ magistratus a subditis, & aliud subditi a magistratu postulant. Nam magistratus a subditis honorem & obedientiam: subditi defensionem postulant. Propter hanc caussam hæ ipsæ amicitiæ inter se sunt diuersæ. Nam quorum diuersi sunt fines in amicitia, diuersa etiam officia, ac diuersæ virtutes, horum etiam amicitiæ inter se sunt diuersæ: atque inter eos, qui sunt dissimiles & inęquales, diuersi sunt fines in amicitia, diuersæ virtutes, & officia diuersa: Ergo etiam eorum amicitiæ inter se sunt diuersæ. Sed quia supra dictum fuit in fine *cap. 5.* amicitiam esse æqualitatem, ideo quæri potest, *quo pacto inter eiusmodi inæquales amicos, de quibus iam dictum est, possit existere æqualitas officiorum.* Ad hoc respondet Aristoteles, in eiusmodi amicitiis quærendam esse æqualitatem secundum proportionem Geometricam, per quam ea, quæ alioquin inæqualia sunt, possunt etiam ad aliquam æqualitatem reuocari: quemadmodum in lib. 5. de iustitia dictum fuit. Etsi enim pauper nõ potest, quo ad opes & facultates attinet, paria retribuere diuiti, qualia ipse accepit: tamen potest ea compensare aliis officiis: eodem modo etiam liberi nũquam possunt parentibus retribuere paria beneficia & officia, qualia ab illis acceperunt: tamen possunt ea aliquomodo cõpensare sua obedientia & obseruantia, qua vicissim suos parentes prosequuntur. Itaque hic non spectanda est æqualitas, secundum Arithmeticam proportionem, per quam omnia eadem, pro iisdem retribuuntur: sed secundum Geometricam proportionem, in qua ratio habetur dignitatis & conditionis personarum, vt tantum quisquisq; retribuat, quantũ pro virili sua potest: Et hoc modo etiam inter eos, qui sunt inæquales & diuersæ conditionis, firmæ & stabiles possunt esse amicitiæ.

Æqualitas officiorum quo pacto inter amicos inæquales existere possit.

B οὐχ' ὁμοίως δὲ τὸ ἴσον.) Hæc est secunda pars cap. in qua duæ explicantur quæstiones siue obiectiones: Quia enim dictum est ad amicitiam colendam & conseruandam

dam, maxime necessariam esse æqualitatem: Ideo primo loco quæritur: *Vtrum eadem sit ratio in amicitia æqualitatis, quæ est in iustitia:* Deinde *vtrum sint optanda maxima bona, quæ possint æqualitatem istam tollere.* Quod ad primam quæstionem attinet, notanda est hæc distinctio: æqualitas est duplex, vna dicitur ἰσότης κατὰ τὸ ποσὸν secundum quantũ, in qua tantum spectatur rerum æqualitas secũdum proport. arithmeticam, quando ipsæ res, quæ inter se comparantur, in omnibus sunt æquales; ita vt nulla alteram superet modo vel pretio: altera dicitur ἰσότης κατ' ἀξίαν, in qua licet personæ aut res sint diuersæ, adeo vt vna præstantior sit altera, tamen per proportionem Geometricam rediguntur ad aliquam æqualitatem, nimirum pro dignitate & præstantia ipsarum personarum vel rerum. Cum igitur quæritur, *vtrum eadem sit ratio æqualitatis in amicitia & iustitia?* Respondendum est, secundum hanc distinctionem, videlicet quod in iustitia primarium locũ habet æqualitas Geometrica: quia iustitiæ munus & officium est suum cuique tribuere pro cuiusque dignitate, conditione & merito: secundarium vero locum habet proportio arithmetica, quæ præcipue spectatur in nuda & simplici rerum permutatione absque personarum respectu. Contra vero in amicitia primarium locum habet æqualitas arithmetica: Quia, vt Cicero ait, *Nihil est, quod magis amicitiam conciliat, quam æqualitas & similitudo, quæ quo maior est, eo firmior quoq; est amicitia.* Hanc definitionem declarat Aristoteles exemplis contrariis. Nam inquit inter Deos & homines, reges & subditos, sapientes & idiotas, optimos & malos, ideo videtur non posse veram amicitiam constitui, quia magna inter eos est dissimilitudo: verissimum enim est, quod dicitur vulgo *simile simili gaudet*: Item *pares cum paribus facile congregantur* Imo dissimilitudo & inæqualitas, si incipiat irrepere in amicitiam, facile quis potest eam dissoluere. Vnde fit, vt interdum, qui ab initio propter similitudinẽ morum studiorum &c. fuerunt optimi amici, paulatim amici esse desinant, quando alter alteri incipit fieri dissimilis, vt si initio ambo fuerunt boni, alter autem incipit esse malus. Ita etiam si ambo initio fuerunt æque

Quæstio.

Æqualitas duplex
1. secundum quãtum.
2. secundũ dignitatem.

Æqualitatis ratio vtrũ eadẽ in amicitia quæ in iustitia.

docti, diuites, aut honorati: alter vero progressu temporis longe fit doctior, ditior, honoratior: tunc propter hanc dissimilitudinem & inæqualitatem amplius eodem, quo antea amore, se mutuo non amplectuntur.

II. Obiectio.

Ex his iam oritur altera huius loci quæstio seu obiectio, quæ talis e[st]. *Si inæqualitas & dissimilitudo dirimit amicitias.* Ergo *videtur, quod nemo debeat amico suo optare maxima bona, veluti magnos honores, potentiam magnam, magnas opes, & his alia similia, quoniam ea, si consequeretur, tunc redderetur nobis dissimilis, & sic non amplius maneret noster amicus.* Videtur autem hoc aliquo modo pugnare cum officio veri amici: vt enim quisque sibi optat maxima bona, ita etiam dicitur esse affectus erga suum amicum, quoniam amicus est tanquam alter idem. Ad hanc obiectionem duobus modis Aristoteles respondet:

Respons.

Primo inquit, *amico ea bona esse optanda, per quæ possit manere noster amicus*, id est, *nobis esse honestus, vtilis, vel iucundus*: deinde inquit, *amico quidem esse maxima bona optanda, sed tamen ita, ne nos ipsos spoliemus magno aliquo bono*: hoc autem tum fieret, si ei talia bona optaremus, per quæ non amplius possit noster amicus manere. Itaque cum amicus etiam numeretur inter bona nostra, & amicorum omnia sint communia, sequitur, quod etiam nobis ipsis optamus eadem bona, quæ optamus ipsi amico. Proinde, si licet nobis ipsis optare maxima bona, licebit ea etiam optare amico. Ea enim, si consequamur, etiam erunt nostra: ideo inquit Aristoteles, amico non omnia bona esse optanda, intelligens Aristoteles talia bona, per quæ desinat esse noster amicus.

CAP. 8.	ΚΕΦ. η'.
A Οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι διὰ φιλοτιμίαν βούλεσθαι φιλεῖσθαι μᾶλλον ἢ φιλεῖν· διὸ φιλοκόλακες οἱ πολλοί. ὑπερεχόμενος γὰρ	*PLerique autem propter ambitionem amari potius videntur velle, quam amare: ideo adulatorum amantes plerique sunt. adulator enim is ami-*

amicus est qui exuperatur, aut se huiusmodi simulat, magisque amare quam amari. amari autem honorando proximum esse videtur, quam rem videlicet plerique appetunt. sed non per se tamen honorem consectari videntur, sed ex accidenti. Gaudent enim plerique, cum a potestatibus praeditis honorantur ob spem. consequuturos enim se esse existimant ab ijs si qua re egeant. itaque honore quasi signo beneficij accipiendi laetantur. qui vero a probis viris & intelligentibus honorem affectant, suam ipsorum opinionem confirmare cupiunt. gaudent igitur quod boni sint, eorum iudicio qui id dicunt credentes, at amari per se gaudent. Quocirca videri possit id melius esse, quam honorari, & amicitia expetenda per se esse. Id autem videtur in eo quod amat aliquis magis quam in eo quod amatur consistere. argumento sunt matres quae amando gaudẽt. nonnullae enim filios suos alendos tradunt, amantque scientes, redamari autem nõ quaerunt, si utrumque fieri non potest: sed satis ipsis videtur, si liberos suos prospere agentes inspiciant: amantque illa ipsos, etiam si illi quae matri debentur, tribuere nequeant propter ignorationem. Cum vero amicitia magis in amando consistat, & amantes amicorũ laudentur,

φίλος ὁ κόλαξ ἢ προσποιεῖται τοιοῦτος, καὶ μᾶλλον φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι. τὸ δὲ φιλεῖσθαι ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τοῦ τιμᾶσθαι, οὗ δὴ οἱ πολλοὶ ἐφίενται. οὐ δι' αὐτὸ δὲ φαίνονται αἱρεῖσθαι τὴν τιμήν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. χαίρουσι γὰρ οἱ μὲν πολλοὶ ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις τιμώμενοι διὰ τὴν ἐλπίδα. οἴονται γὰρ τεύξεσθαι παρ' αὐτῶν, ἄν του δέωνται. ὡς δὴ σημείῳ τῆς εὐπαθείας χαίρουσι τῇ τιμῇ. οἱ δ' ὑπὸ τῶν ἐπιεικῶν, καὶ εἰδότων ὀρεγόμενοι τιμῆς, βεβαιῶσαι τὴν οἰκείαν δόξαν περὶ αὑτῶν ἐφίενται. χαίρουσι δὴ ὅτι εἰσὶν ἀγαθοί, πιστεύοντες τῇ τῶν λεγόντων κρίσει. τῷ φιλεῖσθαι δὲ καθ' αὑτὸ χαίρουσι. διὸ δόξειεν ἂν κρεῖττον εἶναι τοῦ τιμᾶσθαι, καὶ ἡ φιλία καθ' αὑτὴν αἱρετὴ εἶναι. δοκεῖ δ' ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι εἶναι. σημεῖον δὲ αἱ μητέρες, τῷ φιλεῖν χαίρουσαι. ἔνιαι γὰρ διδόασι τὰ ἑαυτῶν τρέφειν, καὶ φιλοῦσι μὲν εἰδυῖαι, ἀντιφιλεῖσθαι δ' οὐ ζητοῦσιν, ἐὰν ἀμφότερα μὴ ἐνδέχηται· ἀλλ' ἱκανὸν αὐταῖς ἔοικεν εἶναι, ἐὰν ὁρῶσιν εὖ πράττοντας. καὶ αὐταὶ φιλοῦσιν αὐτούς, κἂν ἐκεῖνοι μὴ δύνωνται τῇ μητρὶ ὧν προσήκει ἀπονέμειν διὰ τὴν ἄγνοιαν. μᾶλλον δὲ τῆς φιλίας οὔσης ἐν τῷ φιλεῖν, καὶ τῶν φιλοφίλων ἐπαινουμένων,

φίλων ἀρετὴ τὸ φιλεῖν ἔοικεν. ὥστ' ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, οὗτοι μόνιμοι φίλοι, καὶ ἡ τούτων φιλία. οὕτω δ' ἂν καὶ οἱ ἄνισοι μάλιστ' εἶεν φίλοι· ἰσάζοιντο γὰρ ἄν. ἡ δ' ἰσότης καὶ ὁμοιότης, φιλότης, καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ὁμοιότης. μόνιμοι γὰρ ὄντες καθ' αὑτοὺς, καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ οὔτε δέονται φαύλων, οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν καὶ διακωλύουσι. τῶν ἀγαθῶν γὰρ, μήτ' αὐτοὺς ἁμαρτάνειν, μήτε τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν ὑπηρετεῖν. οἱ δὲ μοχθηροὶ, τὸ μὲν βέβαιον οὐκ ἔχουσιν. οὐδὲ γὰρ αὑτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες. ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον γίνονται φίλοι, χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ. οἱ χρήσιμοι δὲ καὶ ἡδεῖς, ἐπὶ πλεῖον διαμένουσιν· ἕως γὰρ ἂν πορίζωσιν ἡδονὰς καὶ ὠφελείας ἀλλήλοις. ἐξ ἐναντίων δὲ, μάλιστα μὲν δοκεῖ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον γίνεσθαι φιλία· οἷον πένης πλουσίῳ, ἀμαθὴς εἰδότι. οὗ γὰρ τυγχάνει τις ἐνδεὴς ὢν, τούτου ἐφιέμενος, ἀντιδωρεῖται ἄλλο. ἐνταῦθα δ' ἄν τις ἕλκοι καὶ ἐραστὴν καὶ ἐρώμενον, καὶ καλὸν καὶ αἰσχρόν. διὸ φαίνονται καὶ οἱ ἐρασταὶ γελοῖοι ἐνίοτε ἀξιοῦντες φιλεῖσθαι ὡς φιλοῦσιν. ὁμοίως δὴ φιλητοὺς ὄντας ἴσως ἀξιωτέον· μηδὲν δὲ

amare esse amicorum virtus videtur. quare inter quos hoc pro dignitate fit, ij stabiles amici sunt, & quae talium est amicitia. at hoc modo illi etiam qui inaequales sunt, amici maxime fuerint. pares enim fuerint. paritas vero & similitudo amicitia est, & praecipue ea quae est ex virtute similitudo. cum enim stabiles per se ipsi sint, etiam inter se mutuo permanent, & neque indigent prauis, neque talia subministrant: sed, ut ita dicam, etiam prohibent (bonorum enim est) ut neque ipsos peccare, neque amicis permittere subministrent. praui autem firmitatem quidem non habent, (neque enim sibi similes permanent) sed ad paruum tempus amici fiunt, prauitate mutua se oblectantes. Qui vero sunt utiles, & iucundi, diutius durant: quoad enim voluptates & utilitates sibi mutuo exhibuerint. Ex contrarijs autem maxime videtur quae utilitatis caussa est fieri amicitia, ut pauper diuiti, imperitus docto. quod enim consequitur aliquis cum esset indigus, illud appetens, aliud remuneratur. huc trahere etiam quispiam posset amatorem & amatum, pulcrum item & turpem. ideo videntur amatores ridiculi interdum se amari postulantes, sicut amant: simili modo forte, ut essent amabiles postulādum: nihil vero huius-

huiusmodi habentes, ridiculum est. Sed forsitan neque appetit contrarium per se contrarium, sed ex accidenti. medij autem appetitio est. id enim bonum est: veluti sicco, non si humidum euadat, sed si ad medium perueniat, & calido, & alijs simili modo. Verum hæc omittantur. sunt enim a proposito alieniora.

φιλεῖν ἔχοντας, γελοῖον. ἴσως δὲ οὐδὲ ἐφίεται τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου καθ' αὑτό. ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. ἡ δ' ὄρεξις τοῦ μέσου ἐστί. τοῦτο γὰρ ἀγαθόν, οἷον τῷ ξηρῷ, οὐχ ὑγρῷ γενέσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μέσον ἐλθεῖν, καὶ τῷ θερμῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω. ἔστι γὰρ ἀλλοτριώτερα.

COMMENTATIONES.

A *οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσιν*) In hoc cap. explicantur tres quæstiones. Prima est de amore actiuo & passiuo, vtrum scil. *amicitia magis consistat ἐν τῷ φιλεῖν, quam ἐν τῷ φιλεῖσθαι*. Secunda est, *quæ nam amicitia maxime sit firma & stabilis*. Tertia est, *de amicitiis, quæ sunt inter eos, qui inter sese sunt plane dissimiles & contrarij.* Quod ad primam quæstionē attinet, quæ in prima parte huius cap. explicatur, Arist. primo loco commemorat vulgi sentētiam. Deinde suam subiūgit. Quod ergo ad vulgi opinionem attinet, inquit Arist *plerunq; homines ita affectos esse, vt magis cupiant amari quā amare.* Eius hanc rationē adfert. Quia natura sunt homines φιλότιμοι, id est, *ambitiosi*. Nā amari ab altero est quasi ab eodem honorari, quādoquidem est signum alicuius obseruantiæ erga eum, quem amamus. Hinc fit, vt, qui aliquem amat, is soleat eundem quoque honorare, colere & obseruare, & obsequia quoque & officia ei pręstare. Hinc Aristotel. dicit fieri, quod plerique homines sint φιλοκόλακες, id est, *adulatorum amatores*, propterea, quod putant se ab adulatoribus vehementer amari: Quia hoc est proprium adulatorum, vt se plane submittant iis, quibus adulantur, & ad quæuis obsequia ipsis cupiant esse parati. Atque ideo Aristoteles adulatorem hoc loco definit, quod sit φίλος ὑπερεχόμενος, id est, *amicus qui superatur & vincitur volens & sponte ab eo, cui adulatur*. Atque hæc est vulgi sententia de proposita quæstione, quam Aristoteles repre-

Amicitia vtrū magis consistat in τῷ φιλεῖν, quā in τῷ φιλεῖσθαι.

Adulator.

hendit tanquam falsam, ostendens homines male & inepte facere, quod amicitiam expetunt tantum propter honorem, & existimant se, cum amantur, etiam honorari. Nam amicitia præstantius est quiddā ipso honore, quia per se est expetenda: honor autem simpliciter non propter se expetitur, sed propter aliud, nempe opinionem virtutis, vel spem alicuius commodi, quod ex eo consequitur. Cum enim honor sit virtutis præmium, homines, quando honorantur ab aliis, putant se propter virtutem honorari, atque ideo gaudent isto honore, quem existimant esse signum alicuius virtutis, quam alii ipsis inesse existimant, & cuius gratia honorant.

Deinde quia eos, quos honoramus cupimus etiam beneficio aliquo afficere, aut iis aliquod aliud obsequium præstare. Ideo honorem homines expetunt propter spem alicuius beneficii vel obsequii, quod ipsis futurum sit ab iis, a quibus honorantur. Atque hæc etiam caussa est, quamobrem homines malint amari a potentibus & diuitibus, quia sperant se consecuturos ab illis aliquod beneficium, si opus habuerint. Atque hæc est refutatio opinionis vulgi de proposita quæstione.

Amicitiā magis in amare, quam in amari cōsistere.

Huic subiungit Aristoteles suam sententiam, qua ostendit, *amicitiam magis consistere in amare seu amore actiuo, quam in amari seu amore passiuo.* Atque hoc probat duobus argumentis. Primum sumitur ab exemplo matrum, *quæ summo amore complectuntur suos liberos, adeo vt non possit esse vehementior amor: & tamen matres maiorem voluptatem percipiunt ex eo amore, quo persequuntur suos liberos, quam ex amore suorum liberorum, quo vicissim liberi matres suas amant, indicium amicitiæ magis in amore actiuo, quam passiuo consistere. Imo matres etiam amant suos liberos, antequam possint ab illis redamari, & isto amore sese oblectant, etiamsi non redamentur a suis liberis.* Atque hæc est prima ratio sentētiæ Aristotelis. II. ratio sumitur ex loco cōsequentium. *Laus magis tribuitur iis, qui amant, quam qui amantur: quia amare est actio, amari autem passio semper enim actio præstantior est quam passio: & virtus ipsa magis*

in actione quam passione consistit: Igitur *amicitia vis magis consistit in amore actiuo, quam passiuo.*

B ἔστι ἐν οἷς τῶν γίνεται.) Altera quæstio cap. est de amicitiæ stabilitate. Cum enim sint tres species amicitiæ, vt supra dictum fuit. Vna est propter virtutem, qua viri boni sibi mutuo sunt amici. Altera est propter voluptatem eorum, scilicet, quia ex amicitia nihil aliud quærunt, quam voluptatem & oblectationem. Tertia est propter vtilitatem eorum, qui ex amicitia, vt Cicero inquit, quæstum facere cupiunt, & se mutuo tantum amant spe alicuius commodi & lucri consequendi. Quæritur *vtra ex his tribus speciebus sit maxime stabilis & firma*. Primum autem respondet Aristoteles generatim de omnibus speciebus simul.

Amicitiæ tres species.

Vtra ex tribus amicitiæ speciebus maxime stabilis & firma sit.

Deinde de singulis seorsim. Quod ad generalem responsionem attinet, inquit, eam amicitiam maxime esse stabilem, in qua amici se mutuo amant κατὰ τὴν ἀξίαν, id est, *pro cuiuscunque merito & dignitate*. Ratio responsionis est, quia in talibus existit ἰσότης καὶ ὁμοιότης, quæ est quasi parens, & conciliatrix, & conseruatrix omnis amicitiæ, quemadmodum etiam in Lælio Cicero testatur, *nullare amicitias magis conciliari & conseruari posse quam similitudine morum, studiorum & officiorũ.* Altera pars responsionis est de singulis speciebus amicitiæ: ac primum de amicitia honesta, quæ est inter viros bonos, eam dicit stabilem esse propter tres caussas. Prima caussa est, *quia viri boni sunt stabiles & firmi, neque facile mutant propositum, quia nihil suscipiunt sine certo iudicio & consilio Itaq; quos semel cœperunt amare, eos semper amant.* Et hanc ob caussam *lib. 1. cap.* 10. virum bonum comparauit lapidi quadrato. Quemadmodum enim ille lapis quadratus difficulter mouetur ex suo loco: ita etiam vir bonus non facile mutat propositum, aut dimouetur a sua sententia. Vt igitur viri boni per se & sua natura sunt firmi & stabiles: ita etiam constanter se mutuo amant, & propterea eorum amicitia etiam firma est & stabilis. II caussa est. *Quia in amicitia virorum bonorum non locum habent vitia, quæ facile possunt amicitiæ vinculum dissoluere. Est enim virorum bonorum hoc proprium, vt neque ipsi peccant, neque alijs peccan-*

Amicitia honesta stabilis propter tres caussas.

I.

II.

tibus assentiant, sed potius a peccando dehortantur; quemadmodum Cicero in Lælio inquit: *Hæc prima lex in amicitia sanciatur, vt neq; rogemus ab amico res turpes, neq; faciamus rogati.* Cur viri boni non facile peccēt, aut ad peccandum abducantur, caussa est in illis ipsis. Quia enim virtute prædíti sunt, quæ aduersatur vitiis & sceleribus, ideo non possunt esse simul viri boni, & vitiis atque flagitiis esse dediti. Ac notandum, quod Aristoteles ait, virum bonum non præbere se nec ministrum peccandi in gratiam sui amici. Nemo enim debet in alterius gratiam admittere, quod est turpe, & propterea non sunt veri amici habendi, qui ad peccata amicorum tacent, neque audent ea in illis reprehendere, sed potius sunt adulatores: Et Cicero inquit *maximam pestem esse amicitiæ amicum peccantem non audere reprehendere.*

Viri boni quare non facile peccent.

III.

III. caussa est, quæ sumitur a contrario Natura a. contrariorū est, vt habeant contraria consequentia. Atqui *malorum & improborum hominum amicitia est instabilis.* Ergo *bonorum amicitia est stabilis.* Antecedens probatur, *quia mali & improbi etiam sibi ipsis plerumq; repugnāt, & in omnibus suis actionibus sunt inconstantes: vnde fit, vt non possint cum alijs firmam colere amicitiam.* Ideo Cato inquit: *Conueniet nulli, qui secū dissidet ipsi, id est, qui sibi ipsi aduersatur, non pōt cum altero facile cōsentire.* Atq; hæc de prima specie amicitię, eiusq; stabilitate. Quod ad duas reliquas species attinet, videlicet ad vtilem & iucūdam amicitiam, eas dicit Aristoteles nullam habere per se stabilitatem, sed tantum tamdiu esse firmam, quamdiu est in illis vtilitas aut voluptas, quæ duo, quia sunt momentanea & incerta (cito enim possunt auferri, vel ab aliis vel ex seipsis perire) ideo, qui prōpter has duas caussas sunt amici, non diu manent amici. Nam sublata vtilitate & voluptate, simul etiam amicitia tollitur Ac ratio eius est ex caussis efficientibus sumta, quibus sublatis tollitur etiam effectus.

Amicitia vtrum possit esse inter eos, q. sunt diuersa cōditionis.

C i ξ ἐναντίων δὲ, μάλιστα μὲν.) Hæc est tertia pars cap. in qua explicatur quæstio: *vtrum etiam possit amicitia esse inter eos, qui sunt diuersa conditionis: veluti cum vnus est pauper, alter diues: vnus doctus alter indòctus.* Hæc enim habent quandam dubitationem: propterea

propterea, quod aliquoties dictum est, in amicitia maxime requiri similitudinem eorum, qui se debent mutuo amare: & paulo ante in hoc cap. dictum est, quod amicitia sit quædam *ἰσότης*, id est, *æqualitas*, & *ὁμοιότης*, *similitudo*. Et Cicero inquit, *inter pares, æquales, & similes facilime posse conciliari amicitiam.* Quod etiam ipsa experientia testatur, qua videmus, naturaliter ita comparatum esse, vt ii, qui similes sint, plerunque sese coniungant. Vnde natum est prouerbium: *Simile simili gaudet.* Et vt est apud Cicero. *Pares cum paribus* (veteri prouerbio) *facilime congregantur.* Itaque quæritur, *vtrum etiam inter dissimiles possit esse amicitia?* Ad hanc quæstionem respondet Aristoteles per distinctionem: quia enim sunt tres species amicitiæ: Prima est vera, quæ exsistit propter virtutem, reliquæ duæ non sunt veræ, quæ exsistunt vel propter vtilitatem, vel propter voluptatem. Ex his tribus speciebus prima species semper est inter similes, id est, inter eos, qui virtute sunt præditi, siue qui sunt viri boni. Nam inter tales propter ipsam virtutem maxima est morum, ingeniorum, studiorum, & actionum similitudo. Ita inter virum bonum & improbum siue malum non potest esse amicitia: quia maxima est inter eos dissimilitudo. Neque enim vir probus & bonus iisdem studiis & actionibus delectatur, quibus vir malus & improbus. Atque hæc de prima specie. Quod ad alteram speciem attinet, nempe ad amicitiam, quæ est propter voluptatem & iucunditatem, ea etiam respicit similitudinem: quia propter eandem caussam se mutuo amant, nempe propter formam & pulcritudinem, qua vterque delectatur. Itaque inter formosum & deformem non potest vera esse amicitia, quia non possunt pari modo se mutuo amare. Ideo inquit Aristoteles, *ridiculos esse eos amatores, qui cum sint deformes, & amant formosos, tamen cupiunt vicissim a formosis redamari, cum tamen in illis nulla sit pulcritudo, aut forma amabilis*: veluti, *cum Mopsus deformis cupit pariter a formosa Nisa amari, sicuti ipse eam amat.* Itaque cum non sit eadem caussa amandi & redamandi, non potest esse inter illos vehemens amor. Vnde, si deformis velit redamari a formoso, necesse est, vt deformitatem com-

Respondet per distinctionem.

penset re aliqua, nempe pecunia, vt vicissim ametur: sed tamen hæc amicitia non est vera, quia exsistit propter diuersas caussas. Vnde fit, vt deformes amatores cogantur, quasi emere amorem ab iis, a quibus amari cupiunt. Si vero in vtroque eadem est caussa redamandi, tum inter tales potest esse firma quædam amicitia quamdiu nimirum alter ex alterius amore voluptatem percipit. Quod ad tertiam speciem attinet, id est, ad amicitiam, quæ exsistit propter vtilitatem, ea potest esse inter dissimiles & contrarios: quia illi dissimilitudo nihil impedit, quo minus possint sibi mutuo esse vtiles. Exempli gratia: *Pauper & diues sunt dissimiles, sed tamen inter eos potest esse amicitia propter vtilitatem:* quia diues potest pauperi esse vtilis in subleuanda eius egestate: & vicissim pauper potest esse diuiti vtilis in obsequiis, officiis, & laboribus præstandis: & sic vtilitas vtilitate compensatur. Eodem modo inter doctum & indoctum, sanum & ægrotum, prudentem & imprudentem, robustum & imbecillem potest esse amicitia, etiamsi sint dissimiles, quia possunt sibi mutuo esse vtiles: doctus enim potest erudire indoctum: sanus potest curare ægrotum: prudens potest consilium dare imprudenti, robustus potest iuuare imbecillem: & vicissim hi possunt illis in aliis rebus esse vtiles, & eorum officia, vel pecunia, vel aliis modis & rationibus compensare. Huic responsioni subiungit Aristoteles quandam occupationem, quæ exsistit ex iis, quæ in primo capite dicta fuerunt. Ibi enim dixit, non modo similitudinem, sed etiam dissimilitudinem esse caussam amicitiæ: quia interdum contraria se mutuo expetunt. Exempli gratia: *Terra arida & sicca expetit humorem & pluuiam:* Item, *qui friget, expetit calorem, qui nimium calet, expetit frigus.*

Obiectio.

Respons.

Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles, contraria non per se, sed per accidens se mutuo expetere, nimirum vt hoc modo perueniant & reducantur ad mediocritatem: alioquin contraria per se eam habent naturam, vt se mutuo expellant: quia non possunt simul esse in eodem subiecto. Atque hoc declarat Aristoteles ex-

les exemplo. *Terra arida & sicca expetit quidem humorem, sed non cupit omnino in humorem resolui, verum tantum per humorem recreari*: Sic *qui friget, expetit calorem, non tamen, vt omnino calidus & igneus efficiatur*: sed tantum, *vt frigus, quo laborat, temperetur.* Itaque vt dicunt Physici, *contraria possunt simul eidem subiecto inesse in gradibus remissis*, id est, *in iusta temperatura, non autem in summo gradu.*

ΚΕΦ. θ'.

CAP. 9.

Videtur autem, quemadmodum initio dictum est, in his ac in iisdem & amicitia esse, & ius. in omni enim communione esse quoddam ius videtur, & amicitia quoq; compellant enim quasi amicos conuictores & commilitones: pari modo etiam qui sunt in aliis cõmunionibus. quatenus autẽ inter se commercium habẽt, eatenus amicitia est: cum etiam ius & prouerbium, communes res amicorum esse, recte habet. in communione enim amicitia est. fratribus autem & sociis communia omnia sunt: reliquis vero separata, atque quibusdam plura, quibusdam pauciora. etenim amicitiarum aliæ magis sunt, aliæ minus. differunt autem & iura. non enim eadem sunt parentibus erga filios, & fratribus inter se, neque sociis & ciuibus. simili modo etiam in reliquis amicitiis. diuersa igitur etiam iniuria ad vnumquemque horum sunt, incrementumq; accipiunt, quo magis erga amicos sunt:

Ἔοικε δὲ καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, περὶ ταῦτα καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς εἶναι ἥ τε φιλία καὶ τὸ δίκαιον. ἐν ἁπάσῃ γὰρ κοινωνίᾳ δοκεῖ τι δίκαιον εἶναι, καὶ φιλία δέ. προσφωνοῦσι γοῦν ὡς φίλους τοὺς συμπλοῦς, καὶ τοὺς στρατιώτας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις κοινωνίαις. καθ' ὅσον δὲ κοινωνοῦσι, καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν ἐστι φιλία. καὶ γὰρ καὶ τὸ δίκαιον. καὶ ἡ παροιμία, κοινὰ τὰ φίλων, ὀρθῶς. ἐν κοινωνίᾳ γὰρ ἡ φιλία. ἔστι **B** δὲ ἀδελφοῖς μὲν καὶ ἑταίροις πάντα κοινά. τοῖς δὲ ἄλλοις ἀφωρισμένα, καὶ τοῖς μὲν πλείω, τοῖς δὲ ἐλάττω. καὶ γὰρ τῶν φιλιῶν, αἱ μὲν μᾶλλον, αἱ δὲ ἧττον. διαφέρει δὲ καὶ τὰ δίκαια· οὐ γὰρ ταὐτὰ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους, οὐδ' ἑταίροις καὶ πολίταις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων φιλιῶν. ἕτερα δὴ καὶ τὰ ἄδικα πρὸς ἑκάστους τούτων, καὶ αὔξησιν λαμβάνει τὸ μᾶλλον πρὸς φίλους εἶναι.

οἷον χρήματα ἀποστερῆσαι ἑταῖρον, δεινότερον, ἢ πολίτην· καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῷ, ἢ ὀθνείῳ· καὶ πατάξαι πατέρα, ἢ ὁντινοῦν ἄλλον. αὔξεσθαι δὲ πέφυκεν ἅμα τῇ φιλίᾳ καὶ τὸ δίκαιον, ὡς ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντα, καὶ ἐπ' ἴσον διήκοντα. αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσαι μορίοις ἐοίκασι τῆς πολιτικῆς. συμπορεύονται γὰρ ἐπί τινι συμφέροντι, καὶ ποριζόμενοί τι τῶν εἰς τὸν βίον. καὶ ἡ πολιτικὴ κοινωνία, τοῦ συμφέροντος χάριν δοκεῖ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν, καὶ διαμένειν. τούτου γὰρ καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται, καὶ δίκαιον εἶναί φασι τὸ κοινῇ συμφέρον. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κοινωνίαι κατὰ μέρη τοῦ συμφέροντος ἐφίενται· οἷον πλωτῆρες μὲν τοῦ κατὰ τὸν πλοῦν, ἢ πρὸς ἐργασίαν χρημάτων, ἤ τι τοιοῦτον· συστρατιῶται δὲ τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον, εἴτε χρημάτων, εἴτε νίκης, ἢ πόλεως ὀρεγόμενοι. ὁμοίως δὲ καὶ φυλέται καὶ δημόται. ἔνιαι δὲ τῶν κοινωνιῶν δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίνεσθαι, θιασωτῶν καὶ ἐρανιστῶν· αὗται γὰρ θυσίας ἕνεκα καὶ συνουσίας. πᾶσαι δ' αὗται ὑπὸ τὴν πολιτικὴν ἐοίκασιν εἶναι. οὐ γὰρ τοῦ παρόντος συμφέροντος ἡ πολιτικὴ ἐφίεται, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον. θυσίας τε ποιοῦντες, καὶ περὶ ταύτας συνόδους, τιμὰς ἀπονέμοντες τοῖς θεοῖς,

vt pecunijs socium priuare, grauius est, quam ciuem: & non opem ferre fratri, quam alieno: patrem item percutere, quam quemlibet alium. Augeri etiam simul cum amicitia ius ipsum consueuit, vtpote cum in ijsdem consistant, & pariter pertingãt.

C *At vero communiones omnibus partibus eius, quæ ciuilis est similes sunt. nam ob vtile aliquod conueniunt homines, & aliquidque eorum suppeditantes quæ ad vitam pertinent. & ciuilis cõmunio vtilitatis gratia videtur & a principio constitisse, & perseuerare. id enim & legumlatores spectant, & ius esse inquiunt, quod communiter cõducit. reliquæ igitur communiones singulæ vtilitatem expetunt: vt nauigatores eam quæ est ex nauigatione, vel ad pecuniarum confectionem, vel tale aliquid; milites vero eam quæ ex bello, siue pecuniam, siue victoriam, siue vrbem expetant: similiter quoque tribules, & populares. nonnullæ vero communiones fieri ob voluptatem videntur, thiasi sodalium, & symbolum condicentium: hæ enim sacrificij & conuictus caussa fiunt. Atque hæ omnes subesse ciuili videntur. non enim præsentem vtilitatem ciuilis expedit, sed ad vniuersam vitam: & qui sacrificia faciunt, & qui in ijs conuentiõ. & honores ijs tribuunt, & st-*

& sibijpsis cum voluptate requiem comparant. prisca enim sacrificia & conuentus facti videntur post fructuum perceptiones, quasi primitiæ quædam: in his enim maxime temporibus ocio vacabant. Omnes igitur communiones partes esse ciuiles videntur. Consequentur autem tales amicitiæ tales communiones.

καὶ ἑαυτοῖς ἀναπαύσεις πορίζοντες μεθ' ἡδονῆς. αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαί. μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. πᾶσαι δὴ φαίνονται αἱ κοινωνίαι μόρια τῆς πολιτικῆς εἶναι. ἀκολουθήσουσι δὲ αἱ τοιαῦται φιλίαι ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις.

COMMENTATIONES

A ἔοικε δ' καθάπερ ἐν ἀρχῇ) In hoc cap. Aristoteli propositum est respondere, ad quem finem referenda sit omnis amicitia, nimirum ad ciuilem hominum societatem, & ad totius Reipubl. felicitatem: hic enim est finis architectonicus, id est, principalis totius doctrinæ moralis (*quemadmodũ in 2. cap. lib. 1. dictum fuit.*) Quemadmodum enim Theologice & Christiane loquendo omnes actiones suas homines referre debent ad gloriam Dei, sicut Apostolus Paulus loquitur: Ita philosophice & ciuiliter loquẽdo omnes actiones hominũ referendæ sunt ad publicum bonum conseruandum, id est, ad ciuilem societatem tuendam & promouendam. Est itaque huius & sequentis capitis hic quasi principalis scopus & syllogismus, *Omnis priuata societas ad politicam societatem est referenda. Amicitia est priuata societas.* Igitur *amicitia ad politicam societatem est referenda.* Sunt autem tres partes huius capitis. In prima probat minorem propositionem præcedentis syllogismi, *quod nimirum amicitia sit quædam communio & societas.* In altera parte distinguit amicitias ratione societatis. In tertia probat maiorem propositionem prædicti syllogismi, *quod nimirum omnis societas priuatorum hominum sit ad ciuilem societatem referenda.* Quod amicitia sit communio quædam & societas aliquorum inter se, probatur tribus argumentis. Primum argumentum sumitur a cogna-

Amicitiæ finis.

Tres partes sunt huius cap.

& quædam amicitia: & rursum, inter quos est amicitia, inter eos etiam est aliquod ius & societas. Deniq;, inter quos est ius, inter eos etiã est amicitia & societas. Nam, vt antea dixit, tantum est inter aliquos iuris & amicitiæ, quantũ ipsi inter sese, quoad de bonis & officiis communicant. Distinguuntur autẽ societates, ratione communionis bonorũ: quo enim plura bona sunt inter aliquos communia, eo etiam arctior est inter eos societas. Societates vero vel habent omnia communia, atq; hæ sunt arctissimæ: cuiusmodi est *societas inter coniuges, quorum omnia bona sunt communia, ita vt maritus non debeat dicere, hoc est meum, & vxor dicat, hoc est meum: sed si verum est & legitimum coniugium, sublatum in eo esse debet Meum & Tuum.* Vel habent aliqua solum communia, & ex his rursum vel *Multa*, vel *Pauca*. In omnibus tamen hoc verum est, vt quo plura habent communia, eo arctior etiam sit eorum societas: & quo pauciora habent communia, eo etiam minor sit societas. Ex hac societatum differentia Aristot. etiam colligit differentias amicitiæ & iuris. Amicitiæ enim aliæ aliis sunt arctiores, aliæ vero remissiores, & quasi languidiores, prout plura vel pauciora ipsi amici habent inter se communia: sic etiam iura variant. Nam inter quos est maxima communio, inter hos quoq; plurimũ est iuris: inter quos vero nulla est bonorum communio, inter hos etiam nullũ est ius. Exempli gratia: *Inter dominũ & seruum non est commune ius, quoniam nullam habent communionem bonorum, ita vt seruus in bona sui heri nullum habeat ius. Imo ipsi quoq; serui numerantur inter bona suorum dominorum, vt Aristot. ostendit lib. 1. polit.* Hinc etiam olim multitudo seruorũ numerabatur inter possessiones, & dicebatur aliquis esse diues, qui multos haberet seruos, nõ secus atq; aliquis diues dicitur, q multa habet pecora & armẽta. Itaq; iure augentur vel minuũtur, ratione cõmunionis bonorũ, & ratione societatis, atq; amicitiæ. Et quoniã contrariorũ eadẽ est ratio, colligit inde Aristot. q̃ ẽt iniuriæ aliæ aliis sint maiores. Etenim maiores sunt iniuriæ, q fiũt iis, cũ quib. maior intercedit nobis amicitia & cõmunio, q̃ Arist. declarat aliquot exemplis. Maior, inquit, iniuria est defraudare vel spoliare *ὁμόζυγα socium*, quam aliũ aliquem ciuem

Societatũ ratione communionis bonorũ distinctio.

Amicitiæ & iuris differentia.

Iniuriarũ differentia.

qui nulla, nisi communi quadam societate nobis est coniunctus. De qua vero re etiam Cicero in Rosciana oratione agit, *in rebus minimis socium fallere turpissimum est, propterea quod auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit.* Maior etiam est iniuria, fratri in periculo non adesse, quam non adesse peregrino & alieno. Maior denique iniuria est, patrem verberare, quam quemuis alium, cum quo non est nobis tanta coniunctio & societas. Ex quibus intelligitur, quod vna cum amicitia & societate etiam iura & iniuriæ intenduntur aut minuuntur.

(C αἱ δ᾽ κοινωνίαι.) In hac postrema parte huius cap. Aristoteles probat maiorem propositionem principalis syllogismi, qui initio cap. fuit positus: nempe, omnem priuatam societatem esse ad politicam societatē, quemadmodum pars referri debet ad suum totum. Hanc propositionem probat a communi fine vtriusq; societatis, cuius probationis talis potest constitui syllogismus: *Quæ societates eundem finem respiciunt, quem politica societas sibi habet propositum, hæ quoque ad politicam societatem sunt referendæ.* Ratio huius propositionis est: *quia finis politicæ societatis est præstantissimus, quemadmodum in 2. cap. lib. 1. ostensum est. Omnia autem ad principaliorem finem sunt referenda, quia ille finis debet reliquos intermedios fines gubernare, vbi etiam Aristoteles in eodem loco finem politicæ societatis nominat architectonicum.* Minor: *Sed omnes priuatæ societates eundem finem debent respicere, quem politica societas respicit.* Ergo *omnes priuatæ societates ad politicam societatem sunt referendæ.* Minorem propositionem declarat Aristoteles distributione: *Omnes enim,* inquit, *societates, quas homines priuati inter se constituunt, vel vtilitatem vel voluptatem aliquam spectant.* Atq; hos duos fines etiam politica societas spectat, quod Aristoteles ostendit: Primum, exemplo & auctoritate legumlatorum, qui in ferendis legibus id præcipue spectant, vt leges communiter omnibus sint vtiles, quemadmodum in lib. 5. cap. 1. dixit: *Leges id præcipue spectant, vt omnibus communiter sint vtiles.* Et Cic. lib. 3. de legib. inquit: *Salus populi suprema lex est.* Deinde probat hoc a communi hominum opinione. Id enim ho-

Societates priuatæ omnes ad politicam sunt referendæ.

mines

mines putant esse iustum, quod communiter omnibus est vtile. Ac propterea etiam Horat. ait, *suo tempore eo rem perductam esse, quod vtilitas sit prope mater iusti & aequi, hoc est, quod homines iustum & aequum tantum soleant aestimare ex vtilitate: ita, vt quicquid vtile est, etiam propterea statuatur iustum esse.* Sed opinio falsa est, & propterea meritò ab Horatio reprehenditur. Etsi enim iustum non debeat aduersari & repugnare communi vtilitati Reipub. tamen non propterea aestimandum est ex vtilitate, sed ex sua natura. Quam ob caussam etiam Plutarchus in vita Agesilai reprehendit Lacedaemoniorum errorem de iustitia, quod nimirum dicebant, *illud solum esse iustum, quod vtile est Spartae*, id est, Spartanae Reipub. Est ergo primus finis, quẽ spectat societas politica, nempe publica vtilitas. Est etiam alter finis secundarius, nempe voluptas. Nam politica societas etiã voluptatis & recreationis alicuius gratia est constituta, vt ii, qui eiusdẽ ciuitatis sunt ciues, etiam interdũ possint sese communiter recreare, & quasi communi aliqua voluptate frui. Quod Aristoteles declarat quibusdam exemplis, desumtis ex consuetudine antiquorum, *qui tempore pacis etiam solebant communia celebrare sacrificia, publicos ludos, & spectacula ciuibus exhibere, festa solemnia indicere, epulas populo praebere, & huiusmodi alios amicos congressus instituere: partim, vt Diis gratias agerent pro collectis frugibus, aut impetrata aliqua insigni victoria: partim, vt etiam seipsos mutuo recrearent, & amicitiam inter sese renouarent.* Et Plato lib. 8. de legib. praecipit, *singulis mensibus primum diem debere festum esse alicui Deo, & in eo die ludos quoque esse celebrandos, & sacra peragenda.* Hinc etiam factum est, *vt quoque hodie in Rebuspub. bene constitutis ciuibus certa loca sint concessa, in quibus possint conuenire, & ludis atque aliis exercitiis sese mutuo recreare.* Quemadmodum ergo politica societas etiam hunc alterum finem, nempe voluptatem & recreationem sibi habet propositum: ita etiam priuatae societates hunc quoque finem interdum spectant. Et quia politica societas est quasi totum: priuatae autem societates sunt quasi pars: ideo etiam hae ad illam sunt referendae: naturaliter enim pars ad totũ est referenda. Quod autem de

Vtilitas mater iusti & aequi.

Iustitia non est aestimanda ex vtilitate.

societatibus dicitur, etiam de priuatis amicitiis est intelligendum: ideo Aristot. ad finem capitis ait, *Amicitias sequi priuatas societates.*

COMMENTATIONES.

A Πολιτείας δέ ἐστιν εἴδη τρία. ἴσαι δὲ καὶ παρεκβάσεις, οἷον φθοραὶ τούτων. εἰσὶ δ' αἱ μὲν πολιτεῖαι, βασιλεία τε καὶ ἀριστοκρατία. τρίτη δ' ἡ ἀπὸ τιμημάτων, ἣν τιμοκρατικὴν λέγειν οἰκεῖον φαίνεται. πολιτείαν δ' αὐτὴν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι καλεῖν. τούτων δὲ βελτίστη μὲν ἡ βασιλεία, χειρίστη δ' ἡ τιμοκρατία. παρέκβασις δὲ βασιλείας μὲν τυραννίς. ἄμφω γὰρ μοναρχίαι. διαφέρουσι δὲ πλεῖστον. ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων. οὐ γάρ ἐστι βασιλεύς, ὁ μὴ αὐτάρκης, καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων. ὁ δὲ τοιοῦτος οὐδενὸς προσδεῖται. τὰ ὠφέλιμα οὖν αὐτῷ μὲν οὐκ ἂν σκοποίη, τοῖς δὲ ἀρχομένοις. ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, κληρωτὸς ἄν τις εἴη βασιλεύς. ἡ δὲ τυραννὶς ἐξ ἐναντίας ταύτῃ. τὸ γὰρ ἑαυτῷ ἀγαθὸν διώκει. καὶ φανερώτερον ἐπὶ ταύτης, ὅτι χειρίστη. κάκιστον γὰρ B τὸ ἐναντίον τῷ βελτίστῳ. μεταβαίνει δ' ἐκ βασιλείας εἰς τυραννίδα. φαυλότης γάρ ἐστι μοναρχίας ἡ τυραννίς. ὁ δὲ μοχθηρὸς βασιλεύς,

Ciuilis status tres species sunt, totidemque defectiones, quasi corruptela illarum. Ac ciuilis quidem status sunt, regnum, & optimatum principatus, & tertia qua a censibus est, quam censuum potestatem vocare aptum videtur, plerique vero ciuilem statum eam appellare consueuerunt. Harum optima regnum, pessima censuum potestas est. Ac regni quidem defectio tyrannis est. Vtrumque enim vnius principatus est: plurimum tamen differunt. Tyrannus enim suam vtilitatem spectat, rex subditorum. Non enim est rex, nisi ipse sibi satis sit, omnibusque bonis excellat: at qui talis est, nulla re indiget. Quocirca vtilitatem non sibi, sed subditis procurabit. Nam qui eiusmodi non est, sorte lectus rex est. Tyrannis vero e contrario huic. suum enim ipsius bonum persequitur. Clariusque in hac est, quod sit pessima. Id enim est pessimum, quod optimo est contrarium: e regno autem in tyrannidem transitio est. tyrannis enim vnius principatus deprauatio est: & prauus rex tyran-

tyrannus euadit. Ex optimatum principatu in paucorum potestatem, vitio principum, qui res ciuitatis distribuunt praeter dignitatem, & omnia, aut pleraque bona sibiipsis, & principatus semper iisdem, ditescere plurimi facientes. itaque pauci dominantur, ac praui loco probissimorum. sed & ex censuum potentia in populi potentiam. sunt enim hae confines. multitudinis enim etiam censuum potestas vult esse, & pares omnes, qui in censu sunt. At minime mala res est popularis potestas. paulo enim ciuilis status speciem transit. In hunc igitur modum maxime immutantur status ciuiles. ita enim ad minimum & facillime transeunt. quarum similitudines & quasi exempla sumere etiam in familiis quispiam possit. patris enim erga filios communio, regni formam habet. nam patri sunt curae filii. vnde etiam Homerus Iouem patrem appellat. paternum enim imperium regnum vult esse. At apud Persas patris imperium tyrannicum est. vtuntur enim vt seruis, filiis. Tyrannicũ vero est heri erga seruos. in eo n. id quod hero vtile est, agitur. Hoc quidem certe esse rectum videtur: Persicum vero aberrare, eorum enim qui sunt diuersi.

τύραννος γίνεται. ἐξ ἀριστοκρατίας δὲ εἰς ὀλιγαρχίαν, κακίᾳ τῶν ἀρχόντων, οἱ νέμουσι τὰ τῆς πόλεως παρὰ τὴν ἀξίαν, καὶ πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα τῶν ἀγαθῶν ἑαυτοῖς, καὶ τὰς ἀρχὰς ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς, περὶ πλείστου ποιούμενοι τὸ πλουτεῖν. ὀλίγοι δὴ ἄρχουσι καὶ μοχθηροὶ ἀντὶ τῶν ἐπιεικεστάτων. ἐκ δὲ δὴ τιμοκρατίας εἰς δημοκρατίαν· σύνοροι γάρ εἰσιν αὗται. πλήθους γὰρ βούλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι. ἥκιστα δὲ μοχθηρόν ἐστιν ἡ δημοκρατία. ἐπὶ μικρὸν γὰρ παρεκβαίνει τὸ τῆς πολιτείας εἶδος. μεταβάλλουσι μὲν οὖν μάλιστα οὕτως αἱ πολιτεῖαι· ἐλάχιστον γὰρ οὕτω καὶ ῥᾷστα μεταβαίνουσιν. ὁμοιώματα δ᾽ αὐτῶν καὶ οἷον παραδείγματα λάβοι τις ἂν καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις. ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱεῖς κοινωνία, βασιλείας ἔχει σχῆμα. τῶν τέκνων γὰρ τῷ πατρὶ μέλει. ἐντεῦθεν δὲ καὶ Ὅμηρος τὸν Δία πατέρα προσαγορεύει. πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι. ἐν Πέρσαις δὲ ἡ τοῦ πατρὸς, τυραννική. χρῶνται γὰρ ὡς δούλοις τοῖς υἱέσι. τυραννικὴ δὲ καὶ ἡ δεσπότου πρὸς δούλους. τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου συμφέρον, ἐν αὐτῇ πράττεται. αὕτη μὲν οὖν ὀρθὴ φαίνεται, ἡ Περσικὴ δὲ ἡμαρτημένη. τῶν διαφερόντων γὰρ

G

αἱ ἀρχαὶ διάφοροι ἀνδρὸς δὲ καὶ γυναικὸς, ἀριστοκρατικὴ φαίνεται. κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει. καὶ περὶ ταῦτα ἃ δεῖ τὸν ἄνδρα· ὅσα δὲ γυναικὶ ἁρμόζει, ἐκείνῃ ἀποδίδωσιν. ἁπάντων δὲ κυριεύων ὁ ἀνὴρ, εἰς ὀλιγαρχίαν μεθίστησι· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ αὐτὸ ποιεῖ, καὶ οὐχ ᾗ ἀμείνων. ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι. οὐ δὴ γίνονται κατ' ἀρετὴν αἱ ἀρχαὶ, ἀλλὰ διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν, καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. τιμοκρατικῇ δ' ἔοικεν ἡ τῶν ἀδελφῶν· ἴσοι γάρ, πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι· διόπερ ἂν πολὺ ταῖς ἡλικίαις διαφέρωσιν, οὐκ ἔτι ἀδελφικὴ γίνεται ἡ φιλία. δημοκρατία δὲ μάλιστα μὲν ἐν ταῖς ἀδεσπότοις τῶν οἰκήσεων. ἐνταῦθα γὰρ πάντες ἐξ ἴσου· καὶ ἐν αἷς ἀσθενὴς ὁ ἄρχων, καὶ ἑκάστῳ ἐξουσία.

diuersaque quæq; imperia sunt. Viri autem & vxoris optimatum potestatem refert. nam pro dignitate imperat vir, ac in ijs quæ virum decent: quæ autem vxori conueniunt, illi attribuit: at si omnium vir dominus est, in paucorum principatum delabitur. præter dignitatē enim id facit, & non quatenus est melior. Interdum vero vxores dominantur opulentæ patrimonio. itaq; non sunt pro virtute imperia, sed pro diuitijs & potentia, quemadmodum in paucorum principatibus. censūs autem potentiæ fratrum communio similis est. sunt enim pares, nisi quatenus ætatibus distant. Ideirco si longe ætatibus diuersi sint, non iam fraterna fit amicitia. Popularis autem potentia maxime in domicilijs, quæ sine domino sunt. (ibi enim pariter omnes) & in quibus princeps imbecillus, & licentia cuiq; est.

COMMENTATIONES.

Α πολιτείας δ' ἐστὶν εἴδη τρία) Quoniam in præcedentibus dictum est, *Omnes societates, omnesq; amicitias priuatorum hominum, referendas esse ad politicam & ciuilem societatem, tanquam ad principalem finem*: ideo iam paucis agit de formis siue speciebus politicæ societatis, vt ex earum consideratione etiam amicitiarum differentias colligat. Vt enim diuersæ sunt formæ rerūp. & ciuilis societatis: ita etiam diuersæ sunt earū amicitiæ. Sunt aūt duæ præcipuę partes huius cap. In prima enumerat & inter se comparat

comparat formas siue species Rerumpub. in altera accommodat eas domesticæ societati, de qua videntur habere suam originem: domestica enim societas prior & antiquior est ciuili societate. Quod ad primam attinet, inquit Aristot. sex esse formas politicæ societatis: quarum tres dicuntur bonæ, tres autem sunt malæ & vitiosæ, quæ propterea nominantur *παρεκβάσεις*, *digressiones aut declinationes a bona Reipub. forma*, quæ etiam nominantur φθοραὶ, id est, *pestes & interitus, aut corruptiones Rerumpub.* Plato in lib. 8. de legib. nominat eas *στασιωτείας*, id est, *dissensiones & seditiones*, propterea quod ii, qui imperiũ habent, imperant inuitis & nolentibus per quandam vim, qua subditos in officio violenter retinere coguntur; atq; ideo non dicuntur esse veræ Respub. Nam in vera Repub. debent volentes volentibus imperare. Sunt autem bonarum Rerumpub. tres formæ: nempe ἡ *βασιλεία*, *regnum*, vel *regia potestas*, & *gubernatio*: altera nominatur ἀριστοκρατία, *optimatum potentia*: tertia nominatur τιμοκρατία, id est, *potestas ex censu*. His opponuntur tres vitiosæ formæ: nempe ἡ τυραννὶς, id est, *tyrannica potestas*: deinde ὀλιγαρχία, *paucorum dominatus*: tertio δημοκρατία, *popularis administratio*. Est autẽ βασιλεία forma Reipub. *in qua summa potestas, & omnis administratio est penes vnum, qui secundum leges imperat*, id est, *qui regnum legitime administrat*. Talis forma Reipub. Romanæ ab initio fuit, cum adhuc reges haberent, veluti sub Romulo, Numa, Pompilio, & ceteris regibus, vsque ad Tarquinium Superbum, qui ex rege factus fuerat tyrannus, vt hodie in Gallia & Hispania est eiusmodi administratio. Ἀριστοκρατία est forma Reipub. *in qua præsunt ii, qui prudentia, iustitia, & ceteris virtutibus antecellunt, qui propterea vocantur optimates, quasi optimi ex omnium vel quorum numero*. Talis forma Reipub. Romanæ fuit per aliquot annos post expulsos reges, cum nimirum a patribus administrabatur. Τιμοκρατία est forma Reipub. *in qua tantum dominium est penes eos, qui censu*, id est, *opibus & diuitiis antecellunt, ita vt quo quis ditior est, eo etiam faciliorẽ habeat accessum ad Rempub.* Nominatur enim hęc forma Reipub. ἀπὸ τῶν τιμημάτων, *a censibus, opibus, & diuitiis*. Vnde etiam Xenophon lib. 4. *de*

Societatis politicæ 6. formæ.
Bonæ tres.
Malæ tres

1. Regnũ.
2. Optimatum.
3. Ex censu.
4. Tyrannis.
5. Paucorum.
6. Popularis.

Regnum quid.

ἡ ἀριστοκρατία quid.

τιμοκρατία quid.

dictis & factis Socratis, eam nominat πλουτοκρατίαν ἀπὸ τοῦ πλούτου *a diuitiis*. Tyrannis est forma Reipub. *in qua summa potestas est penes vnum, qui non secundum leges, sed pro voluntate & arbitrio suo imperat*: *cuiusmodi fuit forma Reipub. Romanæ sub Tarquinio Superbo*. ὀλιγαρχία est forma Reipub. *in qua potestas est penes paucos, qui vel propter potentiam, vel gratiam, aut fraudem & malas artes imperium sibi acquisiuerunt*: quales fuit olim forma Reipub. Atheniensis sub triginta tyrannis, qui eam pro suo arbitratu administrabant. Item, forma Reipub. Romanæ cum a trecemuiris administrabatur. δημοκρατία est forma Reipub. *in qua summa potestas est penes populum*, qualis fuit forma Reipub. Romanæ, cum esset redacta ad tribunitiam potestatem, id est, *cum a tribunis plebis omnia administrarentur*. Atque hæ sunt formæ Reipub. & politicæ societatis, ad quas omnes aliæ gubernationes possunt referri. Comparat autem Aristoteles eas inter se: primum, ratione bonitatis: deinde, ratione administrationis: tertio, ratione eorum, a quibus administrantur, qua comparatione ostendit primum, quid inter se habeant commune: deinde, quid inter se habeant diuersum.

Tyrannis quid. *Oligarchia quid* *Democratia quid.*

Regnum & tyrannis in eo conueniunt, quod vtrobiq; est monarchia, id est, in vtraq; gubernatione omne imperium & dominium est penes vnum, atq; is in regia gubernatione appellatur *Rex*: in tyrannide autē nominatur *tyrannus*. Sed differunt hæ duæ formæ, quod rex secundū leges & ad vtilitatē subditorum imperat: tyrannus autem non secundum leges, sed pro suo arbitrio & propria libidine omnia administrat, ita vt plane nullis legibus velit esse subiectus, neq; cuiq; rationem reddere suæ administrationis, vtens hoc veluti axiomate: *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas*. Deinde, tyrannus nō subditorum, sed proprium suum commodum quærit, adeo vt etiam omnia subditorū bona sua esse existimet, & nemo subditorum reuera ausit dicere, *hoc est meum*. Quod autem rex non sua, sed subditorū commoda spectet, si modo verus rex haberi velit, declarat Aristoteles a proprio regis. Ille enim verus rex est, aut esse censetur secundum naturæ ordinem, qui est αὐτάρκης, id est, *ex seipso habet*

Regnū & tyrannis quid differant, & in quo cōueniant.

Rex verus quis.

habet omnium rerum sufficientiam, neq; opus ei sit a subditis quicquam per fas aut nefas auferre: deinde, verus rex is est, *qui omnibus bonis tam animi, quam corporis & fortunæ ceteris excellit.* Quod Aristot. probat a contrario. *Nam*, inquit, *qui talis non est, is non videtur secundum naturæ ordinem, sed fortuito & sorte ad regiam dignitatẽ peruenisse: & propterea, vt in lib. 4. polit. cap. 2. dicitur, nomine solũ: non autem re ipsa rex esset nominandus.* Postulat enim hoc ordo naturæ in omnibus aliis rebus, vt illud principatũ & primum dignitatis locũ obtineat, quod ceteris omnibus bonitate & præstantia antecellit. Vnde etiam in omni societate hoc fieri solet, vt si quem ceteris præficere volunt, is quoq; omnibus illis, quoad virtutẽ & reliqua bona antecellat. Vt autẽ regia administratio est omniũ optima & præstantissima, siquidem rex talis, qualẽ modo diximus: ita tyrannicum imperiũ est omniũ pessimũ & deterrimũ, quod patet ex natura contrariorum. Nam *q optimo opponitur, illud est pessimũ. Tyrannicum autẽ imperiũ opponitur regiæ gubernationi, quæ dicitur esse optima.* Igitur *tyrannicum imperiũ est pessimũ.* Ἀριστοκρατία & ὀλιγαρχία in eo cõueniunt, quod vtrobiq; imperiũ est penes paucos: in eo tamen plurimũ differunt, q in aristocratia præcipue ii ad imperiũ deliguntur, qui prudentia & virtute antecellunt, & qui omnẽ suam gubernationẽ ad honestatẽ dirigunt & publicam vtilitatẽ. In oligarchia autẽ spectatur magis nobilitas, potentia, gratia, & his similia. Atq; hi magis suũ, q̃ publicũ bonũ in gubernatione quærunt. τιμοκρατία & δημοκρατία cõueniunt in eo, quod vtrobiq; imperiũ est penes multos, præsertim si non magnus census cõstitutus sit iis, q ad gubernationẽ admitti cupiũt: sed in eo differunt, q in τιμοκρατία æqualitas imperandi spectatur ex censu & opibus: in δημοκρατία autem æqualitas illa spectatur ex libertate: omnes enim æque cupiunt esse liberi.

Tyrannicũ imperium pessimum.

Aristocratia & oligarchia quid differant, & in quo cõueniant.

Timocratia & democratia quid differant, & in quo cõueniant.

B μεταβαίνει δ' ἐκ βασ.) In hoc loco Aristot. ostendit, quo pacto interdũ formæ Rerumpub. inter sese commutentur, ita vt bonæ Respub. degenerẽt in vitiosas. Hanc mutationẽ generali vocabulo nominat μετάβασιν, q. *transitionẽ*, quãdo ex vna forma Reip. trãsitus fit ad aliã. Hanc *&* *in lib. 5. polit.* nominat μεταβολὴν *trãsmutationẽ*: *speciali*

μεταβολὴ Rerumpub.

autem nomine hoc loco nominat *παρέκβασιν* quasi digressionem & deflexionem, quando nimirum bona reipubl forma degenerat in *malam & vitiosam,* veluti *cum ex regia gubernatione fit tyrãnicum imperium, aut ex Aristocratia fit Olichargia.* In hac autem Rerũpub. transmutatione Aristoteles hanc distinctionem ostendit, quod formæ Rerumpublicar. aliæ sint inter se finitimę & cognatæ, quæ hoc loco nominantur *συγγενεῖς & συνεγγυς*, id est, *vicina & quasi eiusdem generis.* Exempli gratia. *Inter regnum & tyrannidem magna est similitudo, quod nimirum vtrobiq; est monarchia, vnde etiam tyranni volunt haberi pro regibus.* Aliæ autem formę sunt plane sibi mutuo dissimiles, ita vt videantur nihil habere commune, veluti est gubernatio regia & Democratia, id est, popularis administratio.

Rerũpubl. form. inter se cognata.

Rerũpubl. Dissimiles formæ.

Est & hæc distinctio notanda, quod mutationes Rerumpublicar. aliæ fiunt paulatim, occulte & latenter, adeo vt vix ab ipsis subditis animaduertantur. Hoc solet accidere plerumq; in iis formis, quæ inter se sunt admodum cognatæ & similes, *quemadmodum Romæ initio accidit, cum regia gubernatio paulatim degeneraret in tyrannidem.* Aliæ autem mutationes Rerumpublicarum fiunt subito & aperte, per magnas seditiones & turbas aut bella intestina, quando subditi arma contra magistratum sumunt, & vi ipsis imperium & potestatem eripiunt, *quemadmodum Roma per seditionem, quam concitauit Lucius Iunius Brutus, mutata fuit tyrannis Tarquinij Superbi in Aristocratiam, & imperium a regibus, qui illud antea habuerant, translatum fuit ad patres, id est, ad optimates ex plebe.* Cum vero successu temporis etiam hi potestate sua abuterentur, & populum inciperent nimium premere, & ex Aristocratia *ὀλιγαρχίαν* facerent, populus secessionem fecit in sacrum mõtem, & Olichargiam illam aboleuit, & ad tribunitiam & popularem potestatem redegit. Eodem modo etiam postea Caius Octauianus Augustus post occisum Iulium Cæsarem ex populari gubernatione monarchiam constituit. Hæ autem posteriores mutationes admodum sunt difficiles & periculosæ, nec fieri possunt sine magnis, seditionibus & cladibus subditorum, sicuti appa-

Rerũ publ. mutationes quędã fiunt paulatim.

Quędam subito & aperte.

ti apparet ex historiis. Quod vero ad ipsam mutationem formarum Reipublicæ attinet, eam Aristoteles prolixe in quarto & quinto Polyticorum explicat. Hoc autem loco tantum breuiter eas attingit, & caussas quasdam recenset, quamobrem soleant interdum mutari. Nam regnum mutatur in tyrannidem propter regis malitiam & improbitatem, quando videlicet non amplius secundum leges imperat, nec vtilitatem subditorum quærit, sed ad suum commodum omnia pro libidine administrat. Hinc inquit Aristoteles malum regem effici tyrannum: sic etiam Aristocratia mutatur in Olichargiam improbitate & malitia imperantium, quando ij, qui propter virtutem fuerant ad gubernationem electi, obliuiscuntur suæ virtutis, & incipiunt indulgere propriis affectibus, sua commoda solum quærere, & in iudicando non iustitiam & æquitatem, sed affectus suos sequi: Inquit autem Aristoteles istud fieri primum, quando publica officia semper iisdem committuntur.

Mutationis rerum public. caussa.

Deinde quando ab iis non exiguntur rationes suæ administrationis. Talium enim potentia magis magisque stabilitur, ita vt ea postea facilius possint abuti ad subditorum perniciem. Ex Timocratia autem fit interdum democratia, quando non vsque adeo magnus census constitutus est iis, qui ad Republic. munera admittuntur. Tum enim plures possunt esse capaces publicorum munerum, & ita ipsa gubernatio paulatim redigitur ad multos. Cum vero magnus census constitutus est iis, qui volunt ad publica munera aspirare, tum existit Olichargia. Vt autem ex tribus bonis formis pessima est tyrannica potestas: ita ex tribus vitiosis formis minime mala est Democratia, quæ facilius potest corrigi, quam reliquæ duæ formæ.

C ὁμοιώματα δ' αὐτῶν.) Hæc est altera pars huius cap. in qua Aristoteles prædictas formas politicæ societatis applicat societati domesticæ. Est enim primo societas hominum, ex qua omnes reliquæ defluxerunt, societas domestica, & domus est quasi parua, quæ-

dam ciuitas, quemadmodum ciuitas est quasi magna domus.

Societas domestica imago est omnium formarũ Reipubl.

Ostendit autem in domestica societate omnes iam enumeratas formas aliquo modo posse reperiri, de qua re etiam plura habentur *in libro primo politic. ca. postremo*, vbi ostendit initio ciuitates quasi ad imaginem domesticæ societatis fuisse constitutas. Quod ergo ad primam formam politicæ societatis attinet, quæ regnum nominatur, eius quoque imago quædam est & species in domestica societate, videlicet patris imperium in suos liberos & familiam, ita vt quod in regno est Rex, id in domo est paterfamilias. *Quemadmodum enim Rex summam habet auctoritatem apud subditos propter excellentiam & dignitatem, qua præditus est: ita in domo & domestica societate patris auctoritas debet esse summa apud liberos & familiam.*

Regnum in societate domestica.

Pater rex est domesticus.

II. Deinde, *quemadmodum Rex suorum subditorum curam gerit & quantum in ipso est omnia procurat, per quæ possint subditi in suo regno felices & beati esse, & inter se tranquille & pacifice viuere: ita boni patrisfamilias suorum liberorum & familia curam gerere, & omnia vitæ necessaria illis prospicere.*

III. Tertio, *quemadmodum boni regis est subditis nihil præcipere, nisi quod honestum sit & iustum: ita boni patrisfamilias est liberos, & familiam ad honestatem & omnes virtutes educare.*

IV. Quarto, *quemadmodum boni regis est subditos suos humaniter tractare, vt possit ab illis amari: ita boni patrisfamilias est humanum se erga liberos & familiam præbere, vt volentes & libenter ei obtemperent.* Propter hanc caussam Aristoteles hoc loco reprehendit Persarum inhumanitatem erga suos liberos, quibus vtebantur tanquam seruis. Ideoque dicit, *patriam potestatem apud Persas fuisse tyrannicam, & contra naturæ ordinem.*

Persarum inhumanitas.

Cum enim filii & serui sint diuersæ cõditionis, quod ad libertatem attinet, ideo inhumanum, imo iniquum est, eodem modo illos tractare. Quod autem paterna potestas sit quasi regia quædam potestas, confirmat Aristoteles auctoritate Homeri, qui Iouem sum-

summum regem sæpe nominat *πατέρα patrem deorum atque hominum.*

Deus pater deorũ & hominum.

Tyrannicum autem imperium repræsentat in domestica societate imperium herile in seruos: quemadmodum enim tyranni non subditorum, sed suum commodum solum quærunt, & omnia subditorum bona sua esse existimant, ita etiam se res habet in imperio herili. Nam serui plane nulla habent propria bona, & omnia, quæ acquirunt sua diligentia & suis laboribus, ea sunt suorum dominorum: imo etiam ipsi plane sunt in potestate dominorum.

Tyrannis in domestica societate.

Aristocratiam repræsentat in domestica societate ipsum coniugium siue matrimonium inter maritum & vxorem. Nam in ea societate marito siue viro tanquam *ἀρίστῳ præstantiori* debetur imperium iure naturæ. Vnde etiam in sacris literis vir nominatur *caput vxoris*: Secundum vero locum habet vxor, quæ etiam habet aliquod ius imperandi, quod ad familiam attinet, atque ita hi duo coniuges sunt velut *ἄριστοι*, id est, *optimates*, qui in domestica societate imperium habent. Sed ex hac Aristocratia interdum efficitur quædam oligarchia in domestica societate.

Aristocratia in domestica societate.

Primum, quando maritus omnia solus vult administrare, vxori autem nihil communicat eorum, quæ ad rei domesticæ & bonorum administrationem pertinent. Sunt enim in matrimonio distincta officia, ita vt quædam a marito; quædam autem ab vxore debeant administrari.

Aristocratia in domest. societate in oligarchiã mutatia.

Deinde etiam exsistit in coniugio oligarchia, quando vxor propter opes & diuitias, quas ad maritum attulit, sibi arrogat omne imperium, & marito conatur leges præscribere & imperare. Quod imperium est contra naturæ ordinem, *vt ostendit Aristoteles libro primo politicorum capite octauo.* Timocratiæ similis quodammodo est fratrum societas. Sunt enim quamdiu adhuc in domo paterna viuunt, similes & æquales censu, id est, *opibus & diuitijs.* Habent enim omnes idem ius in domo paterna, quæ etiam secundum naturæ legem defuncto patre æqualiter inter ipsos suam

Timocratia in domestica societate.

distribuenda, est etiam omnium æqualis & eadem dignitas, nisi plurimum ætate a se mutuo distent, tum enim minimus fratrum debet seniorem reuereri, & eius monitis obtemperare. Vnde etiam seniores fratres interdum iunioribus, qui ætate longe sunt inferiores solent parentum loco præfici. Democratiæ similis est ea domus quæ caret domino, qui possit familiam recte gubernare, quam domum Aristoteles nominat οἶκον ἀδέσποτον id est, *domum domino carentem*. Tum autem dicitur esse domus ἀδέσποτος, quando aut omnino nullum habet dominum, aut habet eiusmodi dominum, qui ineptus est ad eam regendam. Hæc domus dicitur similis esse Democratiæ, quia in ea omnes volunt imperare, & neuter alteri vult parere, quemadmodum in Democratia etiam fieri solet, in qua omnes sibi vendicant ius imperandi.

Democratia in domestica societate.

ΚΕΦ. ια'.

A Καθ' ἑκάστην δὲ τῶν πολιτειῶν φιλία φαίνεται, ἐφ' ὅσον καὶ τὸ δίκαιον· βασιλεῖ μὲν πρὸς τοὺς βασιλευομένους ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας. εὖ γὰρ ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους, εἴπερ ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἵν' εὖ πράττωσιν, ὥσπερ νομεὺς προβάτων, ὅθεν καὶ Ὅμηρος τὸν Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν εἶπε. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πατρική. διαφέρει δὲ τῷ μεγέθει τῶν εὐεργετημάτων. αἴτιος γὰρ τοῦ εἶναι, δοκοῦντος μεγίστου εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα ἀπονέμεται. φύσει τε γὰρ ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν καὶ πρόγονοι ἐκγόνων, καὶ βασιλεὺς βασιλευομένων. ἐν ὑπεροχῇ

CAP. II.

In vnoquoque autem ciuili statu amicitia apparet, quātum & ius: regi quidem erga eos quibus regnat, in beneficij excellentia. benefacit enim ijs in quibus regnat, siquidem bonus cum sit, ipsorum curam habet, vt prospere agant, perinde ac ouium pastor. vnde etiam Homerus Agamemnonem pastorem populorum dixit. talis autem paterna etiam est: tametsi differat magnitudine beneficiorum. auctori enim est vt simus, quod videtur esse maximum, & educationis & institutionis: quæ maioribus quoque attribuuntur. Natura enim præest pater filijs, & maiores nepotibus, & rex ijs quibus regnat. Atque amicitia hæ in ex-

in excellentia sunt: idcirco honorantur parentes. ac ius inter hos non idem est, sed pro dignitate. sic enim fiat & amicitia. Viri item erga uxorem eadem amicitia, ac quæ in optimatum potestate est. Secundum virtutem enim & præstantiori plus boni tribuitur, & cuique quod conuenit ita quoq; etiam ius. at vero fratrum amicitia, sociali similis est. pares enim sunt & coætanei talesq; eorundem studiorum & eorundem morum plerunque sunt. Huic ergo similis est quæ in censius potestate est. pares enim ciues volunt ac probi esse. itaque per vices, & ex æquo imperare simili quoq; modo amicitia est. In defectionibus autem sicut & ius, ita & amicitia parum constat, & minime omnium in pessima. in tyrãnide enim aut nihil, aut parum est amicitia. in quibus enim commune est nihil principi & subdito, neque amicitia est (nam neq; ius) sed veluti artifici erga instrumẽtum, & animo erga corpus, & hero erga seruum. nã hæc emolumento iis sunt qui vtuntur. amicitia vero nec est erga inanimata, neq; ius, sed neq; erga equum aut bouem, neq; erga seruũ quatenus seruus est: nihil enim commune est. nam seruus animatum est instrumẽtum: instrumentũ vero inanimatus seruus. quocirca quatenus seruus est, erga ipsum

δὲ καὶ αἱ φιλίαι αὗται. διὸ καὶ τιμῶνται οἱ γονεῖς. καὶ τὸ δίκαιον δὴ ἐν τούτοις οὐ τὸ αὐτό, ἀλλὰ κατ' ἀξίαν. οὕτω γὰρ καὶ ἡ φιλία. καὶ ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ἡ αὐτὴ φιλία, ἥ καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ. κατ' ἀρετὴν γὰρ καὶ τῷ ἀμείνονι πλέον ἀγαθόν, καὶ τὸ ἁρμόζον ἑκάστῳ. οὕτω δὲ καὶ τὸ δίκαιον. ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν, τῇ ἑταιρικῇ ἔοικεν. ἴσοι γὰρ καὶ ἡλικιῶται οἱ τοιοῦτοι δ' ὁμοπαθεῖς καὶ ὁμοήθεις ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἔοικε δὴ ταύτῃ καὶ ἡ κατὰ τὴν τιμοκρατικήν. ἴσοι γὰρ οἱ πολῖται βούλονται καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι. ἐν μέρει δὲ τὸ ἄρχειν καὶ ἐξ ἴσου. οὕτω δὴ καὶ ἡ φιλία. ἐν δὲ ταῖς παρεκβάσεσιν ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἐπὶ μικρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ φιλία ἐστί, καὶ ἥκιστα ἐν τῇ χειρίστῃ. ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν, ἢ μικρὸν φιλίας. ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, οὐδὲ φιλία οὐδὲ γὰρ δίκαιον. ἀλλὰ οἷον τεχνίτῃ πρὸς ὄργανον καὶ ψυχῇ πρὸς σῶμα, καὶ δεσπότῃ πρὸς δοῦλον. ὠφελεῖται μὲν γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν χρωμένων. φιλία δ' οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα, οὐδὲ δίκαιον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον, ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δοῦλον ᾗ δοῦλος. οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν. ὁ γὰρ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον, τὸ δ' ὄργανον ἄψυχος δοῦλος. ᾗ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι

φιλία πρὸς αὐτόν, ᾗ δ' ἄνθρωπος. δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου καὶ συνθήκης· καὶ φιλίας δὴ καθ' ὅσον ἄνθρωπος. ἐπὶ μικρὸν δὴ καὶ ἐν ταῖς τυραννίσιν αἱ φιλίαι καὶ τὸ δίκαιον. αἱ δὲ ἐν ταῖς δημοκρατίαις, ἐπὶ πλεῖστον. πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις οὖσιν.

amicitia non est, sed quatenus homo. videtur enim ius quoddã esse cuiq; homini erga quemque qui legis ac pacti esse particeps potest. & amicitia igitur erit, quatenus homo est. Parum ergo in tyrannidibus amicitia, & ius constat : in popularibus vero principatibus, plurimum. cum enim sint pares, multa habent communia.

COMMENTATIONES

Α καθ' ἑκάστην δὲ τ) Explicatis speciebus societatis politicæ & domesticæ, redit iam Aristoteles ad propositum, nempe ad constitutionem & tractationem de amicitia, & ostendit, qualis sit in singulis illis speciebus amicitia.

Primũ autem præmittit hanc ὑπόθεσιν, quæ etiã supra in cap. 9. fuit proposita, videlicet tantum esse in quauis societate amicitiæ, quantum in ea est iuris. Quoniam autem in iam prædictis formis ciuilis & domesticæ societatis diuersum est ius : ideo etiam in illis diuersa est amicitia.

Amicitia locũ habet in βασιλείᾳ. Regis excellentia in quibus consistat.

Nam quod ad primam speciem attinet, quæ βασιλεία regia administratio dicitur, in ea locum habet amicitia, quæ dicitur esse, ἐν ὑπεροχῇ, *in excellentia siue eminentia, de qua in 7. cap. dictum fuit.* Etenim rex in duobus potissimum excellit suos subditos : Primum τῇ ἀξίᾳ, id est, *dignitate*, propter potentiam virtutem & auctoritatem, qua præditus est : deinde excellit τῇ εὐεργεσίᾳ, *beneficentia*, quatenus debet suis subditis, si modo bonus rex esse velit, procurare maxima bona : nempe, *veram religionem, pacem, tranquillitatem, defensionem contra vim & iniuriam, vt nimirum subditi sub ipsius imperio sint felices & beati.* Habet enim se rex erga subditos, quemadmodum se habet bonus pastor erga suum gregem. Vnde Homerus Agamemnonem nominat ποιμένα λαῶν,

λιμῶν. Et Aristoteles in Epist. ad Alexandrum Magnum eum hortatur, *vt cogitet a Deo regnum ipsi datum esse* πρὸς εὐεργεσίαν, *ad beneficentiam erga subditos*, καὶ οὐ πρὸς ὕβριν, *non ad iniuriam ad pauperes opprimendos subditos.*

Pro his enim beneficiis, quæ subditi a rege accipiunt, vicissim ipsi debent regi honorem, obseruantiam, & fidelitatem. Quoniam vero regiæ gubernationi in domestica societate similis est paterna gubernatio: Ideo etiam talis quoque in ea est amicitia, quæ dicitur esse, ἐν ὑπεροχῇ, *in excellentia.* Nam etiam pater suis liberis his duabus præcipue rebus antecellit, dignitate siue auctoritate, & beneficentia: sed tamen in hoc differunt, quod parentes longe maiorum beneficiorum suis liberis auctores existunt: ideoque etiam liberi maiore amoris obseruantia & gratitudinis vinculo suis parentibus sunt obligati. Etenim a parentibus suis maxima beneficia accipiunt. Primum τὸ εἶναι, *ipsum esse, id est, vitam & corpus:* deinde τὴν τροφὴν, id est, *alimenta & omnia, quæ ad vitæ sustentationem sunt necessaria.* Tertio, τὴν παιδείαν *educationem.*

Amicitia locũ habet in societate domestica.

Tandem vero etiam omnia sua bona parentes liberis suis relinquunt. Notandum vero est Aristotelem hoc loco, nomine regis, etiam intelligere reliquos magistratus, qui præsunt subditis: veluti sunt *principes, nobiles, prætores, consules, & omnes, qui ad gubernacula Reipubl. sedent.*

Regis nomine quid intelligat Arist.

Sic etiam parentũ nomine intelliguntur omnes maiores, veluti sunt *auus, proauus:* deinde ii, qui parentum vices obtinent, vt *sunt tutores & præceptores.* Ex his apparet in his duabus societatibus, nempe in regia & paterna societate amicitiam esse in inæqualitate, quæ tamen secundum proportionem Geometricam ad æqualitatem aliquam est reuocanda.

In altera specie ciuilis societatis, quæ ἀριστοκρατία nominatur, similis quoque est amicitia, propterea, quod ii, qui imperium tenent, ideo dicuntur esse ἄριστοι, id est, *optimi seu optimates*, quia prudentia virtute & rebus gestis ceteris antecellunt: similis etiam ratio est amicitiæ inter coniuges, quatenus

Amicitia locũ etiã habet in ἀριστοκρατίᾳ.

maritus auctoritate, dignitate, prudētia, ipsoq; naturæ ordine præstantior esse debet vxore. Vnde etiam ab Apostolo Paulo caput vxoris nominatur: & Petrus Apostolus 1. epist cap 3. commendat Saram, quod maritum suum Abrahamum *Dominum* appellarit: quando igitur maritus pręstantior est vxore, eò etiam maior ei debetur honor & obseruantia. In tertia specie ciuilis societatis, quę τιμοκρατία nominatur, ea amicitia locum habet, quę dicitur esse *ἐν ἰσότητι, in æqualitate*. Quia inter magistratum & subditos nullum aliud discrimen est, quam quod alii aliis sint ditiores & opulentiores. Similis quoque est amicitia in societate fraterna, & inter sodales: tales enim plerunque sunt æquales ætate, dignitate, & ceteris studiis atque moribus: ibi etiam paria & æqualia sibi mutuo debent præstare officia.

Amicitia qualis in τιμοκρατίᾳ locum habeat.

B ἐν ᾗ τοῖς) Hactenus in prima parte ostendit Aristoteles, quales sint amicitiæ in tribus bonis formis, siue speciebus politicæ societatis, videlicet, *qualis sit amicitia inter regē & subditos.* Item, *inter optimates & reliquos ciues.* Denique *inter eos qui ἐν ἴσῳ, id est, opibus & diuitijs sunt æquales*, easque amicitias applicauit etiam domesticæ societati, & ostendit, *qualis sit amicitia inter patremfamilias & liberos atque familiam.* Deinde *inter coniuges.* Tertio *inter fratres.* Iam progreditur ad vitiosas formas seu species Rerumpublicarum, & ostendit in illis, aut nihil, aut parum esse amicitiæ. Idque probat tali argumento, quo etiam in nono cap. vsus fuerat. *Tantum est amicitiæ, in quauis societate, quantum in ea est iuris. Nam quam late patet ius, tam late etiam se extendit amicitia, vt in 9. cap. est ostensum.* Sed *in vitiosis societatibus & Rebuspub. nihil aut parum est iuris inter eos, qui imperāt & parent.* Igitur *in vitiosis his societatibus nihil aut parum est amicitia.* Minor probatur. *Vbi nulla est bonorum communio, inter eos quoque nullum est ius: Sed in vitiosis Rerumpub formis, nulla aut perexigua est communio bonorum inter imperantes & subditos.* Igitur *inter eos quoq; nihil aut parum est iuris*, & per consequens: *Nulla aut perexigua amicitia.* Hoc argumentū declarat Aristoteles exemplo tyrannidis & societatis herilis. Quia enim nulla est bonorum communio inter tyrannum & subditos, & inter dominum

Amicitia nihil aut parū esse in vitiosis Rerump. formis. Argum.

dominum & seruum bonorum communio. Tyrannus enim omnia subditorum bona putat esse sua. Eodē modo etiam serui nulla habent propria bona, aut communia cum suis dominis: Ideo inter hos neq; ius neq; amicitia vera esse potest. Vnde etiam Plato in quadam Epistola scribit, sibi cum Dionysio Tyranno non esse veram amicitiam, sed tantum *μικρὰν φιλίαν, paruam & exiguam amicitiam.* Quod si vero quis obiiciat, *tyrannos etiam suis subditis, & dominos suis seruis quadā bona subminstrare.* Respon. illam non esse veram communionem bonorum, sed tantum per accidens, quæ fit ex quadam necessitate: nō ex amore quodam aut beneuolentia. Etenim tyranni coguntur interdum ēt suos subditos protegere & defendere cōtra externā vim, aut alia quædam beneficia ipsis præstare. Nisi n. hoc facerent, non haberent, quibus possent imperare. Eodem modo domini coguntur suos seruos alere, vestire, & reliqua vitæ necessaria præbere. Sed hoc necessitate quadam faciunt: alioquin enim non possent domini seruorum suorum opera ad suum commodum vti. Quod Aristoteles ostēdit exemplis similib. Quemadmodū enim rusticus cogitur suis equis, bobus, & aliis iumentis præbere pabulum, si modo ex illis velit habere aliq̄ vtilitatem, & eorū opera in colēdis agris vti. Et quemadmodū artifex curā gerere debet suorū instrumentorū, quib. in laborando vtitur, ne pereant aut corrūpantur: ita ēt domini seruorū curā habere coguntur, & vitæ necessaria eis præbere: siquidem velint eorū opera & laboribus frui: non tamen sequitur, quod propterea inter eos sit vera bonorum communio aut amicitia: Primū quia *non mutua vtilitas, sed tantū vnius commodū hic spectatur:* Deinde, *quia nulla inter hos est ἀντιφίλησις,* id est, *redamatio; neq; enim iumenta possunt redamare suos dominos aut possessores: neque instrumenta suum artificem.* Quod si vero quis obiiciat, *seruum posse redamare suum dominum & subditos tyrannum.* Itaque *inter hos posse esse amicitiam.* Ad hoc sic potest responderi, Subditi, quando simpliciter cōsiderantur, quatenus sunt subditi, reuera nō amant tyrannum, quia coguntur eum metuere: quem autē metuimus, eum & solemus odisse & cupimus esse exstinctū: quemadmodū dicitur, *oderunt quem*

Obiectio.

Respons.

Obiectio.

Respons.

metuunt. Sic etiam seruus si consideretur, quatenus est seruus, non vere amat dominum. mallet enim esse liber, & a domini potestate exemtus. Quatenus vero subditi & serui considerantur, quatenus sunt homines, tum pōt illis esse quædam amicitia cum tyrannis & Dominis, qui etiā sunt homines. Etenim omnes homines naturaliter communi quodam amoris vinculo inter se sunt coniuncti, ita vt homini naturaliter cum altero homine aliqua sit amicitia. Vnde Cicero in Lælio ait: *Sic nos nati videmur, vt inter omnes esset quadam societas*. Et diuus Augustinus inquit, *nemo est, cui non dilectio*, etsi non pro mutua caritate, pro ipsa tamen communis naturę societate debeatur. Etsi enim Samaritanus, de quo in Euangelio legimus, quoad ciuilē obligationē nihil debeat viatori spoliato & vulnerato, tamen naturaliter cū eo copulatus erat & obligatus ad eum iuuandū, quatenus nimirū homo homini ad mutuam operā præstandā natura rege est obligatus. Ex his ergo cōstat in tyrānide & herili societate nō magnū locū esse amicitiæ. Idem fere de Oligarchia sentiendum: quia enim Oligarchici solum sua cōmoda quærunt, ideo inter ipsos & subditos non magna p̄t esse amicitia, quia nō magna est bonorum cōio. Postremo quoad Democratiam attinet, quoniam in ea maior est ciuium æqualitas & plura habent inter se cōia, omnesq; fere eunde scopum, nempe libertatem spectant Ideo inter eos quoq; amicitia magis locū habere potest, quam in duab. iam dictis formis. In omnibus autem his societatib. tam bonis, quam malis & vitiosis, quod ad amicitiam attinet hæc duo præcipue sunt notanda: Primum, *tanto plus esse in vnaquaq; societate amicitia, quanto plus est in eo iuris*, deinde, *tāto arctiorem debere esse amicitiam in qualibet socie[tat]e, quanto maior est malorum & beneficiorum inter aliquos communio*.

ΚΕΦ. ιϛ΄.

ΕΝ κοινωνίᾳ μὲν οὖν πάσῃ φιλία ἐστί, καθάπερ εἴρηται. ἀφορίσειε δ' ἄν τις τήν τε συγγενικὴν καὶ

CAP. 12.

IN communione igitur omnis amicitia est, sicut dictum est. seiunxerit autem quispiam eam, qua cognatorum est, & socia-

socialem. ciuiles vero, & tribulum, & conuectorũ, & quæ sunt huiusmodi, ijs qui in communione consistunt magis similes sunt. esse enim quasi ex conuenientia quadã videntur. inter has vero reposuerit aliquis etiã hospitalem qua vero cognatorũ est, videtur multiformis esse, & pẽdere tota ex paterna. parentes enim diligunt liberos, vt qui sui quidpiam sint: liberi vero parentes, vt ab illis quidpiam. magis tamen norunt parentes qui ex se sint, quam nati se ex illis esse: ac propius comunctum est genito id a quo est, quam procreatum procreanti. est enim quod a quopiam est proximum ei, ex quo est, vt dens, vel pilus, aut quiduis habenti: illorum vero nulli id ex quo est, vel minus. idq; etiã multitudine temporis. hi enim quam primum natos diligunt: illi vero progressi temporibus, parentes, cum intelligentiam, vel sensum nacti sunt. atque hinc constat, cur matres magis ament. Parentes igitur liberos, vt seipsos amant: qui enim ex ipsis oriuntur, sunt quasi alteri ipsi. quia separati sint. filij aũt parentes, vt ab illis enati. at fratres se mutuo, quod ex ijsdẽ nati sint. nã quia ijdem ab illis sunt, id facit vt idẽ inter se sint: ideo inquiunt eundẽ sanguinẽ, & radicẽ, atq; huiusmodi sunt itaq; idem quodammodo

τὴν ἑταιρικήν. αἱ δὲ πολιτικαὶ, καὶ φυλετικαὶ, καὶ συμπλοϊκαὶ, καὶ ὅσαι τοιαῦται, κοινωνικαῖς ἐοίκασι μᾶλλον. οἷον γὰρ καθ' ὁμολογίαν τινὰ φαίνονται εἶναι. εἰς ταύτας δὲ τάξειεν ἄν τις καὶ τὴν ξενικήν. καὶ ἡ συγγενικὴ δὲ φαίνεται πολυειδὴς εἶναι, καὶ ἠρτῆσθαι πᾶσα ἐκ τῆς πατρικῆς· οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα· τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα. μᾶλλον δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν, ἢ τὰ γεννηθέντα ὅτι ἐκ τούτων καὶ μᾶλλον συνῴκείωται τὸ ἀφ' οὗ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γενόμενον τῷ ποιήσαντι. τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ, οἷον ὀδοὺς, ἢ θρὶξ, ἢ ὁτιοῦν τῷ ἔχοντι· ἐκείνῳ δ' οὐθὲν τὸ ἀφ' οὗ, ἢ ἧττον. καὶ τῷ πλήθει δὲ τοῦ χρόνου. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα στέργουσι. τὰ δὲ προελθόντα τοῖς χρόνοις τοὺς γονεῖς, σύνεσιν, ἢ αἴσθησιν λαβόντα. ἐκ τούτων δὲ δῆλον καὶ δι' ἃ φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μητέρες. γονεῖς μὲν οὖν τέκνα φιλοῦσιν ὡς ἑαυτούς. τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν, οἷον ἕτεροι αὐτοὶ τῷ κεχωρίσθαι. τέκνα δὲ γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων πεφυκότα. ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι. ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης, ἀλλήλοις ταὐτὸ ποιεῖ. ὅθεν φασὶ ταὐτὸν αἷμα, καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰσὶ δὴ ταὐτό πως

καὶ ἐν διῃρημένοις. μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον, καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν. ἧλιξ γὰρ ἥλικα, καὶ οἱ συνήθεις ἑταῖροι. διὸ καὶ ἡ ἀδελφικὴ
D τῇ ἑταιρικῇ ὁμοιοῦται. ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς, ἐκ τούτων συνῳκείωνται. τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι. γίγνονται δ' οἱ μὲν οἰκειότεροι, οἱ δ' ἀλλοτριώτεροι. τῷ σύνεγγυς ἢ πόρρω τὸν ἀρχηγὸν εἶναι. ἔστι δ' ἡ μὲν πρὸς γονεῖς
E φιλία τέκνοις, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς, ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον. εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα. τοῦ γὰρ εἶναι καὶ τραφῆναι αἴτιοι, καὶ γενομένοις τοῦ παιδευθῆναι. ἔχει δὲ τὸ ἡδὺ καὶ χρήσιμον ἡ τοιαύτη φιλία μᾶλλον τῶν ὀθνείων, ὅσῳ καὶ κοινότερος ὁ βίος αὐτοῖς ἐστιν. ἔτι δὲ καὶ ἐν ἀδελφικῇ ἅπερ καὶ ἐν τῇ ἑταιρικῇ· καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐπιεικέσι, καὶ ὅλως τοῖς ὁμοίοις. ὅσῳ οἰκειότεροι καὶ ἐκ γενετῆς ὑπάρχοντες, στέργουσιν ἀλλήλους· καὶ ὅσῳ ὁμοηθέστεροι οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ σύντροφοι, καὶ παιδευθέντες ὁμοίως. καὶ ἡ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία, πλείστη καὶ βεβαιοτάτη. ἀνάλογον δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τῶν συγγενῶν τὰ φιλικά. ἀνδρὶ δὲ καὶ γυ-
F ναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν. ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν, καὶ

etiam in distinctis. Magnum etiam ad amicitiam est & vna educatum esse, & ætate congruere. Æqualis enim æqualem (delectat:) & quibuscum est consuetudo socij sunt. vnde fraterna hæc amicitia sociali est similis. Patrueles item, & reliqui cognati ex his prope coniuncti sunt: quod videlicet ab iisdem sint: fiuntque alij propinquiores, alij alieniores, quo vel propius, vel longius auctor generis abest. Est vero amicitia liberis erga parentes, & hominibus erga deos tanquam erga bonum atque excellens. beneficia enim maxima contulere. nam in caussa sunt vt & sint, & enutriantur, & procreati, vt erudiantur. habet vero huiusmodi amicitia iucunditatem atque vtilitatem magis quam extraneorum, quãto etiam cõmunior vita inter ipsos est. Sunt item in fraterna ea, quæ & in sociali: & magis inter probos, & omnino similes, quãto propinquiores etiam ab ortu sunt, se mutuo diligunt: & quanto morib. sunt coniunctiores qui ex iisdẽ nati sunt, simulque nutriti, atq; instituti similiter. & quæ tempore fit cõprobatio, maxima ac firmissima est. Ex proportione vero in ceteris cognatis amandi rationes cõstant. Viro aũt & uxori amicitia esse natura videtur. homo enim magis ad cõiugium propẽsa res est, quã ad ciuilẽ societatem,

quam-

quantoq; prior magis & necessaria est familia quam ciuitas, & prolis creatio animalibus cõmunior. Ac aliis quidẽ animalibus eatenus cõmunicatio est: at homines non sobolis procreãdæ caussa tantum simul habitant, sed rerum etiam, quæ ad vitam spectant. continuo enim officia diuisa sunt, aliaque sunt viri & uxoris. sibi ergo mutuo opitulãtur, in commune sua vtriusq; conferentes. atq; ob id & vtilitas & iucũditas esse in hac amicitia videtur. fuerit autem etiam ob virtutem si probi sint (est enim vtriusque virtus) atque eiusmodi gaudeant. Vinculum autem esse liberi videntur. ideo citius qui liberis carẽt, dissoluuntur. liberi enim cõmune bonum ambobus est. connectit autem quod commune est. hoc autem, quo modo viro cum vxore sit conuiuendũ, & omnino amico cũ amico, nihil aliud quæri videtur, quam quo pacto ius est. non enim idem videtur amico erga amicum, neque erga extraneum, & socium, & condiscipulum.

ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον ζώοις. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωνία ἐστίν. οἱ δ' ἄνθρωποι οὐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον. εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα, καὶ ἔστιν ἕτερα ἀνδρὸς καὶ γυναικός. ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ χρήσιμον εἶναι δοκεῖ, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ. εἴη δ' ἂν καὶ δι' ἀρετήν, εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν· ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετή, καὶ χαίροιεν ἂν τῷ τοιούτῳ. σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι. διὸ θᾶττον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται. τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν, συνέχει δὲ τὸ κοινόν. τὸ δὲ πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ ὅλως φίλῳ πρὸς φίλον, οὐδὲν ἕτερον φαίνεται ζητεῖσθαι ἢ πῶς δίκαιον. οὐ γὰρ ταυτὸ φαίνεται τῷ φίλῳ πρὸς τὸν φίλον, καὶ πρὸς τὸν ὀθνεῖον, καὶ τὸν ἑταῖρον, καὶ τὸν συμφοιτητήν.

COMMENTATIONES

A ἐν κοινωνίᾳ μὲν) In hoc cap. Aristoteles nouam quasi diuisionem amicitiæ affert desumtã ex loco caussarum efficientium. Ad finem autem capitis attingit quæstionem de officiis, quibus amicitiæ sunt colendæ. Quod ad caussam efficientem, Aristoteles duplices facit amicitias, quarum aliæ nominantur φυσικαί, *naturales*, qua-

Amicitiæ naturales rum caussa efficiens est ipsa natura: aliæ autem dicuntur κοινωνικαὶ, quasi *communicantes*, quarum caussa efficiens ἡ κοινωνία, *communio aliquarum rerum*. *Communicantes.* Harum autem rursum sunt diuersæ species pro diuersitate rerum, quas homines inter se habent communes, & propter quarum communionem amicitiam vel societatē inter se mutuo constituunt. Hinc enim dicuntur quædam amicitiæ πολιτικαὶ, i. *ciuiles*, *Ciuiles.* quarum caussa efficiens est ipsa ciuitas & Respub. quę communi quodā vinculo omnes ciues inter se connectit, vt debeant sibi mutuo esse amici. Eodē modo dicuntur quædā amicitiæ φυλετικαὶ, *quæ sunt inter eos, qui dicuntur esse tribules*, *Tribules.* i. qui sunt in eadē tribu. Item, amicitiæ συμμαχικαὶ, i. *eorum, qui inter se sunt confœderati, qui propter mutuum auxiliū amicitiam & societatem inter se fecerunt*. *Militum.* Item, amicitia συστρατιωτικαὶ, i. *commilitonum*, *Commilitonum.* quos eadem militia cōiunxit. Item, amicitiæ ἐμπορικαὶ, *mercatorum*, *Mercatorum.* qui propter commune lucrum societatem fecerunt. Item, amicitiæ συμπλωτικαὶ, *simul nauigantium*, *Nautarū.* quos communis salus aut commune periculū, quod ipsis imminet, coniunxit. Item, amicitiæ ξενικαὶ, i. *hospitales*, *Hospitū.* quos cōmune ius hospitii coniunxit. Et his similes complures aliæ species, quæ omnes constant certis quibusdā pactis & conditionibus, quibus aliqui inter se societatē & amicitiam constituerunt, quę propterea dicuntur κοινωνικαὶ, quia manifesta est communio certarū rerū, propter quas sunt constitutæ. Amicitiæ vero naturales dicuntur, quas natura ipsa tacite & occulte mentibus hominum indidit, ita vt non ex aliquo manifesto pacto, sed naturæ instinctu sese mutuo ament. *Amicitiæ naturales duplices.* Hæ autem sunt rursum duplices: aliæ enim exsistūt, ratione sanguinis & cognationis, & nominantur συγγενικαὶ, quarū sunt quatuor præcipuæ species, nempe *parentum & liberorum*: deinde *fratrum*: tertio *cognatorū & propinquorum*: quarto *ipsorum coniugum*: aliæ autem exsistunt, ratione alicuius similitudinis inter aliquos, vel quo ad ætatem, vel quo ad studia, aut mores, aut aliam vitæ conditionē, & tales amicitiæ dicuntur ἑταιρικαὶ, q. *sodalitia*: *Sodalitia.* naturaliter enim fit, vt qui sunt aliqua in re similes, etiam se mutuo ament: quemadmodū dicitur, *similis simili gaudet*, &, *pares cum paribus facillime congregantur*. Hæc ergo est amicitiarum diui-

diuisio ratione caussæ efficientis, quæ est duplex, nempe natura, & bonorũ communio. Notandũ vero est, ꝙ in omni amicitia est quędã cõmunio: illa aũt vel est manifesta, q̃ certo cõsensu, pacto & conuentione cõstat circa res certas. In quibus ii, q amicitiã contraxerunt certis conditionibus, sibi mutuo sunt obligati, vel iuramento, vel stipulatione, vel scripto, vel alia aliqua ceremonia, ꝙ cõditiones illas vtrinq; sancte velint seruare: vel non est aperta cõmunio, sed est tacita quædã mutua obligatio amoris: cuiusmodi est in amicitiis, quas natura ipsa cõciliauit, q̃ ꝓpterea dicuntur φιλίαι φυσικαὶ, quarũ sunt 4. species, de quib. deinceps Aristot. agit, videl. *amicitia inter parentes & liberos. 2. amicitia inter fratres. 3. amicitia inter cognatos & propinquos. 4. amicitia inter coniuges.*

Communio in omni amicitia.

B καὶ συγγενικὴ δὲ φαίνεται.) Explicat deinceps Arist. 4. species amicitiæ naturalis, q exsistũt & ꝓficiscuntur ex consanguinitate & ꝓpinquitate: Quarũ prima & præcipua species nominatur πατρικὴ, i. *amicitia paterna*, quę est inter parentes & liberos: & veluti origo & principiũ, vnde demanant reliquæ species amicitiæ naturalis. Duo autem præcipue in hoc loco de hac amicitia explicantur: Primum est, *quanam sit caussa amoris inter parentes & liberos:* deinde, *quæ sit differentia istius amoris.* Quod ad primum attinet, *caussa, quamobrem parentes ament suos liberos, est ἡ φιλαυτία*, id est, *amor sui ipsius.* Vt enim quilq; seipsum amat, ita etiam amat ea, quæ sunt sua, & quæ ab ipso proficiscuntur. Itaq; parentes amant suos liberos: quia ab ipsis sunt geniti & profecti, & sunt veluti pars aliqua ipsorũ. Et quemadmodũ totũ naturaliter amat suas partes: ita parentes naturaliter amant suos liberos tanquam aliquam sui partem: vicissim vero liberi amant parentes, quia ab ipsis sunt profecti. Nam ab illis habent idipsum, quod habẽt, quemadmodum pars habet suum esse a toto: atq; ideo naturaliter pars debet amare totum, propterea quod sine eo non potest esse salua & integra: imo sine eo nunquã esset aut fuisset. Et quemadmodum naturaliter opus debet amare suum opificem, si modo possit: ita etiam liberi naturaliter debent amare parentes, quia sunt veluti opus ipsorum. Sed maior est amor parentum erga liberos, quam liberorum

Amicitia τῶν συγγενικῶν quatuor species paterna.

Parentes cur amẽt liberos.

Liberi cur parentes ament.

Amor parentum in liberos q̃ liberorũ in parentes cur sit maior.

erga parentes, cum tamen potius liberi magis deberent amare parentes propter magnitudinem beneficiorum, quæ illis a parentibus suis contingunt. Cur autem contrarium fiat Aristot. tres caussas commemorat: Prima caussa est, *quia parentes magis sciunt liberos esse suos, & ab ipsis genitos, quam liberi sciant esse suos parentes. Nam illi tantum credunt, & ita sibi persuaserunt propter beneficia, quæ ab ipsis acceperunt. Vnde sæpe fit, vt aliqui agnoscant eos pro suis parentibus, a quibus fuerunt educati, etiamsi reuera non sint eorum parentes.*

II. Altera caussa est, *quia parentes magis coniuncti sunt liberis, quam liberi parentibus. Etenim liberi ex substantia, carne & sanguine parentum sunt nati: parentes autem a liberis nihil habent. Itaq; liberi dicuntur esse proprii parentum, quia id, quod generatum est, est proprium eius, quod generauit: sic fructus dicitur proprius esse arboris, e qua est natus: non autem arbor dicitur esse propria ipsius fructus.* Declarat hoc Aristoteles exemplo totius & partium. *Qualibet enim pars dicitur esse totius, ad quod ipsa proprie refertur, & a quo habet suũ esse: non autem totum dicitur esse partis aut propter partem.* Exempli gratia: *Capillus, vel dens, vel digitus, vel alia aliqua pars, dicitur esse propria eius corporis, vnde est prognata. Quemadmodum igitur maior est coniunctio totius cum partibus, quam partiũ cum toto: ita maior est coniunctio parentum cum liberis, quam liberorum cum parentibus. Est enim naturaliter totum prius suis partibus: sic etiam parentes fuerunt, antequam essent liberi; liberi autem non potuerunt esse ante parentes.* Itaq; Aristoteles inquit, *id, quod generauit aliquid, semper magis coniunctum est ei, quod generatum est, quam id, quod generatum est ei, quod generauit.*

III. Tertia caussa, *quamobrem parentes magis ament suos liberos, quam hi suos parentes, est temporis diuturnitas. Qui enim diutius amarunt plus vehementius amant, quam qui non ita diu amarunt: parentes autem diutius amarunt suos liberos: nam statim, postquam nati sunt, & in hanc lucem editi, inceperunt eos amare: liberi autem non statim possunt amare parentes: sed tum demum eos incipiunt amare, quãdo eos incipiunt agnoscere, & possunt parentes suos ab aliis discernere, quod interdum fit post aliquot annos, cum in lucem sunt editi.* Etsi vero amor iste parentum

tum erga liberos naturaliter vtriq; parenti, nempe patri & matri sit insitus, tamen matrum amor est nonnihil vehementior erga liberos, quam patrũ. Vnde etiam Deus ipse volens ostendere, quantopere nos amet, comparat suum amorem non paterno, sed materno amori, tanquam vehementissimo & ardentissimo amori: imo suũ amorem erga nos adhuc vehementiorẽ esse confirmat. Inquit enim apud Esaiam cap. 49. *Nunquid obliuisci potest mater infantis sui, vt non misereatur filii vteri sui. Et si oblita fuerit, Ego tamen non obliuiscar tui.* Cur autem matres vehementius ament suos liberos, quam ipsi parentes? Aristoteles inquit, easdem esse tres caussas, paulo ante commemoratas. Primam nimirum, *quia matres melius norunt liberos esse suos, quam ipsi patres*: quemadmodum etiam Telemachus apud Homerum in lib. 1. Odyss. interrogatus, *an reuera esset Vlyssis filius*, respondit, *mater quidem hoc dicit: nemo enim ipse suum patrem vere cognouit.* Altera caussa, *quia matres ex sua quasi substantia liberos suos alunt & nutriunt, ac propterea illis magis sunt coniuncta, quam ipsi parentes.* Tertia caussa, *quia matres etiam diutius videntur amasse suos libros, quã ipsi parentes: statim enim, cum eos incepiscent gestare in vtero, incipiunt eos amare, & propterea diligentem curam habent, ne quid edant aut faciant, quod possit fœtui adhuc in vtero exsistenti nocere.*

Amor matrũ in liberos vehemẽtior paterno.

Matres cur vehementius amet suos liberos.

C ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους.) Altera species & proximus gradus amicitiæ, quæ ex consanguinitate exsistit, est amicitia *fraterna*, φιλία ἀδελφική. Hi enim post parentes & liberos maxime inter se sunt coniuncti. Caussæ huius amicitiæ tres commemorantur in hoc loco. Prima est, *quia ex iisdem sunt nati parentibus, & eandem habent originem, quam cognationem. Aristoteles hoc loco nominat ταυτότητα, id est identitatem, quæ facit, vt etiam ipsi fratres sint quodammodo vnum & idem: ac propterea fratres dicuntur esse idem sanguis, eadem stirps & radix.* Vnde quoque iniuria, quæ vni fratri accidit, etiam alteri videtur accidisse, & in ea vlciscenda frater potest iure in fratris locum succedere, & eam iniuriam tanquam sibi illatam vindicare. Altera caussa est *ætatis æqualitas & similitudo. Cuius tanta vis est, vt etiam interdum alienos, qui*

Amicitia fraterna.

Eius tres caussæ.

nulla sanguinis necessitudine ad nos pertinent, nobis faciat coniunctos, quemadmodum in prouerbio dicitur ἧλιξ ἥλικα τέρπει, *aequalis delectat aequalem, puer puerum, adolescens adolescentem senex senem.* Tertia caussa est συντροφία, *id est, communis educatio siue institutio & conuersatio, quae plurimum facit ad amicitiam conciliandam, quia ex ea paulatim nascitur morum & studiorum similitudo. Imo ex hac fere sola proficiscitur sodalium amicitia, quae fraternae amicitiae simillima est.*

Amicitia agnatorũ & cognatorum.

ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ) Tertia, species siue tertius gradus amicitiæ, quæ ex consanguinitate oritur, est agnatorum & cognatorum, eorum, scilicet, qui sequuntur post fratres, vt sunt *patrueles sobrini, consobrini, & reliqui,* quorum amicitiæ eadem quoque caussa est, quæ est fratrum: nempe quia ab eadem origine & stirpe sunt prognati: habent enim eosdem maiores, videlicet auum, proauum atauum, & vt Aristoteles hoc in loco dicit, sunt ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχηγῶν *ab eodẽ auctore generis,* id est, ex eadem stirpe atque familia, de quibus etiã Cicero lib. 1. offic. ait, *Magnum est eadem habere monumenta maiorum, eisdem vti sacris, cõmunia habere sepulcra* Differunt a. hæ amicitiæ, quod aliæ alijs sunt arctiores. Nam quæ magis sunt propinquę suo primo auctori, hæ etiã sunt arctiores: quo autẽ remotiores a primo auctore sui generis & familię, eo etiã sunt languidiores & remissiores, adeo vt tandem quasi exstinguantur Vnde etiam factum est, vt propter arctam illam necessitudinem, quæ est in primis gradibus, non licitum sit inter se contrahere matrimonia: qui autem in remotioribus gradibus sunt, his licet inter se matrimonia contrahere. De his gradibus amicitiæ naturalis, etiam Cicero mentionem facit *in lib. 1. offic* vbi inquit: *prima societas est in ipso coniugio, proxima in liberis, quorum vna domus cõmunia omnia sequũtur fratrum coniunctiones, post cõsobrinorum, sobrinorumque qui cum vna domo iã capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeũt.*

Amicitiæ differunt secundum gradus.

Ἔστι δ' ἡ μὲ φιλία.) Explicauit hactenus Aristoteles tres species amicitiæ, quæ est inter sanguine iunctos, nempe eam, quæ est inter *parentes & liberos,* Deinde *eam quæ est inter fratres.* Tertio, *eam quæ est inter agnatos & propinquos.* Huic explicationi subiũgit hoc loco quandam appendi-

pendicem, in qua potissimum hæc tria agit. Primum ostendit, *qualis sit amicitia inter parentes & liberos, & quas ob caussas liberi debeant parentes suos amare.* Deinde comparat amicitiam cognatorum cum ea, quæ est inter alienos & nullo sanguinis vinculo coniunctos. Tertio comparat amicitiam fraternam cum amicitia sodalium. Quod ad primum attinet, amicitia, quę est inter parentes & liberos consistit in quandam excellentia, quemadmodum etiam amicitia, quę est hominibus cum Deo. Vt enim Deus longissime excellit hominibus, ita parentes plurimum excellunt suis liberis, atque propter hanc excellentiam homines Deo & liberi parentibus debent summum amorem, summam beneuolentiam, obseruantiã & obedientiam. Deinde excellunt etiam parentes liberis magnitudine beneficiorum, quæ liberi a parentibus accipiunt: habent enim liberi a parentibus τὸ εἶναι *ipsum esse, id est, vitam & corpus.* Deinde habent ab ipsis τὴν τροφὴν, id est, *victum & alimenta, & reliqua vitæ necessaria.* Tertio habent ab illis τὴν παιδείαν *rectam educationem & institutionem.* Postremo parentes illis relinquunt post mortem omnia sua bona, propter quas caussas merito liberi parentes summo amore & honore debent prosequi. Quod ad alterum attinet, amicitia cognatorum arctior sua natura esse debet, quam ea amicitia, quæ constituitur inter alienos, qui nullo sanguinis vinculo sibi mutuo sunt coniuncti. Eius rei caussa est, quia in cognatorum amicitia magis insunt, τὰ φιλικά, id est, *ea quæ amicitiam possunt conciliare, quam in amicitia alienorũ.* Idq; maxime hanc ob caussam, qa inter cognatos maior est vitæ communio, q̃ inter alienos. Quod ad tertium attinet cõparat Arist. fraternam amicitiam cum amicitia sodalium, & ea cõparatione ostendit, ẽt fratrũ amicitiam naturę ordine arctiorem esse debere, quam sodalium. Primum, *quia initium eius statim ab ipsa natiuitate profectum est.* Deinde, *quia maior est inter eos vitæ cõmunio propter eandẽ educationem & assiduã conuersationem.* Tertio, *quia moribus magis sibi sunt similes, quæ morum similitudo ex assidua conuersatione existit.* Quarto, *quia longiore tempore se mutuo potuerunt probare & explorare.* Postremo *quia est firmissima.*

Comparatio amicitiæ, quæ est inter parentes & liberos.

Amicitiæ cognatorum comparatio.

Amicitiæ fraternæ comparatio cum amicitia sodalium.

metuunt. Sic etiam seruus si consideretur, quatenus est seruus, non vere amat dominum. mallet enim esse liber, & a domini potestate exemtus. Quatenus vero subditi & serui considerantur, quatenus sunt homines, tum pōt illis esse quædam amicitia cum tyrannis & Dominis, qui etiā sunt homines. Etenim omnes homines naturaliter communi quodam amoris vinculo inter se sunt coniuncti, ita vt homini naturaliter cum altero homine aliqua sit amicitia. Vnde Cicero in Lælio ait: *Sic nos nati videmur, vt inter omnes esset quædam societas.* Et diuus Augustinus inquit, *nemo est, cui non dilectio*, etsi non pro mutua caritate, pro ipsa tamen communis naturę societate debeatur. Etsi enim Samaritanus, de quo in Euangelio legimus, quoad ciuilē obligationē nihil debeat viatori spoliato & vulnerato, tamen naturaliter cū eo copulatus erat & obligatus ad eum iuuandū, quatenus nimirū homo homini ad mutuam operā præstandā natura lege est obligatus. Ex his ergo cōstat in tyrānide & herili societate nō magnū locū esse amicitiæ. Idem fere de Oligarchia sentiendum: quia enim Oligarchici solum sua cōmoda quærunt, ideo inter ipsos & subditos non magna pt esse amicitia, quia nō magna est bonorum cōio. Postremo quoad Democratiam attinet, quoniam in ea maior est ciuium æqualitas & plura habent inter se cōia, omnesq; fere eunde scopum, nempe libertatem spectant Ideo inter eos quoq; amicitia magis locū habere potest, quam in duab. iam dictis formis. In omnibus autem his societatib. tam bonis, quam malis & vitiosis, quod ad amicitiam attinet hæc duo præcipue sunt notanda: Primum, *tantò plus esse in vnaquaq; societate amicitiæ, quanto plus est in eo iuris*, deinde, *tāto arctiorem debere esse amicitiam in qualibet socie[illegible]te, quanto maior est malorum & beneficiorum inter aliquos communio.*

ΚΕΦ. ιϐ'.

ΕΝ κοινωνίᾳ μὲν οὖν πᾶσα φιλία ἐστὶ, καθάπερ εἴρηται. ἀφορίσειε δ' ἄν τις τήν τε συγγενικὴν καὶ

CAP. 12.

IN communione igitur omnis amicitia est, sicut dictum est. seiunxerit autem quispiam eam, quæ cognatorum est, & socia-

socialem. ciuiles vero, & tribulium, & conuectorũ, & quæ sunt huiusmodi, ijs qui in communione consistunt magis similes sunt. esse enim quasi ex conuenientia quadã videntur. inter has vero reposuerit aliquis etiã hospitalem quæ vero cognatorũ est, videtur multiformis esse, & pẽdere tota ex paterna. parentes enim diligunt liberos, vt quisui quidpiam sint: liberi vero parentes, vt ab illis quidpiam. magis tamen norunt parentes qui ex se sint, quam nati se ex illis esse: ac propius coniunctum est genito id a, quo est, quam procreatum procreanti. est enim quod a quopiam est proximum ei, ex quo est, vt dens, vel pilus, aut quiduis habenti: illorum vero nulli id ex quo est, vel minus. idq; etiã multitudine temporis. hi enim quam primum natos diligunt: illi vero progressi temporibus, parentes, cum intelligentiam, vel sensum nacti sunt. atque hinc constat, cur matres magis ament. Parentes igitur liberos, vt seipsos amant: qui enim ex ipsis oriuntur, sunt quasi alteri ipsi. quia separati sint. filij aũt parentes, vt ab illis enati. at fratres se mutuo, quod ex ijsdẽ nati sint. nã quia ijdem ab illis sunt, id facit vt idẽ inter se sint: ideo inquiunt eundẽ sanguinẽ, & radicẽ, atq; huiusmodi sunt itaq; idem quodammodo

τὴν ἑταιρικήν. αἱ δὲ πολιτικαὶ, καὶ φυλετικαὶ, καὶ συμπλοϊκαὶ, καὶ ὅσαι τοιαῦται, κοινωνικαῖς ἐοίκασι μᾶλλον. οἷον γὰρ καθ' ὁμολογίαν τινὰ φαίνονται εἶναι. εἰς ταύτας δὲ τάξειεν ἄν τις καὶ τὴν ξενικήν. καὶ ἡ συγγενικὴ δὲ φαίνεται πολυειδὴς εἶναι, καὶ ἠρτῆσθαι πᾶσα ἐκ τῆς πατρικῆς. οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα· τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα. μᾶλλον δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν, ἢ τὰ γεννηθέντα ὅτι ἐκ τούτων· καὶ μᾶλλον συνῳκείωται τὸ ἀφ' οὗ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γενόμενον τῷ ποιήσαντι. τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ, οἷον ὀδοὺς, ἢ θρὶξ, ἢ ὁτιοῦν τῷ ἔχοντι. ἐκείνων δ' οὐθενὶ τὸ ἀφ' οὗ, ἢ ἧττον. καὶ τῷ πλήθει δὲ τοῦ χρόνου. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα στέργουσι. τὰ δὲ προελθόντα τοῖς χρόνοις τοὺς γονεῖς, σύνεσιν, ἢ αἴσθησιν λαβόντα. ἐκ τούτων δὲ δῆλον καὶ δι' ἃ φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μητέρες. γονεῖς μὲν οὖν τέκνα φιλοῦσιν ὡς ἑαυτοὺς. τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν, οἷον ἕτεροι αὐτοὶ τῷ κεχωρίσθαι. τέκνα δὲ γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων πεφυκότα. ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους, τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι. ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης, ἀλλήλοις ταὐτὸ ποιεῖ. διὸ φασὶ ταὐτὸν αἷμα, καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰσὶ δὴ ταὐτό πως

καὶ ἐν διηρημένοις. μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον, καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν. ἧλιξ γὰρ ἥλικα, καὶ οἱ συνήθεις ἑταῖροι. διὸ καὶ ἡ ἀδελφικὴ τῇ ἑταιρικῇ ὁμοιοῦται. ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς, ἐκ τούτων συνῳκείωνται. τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι. γίγνονται δ' οἱ μὲν οἰκειότεροι, οἱ δ' ἀλλοτριώτεροι. τῷ σύνεγγυς ἢ πόρρω τὸν ἀρχηγὸν εἶναι. ἔστι δ' ἡ μὲν πρὸς γονεῖς φιλία τέκνοις, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς, ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον. εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα. τοῦ γὰρ εἶναι καὶ τραφῆναι αἴτιοι, καὶ γενομένοις τοῦ παιδευθῆναι. ἔχει δὲ τὸ ἡδὺ καὶ χρήσιμον ἡ τοιαύτη φιλία μᾶλλον τῶν ὀθνείων, ὅσῳ καὶ κοινότερος ὁ βίος αὐτοῖς ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ ἐν ἀδελφικῇ ἅπερ καὶ ἐν τῇ ἑταιρικῇ· καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐπιεικέσι, καὶ ὅλως τοῖς ὁμοίοις. ὅσῳ οἰκειότεροι καὶ ἐκ γενετῆς ὑπάρχοντες, στέργουσιν ἀλλήλους· καὶ ὅσῳ ὁμοηθέστεροι οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ σύντροφοι, καὶ παιδευθέντες ὁμοίως. καὶ ἡ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία, πλείστη καὶ βεβαιοτάτη. ἀνάλογον δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τῶν συγγενῶν τὰ φιλικά. ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν. ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν, καὶ

etiam in distinctis. Magnum etiam ad amicitiam est & una educatum esse, & aetate congruere. Aequalis enim aequalem (delectat:) & quibuscum est consuetudo socij sunt. unde fraterna haec amicitia sociali est similis. Patrueles item, & reliqui cognati ex his prope coniuncti sunt: quod videlicet ab ijsdem sint: fiuntque alij propinquiores, alij alieniores, quo vel propius, vel longius auctor generis abest. Est vero amicitia liberis erga parentes, & hominibus erga deos tanquam erga bonum atque excellens. beneficia enim maxima contulere. nam in caussa sunt ut & sint, & enutriantur, & procreatis, ut erudiantur. habet vero huiusmodi amicitia iucunditatem atque utilitatem magis quam extraneorum, quãto etiam cõmunior vita inter ipsos est. Sunt item in fraterna ea, quae & in sociali: & magis inter probos, & omnino similes, quãto propinquiores etiam ab ortu sunt, se mutuo diligunt: & quanto morib. sunt coniunctiores qui ex ijsdẽ nati sunt, simulque nutriti, atque instituti similiter. & quae tempore fit cõprobatio, maxima ac firmissima est. Ex proportione vero in ceteris cognatis amandi rationes cõstant. Viro aũt & uxori amicitia esse natura videtur. homo enim magis ad cõiugium propẽsus est, quã ad ciuilẽ societatem, quan-

quantoq; prior magis & necessaria est familia quam ciuitas, & prolis creatio animalibus cõmunior. Ac aliis quidẽ animalibus eatenus cõmunicatio est: at homines non sobolis procreãdæ caussa tantum simul habitant, sed rerum etiam, quæ ad vitam spectant. continuo enim officia diuisa sunt, aliaque sunt viri & vxoris. sibi ergo mutuo opitulãtur, in commune sua vtriusq; conferentes atq; ob id & vtilitas & iucũditas esse in hac amicitia videtur. fuerit autem etiam ob virtutem, si probi sint (est enim vtriusque virtus) atque eiusmodi re gaudeant. Vinculum autem esse liberi videntur. ideo citius qui liberis carẽt, dissoluuntur. liberi enim cõmune bonum ambobus est. connectit autem quod commune est. hoc autem, quo modo viro cum vxore sit conuiuendũ, & omnino amico cũ amico, nihil aliud quæri videtur, quam quo pacto ius est. non enim idem videtur amico erga amicum, neque erga extraneum, & socium, & condiscipulum.

ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον ζώοις. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωνία ἐστίν. οἱ δ᾽ ἄνθρωποι οὐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον. εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα, καὶ ἔστιν ἕτερα ἀνδρὸς καὶ γυναικός. ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ χρήσιμον εἶναι δοκεῖ, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ. εἴη δ᾽ ἂν καὶ δι᾽ ἀρετήν, εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν. ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετή, καὶ χαίροιεν ἂν τῷ τοιούτῳ. σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι. διὸ θᾶττον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται. τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν. συνέχει δὲ τὸ κοινόν. τὸ δὲ πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ ὅλως φίλῳ πρὸς φίλον, οὐδὲν ἕτερον φαίνεται ζητεῖσθαι ἢ πῶς δίκαιον. οὐ γὰρ ταὐτὸ φαίνεται τῷ φίλῳ πρὸς τὸν φίλον, καὶ πρὸς τὸν ὀθνεῖον, καὶ τὸν ἑταῖρον, καὶ τὸν συμφοιτητήν.

COMMENTATIONES

A ἐν κοινωνίᾳ μ̀) In hoc cap. Aristoteles nouam quasi diuisionem amicitiæ affert desumtã ex loco caussarum efficientium. Ad finem autem capitis attingit quæstionem de officiis, quibus amicitiæ sunt colendæ. Quod ad caussam efficientem, Aristoteles duplices facit amicitias, quarum aliæ nominantur φυσικαί, *naturales*, qua-

Amicitia naturales rum caussa efficiens est ipsa natura: aliæ autem dicuntur *κοινωνικαὶ*, quasi *communicantes*, quarum caussa efficiens *ἡ κοινωνία*, *communio aliquarum rerum*. Harum autem rursum sunt diuersæ species pro diuersitate rerum, quas homines inter se habent communes, & propter quarum communionem amicitiam vel societatē inter se mutuo constituunt. Hinc enim dicuntur quædam amicitiæ *πολιτικαὶ*, i. *ciuiles*, quarum caussa efficiens est ipsa ciuitas & Respub. quę communi quodā vinculo omnes ciues inter se connectit, vt debeant sibi mutuo esse amici. Eodē modo dicuntur quædā amicitiæ *φυλετικαὶ*, *quæ sunt inter eos, qui dicuntur esse tribules*, i. qui sunt in eadē tribu. Item, amicitiæ *συμμαχικαὶ*, i. *eorum, qui inter se sunt confœderati, qui propter mutuum auxiliū amicitiam & societatem inter se fecerunt*. Item, amicitia *συστρατιωτικαὶ*, i. *commilitonum*, quos eadem militia cōiunxit. Item, amicitiæ *ἐμπορικαὶ*, *mercatorum*, qui propter commune lucrum societatem fecerunt. Item, amicitiæ *συμπλευστικαὶ*, *simul nauigantium*, quos communis salus aut commune periculū, quod ipsis imminet, coniunxit. Item, amicitiæ *ξενικαὶ*, i. *hospitales*, quos cōmune ius hospitii coniunxit. Et his similes complures aliæ species, quæ omnes constant certis quibusdā pactis & conditionibus, quibus aliqui inter se societatē & amicitiam constituerunt, quę propterea dicuntur *κοινωνικαὶ*, quia manifesta est communio certarū rerū, propter quas sunt constitutæ. Amicitiæ vero naturales dicuntur, quas natura ipsa tacite & occulte mentibus hominum indidit, ita vt non ex aliquo manifesto pacto, sed naturæ instinctu sese mutuo ament. Hæ autem sunt rursum duplices: aliæ enim exsistūt, ratione sanguinis & cognationis, & nominantur *συγγενικαὶ*, quarū sunt quatuor præcipuæ species, nempe *parentum & liberorum*: deinde *fratrum*: tertio *cognatorū & propinquorum*: quarto *ipsorum coniugum*: aliæ autem exsistunt, ratione alicuius similitudinis inter aliquos, vel quo ad ætatem, vel quo ad studia, aut mores, aut aliam vitæ conditionē, & tales amicitiæ dicuntur *ἑταιρικαὶ*, q. *sodalitia*: naturaliter enim fit, vt qui sunt aliqua in re similes, etiam se mutuo ament: quemadmodū dicitur, *similis simili gaudet*, &, *pares cum paribus facilime congregantur*. Hæc ergo est amicitiarum diui-

Commu- nicantes. *Ciuiles.* *Tribules.* *Militum.* *Commilitonum.* *Mercatorum.* *Nautarū.* *Hospitū.* *Amicitia naturales duplices.* *Sodalitia.*

diuisio ratione caussæ efficientis, quæ est duplex, nempe natura, & bonorū communio. Notandū vero est, quod in omni amicitia est quędā cōmunio: illa aūt vel est manifesta, quę certo cōsensu, pacto & conuentione cōstat circa res certas. In quibus ii, qui amicitiā contraxerunt certis conditionibus, sibi mutuo sunt obligati, vel iuramento, vel stipulatione, vel scripto, vel alia aliqua ceremonia, quod cōditiones illas vtrinq; sancte velint seruare: vel non est aperta cōmunio, sed est tacita quædā mutua obligatio amoris: cuiusmodi est in amicitiis, quas natura ipsa cōciliauit, quę propterea dicuntur φιλίαι φυσικαὶ, quarū sunt 4. species, de quib. deinceps Aristot. agit, videl. *amicitia inter parentes & liberos. 2. amicitia inter fratres. 3. amicitia inter cognatos & propinquos. 4. amicitia inter coniuges.*

Communio in omni amicitia.

B ἡ δὲ συγγενικὴ δ' φαίνεται.) Explicat deinceps Arist. 4. species amicitiæ naturalis, quæ exsistūt & proficiscuntur ex consanguinitate & propinquitate: Quarū prima & præcipua species nominatur πατρικὴ, i. *amicitia paterna*, quę est inter parentes & liberos: & veluti origo & principiū, vnde demanant reliquæ species amicitiæ naturalis. Duo autem præcipue in hoc loco de hac amicitia explicantur: Primum est, *quanam sit caussa amoris inter parentes & liberos:* deinde, *quæ sit differentia istius amoris.* Quod ad primum attinet, *caussa, quamobrem parentes ament suos liberos, est ἡ φιλαυτία*, id est, *amor sui ipsius.* Vt enim quisq; seipsum amat, ita etiam amat ea, quæ sunt sua, & quæ ab ipso proficiscuntur. Itaq; parentes amant suos liberos: quia ab ipsis sunt geniti & profecti, & sunt veluti pars aliqua ipsorū. Et quemadmodū totū naturaliter amat suas partes: ita parentes naturaliter amant suos liberos tanquam aliquam sui partem: vicissim vero liberi amant parentes, quia ab ipsis sunt profecti. Nam ab illis habent idipsum, quod habēt, quemadmodum pars habet suum esse a toto: atq; ideo naturaliter pars debet amare totum, propterea quod sine eo non potest esse salua & integra: imo sine eo nunquā esset aut fuisset. Et quemadmodum naturaliter opus debet amare suum opificem, si modo possit: ita etiam liberi naturaliter debent amare parentes, quia sunt veluti opus ipsorum. Sed maior est amor parentum erga liberos, quam liberorum

Amicitiarū συγγενικῶν quatuor species paterna.

Parentes cur amēt liberos.

Liberi cur parentes ament.

Amor parentum in liberos q̃ liberorũ in parentes cur sit maior.

erga parentes, cum tamen potius liberi magis deberent amare parentes propter magnitudinem beneficiorum, quæ illis a parentibus suis contingunt. Cur autem contrarium fiat Aristot. tres caussas commemorat: Prima caussa est, *quia parentes magis sciunt liberos esse suos, & ab ipsis genitos, quam liberi sciant esse suos parentes. Nam illi tantum credunt, & ita sibi persuaserunt propter beneficia, quæ ab ipsis acceperunt. Vnde sæpe fit, vt aliqui agnoscant eos pro suis parentibus, a quibus fuerunt educati, etiamsi reuera non sint eorum parentes.*

II. Altera caussa est, *quia parentes magis coniuncti sunt liberis, quam liberi parentibus. Etenim liberi ex substantia, carne & sanguine parentum sunt nati: parentes autem a liberis nihil habent. Itaq; liberi dicuntur esse proprii parentum, quia id, quod generatum est, est proprium eius, quod generauit: sic fructus dicitur proprius esse arboris, e qua est natus: non autem arbor dicitur esse propria ipsius fructus.* Declarat hoc Aristoteles exemplo totius & partium. *Qualibet enim pars dicitur esse totius, ad quod ipsa proprie refertur, & a quo habet suũ esse: non autem totum dicitur esse partis aut propter partem.* Exempli gratia: *Capillus, vel dens, vel digitus, vel alia aliqua pars, dicitur esse propria eius corporis, vnde est prognata. Quemadmodum igitur maior est coniunctio totius cum partibus, quam partiũ cum toto; ita maior est coniunctio parentum cum liberis, quam liberorum cum parentibus. Est enim naturaliter totum prius suis partibus: sic etiam parentes fuerunt, antequam essent liberi: liberi autem non potuerunt esse ante parentes.* Itaq; Aristoteles inquit, *id, quod generauit aliquid, semper magis coniunctum est ei, quod generatum est, quam id, quod generatum est ei, quod generauit.*

III. Tertia caussa, *quamobrem parentes magis ament suos liberos, quam hi suos parentes, est temporis diuturnitas. Qui enim diutius amarunt plus vehementius amant, quam qui non ita diu amarunt: parentes autem diutius amarunt suos liberos: nam statim, postquam nati sunt, & in hanc lucem editi, inceperunt eos amare: liberi autem non statim possunt amare parentes: sed tum demum eos incipiunt amare, quãdo eos incipiunt agnoscere, & possunt parentes suos ab aliis discernere, quod interdum fit post aliquot annos, cum in lucem sunt editi.* Etsi vero amor iste parentum

tum erga liberos naturaliter vtriq; parenti, nempe patri & matri sit insitus, tamen matrum amor est nonnihil vehementior erga liberos, quam patrũ. Vnde etiam Deus ipse volens ostendere, quantopere nos amet, comparat suum amorem non paterno, sed materno amori, tanquam vehementissimo & ardentissimo amori: imo suũ amorem erga nos adhuc vehementiorẽ esse confirmat. Inquit enim apud Esaiam cap. 49. *Nunquid obliuisci potest mater infantis sui, vt non misereatur filii vteri sui. Et si oblita fuerit, Ego tamen non obliuiscar tui.* Cur autem matres vehementius ament suos liberos, quam ipsi parentes? Aristoteles inquit, easdem esse tres caussas, paulo ante commemoratas. Primam nimirum, *quia matres melius norunt liberos esse suos, quam ipsi patres:* quemadmodum etiam Telemachus apud Homerum in lib. 1. Odyss. interrogatus, *an reuera esset Vlyssis filius*, respondit, *mater quidem hoc dicit: nemo enim ipse suum patrem vere cognouit.* Altera caussa, *quia matres ex sua quasi substantia liberos suos alunt & nutriunt, ac propterea illis magis sunt coniuncta, quam ipsi parentes.* Tertia caussa, *quia matres etiam diutius videntur amasse suos libros, quã ipsi parentes: statim enim, cum eos inciperent gestare in vtero, incipiunt eos amare, & propterea diligentem curam habent, ne quid edant aut faciant, quod possit fœtui adhuc in vtero existenti nocere.*

Amor matrũ in liberos vehemẽtior paterno.

Matres cur vehementius amẽt suos liberos.

C ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους.) Altera species & proximus gradus amicitiæ, quæ ex consanguinitate existit, est amicitia *fraterna*, φιλία ἀδελφική. Hi enim post parentes & liberos maxime inter se sunt coniuncti. Caussæ huius amicitiæ tres commemorantur in hoc loco. Prima est, *quia ex iisdem sunt nati parentibus, & eandem habent originem, quam cognationem. Aristoteles hoc loco nominat ταυτότητα, id est identitatem, quæ facit, vt etiam ipsi fratres sint quodammodo vnum & idem: ac propterea fratres dicuntur esse idem sanguis, eadem stirps & radix.* Vnde quoque iniuria, quæ vni fratri accidit, etiam alteri videtur accidisse, & in ea vlciscenda frater potest iure in fratris locum succedere, & eam iniuriam tanquam sibi illatam vindicare. Altera caussa est *ætatis æqualitas & similitudo. Cuius tanta vis est, vt etiam interdum alienos, qui*

Amicitia fraterna.

Eius tres caussæ.

pendicem, in qua potissimum hæc tria agit. Primum ostendit, *qualis sit amicitia inter parentes & liberos, & quas ob caussas liberi debeant parentes suos amare.* Deinde comparat amicitiam cognatorum cum ea, quæ est inter alienos & nullo sanguinis vinculo coniunctos. Tertio comparat amicitiam fraternam cum amicitia sodalium. Quod ad primum attinet, amicitia, quę est inter parentes & liberos consistit in quandam excellentia, quemadmodum etiam amicitia, quę est hominibus cum Deo. Vt enim Deus longissime excellit hominibus, ita parentes plurimum excellunt suis liberis, atque propter hanc excellentiam homines Deo & liberi parentibus debent summum amorem, summam beneuolentiam, obseruantiā & obedientiam. Deinde excellunt etiam parentes liberis magnitudine beneficiorum, quæ liberi a parentibus accipiunt: habent enim liberi a parentibus τὸ εἶναι *ipsum esse, id est, vitam & corpus.* Deinde habent ab ipsis τὴν τροφὴν, id est, *victum & alimenta, & reliqua vitæ necessaria.* Tertio habent ab illis τὴν παιδείαν *rectam educationem & institutionem.* Postremo parentes illis relinquunt post mortem omnia sua bona, propter quas caussas merito liberi parentes summo amore & honore debent prosequi. Quod ad alterum attinet, amicitia cognatorum arctior sua natura esse debet, quam ea amicitia, quæ constituitur inter alienos, qui nullo sanguinis vinculo sibi mutuo sunt coniuncti. Eius rei caussa est, quia in cognatorum amicitia magis insunt, τὰ φιλικὰ, id est, *ea quæ amicitiam possunt conciliare, quam in amicitia alienorū.* Idq; maxime hanc ob caussam, qa inter cognatos maior est vitæ communio, q̄ inter alienos. Quod ad tertium attinet cōparat Arist. fraternam amicitiam cum amicitia sodalium, & ea cōparatione ostendit, ēt fratrū amicitiam naturę ordine arctiorem esse debere, quam sodalium. Primum, *quia initium eius statim ab ipsa natiuitate profectum est.* Deinde, *quia maior est inter eos vitæ cōmunio propter eandē educationem & assiduā conuersationem.* Tertio, *quia moribus magis sibi sunt similes, quæ morum similitudo ex assidua conuersatione existit.* Quarto, *quia longiore tempore se mutuo potuerunt probare & explorare.* Postremo *quia est firmissima.*

Comparatio amicitiæ, quæ est inter parentes & liberos.

Amicitiæ cognatorum comparatio.

Amicitiæ fraternæ comparatio cum amicitia sodalium.

Amicitia coniugalis.

Eius caussa efficiēs.

F ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ.) Quarta species amicitiæ naturalis dicitur γαμικὴ coniugalis, quæ est inter virum & mulierem, siue maritum & vxorem. De hac Aristoteles ostendit, quæ nam sit eius caussa efficiens, finalis & conseruans. Caussa efficiens amicitiæ coniugalis est ἡ φύσις *ipsa natura.* Quoniam homo naturaliter magis ad coniugalem societatem propensus est, quam ad ipsam ciuilem societatem: nam non solum homini, sed etiam omni animali naturaliter innatum est, vt cupiat sibi similem procreare. Vnde Aristoteles dicit, naturalissimum esse generare similem: qui affectus ideo omnibus animalibus inditus est, vt hoc modo per generationem cōseruarentur species, quæ alioqui iam dudum periissent. Atque hanc societatem coniugalem Aristoteles dicit magis necessariam esse, quam ipsam ciuilem: quia sine illa non posset esse ciuitas, & præterea illa societas fuit prior, antequam esset ciuilis societas. Etenim ciuitas ex domibus constat, & homines prius in priuatis domibus vixerunt, antequam domos coniungerent, & ex ea coniunctione ciuitates constituerent. Quod autem Aristoteles dicit, domum priorem fuisse ciuitate, id intelligendum de ordine compositionis, quatenus ciuitas ex multis domibus est composita: alioqui autem ciuitas naturæ ordine prior est domo, quemadmodum totum prius est suis partibus, nempe dignitate & præstantia, quemadmodum *Aristoteles libro primo politi. capite secundo* ostendit. Loquimur autem hoc loco, quod ad caussam efficiētem attinet Philosophico more: alioqui enim ex sacris literis Deum Opt. Maxim. esse primum auctorem & institutorem coniugii, quemadmodum habetur in Genesi. Quod ad caussas finales coniugii attinet, duæ hoc loco commemorantur: Prima est *propagatio sobolis & familia, ad conseruandum genus humanum.* Altera est *mutuum in vita auxilium.* Vnde etiam in sacris literis *mulier* dicitur esse *adiutorium viri.* Sunt vero etiam aliæ caussæ nempe, *vt seruetur castitas inter homines, vitetur scortatio, propagetur Ecclesia & politia inprimis, & per pios coniuges eorumque liberos & familiam Deus colatur & glorificetur,* quas caussas Theologia, non autem Philosophia nobis ostendit.

Finalis.

Caussę

Caussæ conseruantes hoc loco etiam duplices commemorantur. Quædam enim sunt communes cum ceteris amicitiis & societatibus, nempe *honestas, iucunditas & vtilitas.* Vt enim maris & fœminæ commixtio & societas extra matrimonium est turpis & inhonesta, quæ bestiis magis, quam hominibus conuenit: ita legitima eorum coniunctio honestissima est, & etiam apud Ethnicos semper fuit laudabilis habita, eorumque liberi, qui ex eiusmodi matrimonio fuerunt prognati, habiti sunt honesti, & digni, qui ad publica munera & honesta officia admitterentur: contra vero spurii & ex illegitimo matrimonio nati, ab honestis & publicis muneribus fuerunt exclusi. Habet etiam legitima coniunctio suam honestam voluptatem, qua pii coniuges mutuo fruuntur in administratione rei domesticæ, maxime vero in educatione liberorum. Magna quoque in hac societate percipitur vtilitas ex amplificatione rei familiaris, dum sibi mutuo fideles præstant operas. Aliæ autem caussæ conseruantes sunt propriæ ipsius coniugii, nempe τὰ τέκνα, id est, liberi, qui sunt veluti vinculum, quo amor coniugum est connexus; quod Aristoteles probat duabus rationibus. Prima sumitur a contrario. Nam qui coniuges sunt *ἄτεκνοι destituti liberis*, horum matrimonium est infœcundum & sterile, eorum amor interdum non est ita vehemens, & apud veteres eiusmodi matrimonia existimabantur sinistris auspiciis esse facta, quæ facilius iterum possint dissolui, & apud Iudæos sterilitas pro maledictione habebatur. Altera ratio sumitur a caussa efficiente: Quia enim liberi sunt commune bonum matrimonii: bonorum autem communio efficit & conseruat amicitiam. Ideo etiam liberi recte numerantur inter caussas conseruantes amicitię & societatis coniugalis.

Conseruant.

Liberi sunt vinculum amoris coniugalis.

G τὸ δὲ πῶς.) Hæc est altera appendix huius capitis, in qua attingit quæstionem de officiis, quibus amicitiæ sunt colendæ. Ad hanc autem quæstionem in sequenti libro copiosius & pluribus respondetur. Hoc loco tantum paucissimis verbis responsio attingitur. Inquit autem quærere, *quibus officiis sit amicitia co-*

Amicitia quibus officiis colenda.

lenda, idem esse, ac si quæreretur: *quomodo cuique ius suum sit tribuendum.* quibus verbis ostendit in colendis & præstandis amicitiæ officiis considerandum esse præceptum iustitiæ, quo præcipitur, *cuique tribuendum, id quod ei debetur.* Est enim, vt in nono capite dictum fuit, amicitia pars quædam iustitiæ. Vt igitur non idem ius omnibus debetur, & diuersum est ius pro diuersitate formarum reipubl. & personarum aliarumque circumstantiarum: ita etiam in colenda amicitia non eadem officia omnibus sunt tribuenda: sed seruanda hic est analogia seu proportio Geometrica, vt cuilibet amico secundum dignitatem & meritum ea officia tribuantur & præstentur, quæ ei conueniunt. Atque hoc est generale præceptum tenendum in colenda amicitia. Ex quo non difficile est intelligere, quid singulis amicis in specie sit tribuendum. De qua re plura in sequenti libro explicantur.

ΚΕΦ. ιγ'.

A Τριττῶν δὴ οὐσῶν φιλιῶν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, καὶ καθ' ἑκάστην, τῶν μὲν ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων, τῶν δὲ καθ' ὑπεροχήν. καὶ γὰρ ὁμοίως ἀγαθοὶ γίνονται φίλοι, καὶ ἀμείνων χείρονι· ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον ἰσάζοντες ταῖς ὠφελείαις καὶ διαφέροντες· τοὺς ἴσους μὲν κατ' ἰσότητα δεῖ τῷ φιλεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς ἰσάζειν, τοὺς δ' ἀνίσους τῷ ἀνάλογον ταῖς ὑπεροχαῖς ἀποδιδόναι. γίνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα καὶ αἱ μέμψεις ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ, ἢ μόνῃ, ἢ μάλιστα εὐλόγως· οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες, εὖ δρᾶν ἀλ-

CAP. 13.

CVm ergo triplex sit amicitia, quemadmodum in principio dictum est, & in vnaquaque alii sint amici in paritate, alii in excellentia (similiter enim boni fiunt amici, & melior peiori: similiter etiam iucundi, & ob vtilitatem, vel pares emolumentis, vel differentes) pares quidem paritate, vt amando & reliquis æquentur oportet: impares vero, vt pro rata excessuum portione reddant. Oriuntur autem expostulationes & querelæ in amicitia, quæ ex vtilitate est, vel sola, vel maxime: nec iniuria. qui enim ob virtutem amici sunt, ad benefaciendum sibi mutuo sunt

sunt promti. id enim virtutis & amicitiæ est. ad hoc vero contendentium expostulationes non sunt, neque pugna. nam eum qui amat & benefacit, nemo fert indigne: sed si urbanus sit, bene faciendo respondet: qui vero exsuperans consequitur id quod cupit, non expostularit cum amico. nam vterque bonum appetit. neque in ijs admodum quæ propter voluptatem. simul enim vtrisque id fit quod cupiunt, si conuicti mutuo oblectantur. ridiculus enim videretur, qui cum non oblectanti expostularet, cum liceat simul non degere. at quæ est ob vtilitatem, expostulationum plena est. nam cum ob emolumentum mutua consuetudine vtatur, pluris semper indigent, minusque se habere existimant quam conueniat, accusantque quod non quot rebus indigent, totidem consequantur, cũ digni sint: qui vero benefaciunt, tanta exhibere nequeunt, quantis indigent illi qui accipiunt. Videtur autẽ sicut ius est duplex, (alterum enim non scriptum, alterũ legitimum) amicitia quoque quæ ex vtilitate fit, moralis altera esse, altera legitima. fiunt igitur expostulationes maxime, cum non ex eadem contraxerunt ac dissoluunt. est vero legitima quidem in cõdictis, altera omnino forensis, e manu in manũ: liberalior altera, in tempus:

λήλους ἁμιλλωμένων. τοῦτο γὰρ ἀρετῆς καὶ φιλίας. πρὸς τοῦτο δ' ἁμιλλωμένων οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα, οὐδὲ μάχαι. τὸν γὰρ φιλοῦντα καὶ εὖ ποιοῦντα οὐδεὶς δυσχεραίνει· ἀλλ' ἐὰν ᾖ χαρίεις ἀμείβεται εὖ δρῶν. ὁ δ' ὑπερβάλλων τυγχάνων οὗ ἐφίεται, οὐκ ἂν ἐγκαλοίη τῷ φίλῳ. ἕκαστος γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται. οὐ πάνυ δ' οὐδ' ἐν ταῖς δι' ἡδονήν. ἅμα γὰρ ἀμφοῖν γίνεται οὗ ὀρέγονται, εἰ τῷ συνδιάγειν χαίρουσι. γελοῖος δ' ἂν φαίνοιτο καὶ ὁ ἐγκαλῶν τῷ μὴ τέρποντι, ἐξὸν μὴ συνδιημερεύειν. ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, ἐγκληματική. ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις, ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται, καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσήκοντος, καὶ μέμφονται ὅτι οὐχ ὅσων δέονται, τοσούτων τυγχάνουσιν ἄξιοι ὄντες. οἱ δ' εὖ ποιοῦντες, οὐ δύνανται ἐπαρκεῖν τοσοῦτον, ὅσων οἱ πάσχοντες δέονται. ἔοικε δὲ καθάπερ τὸ δίκαιόν ἐστι διττόν· τὸ μὲν γὰρ ἄγραφον, τὸ δὲ κατὰ νόμον, καὶ τῆς κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίας, ἡ μὲν ἠθική, ἡ δὲ νομικὴ εἶναι. γίνεται οὖν τὰ ἐγκλήματα μάλιστ', ὅταν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι καὶ διαλύωνται. ἔστι δ' ἡ νομικὴ μὲν ἡ ἐπὶ ῥητοῖς, ἡ μὲν πάμπαν ἀγοραία, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα. ἡ δὲ ἐλευθεριωτέρα, εἰς χρόνον·

C

καθ' ὁμολογίαν δὲ, τὸ ἀντὶ τίνος. δῆλον δ' ἐν ταύτῃ τὸ ὀφείλημα, καὶ οὐκ ἀμφίλογον. φιλικὴν δὲ τὴν ἀναβολὴν ἔχει. διὸ παρ' ἐνίοις, τούτων οὐκ εἰσὶ δίκαι· ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. ἡ δ' ἠθικὴ οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ δωρεῖται, ἢ ὅ,τι δή ποτε ἄλλο. κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκὼς, ἀλλὰ χρήσας. οὐχ ὁμοίως δὲ καὶ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος, ἐγκαλέσει. τοῦτο δὲ συμβαίνει, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας ἢ τοὺς πλείστους, τὰ καλά. προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν, μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ· ὠφέλιμον δὲ τὸ εὐεργετεῖσθαι. δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον

D τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθε, καὶ ἑκόντι· ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ ποιητέον. ὡς δὲ διαμαρτόντι ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ εὖ παθόντι ὑφ' οὗ οὐκ ἔδει· οὐ γὰρ ὑπὸ φίλου, οὐδὲ δι' αὐτὸ τοῦτο δρῶντος. καθάπερ οὖν ἐπὶ ῥητοῖς εὐεργετηθέντα διαλυτέον· καὶ ὁμολογήσαι δ' ἂν δυνάμενος ἀποδώσειν. ἀδυνατοῦντα δὲ οὐδὲ ὁ δοὺς ἠξίωσεν ἄν. ὥστ' εἰ δυνατὸν, ἀποδοτέον. ἐν ἀρχῇ δ' ἐπισκεπτέον ὑφ' οὗ εὐεργετεῖται, καὶ ἐπὶ τίνι. ὅπως ἐπὶ τούτοις ὑπομένῃ, ἢ μή.

ex conuenientia tamen, ut aliquid pro aliquo. in qua manifestum quidem est, & non controuersum quod debetur: amicam tamen dilationem habet, unde apud nonnullos, horum iudicia non sunt. sed acquiescendum ijs putant, qui ex fide inter se contraxerint. sed moralis non in cōdictis versatur, sed quasi amicè donat, aut quiduis alij: se tamen dignum censet qui recipiat æquale aut plus, quasi non dederit, sed mutuarit. si autem non sicut contraxit, etiam dissoluitur, expostulabit. hoc vero contingit, propterea quod volunt quidem honesta omnes, aut plerique, sed vtilia tamen eligunt. honestum enim est benefacere, non ut vicissim recipiamus: utile autem est beneficiò affici. Exigitur qui potest, retribuendum est pro dignitate eorum quæ accepit, atq; lubenter. (inuitus enim amicus faciendus non est) vtpote qui aberrauerit in principio, ab eoque acceperit beneficium, a quo non oportebat: non enim ab amico, atque eo qui propter ipsum id faceret: perinde igitur ac si ex condictis beneficio affectus sit, dissoluendum: & pepigisset si posset, se esse redditurum: cum autem qui non posset neque ille qui dedit, postularet. quare si potest, reddendū est. in principio autem est considerandum, a quo & qua de re beneficio afficiatur quispiam; vt in his persistat, vel minime.

Dubi-

Dubitationem autem hæc res habet, vtrum vtilitate eius qui accepit, metiendum sit, & ex ea retribuendum, an beneficio eius qui contulit. qui enim acceperunt, talia se accepisse a beneficis dicunt, quæ illis parua erant, & accipere ab alijs licebat, rem extenuantes: illi vero contra, quæ maxima erant apud se, & ab alijs non licebat, & in periculis, aut necessitatibus huiusmodi. nunquid igitur cum ob vtilitatem est amicitia, eius, qui beneficio est affectus vtilitas mensura est? hic enim est is qui indiget, & huic opitulatur, quasi recepturus parem gratiam. tantū igitur fuit subsidium, quantū adiutus is est. vnde tantū est illi reddendum, quantum nactus est, vel etiam plus. honestius enim est. In amicitijs autē ex virtute, expostulationes nullæ sunt: sed eius electio qui beneficium contulit, mensura similis est. Nam virtutis ac morū præcipua vis in electione est.

ἀμφισβήτησιν δ' ἔχει, πότερον δεῖ τῇ τοῦ παθόντος ὠφελείᾳ μετρεῖν, καὶ πρὸς ταύτην ποιεῖσθαι τὴν ἀνταπόδοσιν, ἢ τῇ τοῦ δράσαντος εὐεργεσίᾳ. οἱ μὲν γὰρ παθόντες, τοιαῦτά φασι λαβεῖν παρὰ τῶν εὐεργετῶν, ἃ μικρὰ ἦν ἐκείνοις, καὶ ἐξῆν παρ' ἑτέρων, κατασμικρίζοντες· οἱ δ' ἀνάπαλιν, τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς, καὶ ἃ παρ' ἄλλων οὐκ ἦν, καὶ ἐν κινδύνοις, ἢ τοιαύταις χρείαις. ἆρ' οὖν διὰ μὲν τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὔσης, ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐστίν; οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος; καὶ ἐπαρκεῖ αὐτῷ ὡς κομιούμενος τὴν ἴσην. τοσαύτη οὖν γεγένηται ἡ ἐπικουρία, ὅσον οὗτος ὠφελεῖται. καὶ ἀποδοτέον δὴ αὐτῷ ὅσον ἐπηύρετο, ἢ καὶ πλεῖον· κάλλιον γάρ. ἐν δὲ ταῖς κατ' ἀρετὴν, ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστι· μέτρῳ δ' ἔοικεν ἡ τοῦ δράσαντος προαίρεσις. τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον.

COMMENTATIONES.

A περὶ τῶν δ' οὖν) Incipit hoc loco quarta & postrema pars huius libri, quæ est de caussis corrumpentibus amicitiam, quo pacto nimirum interdum amicitiæ soleant iterum dissolui. De hac autem quæstione non solum in duobus his postremis capitibus, sed etiam in quatuor capitibus prioribus sequentis libri agitur, ita vt hæc duo postrema capita videantur melius potuisse connecti sequēti libro. Quoniam autem nihil magis dissoluit amicitias, quam offensiones, quæ interdum inter amicos

Quarta & postrema pars huius libri.

solent exsistere: ideo Aristoteles in hoc cap. primum prę-mittit generale quoddam præceptum de vitandis offensionibus & querelis in amicitia: *quomodo nimirum cum amicis ita viuendum sit, vt eos non offendamus, neq; iustas caussas habeant de nobis conquerendi*: deinde quęstionem mouet, *quanam amicitia maxime sit obnoxia offensionibus & querimoniis*: tertio ostendit, *qua ratione possint in amicitia, quæ vtilitatis gratia est contracta, euitari querelę.* Quod ad primum attinet: præceptum generale pręcauendi & euitandi querelas & offensiones in amicitia sumitur ex distinctione amicorum. Amici enim aut sunt æquales dignitate, honore, ætate, opibus & diuitiis, & reliquis rebus: aut sunt inæquales. Qui æquales sunt, etiam æqualibus officiis secundum proportionē Arithmeticam sunt colendi. Postulat enim hoc ipsa iustitia, vt æqualibus æqualia tribuantur. Atq; hoc modo neutra pars de altera poterit cōqueri. Qui vero sunt inæquales, iis etiam inæqualia officia secundū proportionem Geometricam sunt præstanda, nimirum vt quanto quis altero est superior, præstantior & dignior, tanto plura ei quoque tribuantur secundum eius dignitatem & meritum, atq; hoc etiam postulat ratio iustitiæ, vt inæqualibus inæqualia tribuantur.

Offensiones in amicitia vitandæ.

Offensionum vitandarū generale præceptū.

B γίνε) ᵹ τὰ) Hæc est altera pars cap. in qua, postquam generale tradidisset præceptū, quo pacto offensiones & querelæ in amicitia sint vitandæ, ostendit, quænam amicitia maxime sit obnoxia querelis. Hanc ad quęstionem respondet per distinctionē. Sunt enim tres species amicitiæ, quemadmodū initio huius lib. dictū est. Alię enim sunt propter virtutē & honestatem: aliæ propter voluptatem: aliæ propter vtilitatē. De singulis speciebus seorsim respondet, cuius responsionis summa hęc est: *In amicitia propter virtutē raro aut nunquā exsistunt offensiones & querimoniæ. In amicitia propter voluptatē exsistunt quidē interdum offensiones & querelæ, sed tamen facile potest illis occurri. In amicitia autē, quæ est ꝑpter vtilitatem, variæ & frequētes sunt offensiones & querelæ: vnde etiā fit, vt tales amicitiæ sæpe & facile iterū dissoluantur.* Atq; hæc est summa respōsionis ad propositam quæstio. cuius sunt tres partes. Prima pars est de amicitia honesta & propter virtu-

Amicitia quænam maxime obnoxia sit querelis.

virtutē contracta, hanc nō obnoxiam esse querelis, probat tali argu. *In qua amicitia vtraq; pars studet alteri benefacere, & omnia amoris atq; beneuolentiæ officia præstare, ea non est obnoxia querelis: quoniam vtraq; pars consequitur id, quod cupit: & ideo nō habent caussam conquerendi.* Sed *in amicitia, quæ est propter virtutē, vterq; amicus ita est affectus, vt cupiat alteri omnia amoris & beneuolentiæ officia præstare.* Ergo *hæc amicitia nō obnoxia est querelis.* Minor probatur a pprio virtutis, q est bene agere, & bene de aliis mereri: quia autē *hoc proprium est virtutis,* igitur *etiam propriū est eius amicitiæ, quæ propter virtutē est contracta.* Altera pars responsionis pertinet ad amicitiam, q pp̄ter voluptatē & oblectationē inter aliquos est cōtracta, in qua alter ab altero nihil aliud petit, q̄ vt possit ex eius amicitia, amore & beneuolentia sese oblectare. Tales amicitiæ interdū etiam obnoxiæ sunt offensionibus & querelis, quando nimirū alter ex alterius præsentia aut conuersatione nullam amplius percipit voluptatem. Huic autē malo facillime potest occurri, si nimirum abstineant a mutua conuersatione, tunc enim neuter potest amplius de altero conqueri. Itaq; hic notanda est hæc distinctio in amicitia, quæ propter voluptatē inter aliquos est contracta mutua conuersatio, vel vtriq; amico est iūcunda & grata, & tum nulla potest esse querela vel offensio: imo quo sæpius conuersantur, eo magis maiorē percipiunt voluptatē. Vel cōuersatio illa incipit alteri parti esse molesta, tum potest accidere, vt sint inter eos querelæ: sed facile illis potest occurri, si nimirū is, qui animaduertit, suam conuersationem amico nō amplius esse iucundam, abstineat ab eius conuersatione, atq; hoc modo cessabit alterius querela. Nam, inquit, ridiculū & stultū est, eius conuersationē expetere, cui nostra p̄sentia & conuersatio est molesta. Tertia pars respōsionis pertinet ad amicitiā, quæ est propter vtilitatē, quando aliqui tantū quæstus & cōmodi alicuius gratia inter se amici facti sunt. Hanc amicitiā inquit Arist. variis & multis querelis esse obnoxiam, atq; inter tales amicos frequentes esse offensiones, suspiciones, concertationes, & querimonias. Idque probat tali argumento: *In qua amicitia amici sibi mutuo non satisfaciunt, in ea sæpe exoriuntur*

Amicitiā honestam nō esse obnoxiam querelis.

Amicitia quæ est p pter voluptatē, partim querelis obnoxia, partim non.

Ea quomodo vitanda.

Amicitiā vtilē multis querelis obnoxiam esse.

querelæ & lites. Sed *in amicitia, quæ vtilitatis solum caussa inter aliquos est contracta, amici sibi mutuo non satisfaciunt.* Ergo *in tali amicitia frequentes sunt querelæ & lites.* Vnde etiam tales amicitiæ facilime dissoluuntur. Vna enim cum vtilitate, vt inquit Cicero, etiam cessat amicitia. Minorem probat Aristoteles ex natura hominum auarorum, quibus nunquam potest satisfieri. Est enim auaritia inexplebilis habendi cupiditas, adeo vt auaro nunquã satis sit, quantũcunq; habeat, neq; etiam ei satisfieri possit. Itaq; tales amici, qui ista habendi cupiditate laborant, semper de se mutuo conqueruntur. Is enim, qui dat, & beneficium præstat, semper existimat, se nimium dare: contra is, qui accipit, semper existimat, se minus accipere, quam deberet, & cuperet adhuc plura sibi ab altero præstari. Vnde fit, vt vterque existimet, sibi fieri iniuriam, ex quo necesse est oriri inter tales rixas & contentiones.

C ἔοικε δὲ καθάπερ.) Hæc est amplior declaratio tertiæ responsionis de amicitia, quæ est propter vtilitatem, *quamobrem & quando in ea soleant exsistere querelæ.* Continet autem nouam amicitiæ distinctionem, factam ad similitudinem diuisionis ipsius iuris, quæ in lib. 5. cap. 7. fuit proposita. Quemadmodum enim ius aliud est φυσικόν, naturale, quod a natura omnibus hominibus est insitum, & more atq; consuetudine omnium gentiũ comprobatum, nullisq; certis legibus, verbis, factis & conditionibus determinatũ atq; descriptum: vnde etiam ἄγραφον, i. *ius non scriptum* nominatur: aliud vero est νόμιμον, *legitimum*, certis legibus descriptum & definitũ: ita etiam amicitia, alia dicitur ἠθική, moralis, quæ respondet iuri naturali; alia vero νομική, *legitimã*, quę respondet iuri legitimo siue scripto. Amicitia moralis hoc loco ea dicitur, in qua fit officiorũ & beneficiorũ compensatio, non ex aliquo pacto, sed secundum morem & consuetudinem communẽ, quam ratio ipsa & naturalis æquitas præscribit. Exempli gratia: Natura & ratio dictat atq; iubet, gratiam referendã esse pro accepto beneficio, etiamsi nullũ pactum pręcesserit, neq; etiam is, qui beneficiũ contulit, aliquid pro eo vicissim postulet: itaq; hæc retributio beneficii accepti dicitur moralis, quia est secundum

Amicitia moralis.

cundum bonos mores. Nam pro beneficio gratiam non referre indiciū est nō benemorati ingenii. Ideoq; etiam semper ingratitudo apud barbaros homines turpis fuit habita. Amicitia aūt legitima hoc loco dicitur ea, in qua fit officiorū & beneficiorū compensatio ex antecedente pacto, & cum promisso, quando videlicet, qui beneficiū cōtulit, certa conditione id fecit, nimirum vt alter vicissim tantū retribueret, & is, quia accepit beneficiū, promisit se id facturū, & beneficiū simili beneficio cōpensaturū. Nominatur autē hæc amicitia ideo legitima, quia quasi lege quadam inter ipsos expresse definitum est, quid & quantum accipiens vicissim debeat retribuere. Atq; ideo Aristot. dicit, hanc communicationem officiorum & beneficiorū fieri καθ' ὁμολογίαν, id est, secundum certum pactum. Item, eam fieri ἐπὶ ῥητοῖς, id est, expressis verbis, veluti cum quis alteri aliquid donat, vel mutuo, vel commodato dat ea lege & conditione, vt ei vicissim tale vel tantum quid donet, vel mutuo, vel commodato det: atq; talis amicitia, siue officiorum & beneficiorū communicatio est quasi ciuilis quædam obligatio, qua quis alteri ad referendam gratiam & compensandum beneficium ciuiliter obligatur, adeo vt nisi stet promissis, possit eum iure & iudicio cogere ad retributionem. Atque hæc diuisio similis est ei, quæ exstat apud Iureconsultos, qui duplices faciunt contractus: alios dicunt esse bonæ fidei, in quibus altera pars non simpliciter obligata est ad certam retributionem: alii autem dicuntur esse stricti iuris, in quibus altera pars simpliciter potest cogi ad retributionem vel compensationem: vnde exstant etiam istæ formulæ apud Iureconsultos: *do vt des, facio vt facias.* Hæc autem legitima compensatio siue retributio officiorum & beneficiorum rursum est duplex. Vel enim fit statim sine vlla temporis mora, *quemadmodum fieri solet in foro, inter emendum & vendendum: statim enim pecunia aut aliquid aliud datur pro ea re, quam ab altero accipimus.* Ideo dicit Aristot. hanc retributionem fieri ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, *de manu in manum.* Hanc retributionem Aristoteles nominat ἀγοραίαν, quasi *forensem & mercatoriam: quia in foro apud mercatores, emtores, & venditores præcipue locum habet:* vel retributio nō fit sta-

Amicitia legitima.

Beneficiorum compensatio legitima duplex.

Vna, quæ statim.

Altera, quæ ex interuallo. tim, sed differtur in certum aliquod tempus, & conceditur ei, qui beneficiũ accepit mora aliqua, & dilatio temporis ad retributioně: idq; amoris & beneuolentiæ caussa, propterea q alter non in promtu habet, vnde statim possit beneficiũ acceptum compensare. Quod vero attinet ad querelas, quæ solent existere in ista beneficiorum & officiorũ communicatione, monet Aristot. in hac postrema specie amicitiæ, quæ legitima dicitur, raro aut nullas posse existere querelas: quia vel statim fit compensatio: ideoq; nullus relinquitur locus querimoniæ: vel certo definitur, & quasi pscribitur quid, quantum, & quando sit retribuendum, adeo vt ea pars, quæ beneficiũ præstitit, non possit citius aut plura postulare. In prima autẽ specie, q dicitur moralis, in qua nihil certi est determinatũ, quo pacto fieri debeat retributio, sæpius existere possunt querelæ, idq; eã ob caussam, quia sæpenumero nõ eodẽ cõsilio & fine beneficia vel pstita sunt, vel accepta. Nam q præstant beneficiũ, si sunt homines auari, faciunt hoc, vt maius beneficiũ inde consequantur: eodẽ modo, qui accipiunt beneficia, si sunt homines auari, eo animo accipiũt, vt inde habeant al q lucrũ & cõmodũ, atq; ideo nõ cogitant tantũ retribuere, quantũ acceperunt. Vnde fit, vt illi, q beneficia cõtulerũt, sua spe frustrentur, quando nõ tantũ p illis reportant, quantũ sperarunt. Itaq;, inquit Aristot. considerandũ esse animũ vtriusq; & dantis, & accipientis beneficiũ, quonam fine & pposito vterq; egerit. Cum enim finẽ illũ non assequuntur, pœnitet eos sui facti tam collati, q accepti beneficii, & propterea inter tales exoriuntur offensiones & querimoniæ. Monet et Aristot. plerosq; homines nõ honestatis amore, aut beneuolentiæ gratia aliis benefacere: sed tantũ, vt externa specie videantur esse liberales: reuera autẽ aliud ex ista liberalitate quærere, & ex beneficentia sua quandã mercaturã facere, vt ex paruo beneficio maius cõsequantur: eodẽ modo multos accipere beneficia non eo animo, vt cogitent ea iterũ aliis beneficiis compensare, sed tantũ, vt ex illis quæstum & lucrũ habeant.

Amicitia legitima virũ querelis obnoxia.

Amicitia moralis querelis obnoxia.

Δεῖ δ' ... ἀνταποδιδόναι.) Hæc est postrema pars huius cap. in qua Aristot. ostendit, quomodo præcauẽdæ & vitandæ sunt querelæ, q interdũ solent inter amicos existere

ſtere propter beneficia, vel præſtita, vel accepta. Maxime vero in illis amicitiis, quæ propter ſolam vtilitatē inter aliquos ſunt cōſtitutæ, quando vterq; ex alterius amicitia commodū aliquod & lucrū quærit. Præmittit autem Ariſtot. duas diſtinctiones, ex quibus colligit quædam præcepta, quę circa beneficiorū communicationē & cōpenſationē ſunt obſeruanda iis, qui querelas aut ſiniſtras ſuſpiciones euitare cupiunt. Prima diſtinctio hęc eſt: *Is, qui ab altero beneficiū accipit, vel poteſt illud retribuere & compenſare alio beneficio, vel non poteſt.* Altera diſt. *Is, qui beneficiū alicui confert, facit hoc aut ex mera beneuolentia & liberalitate, nihil viciſſim pro eo ab altero ſperans aut cupiens recipere: aut facit hoc auaro & illiberali animo, cupiens ſibi hoc modo alterū obligare ad maius aliq beneficium recipiendū.* His duabus diſtinctionibus pmiſſis notanda ſunt præcepta, q̄ accipiēti beneficia ſunt tenenda, ſi velit euitare & declinare alterius querelas. Primū præceptū eſt: *Is, qui accipit ab altero beneficiū, præcipue conſiderare debet, quo animo & quo fine alter illud dedit. Nam ſi alter ex mera beneuolentia & liberalitate beneficiū illud contulit, tunc accipienti liberum quidem relinquitur illud pro ſuo arbitrio, quando & quantū velit, retribuere: ſed tamē cauere debet, ne pp̄ter nimiam morā aut tenuitatē retributionis incurrat apud alterum in ſuſpicionem alicuius ingratitudinis aut auaritiæ.* Alterum pręceptum: *Si quis eo animo beneficium alteri offert, vt maius inde conſequatur, & ipſum accipientē ſibi quodammodo obliget ad retributionem, tum alter aut omnino non debet illud accipere: nam ſi accipit, conſtituit ſe eius debitorē, quemadmodū ēt Terent. ait, beneficiū ab alio accipere, eſt libertatē vēdere. Quod ſi vero accepit a tali beneficiū, tum, ſi pōt, debet illud ſtatim alio beneficio cōpenſare: ſic enim nō amplius erit ei obligatus, neq; alter habebit cauſſam de eo cōquerendi, quemadmodū creditor ex ſoluto debito nō pōt de debitore amplius cōqueri. Si vero accipiēti nō tanta ſint facultates, vt pōit acceptū beneficiū ſtatim cōpenſare, debet pmittere, ſe q̄ primū poſſit illud cōpenſaturū, ne alter exiſtimet, ſe in hominē ingratū beneficiū cōtuliſſe. Inquit autē Ariſtot. talia beneficia ita eſſe accipienda, quaſi certis conditionib. & pactis in nos ſint collata.* Tertiū præcep. *In cōpēſandis beneficiis, ſiue in referēda gratia opera*

Beneficiorū diſtinctiones & præcepta.

I.

II.

Præcepta accipienti beneficiū notanda.

I.

II.

III.

danda est, ut pari mensura aut etiam maiore, iuxta Hesiodi præceptum, si facultates nostræ ferãt, beneficium compensemus. Quia autem ad rectam & iustam beneficiorũ retributionẽ faciendam necesse est beneficiũ prius æstimare, quale & quantum sit, ut nimirum tale & tantum retribuamus. Ideo quærit Aristoteles, *quo pacto beneficia sint æstimanda, utrum ab ipso dante, an vero ab accipiente sint æstimanda.* Nam plerumque beneficia non eodem modo æstimantur ab iis, qui ea conferunt, & ab iis qui ea accipiunt. Qui conferunt beneficia in alios, plerunque solent ea magnifacere & amplificare. Qui vero ea accipiunt, plerumq; solent contrario modo de illis iudicare, tanquã exigua fuerint & talia, quæ etiam ab aliis potuissent consequi. Vt igitur recta fiat æstimatio inquit Arist. in amicitia, quæ est propter virtutem, beneficia non ex utilitate, quam habent, sed ex προαιρέσει, id est, *animo & voluntate dantis esse æstimanda* atq; eius rei hanc adfert rationem Quia inquit, *in omnibus virtutum actionibus præcipue spectatur, ἡ προαίρεσις anim⁹ & volũtas agentis.* In amicitia vero, quæ est propter utilitatem, beneficii magnitudo præcipue æstimanda est ex commodo & utilitate accipientis, tanquam ex proprio fine. Nam finis beneficiorum est aliis prodesse, proinde quo magis beneficia nobis profuerunt, quæ ab aliis accepimus, eo ẽt maiora sunt habenda, & propterea etiam maiorẽ requirunt retributionem. Itaq; fieri potest, ut interdum etiam parua & exigua beneficia, si tempore & loco necessario nobis sunt ab aliis præstita, lõge maiora habeantur, quá alia, quæ licet splendidiora esse videantur, tamen non tam fuerunt nobis necessaria aut utilia.

Beneficia quo pacto æstimãda.

ΚΕΦΑΛ. ιδ΄. CAP. 14.

Διαφέρονται δὲ καὶ ἐν ταῖς καθ' ὑπεροχὴν φιλίαις. ἀξιοῖ γὰρ ἑκάτερος πλέον ἔχειν. ὅταν δὲ τοῦτο γίγνηται, διαλύεται ἡ φιλία. οἴεται γὰρ ὅ,τε βελτίων προσήκειν αὐτῷ πλέον ἔχειν. τῷ γὰρ

Discordant vero etiam in amicitijs quæ in excellentia sunt. uterque enim postulat plus habere. quod quando fit, amicitia dissoluitur. putat enim qui præstantior est, conuenire sibi, ut plus habeat, bono enim plus

plus esse tribuendum. similiter etiam qui est utilior. inutilem enim negãt oportere parem partem habere: ministerium enim futurum, non amicitiam, nisi pro dignitate factorum constabunt ea, quæ ex amicitia sunt, manant. putãt enim sicut in pecuniarum cõmunicatione, plura accipiunt, qui plura conferunt, ita in amicitia quoq; oportere: at indigus & inferior, e contrario. boni enim amici esse, opem ferre indigentibus. quid enim, inquiunt, prodest, si probo viro aut potenti quispiam sit amicus, si nullum fructum sit percepturus? videtur autem uterque recte postulare, oportereque utriq; ex amicitia plus tribuere, non eiusdem tamen rei, sed ei qui excellit, honoris: ei qui indiget, lucri. virtutis enim & beneficij præmium, honor: indigentiæ subsidium, lucrum est. Hoc ita se habere in ciuitatibus apparet. nõ enim honoratur qui nullum bonum Reipubl. affert. nam quod publicum est, ei datur qui de Rep. bene meretur. publicum autem quiddam est honor. non enim fieri potest, vt & lucretur quispiam ex Rep. & honoretur. in rebus enim omnibus minus habere sustinet nemo. ei igitur qui pecunijs imminutus est, honorem tribuunt: et qui munera accipit, pecunias. Quod enim pro dignitate fit, exæquat & conseruat amicitiam,

ἀγαθῷ νέμεσθαι πλεῖον. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὠφελιμώτερος. ἀχρεῖον γὰρ ὄντα οὔ φασι δεῖν ἴσον ἔχειν. λειτουργίαν τε γὰρ γίνεσθαι, καὶ οὐ φιλίαν, εἰ μὴ κατ᾽ ἀξίαν τῶν ἔργων ἔσται τὰ ἐκ τῆς φιλίας. οἴονται γὰρ καθάπερ ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλείω λαμβάνουσιν, οἱ συμβαλλόμενοι πλείω, οὕτω δεῖν καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ. ὁ δ᾽ ἐνδεὴς καὶ ὁ χείρων, ἀνάπαλιν. φίλου γὰρ ἀγαθοῦ εἶναι, τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσιν. τί γάρ, φασίν, ὄφελος σπουδαίῳ ἢ δυνάστῃ φίλον εἶναι, μηθέν γε μέλλοντα ἀπολαύειν; ἔοικε δὲ ἑκάτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν, καὶ δεῖν ἑκατέρῳ πλέον νέμειν ἐκ τῆς φιλίας, οὐ τοῦ αὐτοῦ δὲ ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερέχοντι, τιμῆς· τῷ δὲ ἐνδεεῖ, κέρδους. τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἡ τιμὴ, γέρας· τῆς δ᾽ ἐνδείας ἐπικουρία, τὸ κέρδος. οὕτω δ᾽ ἔχειν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται· οὐ γὰρ τιμᾶται ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων. τὸ κοινὸν γὰρ δίδοται τῷ τὸ κοινὸν εὐεργετοῦντι. ἡ τιμὴ δὲ κοινόν. οὐ γάρ ἐστιν ἅμα χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν, καὶ τιμᾶσθαι. ἐν πᾶσι γὰρ τὸ ἔλαττον οὐδεὶς ὑπομένει. τῷ δὴ περὶ χρήματα ἐλαττουμένῳ, τιμὴν ἀπονέμουσι, καὶ τῷ δωροδόκῳ, χρήματα. τὸ κατ᾽ ἀξίαν γὰρ ἐπανισοῖ καὶ σώζει τὴν φιλίαν,

καθάπερ εἴρηται. οὕτω δὴ καὶ τοῖς ἀνίσοις ὁμιλητέον, καὶ τῷ εἰς χρήματα ὠφελουμένῳ, ἢ εἰς ἀρετήν, τιμὴν ἀνταποδοτέον, ἀνταποδιδόντα τὸ ἐνδεχόμενον. τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς καὶ γονεῖς. οὐδεὶς γὰρ τὴν ἀξίαν ποτ' ἂν ἀποδοίη· εἰς δύναμιν δὲ ὁ θεραπεύων, ἐπιεικὴς εἶναι C δοκεῖ. διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δ' υἱόν. ὀφείλοντα γὰρ ἀποδοτέον, οὐδὲν δὲ ποιήσας ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακεν· ὥστ' ἀεὶ ὀφείλει. οἷς δ' ὀφείλεται, ἐξουσία ἀφιέναι καὶ τῷ πατρὶ δή. ἅμα δ' ἴσως οὐδεὶς ποτ' ἂν ἀποστῆναι δοκεῖ μὴ ὑπερβάλλοντος μοχθηρίᾳ· χωρὶς γὰρ τῆς φυσικῆς φιλίας, τὴν ἐπικουρίαν ἀνθρωπικὸν μὴ διωθεῖσθαι. τῷ δ' ἐπιφευκτέον, ἢ οὐ σπουδαστὸν τὸ ἐπαρκεῖν μοχθηρῷ ὄντι. εὖ πάσχειν γὰρ οἱ πολλοὶ βούλονται, τὸ δὲ ποιεῖν φεύγουσιν, ὡς ἀλυσιτελές. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

vt dictum est. ita igitur etiam cum inaequalibus versandum est, ab eoq; qui in pecuniis, aut in virtute est adiutus, retribuendus honor est, retribuendo quod facultas fert. quod enim fieri potest amicitia requirit, nō quod dignitas. neque enim in omnibus est, sicut in bonoribus, qui diis & parentibus exhibentur. nemo enim referre his dignam gratiam posset: sed qui pro viribus colit, esse probus videtur. atque idcirco videatur non licere filio patrem abdicare, patri autem filium licere. reddere enim oportet eum qui debet. at quicquid fecerit filius, nihil dignum collatis beneficiis fecit. quare semper debet. quibus autem debetur, remittendi est facultas. igitur et patri. ad hoc quod nemo fortasse unquam fecisse, futurus videatur, nisi prauitate exsuperet. nam praeter naturalem amicitiam subsidium non detrectare humanum est: ei vero fugiendum est, aut non studendū opem ferre ei qui sit prauus. beneficio enim affici volunt plerique: facere autem, vt inutile, fugiunt. Ac de his quidem hactenus dictum sit.

COMMENTATIONES.

A Διαφέρονται δὲ καὶ) Agitur in hoc cap. etiam de querelis & offensionibus, quæ solent interdum inter amicos existere, & amicitias dissoluere. Sed differt hæc tractatio ab iis, quæ in præcedenti capite dicta fuerunt. Ibi enim egit de querelis amicorum æqualium: hic vero agit de

qui- -lis

querelis, quæ oriuntur inter amicos inæquales In iis amicitiis quæ dicuntur esse καθ' ὑπεροχὴν, id est, *in quadam eminentia & excellentia* alterius amici, quoniam nimirum amici inter se non sunt æquales, sed alter alterum superat, vel ætate vel virtute, vel potentia, vel opibus, & diuitiis, vel aliis similibus rebus, ita vt amici, quod ad vitæ conditionem & statum attinet, sint inæquales. Duo autem præcipue de hac quæstione agit. Primum explicat *caussas istarum querelarum, propter quas eiusdmodi amici de se mutuo solent conqueri*: *deinde ostendit qua ratione istis querelis possit occurri, & quomodo possint euitari.* Quod ad primum attinet, præcipua caussa propter quam in talibus amicitiis exsistũt querelæ, est πλεονεξία, id est, *cupiditas plura habendi.* Quoniam enim propter istam cupiditatem neuter alteri satis facere potest: ideo etiam facile alter de altero conqueritur. Hoc enim proprium est auarorum hominum, vt nunquam possit illis satisfieri, atq; ideo inter auaros est quasi perpetuũ bellum. Quod autẽ in his amicitiis istud solet accidere declarat Arist. distributione: nam in amicitiis, quæ dicuntur esse καθ' ὑπεροχὴν, id est, *secundum excellentiã*, sunt duo genera hominũ: vnũ quod excellit, & propterea videtur esse præstantius & melius: alterum, q; est inferiore & deteriore loco atq; conditione: vtrumq; genus plura sibi præstari vult officia & beneficia. Nã qui superiores sunt ætate, auctoritate, potentia, & similibus rebus, et ab inferioribus magis volunt honorari, coli & obseruari propter illam eminẽtiam & præstantiam, qua existimant se esse superiores & meliores. Qui autem sunt inferiores, hi quia pluribus rebus egent, plura etiam a superioribus postulant, & exspectant beneficia, vtrique videntur non iniquum petere. Nam qui virtute sunt superiores & ceteris antecellũt, merito propter ipsam virtutem summis honoribus sunt afficiendi, & etiã honor tanquam virtutis præmium iure ipsis debetur: Imo tanta est virtutis præstantia, vt nunquam nimium ei possit tribui. Qui potẽtia sunt superiores, & auctoritate & dignitate, iis quoq; ab inferioribus debentur obsequia & obedientia. Qui opib. & diuitiis sunt superiores, hi propter tres caussas videntur ab inferiorib. plura postulare,

Querelæ amicorũ inæqualium hoc in cap. tractantur.

Querelarum amicorũ inæqualium caussa.

Prima caussa est, quia ipsi suis opibus & diuitiis inferioribus præsunt subleuando eorum egestatem & inopiam. Requirit autem ratio iustitiæ distributiuæ, vt secundum proportionem Geometricam ei plura officia tribuantur, qui plus profuit: itaq; non potest pauper ea officia & obsequia postulare a diuite, qualia diues postulat a paupere. Sunt enim inæquales: atq; inæqualibus etiam inæqualia debentur officia. Altera caussa est, quia, si pauperes non tenerentur diuitibus vicissim sua obsequia & ministeria præstare pro beneficiis, quæ ab illis acceperunt: tum non esset inter tales vera amicitia, sed potius ipsis diuitibus talis amicitia esset onerosa & molesta, & vt Aristoteles inquit ex amicitia fieret quædam λειτουργία id est, *sumtuosa & onerosa functio atq; seruitus.* Nam apud Græcos olim λειτουργία significabat *publici alicuius muneris administrationem*, quæ ditioribus ciuibus a magistratu iniũgebatur, vt de propriis suis facultatib. publica quædam opera cogerentur exstruere, nihil autem vicissim inde postulare: veluti cum aliquibus iniungebatur, vt partem aliquam ciuitatis suis sumtibus munirent, aut vias publicas lapidibus sternerent, aut triremes & naues bellicas instruerent, aut publicas epulas ciuibus præberent, aut ludos & spectacula exhiberent, cuius consuetudinis sæpe mentionem facit in suis orationibus. Tertia caussa sumitur a simili exemplo mercatorum, qui lucri caussa inter se societatem & quasi amicitiam quandam cõtrahunt. Quemadmodum enim in eiusmodi societate æquum, vt illi, qui plura in cõmune contulerunt: etiã plus lucri de cõmuni lucro accipiãt, quam illi qui minus contulerunt ita ẽt æquum est, vt in amicitia plura officia & obsequia præstentur iis, qui plurimum nobis profuerunt. Atq; hæc de iis, quæ sunt superiora in amicitia. Qui autem sunt inferiores, illi a superioribus etiam interdum plura postulant. Quia pluribus quoque egent, & quia præcipue hoc fine cum superiorib. & ditioribus amicitiam contraxerunt, vt ab illis possint iuuari, & in necessitatibus subleuari. Nam inquiunt, veræ amicitiæ & verorum amicorum hoc esse proprium munus atque officium, egestati & inopiæ alterius succurrere: quando vero hac sua spe frustrantur, propter quam superiorum amici-

λειτουργία quid.

amicitiam experiuerũt, non mirum est, eos conqueri de ipsis diuitibus.

B ἴσως δὲ ἑκατέρως.) Altera est hæc huius cap. pars, in qua traditur præceptum, quo pacto querelis & offensionibus, quæ exsistunt inter amicos inæquales sit occurrendum. Præceptum autem continet eandem distributionem amicorum, quæ antea fuit posita. Nam in hac amicitia amici alii sunt superiores quasi meliores, alii inferiores & deterioris conditionis. De vtroque amicorum genere hoc traditur præceptum. *Qui superior est in amicitia, ei ab inferiore eo plus honoris obseruantiæ & obsequii est tribuendum, quanto ille excellentior est & præstantior.* Contra vero *superior debet inferiori eo plus auxilij, beneficij & commodi præstare, quanto magis eget.* Hoc præceptum probatur & declaratur quatuor rationibus. 1. sumitur ex loco proprii & est talis. *Id quodcunque debetur, etiam ei in amicitia est tribuendum ab amico* Sed *ijs qui superiores sunt virtute, ætate, auctoritate, dignitate, potentia, opibus, & similibus bonis, debetur honor, obseruãtia & obsequium: qui vero inferiores sunt ijs, debetur auxilium, subsidiũ & beneficium.* Igitur *talia singulis sunt tribuenda.* Altera ratio sumitur ab exemplo ciuitatum & Rerumpubl. *quæ etiam eodem modo officia & beneficia a ciuibus præstita remunerant & compensant. Etenim ijs ciuibus, qui Rempublic. suis opibus & facultatibus adiuuerunt, retribuunt honorem & dignitatem: ijs autem qui suis laboribus obsequiis & ministerijs, resp. profuerunt persoluunt mercedem & pecuniam, atq; eiusmodi officiorum & beneficiorum compensatione ipsi ciues debent esse contenti, & non plura postulare, non velle ex republ. vtrãq; simul habere videlicet honorem & commodum aut quæstum. Nam vtrumq; simul postulare pro vno eodemq; facto aut beneficio præstito est iniquum, quia sic ipsa respublic. in vtroq; esset inferiore loco.* Atque hoc notandum est contra eos, qui cum in magistratum eliguntur, non contenti sunt illo honore, sed etiam ex eiusmodi publicis officiis quæstum & lucrum habere cupiunt, & hoc modo, vt Cicero inquit rempubl. quęstui habent. Tales autem non sunt veri magistratus, quemadmodum etiam supra *lib. 5. ca. 6.* dixit, non esse verum regem eum, qui a subditis

Querelis amicorũ inæqualium quo pacto occurrendum.

Præceptũ I.

suis præter honorem & obedientiam etiam facultates & opes eorum postulat: sed effici tyrannum. Tertia ratio. *Quicquid conseruat amicitiam, id in officijs amicitiæ præcipue est considerandum. Sed seruare æqualitatem in retributione officiorum & beneficiorum secundum proportionem Geometricam conseruat amicitiã.* Igitur *ista æqualitas in officiorum & beneficiorum retributione est conseruanda, quia per eam inæqualitas corrigitur & reducitur ad quandam æqualitatem, ita vt qui videntur inæquales amici, efficiantur æquales.* Quarta ratio sumitur a proprio verorum amicorum. *Qui enim veri amici sunt, nihil postulant a se mutuo, quod sit supra eorum vires: nam impossibilia non sunt ab alijs exigenda. Est enim ridiculum imo stultum ab aliquo id postulare, quod præstare non potest.* Sed *qui inferiores in amicitia sunt, hi non possunt aliud superioribus præstare quam amorem, honorem, obsequia & officia.* Ergo *superiores debẽt istis esse contenti, etiamsi non plane correspondeant ipsorum dignitati & meritis.* Confirmatur hæc ratio exemplo deorum & parentum, *qui etiam contenti sunt talibus officijs & cultibus suorum liberorum & hominum, licet minima ex parte non attingant magnitudinem beneficiorum, quæ ab illis acceperunt & quotidie accipiunt, quia sciunt eos non posse paria retribuere.*

Exheredare cur parẽtibus liberos liceat.

C Διὸ κἂν δόξειεν.) Hæc est appendix quartæ rationis iam allatæ, & continet quasi *πόρισμα* quod ex superioribus sequitur. Quoniam enim parentum beneficia tanta sunt erga liberos, vt liberi nunquam possint parem illis gratiam referre, ideo non immerito pater illud ius habet in filium, vt possit eum abdicare, & ex sua familia excludere, quod vulgo dicunt *exheredare.* Filius autem nunquam potest iure patrem abdicare, & a se quasi reijcere, eumque deserere, vt nullo amplius ei obligatus sit officio.

Exheredatio quid.

Est autem abdicatio, cuius hoc loco mẽtionem facit, nihil aliud, quam liberorum a familia reiectio & abalienatio, facta per parentes. Eaque solebat antiquitus fieri per præconem. Ideo etiam a Græcis ἀποκήρυξις nominatur, quasi promulgatio per præconem facta, ac fiebat certis quibusdam verbis: cuius formula videtur exstare apud

apud Valerium Maximum *lib 5.cap.18.* vbi quidam pater Torquatus nomine filium suum Selanum his verbis a se reiicit & relegat: *quoniam mihi probatum est filium meum pecunias a socijs accepisse, ideo eum & Republ & domo mea indignum iudico, protinusque a conspectu meo abire iubeo.* Quod vero hæc sit parentis potestas, vt ei liceat certis de caussis filium abdicare & a se relegare probat Aristoteles exemplo simili, in quo comparat patrem cum creditore, filium cum debitore. Quemadmodum inquit, creditor semper potest si velit debitorem liberum pronunciare, si vel donat ei debitum, vel debitum accepit, debitor autem non potest se a creditore suo liberare, nisi prius persoluto debito: Ita pater semper potest filium abdicare, quia non est ei obligatus: filius autem non potest patrẽ a se reiicere aut repudiare, quia semper propter magnitudinem beneficiorum, quæ ab eo accepit, manet debitor patris, eique perpetuo est obligatus. Etiamsi vero parentes habeant hoc ius in suos liberos, vt possint eos a se reiicere & ablegare, tamen rarissime hoc fit, & non nisi summa liberorum impietate & improbitate abducantur. Cuius rei 2. adfert rationes. Prima est, *magnitudo amoris naturalis, quo parentes suos complectuntur liberos, qui longe maior est, quam sit liberorum amor ergo parentes.* Secunda caussa est, *quia parentes in sua senectute vicissim exspectant a liberis ἐπικουρίαν, id est, auxilium & solatium, quod nulli liberi facile respuere cupiunt.* Est enim naturaliter homini insitum, nõ aspernari auxilia aliorum, imo naturaliter omnes malunt accipere beneficia, quia est vtile, quam sua beneficia in alios conferre, quod minus est vtile, & sane filii debent esse columen familiæ, & baculus senectutis suorum parentum: quæ est caussa, quod parentes admodum difficulter adducuntur ad istam reiectionem suorum liberorum.

Exheredationis formula.

Exheredare an liceat.

Exheredatio cur rarissime fiat.

ARISTOTELIS AD NICOmachum de Moribus, Lib. IX.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙκομαχείων βιβλίον θ'.

ΚΕΦ. α'.

Ἐν ἀπάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις τὸ ἀνάλογον ἰσάζει, καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται. οἷον καὶ ἐν τῇ πολιτικῇ τῷ σκυτοτόμῳ ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων ἀμοιβὴ γίνεται κατ' ἀξίαν. καὶ τῷ ὑφάντῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς. ἐνταῦθα μὲν οὖν πεπόρισται κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα. πρὸς τοῦτο δὴ πάντα ἀναφέρεται, καὶ τούτῳ μετρεῖται. ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ, ἐνίοτε μὲν ὁ ἐραστὴς ἐγκαλεῖ ὅτι ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται, οὐδὲν ἔχων φιλητόν, εἰ οὕτως ἔτυχε. πολλάκις δὲ ὁ ἐρώμενος, ὅτι πρότερον ἐπαγγελλόμενος πάντα, νῦν οὐδὲν ἐπιτελεῖ. συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπειδάν, ὁ μὲν δι' ἡδονὴν φιλῇ τὸν ἐρώμενον, ὁ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον τὸν ἐραστήν· ταῦτα δὲ μὴ ἀμφοῖν ὑπάρχῃ. διὰ ταῦτα γὰρ τῆς φιλίας οὔσης, διάλυσις γίνεται, ἐπειδὰν μὴ γίνηται ὧν ἕνεκα ἐφίλουν. οὐ γὰρ αὐτοὺς ἔστεργον, ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα

CAP. I.

IN omnibus amicitijs quæ dissimiles specie sunt, proportio exæquat, conseruatque amicitiam, sicut dictum est. quemadmodum & in ciuili, sutori pro calceis compensatio pro dignitate fit: textori item, & reliquis. Atque hic communis mensura nummus comparatus est. itaque ad eum omnia referuntur, eoque mensurantur. In ea autem quæ amoris insani est, amator interdum expostulat, quod cum supra modum amat, non redametur, cum nihil, si ita inciderit, amabile habeat: sæpe item amatus, quod cum ille prius nihil non promiserit, nihil nunc præstet. huiusmodi autem contingunt, cum alter propter voluptatem amatum diligit; alter amatorem propter vtilitatem: hæc vero ambobus non adsunt. nam cum propter hæc amicitia constet; dissolutio fit, cum ea non fiunt ob quæ amabant: non enim se amabant, sed ea quæ vtrisque aderant

aderant instabilia. Quocirca huiusmodi etiam sunt amicitiæ. At morum amicitia per se cum sit, permanet, sicut dictum est. Dissentiunt autem, & cum alia fiunt ipsis, & non quæ appetunt. perinde enim est ac si nihil fiat, cum non consequitur quis quod cupit: quemadmodũ qui citharœdo promiserat, quanto melius caneret, tanto plura. cum vero repeteret mane, quæ erant promissa, voluptatem pro voluptate reddidisse se dixit. si igitur vterque id voluisset, satis fuisset: sin alter oblectationem, alter lucrum: & ille habeat, hic minime, non recte communicationi congruebat. quibus enim indiget quispiam, iis & attentus est, atque illius caussa hæc dabit. Sed dignitatem rei statuere vtrius est: eiusne qui prius contulit, an eius qui prius accepit? ille enim qui confert, ei videtur permittere: id quod aiunt etiam Protagoram facere. cum enim qualiacunque docuisset, ei qui didicerat, iubebat æstimare, quanti viderentur esse digna scitu, & tantum accipiebat. in talibus autem satis est nonnullis illud: At homini merces. At qui cum pecuniam perceperint, nihil postea faciunt eorum quæ dixerunt, ob excessus promissorum, merito in expostulationes incidunt. non enim præstant ea quæ pepigerunt. Atque hoc fortasse

οὐ μόνιμα ὄντα. διὸ τοιαῦται καὶ αἱ φιλίαι. ἡ δὲ τῶν ἠθῶν καθ' αὑτὴν οὖσα, μένει, καθάπερ εἴρηται. διαφέρονται δὲ, καὶ ὅταν ἕτερα γίγνηται αὐτοῖς, καὶ μὴ ὧν ὀρέγονται. ὅμοιον γὰρ τὸ μηδὲν γίγνεσθαι, ὅταν οὗ ἐφίεται μὴ τυγχάνῃ· οἷον καὶ τῷ κιθαρῳδῷ ὁ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ὅσῳ ἄμεινον ᾄσειε, τοσούτῳ πλείω. εἰς ἕω δ' ἀπαιτοῦντι τὰς ὑποσχέσεις, ἀνθ' ἡδονῆς ἡδονὴν ἀποδεδωκέναι ἔφη. εἰ μὲν οὖν ἑκάτερος τοῦτο ἐβούλετο, ἱκανῶς ἂν εἶχεν. εἰ δ' ὁ μὲν τέρψιν, ὁ δὲ κέρδος· καὶ ὁ μὲν ἔχει, ὁ δὲ μὴ, οὐκ ἂν εἴη τὸ κατὰ τὴν κοινωνίαν καλῶς. ὧν γὰρ δεόμενος τυγχάνει, τούτοις καὶ προσέχει. κἀκείνου γε χάριν ταῦτα δώσει. τὴν ἀξίαν B δὲ ποτέρου τάξαι ἐστὶ, τοῦ προϊεμένου, ἢ τοῦ προλαβόντος. ὁ γὰρ προϊέμενος ἔοικεν ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ, ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν. ὅτε γὰρ διδάξειεν ἃ δή ποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν, ὅσου δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον. ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἐνίοις ἀρκεῖ τὸ, Μισθὸς δ' ἀνδρί. οἱ δὲ προλαβόντες τὸ ἀργύριον, εἶτα μηδὲν ποιοῦντες ὧν ἔφασαν, διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαγγελιῶν εἰκότως ἐν ἐγκλήμασι γίνονται. οὐ γὰρ ἐπιτελοῦσιν ἃ ὡμολόγησαν. τοῦτο δ' ἴσως

ποιεῖν οἱ σοφισταὶ ἀναγκάζονται, διὰ τὸ μηθένα ἂν δοῦναι ἀργύριον ὧν ἐπίστανται. οὗτοι μὲν οὖν ὧν ἔλαβον τὸν μισθόν, μὴ ποιοῦντες, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασιν εἰσίν. ἐν οἷς δὲ μὴ γίγνεται διομολογία τῆς ὑπουργίας, οἱ μὲν δι' αὑτοὺς προϊέμενοι, εἴρηται ὅτι ἀνέγκλητοί εἰσι. τοιαύτη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία. τὴν ἀμοιβὴν τε ποιητέον κατὰ τὴν προαίρεσιν. αὕτη γὰρ τοῦ φίλου καὶ τῆς ἀρετῆς. οὕτω δ' ἔοικε καὶ τοῖς φιλοσοφίας κοινωνήσασιν. οὐ γὰρ πρὸς χρήμαθ' ἡ ἀξία μετρεῖται, τιμή τ' ἰσόρροπος οὐκ ἂν γένοιτο. ἀλλ' ἴσως ἱκανόν, καθάπερ καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς γονεῖς τὸ ἐνδεχόμενον. μὴ τοιαύτης δ' οὔσης τῆς δόσεως, ἀλλ' ἐπί τινι, μάλιστα μὲν ἴσως δεῖ τὴν ἀνταπόδοσιν γίγνεσθαι, ἀμφοῖν δοκοῦσαν κατ' ἀξίαν εἶναι. εἰ δὲ

C τοῦτο μὴ συμβαίνοι, οὐ μόνον ἀναγκαῖον εἶναι δόξειεν ἂν τὸν προέχοντα τάττειν, ἀλλὰ καὶ δίκαιον. ὅσον γὰρ ἂν οὗτος ὠφεληθῇ, ἢ ἀνθ' ὅσου τὴν ἡδονὴν εἵλετ' ἄν, τοσοῦτον ἀντιλαβὼν ἕξει τὴν παρὰ τούτου ἀξίαν. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὠνίοις οὕτω φαίνεται γινόμενον. ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶ νόμοι, τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι, ὡς δέον ᾧ ἐπίστευσε, διαλυθῆναι πρὸς τοῦτον, καθάπερ ἐκοινώνησεν. ᾧ γὰρ ἐπετράφθη, τοῦτον οἴεται δικαιότερον εἶναι τάξαι

sophistæ coguntur facere, propterea quod nemo eis daret argentum ob ea quæ sciunt. Hi igitur cum ea ob quam mercedem acceperunt, non faciant, merito accusantur. Vbi vero nulla ministerij pactio fit, illos qui per se prius dant, absque crimine vllo esse dictum est. eiusmodi enim amicitia est ex virtute: retributioque ex electione facienda. ea enim amici & virtutis est. ita vero similis est ijs quibus philosophia communio est. non enim ex pecunijs dignitas æstimatur: æstimatioque æquilibris fieri non possit: at forsasse satis est, sicut etiam erga deos, & erga parentes, id quod fieri potest. quod si donatio eiusmodi non fuerit, sed ob aliquam rem, maxime quidem fortasse ea facienda est retributio, quæ vtrisque pro dignitate esse videatur: sin id nō contingit, non modo necessarium videbitur, vt is qui prius habet statuat, verumetiam iustum. quātam enim vtilitatem is ceperit, aut cuius loco voluptatem elegerit, si tantum ille receperit, dignam ab eo remunerationem habebit. nam etiam in venalibus rebus ita fieri apparet. Aliquibus etiam in locis leges sunt, ne de volūtarijs cōmercijs iudicia sint: quod oporteat, cui credidit, ita cum eo dissoluere, vt societatem iniit. cui enim permissum est, iustius esse putat vt is statuat, quam qui

qui permisit. nã plerunq; non æquo æstimant pretio qui habent, & qui accepisse vellẽt. sua enim & quæ dant singulis digna multo pretio videntur. sed retributio tamen tanti fit, quantum statuerint qui acceperunt. oportet autem fortasse nõ tanti æstimare, quanti æstimandũ alicui qui habet videtur: sed quanti antequam haberet, æstimabat.

τοῦ ἐπιτρέψαντος. τὰ πολλὰ γὰρ οὐ τοῦ ἴσου τιμῶσιν οἱ ἔχοντες, καὶ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν. τὰ γὰρ οἰκεῖα καὶ ἃ διδόασιν ἑκάστοις φαίνεται πολλοῦ ἄξια: ἀλλ' ὅμως ἡ ἀμοιβὴ γίνεται πρὸς τοσοῦτον, ὅσον ἂν τάξωσιν οἱ λαβόντες. δεῖ δ' ἴσως οὐ τοσούτου τιμᾶν, ὅσον ἔχοντι φαίνεται ἄξιον, ἀλλ' ὅσου πρὶν ἔχειν, ἐτίμα.

COMMENTATIONES.

A ἐν ἁπάσαις δὲ) Hic liber eiusdem est argumenti cum præcedenti libro: continuat enim tractationem cum amicitia: ac possũt eius tres cõstitui partes. Nã in prima parte vsque ad quartum cap. docet, quibus officiis amici sint colendi, quid singulis sit tribuendum, ne inter eos oriantur querelæ. In secunda parte, id est, a quarto, vsq; ad nonum caput explicantur amicitiæ adiuncta, sine quibus ipsa esse non potest, veluti sunt hæc tria: *beneuolẽtia, concordia, & beneficẽtia.* In tertia parte vsq; ad finem libri explicantur quædam quæstiones ad amicitiam pertinẽtes, videlicet, *vtrum homo beatus opus habeat amicis.* Item, *vtrum multi amici sint expetendi & habendi.* Item, *in qua fortuna maxime opus sit amicis.* Item, *an cõuersatio necessaria sit ad amicitiam colendã* Huius vero primi capitis duæ sunt partes. Prima rursum est, *de caussis querelarum, quæ in amicitijs solent exsistere.* In altera latius explicat quæstionem de beneficii æstimatione, cuius in decimotertio capite præcedentis libri mentionem fecit: pręmittit autem nouam distinctionem amicitiarum. Nam amicitię aliæ sunt ὁμοειδεῖς, id est, *eiusdem speciei,* in quib. amici sese mutuo amant propter easdem caussas, vt *vir bonus amat virũ bonum propter virtutem, Cicero & Hortensius se mutuo amant propter studium eloquẽtiæ, Achilles & Patroclus se mutuo amant propter fortitudinem: ita qui ijsdẽ studijs dediti sunt, propter eadem sese mutuo amant, Medicus medicum, Theologus Theologum:*

Tres sunt huius libri 9. partes.

Amicitiæ adiuncta sunt tres.

Duæ sunt huius cap. partes.

Amicitiæ noua distinctio.

Amicitia ὁμοειδὴς.

cepit, quia hoc modo nullum commodum aut lucrum ab illo beneficio haberet, si cogeretur tantũ retribuere, quantũ accepit. Tertia caussa est, *quando sit quædam retributio accepti beneficii, sed non fit per talem rem, qualem alter expetebat: tunc enim perinde est, ac si nulla retributio fuisset facta.* Hoc plerunque solet fieri in amicitiis, quæ propter diuersas caussas sunt inter aliquos constitutæ, quod Aristoteles declarat exemplo cuiusdam Citharœdi, quicum a Dionysio rege conductus fuerat, vt in conuiuio luderet, eiusque conuiuas sua musica oblectaret, promisit se ei pro isto officio magnum præmium daturum: sequenti vero die, cum Citharœdus a rege pręmium postulasset, rex respondit, *ipsum Citharœdum iam premium accepisse*, & pro voluptate voluptatẽ percepisse. Dicebat enim, *quemadmodum mihi iucunda fuit tua musica, ita tibi iucunda fuit spes magni præmii accipiendi*, atq; hoc modo voluptas voluptate vtrinq; est compensata: quia autem rex propter voluptatem Citharœdum conduxerat, Citharœdus non propter voluptatem, sed propter pręmium suam operam regi addixerat, ideo Citharœdus merito potuit conqueri de hac regis retributione, quia non per eam rem facta erat, quam ipse sperauerat, & rex promiserat.

IIA

B τὴν ἀξίαν ῥ.) Hæc est altera pars cap. in qua agitur de æstimatione beneficiorum acceptorum. Vt enim iusta & vera & æqualis possit fieri retributio & compensatio acceptorum beneficiorum, ideo necesse est, vt prius beneficia æstimentur, quanta ea sint, vt inde sciamus, quantũ sit retribuendum. Pro huius quæstionis explicatione notanda est distinctio eorũ, qui beneficia in alios conferunt. Hi autem sunt duplices: vel enim aliis benefaciunt ex mero amore & beneuolentia, sine vlla spe retributionis, nihil cupientes inde accipere: atq; horũ beneficia nihil aliud sunt, quam donũ quoddam: Vel faciunt illud propter spem futuræ retributionis, cupientes vicissim aliquid ab iis, quibus benefecerũt recipere: atq; horũ beneficia sunt fere nihil aliud, quam mutuũ quoddam, quod alteri ad tempus solũ conceditur, ea conditione, vt illud iterum restituat. Quod ad priores attinet, illi æstimationẽ & retributionẽ beneficii relinquunt vo-

Quomodo beneficia sint æstimanda.

Duplices sunt illi, qui in alios conferunt beneficia.

luntati & arbitrio accipientis, cui liberum retribuere tantum, quantum velit: quoniam hi in benefaciendo nihil aliud spectant, quam vt prosint iis, quibus benefecerunt. Quemadmodum Deus benefacit hominibus, non vt vicissim illi aliquid retribuant, sed contentus est sola animi gratitudine. Eodem modo etiam parentes benefaciunt suis liberis, nihil vicissim ab illis postulantes. Cum igitur tales retributionem relinquunt arbitrio accipientis, ideo & eidem permittunt æstimationem beneficii: quemadmodum Sophista quidam Prothagoras suis discipulis & auditoribus relinquebat æstimationem suæ professionis, & suarum lectionum, vt quisque eorum tantum mercedis ei persolueret, quantum existimaret, se ex eius lectionibus profecisse, atq; didicisse. Inquit autem Aristoteles, eos, qui hoc modo aliis benefaciunt, debere contentos esse tali retributione, quæ videtur iis, quibus benefecerunt, iusta & æqua esse. Atque istud confirmat auctoritate Hesiodi, qui in 2. lib. τῶν ἔργων operum iubet eum, qui nulla mercede prius constituta alteri beneficiũ præstitit, debere contentum esse ea mercede, aut remuneratione, q̃ amicus, cui benefecit determinauerit. Huic ergo primæ responsioni annectit Aristot. quandã ἐπιτίμησιν *reprehensionem aduersus eos, qui mercedẽ ante labores ab aliis exigunt, multa & magna promittentes sese præstituros, nihil vero aut parum eorum, quæ promiserunt, postquam mercedem acceperunt præstantes, eos tanquam iniustos & fraudulentos homines dignos esse reprehensione, qui hoc modo callide alios circumueniunt, & ab illis vel pecuniam, vel alia beneficia extorquent, nullam vicissim gratitudinem referentes.* Exempli loco adfert Sophistas sui temporis, quos etiam Plato variis in locis propter hanc fraudulentiam & auaritiam reprehendit, qui solebant multa & magna suis auditoribus promittere, quæ vellent illos docere, cum nihil tamen eorum possent præstare.

Benefactores spe lucri duplices.

Quod vero ad posteriores attinet, qui spe alicuius retributionis beneficia sua in alios conferunt; hi etiam sunt duplices: vel enim paciscuntur cum illis, antequam aliquid dent, quantum debeant vicissim retribuere, & tum non opus est vlteriore beneficii æstimatione, quia accipienti iam præscriptum & de-

& definitum est, quantum debeat vicissim retribuere. Qui hoc modo sua beneficia communicant, illi sunt, vt Aristoteles inquit, ἀνέγκλητοι, id est, *absq; querelis & accusationibus*: quia certa lege & conditione beneficia & præstiterunt & acceperunt, atque istis pactis & conditionibus vtrinque debeat stare & acquiescere. Vel non paciscuntur cum illis, quibus sua beneficia conferunt, quantum debeant retribuere, sed relinquunt illud in medio. De his præcipue quæritur, penes quem debeat esse beneficii æstimatio, vtrum penes dantem, an vero penes accipientem.

Beneficiorũ æstimatio penes quem esse debeat.

C εἰ δὲ τοῦτο μὴ.) Hæc est altera pars responsionis ad propositam quæstionem de beneficii æstimatione, per quem ea fieri debeat, quando non antea præcessit aliquis contractus seu pactum, quo definitum fuit, quantum is, qui accipit beneficium, debeat retribuere. Est autem propositio huius loci ista: *Beneficii æstimatio potius accipienti, quam conferenti beneficium est permittenda, si nullum præcessit pactum.* Probatur hæc propositio quinque rationibus. Prima ratio hæc est: *Cui is, qui beneficium confert, initio permisit beneficii æstimationem, vt tantum retribuat, quantum ei æquum esse videatur, ei quoq; beneficii æstimatio est permittenda.* Sed *is, qui beneficium absque conditione alteri præstat, is permittit accipienti retribuere æstimationem beneficii.* Ergo *beneficii æstimatio accipienti potius quam danti est permittenda.* Altera ratio: *Qui melius nouit beneficii magnitudinem & vtilitatem, is quoque melius potest beneficium illud æstimare.* Sed *accipiens beneficium ab altero melius nouit beneficii magnitudinem & vtilitatem, quam is, qui confert beneficium: quoniam accipiens nouit, quantũ beneficium sibi profuerit.* Igitur *accipiens melius potest beneficium æstimare, quam is, qui confert beneficium*: & per consequens, *accipienti potius, quam conferenti æstimatio illa est permittenda.* Tertia sumitur ab exemplo simili de emtore & venditore, vbi Aristot. comparat benefactorẽ cum venditore: beneficiarium autem cum emtore, beneficiũ cum re venali. *Quemadmodum autem in rebus venalibus æstimatio pretii, quod pro mercibus dandum est, magis est penes emtorem quam venditorẽ: ita etiam beneficii æstimatio magis*

Propositio huius loci probatur quinq; rationibus.

I.

II.

III.

debet esse penes accipientem quam penes dantem. Quod autem æstimatio pretii rerum venalium magis sit penes emtorem quam venditorem, inde apparet, *quod emtor non solet plus dare pro ea re quam emere vult, quam videatur ipsi esse æquum & iustum; etiamsi venditor longe maioris suas res venales æstimet.* Quarta ratio sumitur ab exemplo & consuetudine quarundam ciuitatum, *in quibus legibus cautum est, vt non concedantur iudicia aut actiones iudiciariæ ei, qui beneficium libere contulit aduersus eum, qui beneficium accepit pro facienda retributione, sed ipsi beneficiario, seu qui beneficium accepit, liberum relinquunt, vt tantũ retribuat, quantũ ipsi æquum esse videatur: ac postulat hoc ipsum ratio iustitiæ & æquitatis, vt qui initio libere & sine conditionibus certis inter se contraxerunt, etiam postea libere inter sese transigant.* Et sane æquum est, *vt quemadmodum benefactori initio liberum fuit conferre vel non conferre alteri beneficium.* Item *dare quantũ & quando vellet, vt etiam vicissim liberũ sit beneficiario tantum retribuere, quantũ ipsi æquum videatur.* Quinta ratio sumitur ex loco comparatorum, *qui iustior est æstimator beneficij, penes eum quoq; debet esse beneficij æstimatio.* Sed *accipiens beneficium iustior est æstimator beneficij, quam is qui confert beneficium.* Ergo *penes accipientem potius debet esse æstimatio beneficij, quam penes dantem.* Minorem declarat Aristoteles ex hominum innata quadam φιλαυτίᾳ, qua semper sua, & quæ ipsorum propria sunt maioris æstimant, quam aliena. Is autẽ qui confert beneficia, confert de suo, & propterea plerumq; suum beneficium maioris ęstimat, quam deberet. Qui accipit beneficium, is accipit de alieno, ac melius potest de eo iudicare, quam ille qui contulit beneficium. Quoniam igitur ex iam dictis constat, æstimationem beneficii permittendam esse accipienti, quæritur, *quo pacto accipiens beneficium debeat æstimare.* Ad hanc quæstionem breuissime respondet Aristoteles eum, qui beneficium accepit, tanti debere æstimare, postquam accepit, quanti illud æstimabat, antequam accepisset, cum videlicet adhuc eo indigeret. Ratio est, quoniam longe maioris æstimamus ea, quibus caremus & indigemus, quam posteaquam ea sumus consecuti. Vnde etiam fit, vt pleriq; accepta

Beneficiũ accipiens quo pacto æstimare debeat.

cepta beneficia non amplius tanti faciant, quam ea fecerunt, antequam haberent. imo plerunq; solēt ea contemnere aut extenuare. Itaq; vt æqualis & iusta fiat compensatio, recte monet Aristot. vt de acceptis & consecutis beneficiis eodem modo iudicare velimus, quo de illis iudicauimus, priusquam ea haberemus.

CAP. 2.

AT vero huiusmodi res dubitationem habent, vt vtrum oporteat patri omnia tribuere, & parere, an ægrotanti, medico obtemperandum. imperator vero bellicæ rei peritus eligendus: simili modo amico magis, an probo viro inseruiendum? & beneficio reddenda magis gratia sit, quam socio donandum, si vtrisque non liceat? Nunquid omnia huiusmodi accurate quidem definire facile non est? multas enim atque omnigenas habet differentias, & magnitudine & paruitate, & honestate & necessitate) non omnia vero eidem esse reddenda, obscurum non est. Et beneficia quidem retribuenda, vt plurimum magis sunt, quam sociis inseruiendum: & sicut mutuum cui debet, quis restituendum magis, quam socio dandum. sed fortasse neque hoc semper: vt si quis redemtus a latronibus fuerit, vtrum ei vicissim redimendus, qui liberarit, quicunque ille sit, an non capto quidem, sed repetenti reddendum, an pater redimen-

ΚΕΦΑΛ. β'.

A Ἀπορίαν δὲ ἔχει καὶ τὰ τοιάδε, οἷον πότερα δεῖ πάντα τῷ πατρὶ ἀπονέμειν καὶ πείθεσθαι, ἢ κάμνοντα μὲν ἰατρῷ πιστέον. στρατηγὸν δὲ χειροτονητέον τὸν πολεμικόν. ὁμοίως δὲ φίλῳ μᾶλλον ἢ σπουδαίῳ ὑπηρετέον, καὶ εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον, ἢ ἑταίρῳ δοτέον, ἐὰν ἀμφοῖν μὴ ἐνδέχεται; ἆρ' οὖν πάντα τὰ τοιαῦτα, ἀκριβῶς μὲν διορίσαι οὐ ῥᾴδιον; πολλὰς γὰρ καὶ παντοίας ἔχει διαφορὰς, καὶ μεγέθει καὶ μικρότητι, καὶ τῷ καλῷ καὶ ἀναγκαίῳ. ὅτι δ' οὐ πάντα B τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον, οὐκ ἄδηλον. καὶ τὰς μὲν εὐεργεσίας ἀνταποδοτέον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μᾶλλον, ἢ χαριστέον ἑταίροις. καὶ ὥσπερ δάνειον ᾧ ὀφείλει ἀποδοτέον μᾶλλον, ἢ ἑταίρῳ δοτέον. ἴσως δ' οὐδὲ τοῦτο ἀεί, οἷον τῷ λυτρωθέντι παρὰ λῃστῶν, πότερον τὸν λυσάμενον ἀντιλυτρωτέον, κἂν ὁστισοῦν ᾖ, καὶ μὴ ἑαλωκότι, ἀπαιτοῦντι δὲ ἀποδοτέον, ἢ τὸν πατέρα λυ-

πρότερον. δόξειε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτῶν μᾶλλον τοῦ τεκόντος. ὅπερ οὖν εἴρηται, καθόλου μὲν τὸ ὀφείλημα ἀποδοτέον. ἐὰν δ' ὑπερτείνῃ ἡ δόσις τῷ καλῷ, ἢ τῷ ἀναγκαίῳ, πρὸς ταῦτ' ἀποκλιτέον. ἐνίοτε γὰρ οὐδ' ἐστὶν ἴσον τὸ τὴν προϋπαρχὴν ἀμείψασθαι· ἐπειδὰν ὁ μὲν σπουδαῖον εἰδὼς εὖ ποιήσῃ, τῷ δὲ ἡ ἀνταπόδοσις γίγνηται, ὃν οἴεται μοχθηρὸν εἶναι. οὐδὲ γὰρ τῷ δανείσαντι ἐνίοτε ἀντιδανειστέον. ὁ μὲν γὰρ οἰόμενος κομιεῖσθαι, ἐδάνεισεν ἐπιεικεῖ ὄντι. ὁ δ' οὐκ ἐλπίζει κομιεῖσθαι παρὰ πονηροῦ. εἴτε τοίνυν τῇ ἀληθείᾳ οὕτως ἔχει, οὐκ ἴσον τὸ ἀξίωμα. εἴτ' ἔχει μὲν μὴ οὕτως, οἴονται δέ, οὐκ ἂν δόξειεν ἄτοπα ποιεῖν. ὅπερ οὖν πολλάκις εἴρηται, οἱ περὶ τὰ πάθη καὶ τὰς πράξεις λόγοι ὁμοίως ἔχουσι τὸ ὡρισμένον τοῖς περὶ ἅ εἰσιν. ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διὶ θύεται, οὐκ ἄδηλον. ἐπεὶ δ' ἕτερα γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς, καὶ ἑταίροις, καὶ εὐεργέταις, ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ ἁρμόττοντα ἀπονεμητέον. οὕτω δὲ καὶ ποιεῖν φαίνονται. εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσι τοὺς συγγενεῖς. τούτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος, καὶ αἱ περὶ τοῦτο δὴ πράξεις. καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς

C

dus? videatur enim pater ante seipsum cuique redimendus. Quod igitur dictum est, in vniuersum debitũ est reddendum: sed si donatio honestate, aut necessitate excedat, ad hæc est declinandum. Interdum enim neq; par est, vt prius collatũ beneficium rependamus: cum ille probum esse sciens benefecerit. ab hoc vero fiat retributio ei, quẽ prauum esse existimat. nam neque ei qui nonnunquam mutuauit, vicissim mutuandum est. ille enim ratus se recepturum esse: probo mutuauit: hic autem a prauo non sperat se recepturum. siue igitur reuera ita res habet, par dignitas non est: siue non ita est, sed opinantur, non absurda facere videantur. Quod igitur sæpe dictum est, sermones de affectibus & actionibus ita definiti sunt, sicut ea in quibus versantur. Non eadem igitur omnibus esse retribuenda, neque patri omnia, quemadmodum neque Ioui sacrificantur, obscurum minime est. Quia vero alia parentibus & fratribus, & sociis & beneficis reddenda sunt, singulis propria & accommodata sunt attribuenda. ita vero etiam facere videntur. ad nuptias enim cognatos inuitant. his enim commune genus est, atque idcirco actiões quoq; quæ in eo versantur: & ad sponsalia maxime putant conuenire debere cognatos ob eam-

ob eãdem caussam. videtur autem alimẽtum parentibus præcipue suppeditare oportere, cum debeamus, & eis qui in caussa sint vt simus, honestius esse quam nobis ipsis in his opem ferre. honorem quoque, quemadmodum diis, non omnem tamen parentibus. neq; enim eundem patri & matri: neque rursus qui conuenit sapienti aut duci. sed paternum, pariterque maternum. Omni item seniori honorem pro ætate, assurgendo, & loco cedendo, atque rebus huiusmodi. sociis item & fratribus libertatem dicẽdi omniumque communicationem. Cognatis quoque & tribulibus & ciuibus reliquisque omnibus semper enitẽdum est, quod suum cuique tribuere, quæque singulis insunt ex coniunctione & virtute, aut vsu diiudicemus. atque eorum quidem qui congeneres sunt, facilius iudicium est: difficilius eorum qui differunt: non ob id tamen desistendum, sed vt fieri potest, ita distinguendum.

ἀπαιτᾶν διὰ τοῦτο. δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν, ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς εἰς ταῦτ' ἐπαρκεῖν. καὶ τιμὴν δὲ καθάπερ θεοῖς. οὐ πᾶσαν δὲ γονεῦσιν. οὐδὲ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρί. οὐδ' αὖ τὴν τοῦ σοφοῦ ἢ τοῦ στρατηγοῦ. ἀλλὰ τὴν πατρικήν, ὁμοίως δὲ καὶ μητρικήν. καὶ παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν, ὑπαναστάσει, καὶ κατακλίσει, καὶ τοῖς τοιούτοις. πρὸς ἑταίρους δ' αὖ καὶ ἀδελφοὺς παρρησίαν καὶ ἁπάντων κοινότητα. καὶ συγγενέσι δὲ καὶ φυλέταις καὶ πολίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀεὶ πειρατέον τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν καὶ συγκρίνειν, τὰ ἑκάστοις ὑπάρχοντα κατ' οἰκειότητα καὶ ἀρετὴν ἢ χρῆσιν. τῶν μὲν οὖν ὁμογενῶν, ῥάων ἡ κρίσις· τῶν δὲ διαφερόντων, ἐργωδεστέρα. οὐ μὴν διά γε τοῦτο ἀποστατέον, ἀλλ' ὡς ἂν ἐνδέχηται, οὕτω διοριστέον.

COMMENTATIONES.

Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ] In hoc cap. agitur de officiis amicorum, quænam singulis sint tribuenda: in eo enim potissimum consistit omnis vis amicitiæ, vt singulis ea tribuamus quæ ipsis conueniunt & debentur. Quod cum non fit aut non recte seruatur, statim necesse est exoriri offensiones & querelas inter amicos. Præmittit autem Aristoteles tres quæstiones, ex quarum explicatione

Amicitiæ vis omnis consistit in officio amicorũ.

facile intelligi potest, quidnam de hac re sit iudicandum & statuendum. Prima quæstio est, *vtrum patri omnia sint tribuenda a filio, id est, vtrum filius in omnibus rebus patri debeat gratificari, & ei parere.* Exempli gratia: *vtrum filius ægrotans patri potius, quam medico obtemperare debeat.* Item *vtrum in eligendo consule aut belli imperatore filius debeat suum suffragium potius dare patri, qui ad consulatum gerendum aut ad militiam est ineptus: an vero debeat suum suffragium alteri alicui perito & ad hoc officium idoneo dare.* Altera quæstio: *vtrum amico potius gratificandum & succurrendum sit, quam viro bono?*

II.

III.

Tertia quæstio: *vtrum benefactori potius referenda sit gratia pro præstito beneficio, quam sodali gratificandum, si vtrunq; simul facere non possumus.*

His tribus quæstionibus siue dubitationibus hoc modo propositis Aristoteles non statim accedit ad earũ explicationẽ: sed cõmonefacit nos de qualitate, vel potius de difficultate explicandi has & similes quæstiones, quam difficultatem ait exsistere ex varietate & differentia circumstantiarum, quę hic suntcõsiderandæ, tam in personis, quam in ipsis officiis & beneficiis, quæ vel a nobis postulantur, vel etiam a nobis mutuo præstãda sunt: Inquit autem præcipue consideranda esse ista quatuor τὸ μέγεθος *magnitudinem* : τὴν μικρότητα *paruitatem* : τὸ καλὸν *honestatem*, & τὸ ἀναγκαῖον *necessitatem*

In officijs quatuor consideranda.

De hac re etiam monet Cicero *in libro primo offic. in cap. de beneficentia*, vbi sic inquit: *sed in his omnibus officijs tribuendis videndum erit, quid cuique maxime necessarium sit, & quid quisque nobiscum vel sine nobis, aut possit consequi, aut non possit: itaque non ijdem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum: Sunt enim quædam officia quæ alijs magis quam alijs debeantur: Exempli gratia: vicinum citius adiuueris in fructibus percipiendis, quam aut fratrem aut familiarem. At si lis in iudicio sit, propinquum potius & amicum, quam vicinum defenderis. Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo deducẽdoq; videre, quæ reliqui summa fiat: ex quo, quãtum cuiq; debeatur, intelligas.*

B ὅτι δ' οὐ πάντα) Hactenus propositæ fuerunt tres quæstiones de officiorum & beneficiorum retributione: sequitur iam respōsio ad illas quæstiones, cuius responsionis sunt duæ partes. Prima continet generalem regulam, quæ hic est notanda, nempe, *non omnia officia & beneficia omnibus esse tribuenda, neque eadem singulis esse præstanda, sed considerandam esse personarum conditionem, & statum, atque vnicuique ea tribuenda esse, quæ eius personæ, dignitati & conditioni conueniunt ac debentur.* Altera pars responsionis pertinet seorsim ad primam & tertiam quæstionem. Nam de secunda quæstione hic nihil amplius præcipitur, quia facile ea intelligi potest ex duabus reliquis quæstionibus. Monet autem Aristoteles in primo libro Eudæmiorum, cap. II. circa hanc quæstionem præcipue considerandas esse circumstantias, *cur & quando alter alteri, id est, vir bonus amico, & amicus viro bono sit præferendus in eiusmodi officiorum & beneficiorum communi communicatione.* Quod igitur ad duas reliquas quæstiones 1. & 3. attinet, Aristoteles primo loco respondet ad tertiam quæstionem, in qua quæritur, *vtrum benefactori potius gratia sit referenda, quam socio aut amico aliquid dandum, si vtrumque simul facere non possis.* Respond. autem Aristoteles, benefactori potius gratiam esse referendam, quam alteri aliquid dandum. Hanc responsionem probat ab exemplo simili de creditore & debitore. *Quemadmodum debitor creditori potius reddere debet debitum, si illud repetit, quam alteri aliquid dare: ita is, qui beneficium accepit, potius benefactori gratiam debet referre, quam alteri aliquid dare, si vtrumque simul facere non possit.* Ratio similitudinis est, quia beneficium est quasi debitum quoddā, quod nos tacite obligat benefactori, non secus ac debitor obligatur creditori: & quemadmodum, qui aliquid mutuo acceperit ab altero, tenetur illud reddere, ita beneficium est quasi mutuum quoddam reddendum ei, a quo accepimus, atque hoc ipsum etiam natura dictitat & iubet, vt pro beneficio gratiam referamus. Imo beneficiarius tamdiu obligatus est benefactori, quamdiu non compensauit beneficium. Huic responsioni duas subiūgit exceptiones, quibus ostendit, quando alteri potius

Responsio constat duabus partibus.

Gratiane vtrum benefactori potius referēda an socio eius. Respons.

gratificandum sit, quam benefactori gratia referenda. Prima exceptio sumitur a lege naturæ, *quando*, inquit, *lex natura ipsaque recta ratio suadet, vt alteri potius benefaciamus, quam benefactori gratiam referamus, tum illud faciendum est.* Exempli gratia: *Si pater vel frater meus & benefactor simul sunt capti & vterque postulat per me liberari, si vtrumque non possum liberare, certe natura suadet, vt patrem vel fratrem potius quam benefactorem ex captiuitate liberem, quoniam maiore necessitudine pater vel frater mihi iuncti sunt quam amicus qui bonum fecit.* Vnde etiam Hesiodus in tali casu inquit, *Nunquam debes amicum parem facere fratri, nẽpe in casu necessitatis.*

Altera exceptio sumitur a lege honestatis & necessitatis: Inquit Aristoteles, *si honestius est & magis necessarium alteri succurrere potius, quam benefactori gratiam referre, tum illud potius quam hoc est faciendum.* Exempli gratia: *si vir bonus in magna est necessitate & egestate constitutus, is autem a quo beneficium antea accepisti, non adeo eget, neq; etiam in tanto periculo est constitutus, quemadmodum vir bonus, qui opem & auxilium tuum implorat, certe honestius est, magisq; necessariũ viro bono succurrere, etiamsi nullum ab eo acceperis beneficiũ q̃ benefactori gratiã referre, qui vel non est adeo vir bonus, vel eo ipso tẽpore, nõ ita valde eget tuo auxilio.* Ex hac responsione facile etiam intelligitur, quid ad alteram quæstionem supra propositam sit respondendum, videlicet *virum bonum interdum præferendum esse benefactori.* Cuius rei caussam Aristoteles hanc adfert, *quoniam, qui viro bono benefacit, is potest esse certus, quod suum beneficium bene collocauit, & quod aliquando ab eo sit reportaturus gratiam.* Propter quam caussam etiam vir bonus videtur iure opem & auxilium alterius postulare. Primum *quia propter virtutem, qua præditus est, etiam dignus est, cui succurratur.*

Deinde, *quia vir bonus eo animo postulat beneficium, quod velit gratiam referre.* Contra vero qui viro malo & improbo benefacit, is primum *male collocat suum beneficium.* Deinde, *non potest esse certus de retributione, quod relaturus sit gratiam.* Tertio, *reddit eum deteriorem & insolen-*

solentiorem. Nam mali & improbi homines abutuntur bonorum virorum gratia, fauore ac beneficiis, ideo etiam Syracides cap. 12. de exercenda beneficentia inquit: *Da bono & non receperis peccatorē: benefac humili & non dederis impio: prohibe panes illi dare, ne in ipsis beneficijs tuis potentior te fiat. Nam duplicia mala inuenies, id est, reportabis ab eo pro omnibus bonis, quæcunq; illi præstiteris.* Itaq; inquit Aristoteles non est æqualis postulatio beneficii, quando vir bonus & vir malus illud postulant. Quia non eodem animo, neque eodem iure illud petunt. Etenim vir bonus eo animo petit, quod velit illud retribuere, atque ideo iure debet a nobis obtinere. Malus vero & improbus non cogitat retribuere, ideo etiam iure ei non debetur.

Atque hoc declarat exemplo simili. *Quemadmodum non semper ei mutuum dandum est, qui a nobis mutuum petit, quando scilicet, non possumus esse certi, vtrum iterum nobis sit redditurus id, quod ei mutuo vel commodato dedimus: ita non semper omni beneficium postulanti etiam benefaciendum est: Præsertim si non certi sumus vtrum beneficium nostrum grato animo sit accepturus & compensaturus.*

Hæc autem Philosophice accipienda & intelligenda sunt. Christus autem Saluator noster aliter præcipit, iubens *etiam inimicis benefacere, & mutuum dare nihil inde sperantes, eaq; in re imitari patrem cœlestem, qui solem oriri sinit super bonos & malos.*

C ὅπερ ἂν πολλάκις.) Hæc est responsio ad primam quæstionem, qua quærebatur, *vtrum patri semper omnia sint tribuenda.* Negat hoc Aristoteles, idque probat exemplo simili a maiore ad minus. *Si Ioui, qui dicitur esse summus pater deorum & hominum, non licebat omnia sacrificia offerre.* Igitur *neque patri a filio omnia sunt tribuenda.* Sed *antecedens est verum: neque enim licebat Ioui de omnibus pecoribus sacrificare, sed tantum de capris, iuxta legem Thebanorum, cuius mentionem facit Herodotus libro secundo, vbi affirmat non licitum fuisse apud Thebanos Ioui boues sacrificare & immolare: sed quicunque ei vellent sacra facere, cogebantur capram immolare, idque in honorem &*

Patri vtrum semper omnia sint tribuēda.

memoriam capræ Amalthea, a qua Poeta fingunt eum in Creta cum adhuc infans esset, fuisse nutritum. Ex his iam dictis colligit Aristoteles generale præceptum, quod in officiis amicitiæ præstandis est seruandum, nempe singulis tribuenda esse, τὰ οἰκεῖα καὶ ἁρμόττοντα, id est, *ea quæ proprie vnicuique conueniunt.* Atque hoc probat a communi hominum consuetudine & quotidiano pacto. Solent enim ad nuptias & funera homines eos conuocare, qui sunt ex eadem familia & cognatione eorum, qui nuptias aut exsequias celebrare volunt, propter quod istæ ceremoniæ propriæ pertinent ad eos, qui sunt eiusdem generis & familiæ. Vt enim per nuptias familiæ augentur & amplificantur: ita per funera eædem rursum minuuntur, & paulatim exstinguuntur. Vnde etiam agnati & propinqui potius ad tales pompas atq; ceremonias vocantur, quam exteri, quia ad eos proprie ista pertinent. Quæ autẽ sint οἰκεῖα, quæ ἁρμόττοντα ἑκάστοις, id est, *singulis cõuenientia & propria*, declarat Arist. distributione, qua ostendit, *quæ nam parentibus, quæ itidem fratribus, quæ etiam ceteris cognatis, propinquis vicinis, & aliis debentur.* Parentibus duo præcipue a liberis debentur: Primum, τὰ θρεπτήρια, *alimenta & victus*, vel, vt Cicero in lib. 1. Offic. *vitæ subsidia.* Rationem huius hanc adfert: *per quos vitam accepimus, vitaque nostra est sustentata, iis vicissim subsidia vitæ debemus. Sed per parentes liberi vitam acceperunt, & per eosdem vita liberorum primis annis est sustentata.* Igitur *liberi parentibus vicissim debent præbere vitæ subsidia*, Deinde liberi parentibus debent honorem & obseruantiam: quemadmodum in quarto præcepto decalogi dicitur, *honora patrem & matrem, vt sis longæuus in terra:* Et Syracides cap. 3. inquit, *qui timet dominum, honorat parentes, a quibus procreatus est sermone, opere & patientia.* Monet autem Aristoteles parentibus non deberi simpliciter omnem honorem: sed tantum eum, qui ipsis competit, quatenus sunt parentes & homines. Nam honor, qui Deo debetur, non itidem debetur parentibus: sic etiam alius honor debetur magistratui, regi aut viro sapienti, qui tamen nõ conuenit etiam parentibus. Imo in ipsis parentibus quoq; est discrimen quod alius honor debetur patri, alius vero matri. Quod de ho-

Parentib. quæ a liberis debeantur.

Parentib. non omnis honor debetur.

de honore dicitur, etiam intelligendũ est de obedientia: neq; enim simpliciter omnis obedientia debetur parentibus vel magistratibus, sed tenẽda est hic regula, quæ est in Actis Apostolorum, cap. 5. vbi dicitur, *Deo magis obediendũ esse, quam hominibus.* Et Christus ipse inquit, *interdum etiã parentes abnegandos caussa religionis & veritatis.* Quod etiam Ethnici quidam agnouerunt: quemadmodũ legimus apud Liuium decade quarta, vbi quidam Lycortas dux Achiuorum legatis Romanorum sic respondit: *Veremur quidem vos O Romani, & si ita vultis, etiam timemus, sed plus & veremur & timemus Deos immortales.* Et Valentinianus Imperator dixit: *Debeo quidem affectum, id est, amorem parenti: sed magis debeo obsequium Deo salutis auctori.* Atque hęc de officiis, quæ parentibus proprie debentur. His Aristoteles etiam coniungit seniores, quoniam illi propter ætatem etiam sunt quasi nostri parentes, ideoque illis etiam debetur honor, qui consistit in externis ceremoniis & gestibus, veluti cedendo illis de via, tribuendo illis primum accubitum, coram illis surgendo, capita detegendo, deducendo illos domum, & similibus aliis officiis ac obsequiis illos prosequendo: fratribus vero sodalibus, quia plerunque & ætate & vitæ conditione, & aliis studiis nobis sunt pares, ideo debetur παῤῥησία, id est, *libertas sermonis & orationis in communicandis consiliis, in admonitionibus & in familiaribus colloquiis.* Quod vero ad ceteros homines attinet, veluti sunt amici, cognati, tribules, vicini, his etiam communicare debemus nostra studia, beneficia & in ea communicatione tria potissimum considerare. Primum quo pacto & qua ratione sint nobis coniuncti: deinde qua virtute sint prædici: tertio, quo ipsi vel nobis, vel nos ipsis possimus prodesse. Circa hęc tria autem facienda est σύγκρισις comparatio, vtri nobis sint propinquiores, meliores & vtiliores, & secundum hos gradus etiam plura vel pauciora illis sunt tribuenda & præstanda officia. In omnibus autem tenenda est ἀναλογία proportio Geometrica, vt secundum cuiusque dignitatem & meritum officia & beneficia nostra singulis deferamus atque præstemus.

Parentib. nõ omnis obedientia debetur.

Senib. qui honor debeatur.

Fratrib. & sodalibus quid debeatur.

Cognatis & vicinis quid debeatur.

ΚΕΦ. γʹ.

Ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας, ἢ μή. πρὸς τοὺς μὴ διαμένοντας, ἢ πρὸς μὲν τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδὺ φίλους ὄντας, ὅταν μηκέτι ταῦτ' ἔχωσιν, οὐδὲν ἄτοπον διαλύεσθαι; ἐκείνων γὰρ ἦσαν φίλοι, ὧν ἀπολιπόντων, εὔλογον τὸ μὴ φιλεῖν. ἐγκαλέσειε δ' ἄν τις, εἰ διὰ τὸ χρήσιμον ἢ διὰ τὸ ἡδὺ ἀγαπῶν, προσεποιεῖτο διὰ τὸ ἦθος. ὅπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, πλεῖσται διαφοραὶ γίγνονται τοῖς φίλοις, ὅταν μὴ ὁμοίως οἴωνται, καὶ ὦσι φίλοι. ὅταν μὲν οὖν διαψευσθῇ τις καὶ ὑπολάβῃ φιλεῖσθαι διὰ τὸ ἦθος, μηθὲν τοιοῦτον ἐκείνου πράττοντος, ἑαυτὸν αἰτιῷτ' ἄν. ὅταν δὲ ὑπὸ τῆς ἐκείνου προσποιήσεως ἀπατηθῇ, δίκαιον ἐγκαλεῖν τῷ ἀπατήσαντι, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς τὸ νόμισμα κιβδηλεύουσιν, ὅσῳ περὶ τιμιώτερον ἡ κακουργία. ἐὰν δ' ἀποδέχηται ὡς ἀγαθόν, γένηται δὲ μοχθηρὸς ἢ δοκῇ, ἆρ' ἔτι φιλητέον, ἢ οὐ δυνατόν, εἴπερ μὴ πᾶν φιλητόν, ἀλλὰ τἀγαθόν; οὔτε δὲ φιλητέον πονηρόν, οὔτε δεῖ. φιλοπόνηρον γὰρ οὐ χρὴ εἶναι, οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ. εἴρηται δ' ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον. ἆρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον, ἢ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ

CAP. 3.

Oritur autem dubitatio de dissoluendis amicitijs aut non, cum ijs, qui non permanent, an cum ijs, qui ob utilitatem aut iucunditatem sunt amici, cum non amplius ea habent, dissolui absurdum nihil est? illorū enim erant amici, quibus deficientibus, cōsentaneum est, ut non ament. Accusauerit autem quispiam, si ille qui ob utilitatē, aut voluptatem diligit, ob mores simulauerit. quod enim in principio diximus, plurima dissensiones inter amicos oriuntur, cum non similiter putant. & sunt amici. cum igitur falsus fuerit aliquis, atque ob mores se diligi existimarit, cum nihil eiusmodi ille agat, seipsum is culpet: cum autem illius simulationē deceptus fuerit, eum, qui deceperit, accusare iustum est, atque magis quam eos qui monetam adulterant, quanto in re preciosiore maleficium est. At si admiserit ut bonum, prauus vero euaserit aut videatur, nunquid amplius amandus est? an fieri non potest, siquidem non quodlibet est amabile, sed quod est bonum? neque certe amandum prauum est, neque opus est. amantem enim praui non oportet esse, neq; similē prauo fieri. at dictum est simile simili esse amicū. nunqd vero statim dissoluendū est? an nō cū omnibus, sed

cum

tum incurabilibus ob prauitatem? at correctionem admittentibus magis ad mores, quam facultates accurrẽdum est, quo praestantiores, & amicitiae sunt accommodatiores? videatur autem qui dissoluit amicitiam, nihil absurdi facere. non enim huic aut tali amicus erat. quocirca cum eum alienatum reseruare nequeat, abscedit. at vero si alter perstet, alter vero probior euaserit, & longe praestet virtute, nunquid vtendum amico est, an fieri non potest? in magna autem distantia id maxime perspicuum fit, vt in amicitijs a pueritia. si enim alter permaneat animo puer, alter vir quam optimus euadat, quo esse poterunt amici, cum neque ijsdem oblectentur, neque gaudeant & doleant? neque enim inter sese mutuo haec inerunt ipsis. absque his vero esse amicos non licebat. fieri enim nequit, vt simul degant. Sed de his dictum est. Num autem nihilo alienius se gerere debet erga ipsum; ac si nunquam fuisset amicus? an ante habitae consuetudinis memoria retinenda est? & quemadmodum amicis magis, quam extraneis gratificandum esse existimamus: ita ijs qui fuerunt, ob amicitiam quae prius intercessit, tribuendum aliquid est, quando non ob nimiam prauitatem facta est dissolutio.

τοῖς ἀνιάτοις διὰ τὴν μοχθηρίαν; ἐπανόρθωσιν δ' ἔχουσι, μᾶλλον βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος, ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσῳ βέλτιον καὶ τῆς φιλίας οἰκειότερον; δόξειε δ' ἂν διαλυόμενος οὐθὲν ἄτοπον ποιεῖν. οὐ γὰρ τοιούτῳ ἢ τοιούτῳ φίλος ἦν. ἀλλοιωθέντα γοῦν ἀδυνατῶν ἀνασῶσαι, ἀφίσταται. εἰ δ' ὁ μὲν διαμένοι, ὁ δ' ἐπιεικέστερος γίνοιτο, καὶ πολὺ διαλλάττοι τῇ ἀρετῇ, ἆρα χρηστέον φίλῳ, ἢ οὐκ ἐνδέχεται; ἐν μεγάλῃ δὲ διαστάσει μάλιστα δῆλον γίνεται, οἷον ἐν ταῖς ἐκ παιδίας φιλίαις. εἰ γὰρ ὁ μὲν διαμένοι τὴν διάνοιαν παῖς, ὁ δ' ἀνὴρ εἴη οἷος κράτιστος, πῶς ἂν εἶεν φίλοι, μήτ' ἀρεσκόμενοι τοῖς αὐτοῖς, μήτε χαίροντες καὶ λυπούμενοι; οὐδὲ γὰρ περὶ ἀλλήλους ταῦθ' ὑπάρξει αὐτοῖς· ἄνευ δὲ τούτων οὐκ ἦν φίλους εἶναι. συμβιοῦν γὰρ οὐχ οἷόν τε. εἴρηται δὲ περὶ τούτων. ἆρ' οὖν οὐθὲν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἑκτέον, ἢ εἰ μὴ ἐγεγόνει φίλος μηδέποτε; ἢ δεῖ μνείαν ἔχειν τῆς γενομένης συνηθείας; καὶ καθάπερ φίλοις μᾶλλον ἢ ὀθνείοις οἰόμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς γενομένοις ἀπονεμητέον τι, διὰ τὴν προγενομένην φιλίαν, ὅταν μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γίνηται.

G

τρωτέον. δόξειε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτοῦ μᾶλλον τὸν πατέρα. ὅπερ οὖν εἴρηται, καθόλου μὲν τὸ ὀφείλημα ἀποδοτέον. ἐὰν δ' ὑπερτείνῃ ἡ δόσις τῷ καλῷ, ἢ τῷ ἀναγκαίῳ, πρὸς ταῦτ' ἀποκλιτέον. ἐνίοτε γὰρ οὐδ' ἐστὶν ἴσον τὸ τὴν προϋπαρχὴν ἀμείψασθαι· ἐπειδὰν ὁ μὲν σπουδαῖον εἰδὼς εὖ ποιήσῃ· τῷ δὲ ἡ ἀνταπόδοσις γίγνηται, ὃν οἴεται μοχθηρὸν εἶναι. οὐδὲ γὰρ τῷ δανείσαντι ἐνίοτε ἀντιδανειστέον. ὁ μὲν γὰρ οἰόμενος κομιεῖσθαι, ἐδάνεισεν ἐπιεικεῖ ὄντι. ὁ δ' οὐκ ἐλπίζει κομιεῖσθαι παρὰ πονηροῦ. εἴτε τοίνυν τῇ ἀληθείᾳ οὕτως ἔχει, οὐκ ἴσον τὸ ἀξίωμα· εἴτ' ἔχει μὲν μὴ οὕτως, οἴονται δέ, οὐκ ἂν δόξειεν ἄτοπα ποιεῖν. C ὅπερ οὖν πολλάκις εἴρηται, οἱ περὶ τὰ πάθη καὶ τὰς πράξεις λόγοι ὁμοίως ἔχουσι τὸ ὡρισμένον τοῖς περὶ ἅ εἰσιν. ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διὶ θύεται, οὐκ ἄδηλον. ἐπεὶ δ' ἕτερα γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς, καὶ ἑταίροις, καὶ εὐεργέταις, ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ ἁρμόττοντα ἀπονεμητέον. οὕτω δὲ καὶ ποιεῖν φαίνονται. εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσι τοὺς συγγενεῖς. τούτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος, καὶ αἱ περὶ τούτου δὴ πράξεις. καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς

dus? videatur enim pater ante seipsum cuique redimendus. Quod igitur dictum est, in uniuersum debitū est reddendum: sed si donatio honestate, aut necessitate excedat, ad hæc est declinandum. Interdum enim neq; par est, vt prius collatū beneficium rependamus: cum ille probum esse sciens benefecerit. ab hoc vero fiat retributio ei, quē prauum esse existimat. nam neque ei qui nonnunquam mutuauit, vicissim mutuandum est. ille enim ratus se recepturum esse: probo mutuauit: hic autem a prauo non sperat se recepturum. siue igitur reuera ita res habet, par dignitas non est: siue non ita est, sed opinantur, non absurda facere videantur. Quod igitur sæpe dictum est, sermones de affectibus & actionibus ita definiti sunt, sicut ea in quibus versantur. Non eadem igitur omnibus esse retribuenda, neque patri omnia, quemadmodum neque Ioui sacrificantur, obscurum minime est. Quia vero alia parentibus & fratribus, & sociis & beneficis reddenda sunt, singulis propria & accommodata sunt attribuenda. ita vero etiam facere videntur. ad nuptias enim cognatos inuitant. his enim commune genus est, atque idcirco actiões quoq; quæ in eo versantur: & ad sponsalia maxime putant conuenire debere cognatos ob tan-

ob eādem caussam. videtur autem alimētum parentibus præcipue suppeditare oportere, cum debeamus, & eis qui in caussa sint vt simus, honestius esse quam nobis ipsis in his opem ferre. honorem quoque, quemadmodum diis, non omnem tamen parentibus. neq; enim eundem patri & matri: neque rursus qui conuenit sapienti aut duci. sed paternum, pariterque maternum. Omni item seniori honorem pro ætate, assurgendo, & loco cedendo, atque rebus huiusmodi. sociis item & fratribus libertatem dicēdi omniumque communicationem. Cognatis quoque & tribulibus & ciuibus reliquisque omnibus semper enitēdum est, quod suum cuique tribuere, quæque singulis insunt ex coniunctione & virtute, aut vsu diiudicemus. atque eorum quidem qui congeneres sunt, facilius iudicium est: difficilius eorum qui differunt: non ob id tamen desistendum, sed vt fieri potest, ita distinguendum.

ἀπαιτεῖν διὰ τοῦτο. δόξειε δ' αὖ τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν, ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς εἰς τοῦτ' ἐπαρκεῖν. καὶ τιμὴν δὲ καθάπερ θεοῖς. οὐ πᾶσαν δὲ γονεῦσιν. οὐδὲ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρί. οὐδ' αὖ τὴν τοῦ σοφοῦ ἢ τοῦ στρατηγοῦ. ἀλλὰ τὴν πατρικήν, ὁμοίως δὲ καὶ μητρικήν. καὶ παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν, ὑπαναστάσει, καὶ κατακλίσει, καὶ τοῖς τοιούτοις. πρὸς ἑταίρους δ' αὖ καὶ ἀδελφοὺς παρρησίαν καὶ ἁπάντων κοινότητα. καὶ συγγενέσι δὲ καὶ φυλέταις καὶ πολίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀεὶ πειρατέον τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν καὶ συγκρίνειν, τὰ ἑκάστοις ὑπάρχοντα κατ' οἰκειότητα καὶ ἀρετὴν ἢ χρῆσιν. τῶν μὲν οὖν ὁμογενῶν ῥάων ἡ κρίσις· τῶν δὲ διαφερόντων, ἐργωδεστέρα. οὐ μὴν διά γε τοῦτο ἀποστατέον, ἀλλ' ὡς ἂν ἐνδέχηται, οὕτω διοριστέον.

COMMENTATIONES.

Amicitiæ vis omnis consistit in officio amicorū.

A Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ) In hoc cap. agitur de officiis amicorum, quænam singulis sint tribuenda: in eo enim potissimum consistit omnis vis amicitiæ, vt singulis ea tribuamus quæ ipsis conueniunt & debentur. Quod cum non fit aut non recte seruatur, statim necesse est exoriri offensiones & querelas inter amicos. Præmittit autem Aristoteles tres quæstiones, ex quarum explicatione

facile intelligi potest, quidnam de hac re sit iudicandum & statuendum. Prima quæstio est, *vtrum patri omnia sint tribuenda a filio, id est, vtrum filius in omnibus rebus patri debeat gratificari, & ei parere.* Exempli gratia: *vtrum filius ægrotans patri potius, quam medico obtemperare debeat.* Item *vtrum in eligendo consule aut belli imperatore filius debeat suum suffragium potius dare patri, qui ad consulatum gerendum aut ad militiam est ineptus: an vero debeat suum suffragium alteri alicui perito & ad hoc officium idoneo dare.* Altera quæstio: *vtrum amico potius gratificandum & succurrendum sit, quam viro bono?*

II.

III.

Tertia quæstio: *vtrum benefactori potius referenda sit gratia pro præstito beneficio, quam sodali gratificandum, si vtrunque simul facere non possumus.*

His tribus quæstionibus siue dubitationibus hoc modo propositis Aristoteles non statim accedit ad earũ explicationẽ: sed cõmonefacit nos de qualitate, vel potius de difficultate explicandi has & similes quæstiones, quam difficultatem ait existere ex varietate & differentia circumstantiarum, quę hic suntcõsiderandæ, tam in personis, quam in ipsis officiis & beneficiis, quæ vel a nobis postulantur, vel etiam a nobis mutuo præstãda sunt: Inquit autem præcipue consideranda esse ista quatuor τὸ μέγεθος *magnitudinem* : τὴν μικρότητα *paruitatem* : τὸ καλὸν *honestatem*, & τὸ ἀναγκαῖον *necessitatem*

In officijs quatuor consideranda.

De hac re etiam monet Cicero *in libro primo offic. in cap. de beneficentia*, vbi sic inquit: *sed in his omnibus officijs tribuendis videndum erit, quid cuique maxime necessarium sit, & quid quisque nobiscum vel sine nobis, aut possit consequi, aut non possit: itaque non ijdem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum: Sunt enim quædam officia quæ alijs magis quam alijs debeantur: Exempli gratia: vicinum citius adiuueris in fructibus percipiendis, quam aut fratrem aut familiarem. At si lis in iudicio sit, propinquum potius & amicum, quam vicinum defenderis. Hæc igitur & talia circumspiciẽda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo deducẽdoq; videre, quæ reliqui summa fiat: ex quo, quãtum cuiq; debeatur, intelligas.*

B ὅτι δ᾽ οὐ πάντα) Hactenus propositæ fuerunt tres quæstiones de officiorum & beneficiorum retributione: sequitur iam respõsio ad illas quæstiones, cuius responsionis sunt duæ partes. Prima continet generalem regulam, quæ hic est notanda, nempe, *non omnia officia & beneficia omnibus esse tribuenda, neque eadem singulis esse præstanda, sed considerandam esse personarum conditionem, & statum, atque vnicuique ea tribuenda esse, quæ eius personæ, dignitati & conditioni conueniunt ac debentur.* Altera pars responsionis pertinet seorsum ad primam & tertiam quæstionem. Nam de secunda quæstione hic nihil amplius præcipitur, quia facile ea intelligi potest ex duabus reliquis quæstionibus. Monet autem Aristoteles in primo libro Eudæmiorum, cap. II. circa hanc quæstionem præcipue considerandas esse circumstantias, *cur & quando alter alteri, id est, vir bonus amico, & amicus viro bono sit præferendus in eiusmodi officiorum & beneficiorum communi communicatione.* Quod igitur ad duas reliquas quæstiones I. & 3. attinet, Aristoteles primo loco respondet ad tertiam quæstionem, in qua quæritur, *vtrum benefactori potius gratia sit referenda, quam socio aut amico aliquid dandum, si vtrumque simul facere non possis.* Respond. autem Aristoteles, benefactori potius gratiam esse referendam, quam alteri aliquid dandum. Hanc responsionem probat ab exemplo simili de creditore & debitore. *Quemadmodum debitor creditori potius reddere debet debitum, si illud repetit, quam alteri aliquid dare: ita is, qui beneficium accepit, potius benefactori gratiam debet referre, quam alteri aliquid dare, si vtrumque simul facere non possit.* Ratio similitudinis est, quia beneficium est quasi debitum quoddã, quod nos tacite obligat benefactori, non secus ac debitor obligatur creditori: & quemadmodum, qui aliquid mutuo acceperit ab altero, tenetur illud reddere, ita beneficium est quasi mutuum quoddam reddendum ei, a quo accepimus, atque hoc ipsum etiam natura dictitat & iubet, vt pro beneficio gratiam referamus. Imo beneficiarius tamdiu obligatus est benefactori, quamdiu non compensauit beneficium. Huic responsioni duas subiũgit exceptiones, quibus ostendit, quando alteri potius

Responsio constat duabus partibus.

Gratia vtrum benefactori potius referẽda an socio eius. Respons.

gratificandum sit, quam benefactori gratia referenda. Prima exceptio sumitur a lege naturæ, *quando*, inquit, *lex natura ipsaque recta ratio suadet, vt alteri potius benefaciamus, quam benefactori gratiam referamus, tum illud faciendum est.* Exempli gratia: *Si pater vel frater meus & benefactor simul sunt capti & vterque postulat per me liberari, si vtrumque non possum liberare, certe natura suadet, vt patrem vel fratrem potius quam benefactorem ex captiuitate liberem, quoniam maiore necessitudine pater vel frater mihi iuncti sunt quam amicus qui bonum fecit.* Vnde etiam Hesiodus in tali casu inquit, *Nunquam debes amicum parem facere fratri, nempe in casu necessitatis.*

Altera exceptio sumitur a lege honestatis & necessitatis: Inquit Aristoteles, *si honestius est & magis necessarium alteri succurrere potius, quam benefactori gratiam referre, tum illud potius quam hoc est faciendum.* Exempli gratia: *si vir bonus in magna est necessitate & egestate constitutus, is autem a quo beneficium antea accepisti, non adeo eget, neq; etiam in tanto periculo est constitutus, quemadmodum vir bonus, qui opem & auxilium tuum implorat, certe honestius est, magisq; necessariũ viro bono succurrere, etiamsi nullum ab eo acceperis beneficiũ q̃ benefactori gratiã referre, qui vel non est adeo vir bonus, vel eo ipso tẽpore, nõ ita valde eget tuo auxilio.* Ex hac responsione facile etiam intelligitur, quid ad alteram quæstionem supra propositam sit respondendum, videlicet *virum bonum interdum preferendum esse benefactori.* Cuius rei caussam Aristoteles hanc adfert, *quoniam, qui viro bono benefacit, is potest esse certus, quod suum beneficium bene collocauit, & quod aliquando ab eo sit reportaturus gratiam.* Propter quam caussam etiam vir bonus videtur iure opem & auxilium alterius postulare. Primum *quia propter virtutem, qua præditus est, etiam dignus est, cui succurratur.*

Deinde, *quia vir bonus eo animo postulat beneficium, quod velit gratiam referre.* Contra vero qui viro malo & improbo benefacit, is primum *malo collocat suum beneficium.* Deinde, *non potest esse certus de retributione, quod relaturus sit gratiam.* Tertio, *reddit eum deteriorem & insolen-*

solentiorem. Nam mali & improbi homines abutuntur bonorum virorum gratia, fauore ac beneficiis, ideo etiam Syracides cap. 12. de exercenda beneficentia inquit: *Da bono & non receperis peccatorē: benefac humili & non dederis impio: prohibe panes illi dare, ne in ipsis beneficijs tuis potentior te fiat. Nam duplicia mala inuenies, id est, reportabis ab eo pro omnibus bonis, quæcunq; illi præstiteris*. Itaq; inquit Aristoteles non est æqualis postulatio beneficii, quando vir bonus & vir malus illud postulant. Quia non eodem animo, neque eodem iure illud petunt. Etenim vir bonus eo animo petit, quod velit illud retribuere, atque ideo iure debet a nobis obtinere. Malus vero & improbus non cogitat retribuere, ideo etiam iure ei non debetur.

Atque hoc declarat exemplo simili. *Quemadmodum non semper ei mutuum dandum est, qui a nobis mutuum petit, quando scilicet, non possumus esse certi, vtrum iterum nobis sit redditurus id, quod ei mutuo vel commodato dedimus: ita non semper omni beneficium postulanti etiam benefaciendum est: Præsertim si non certi sumus vtrum beneficium nostrum grato animo sit accepturus & compensaturus.*

Hæc autem Philosophice accipienda & intelligenda sunt. Christus autem Saluator noster aliter præcipit, iubens *etiam inimicis benefacere, & mutuum dare nihil inde sperantes, eaq; in re imitari patrem cœlestem, qui solem oriri sinit super bonos & malos.*

C ὅπερ οὖν πολλάκις.) Hæc est responsio ad primam quæstionem, qua quærebatur, *vtrum patri semper omnia sint tribuenda*. Negat hoc Aristoteles, idque probat exemplo simili a maiore ad minus. *Si Ioui, qui dicitur esse summus pater deorum & hominum, non licebat omnia sacrificia offerre.* Igitur *neque patri a filio omnia sunt tribuenda.* Sed *antecedens est verum: neque enim licebat Ioui de omnibus pecoribus sacrificare, sed tantum de capris, iuxta legem Thebanorum, cuius mentionem facit Herodotus libro secundo, vbi affirmat non licitum fuisse apud Thebanos Ioui boues sacrificare & immolare: sed quicunque ei vellent sacra facere, cogebantur capram immolare, idque in honorem &*

Patri vtrum semper omnia sint tribuēda.

memoriam capra Amlthea, a qua Poeta fingunt eum in Creta cum adhuc infans esset, fuisse nutritum. Ex his iam dictis colligit Aristoteles generale præceptum, quod in officiis amicitiæ præstandis est seruandum, nempe singulis tribuenda esse, τὰ οἰκεῖα καὶ ἁρμόττοντα, id est, *ea quæ proprie vnicuique conueniunt.* Atque hoc probat a communi hominum consuetudine & quotidiano pacto. Solent enim ad nuptias & funera homines eos conuocare, qui sunt ex eadem familia & cognatione eorum, qui nuptias aut exsequias celebrare volunt, propter quod istæ ceremoniæ propriæ pertinent ad eos, qui sunt eiusdem generis & familiæ. Vt enim per nuptias familię augentur & amplificantur: ita per funera eædem rursum minuuntur, & paulatim exstinguuntur. Vnde etiam agnati & propinqui potius ad tales pompas atq; ceremonias vocantur, quam exteri, quia ad eos proprie ista pertinent. Quæ autẽ sint οἰκεῖα, quæ ἁρμόττοντα ἑκάστοις, id est, *singulis cõuenietia & propria*, declarat Arist. distributione, qua ostendit, *quæ nam parentibus, quæ itidem fratribus, quæ etiam cæteris cognatis, propinquis vicinis, & aliis debentur.* Parentibus duo præcipue a liberis debentur: Primum, τὰ θρεπτικά, *alimenta & victus*, vel, vt Cicero in lib. 1. Offic. *vitæ subsidia.* Rationem huius hanc adfert: *per quos vitam accepimus, vitaque nostra est sustentata, iis vicissim subsidia vitæ debemus.* Sed *per parentes liberi vitam acceperunt, & per eosdem vita liberorum primis annis est sustentata.* Igitur *liberi parentibus vicissim debent præbere vitæ subsidia*, Deinde liberi parentibus debent honorem & obseruantiam: quemadmodum in quarto præcepto decalogi dicitur, *honora patrem & matrem, vt sis longæuus in terra:* Et Syracides cap. 3. inquit, *qui timet dominum, honorat parentes, a quibus procreatus est sermone, opere & patientia.* Monet autem Aristoteles parentibus non deberi simpliciter omnem honorem: sed tantum eum, qui ipsis competit, quatenus sunt parentes & homines. Nam honor, qui Deo debetur, non itidem debetur parentibus: sic etiam alius honor debetur magistratui, regi aut viro sapienti, qui tamen nõ conuenit etiam parentibus. Imo in ipsis parentibus quoq; est discrimen quod alius honor debetur patri, alius vero matri. Quod de ho-

Parentib. quæ a liberis debeantur.

Parentib. non omni honos debetur.

de honore dicitur, etiam intelligendũ est de obedientia: neq; enim simpliciter omnis obedientia debetur parentibus vel magistratibus, sed tenẽda est hic regula, quæ est in Actis Apostolorum, cap. 5. vbi dicitur, *Deo magis obediendũ esse, quam hominibus.* Et Christus ipse inquit, *interdum etiã parentes abnegandos caussa religionis & veritatis.* Quod etiam Ethnici quidam agnouerunt: quemadmodũ legimus apud Liuium decade quarta, vbi quidam Lycortas dux Achiuorum legatis Romanorum sic respondit: *Veremur quidem vos O Romani, & si ita vultis, etiam timemus, sed plus & veremur & timemus Deos immortales.* Et Valentinianus Imperator dixit: *Debeo quidem affectum, id est, amorem parenti: sed magis debeo obsequium Deo salutis auctori.* Atque hęc de officiis, quæ parentibus proprie debentur. His Aristoteles etiam coniungit seniores, quoniam illi propter ætatem etiam sunt quasi nostri parentes, ideoque illis etiam debetur honor, qui consistit in externis ceremoniis & gestibus, veluti cedendo illis de via, tribuendo illis, primum accubitum, corã illis surgendo, capita detegendo, deducendo illos domum, & similibus aliis officiis ac obsequiis illos prosequendo: fratribus vero sodalibus, quia plerunque & ætate & vitæ conditione, & aliis studiis nobis sunt pares, ideo debetur *παρρησία*, id est, *libertas sermonis & orationis in communicandis consiliis, in admonitionibus & in familiaribus colloquiis.* Quod vero ad ceteros homines attinet, veluti sunt amici, cognati, tribules, vicini, his etiam communicare debemus nostra studia, beneficia & in ea communicatione tria potissimum considerare. Primum quo pacto & qua ratione sint nobis coniuncti: deinde qua virtute sint præditi: tertio, quo ipsi vel nobis, vel nos ipsis possimus prodesse. Circa hęc tria autem facienda est *σύγκρισις* comparatio, vtri nobis sint propinquiores, meliores & vtiliores, & secundum hos gradus etiam plura vel pauciora illis sunt tribuenda & præstanda officia. In omnibus autem tenenda est *ἀναλογία* proportio Geometrica, vt secundum cuiusque dignitatem & meritum officia & beneficia nostra singulis deferamus atque præstemus.

Parentib. nõ omnis obedientia debetur.

Senib. qui honor debeatur.

Fratrib. & sodalibus quid debeatur.

Cognatis & vicinis quid debeatur.

tum incurabilibus ob prauitatem? at correctionem admittentibus magis ad mores, quam facultates accurrēdum est, quo præstantiores, & amicitiæ sunt accommodatiores? videatur autem qui dissoluit amicitiam, nihil absurdi facere. non enim huic aut tali amicus erat. quocirca cum eum alienatum reseruare nequeat, abscedit. at vero si alter perstet, alter vero probior euaserit, & longe præstet virtute, nunquid vtendum amico est, an fieri non potest? in magna autem distantia id maxime perspicuum fit, vt in amicitijs a pueritia. si enim alter permaneat animo puer, alter vir quam optimus euadat, quo esse poterunt amici, cum neque ijsdem oblectentur, neque gaudeant & doleant? neque enim inter sese mutuo hæc inerunt ipsis. absque his vero esse amicos non licebat. fieri enim nequit, vt simul degant. Sed de his dictum est. Num autem nihilo alienius se gerere debet erga ipsum; ac si nunquam fuisset amicus? an ante habitæ consuetudinis memoria retinenda est? & quemadmodum amicis magis, quam extraneis gratificandum esse existimamus: ita ijs qui fuerunt, ob amicitiam quæ prius intercessit, tribuendum aliquid est, quando non ob nimiam prauitatem facta est dissolutio.

τοῖς ἀνιάτοις διὰ τὴν μοχθηρίαν; ἐπανόρθωσιν δ' ἔχουσι, μᾶλλον βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος, ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσῳ βέλτιον καὶ τῆς φιλίας οἰκειότερον; δόξειε δ' ἂν διαλυόμενος οὐθὲν ἄτοπον ποιεῖν. οὐ γὰρ τούτῳ ἢ τοιούτῳ φίλος ἦν. ἀλλοιωθέντα γοῦν ἀδυνατῶν ἀνασῶσαι, ἀφίσταται. εἰ δ' ὁ μὲν διαμένοι, ὁ δ' ἐπιεικέστερος γίνοιτο, καὶ πολὺ διαλλάττοι τῇ ἀρετῇ, ἆρα χρηστέον φίλῳ, ἢ οὐκ ἐνδέχεται; ἐν μεγάλῃ δὲ διαστάσει μάλιστα δῆλον γίνεται, οἷον ἐν ταῖς ἐκ παιδίας φιλίαις. εἰ γὰρ ὁ μὲν διαμένοι τὴν διάνοιαν παῖς, ὁ δ' ἀνὴρ εἴη οἷος κράτιστος, πῶς ἂν εἶεν φίλοι, μήτ' ἀρεσκόμενοι τοῖς αὐτοῖς, μήτε χαίροντες καὶ λυπούμενοι; οὐδὲ γὰρ περὶ ἀλλήλους ταῦθ' ὑπάρξει αὐτοῖς. ἄνευ δὲ τούτων οὐκ ἦν φίλους εἶναι. συμβιοῦν γὰρ οὐχ οἷόν τε. εἴρηται δὲ περὶ τούτων. ἆρ' οὖν οὐθὲν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἑκτέον, ἢ εἰ μὴ ἐγεγόνει φίλος μηδέποτε; ἢ δεῖ μνείαν ἔχειν τῆς γενομένης συνηθείας; καὶ καθάπερ φίλοις μᾶλλον ἢ ὀθνείοις οἰόμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς γενομένοις ἀπονεμητέον τι, διὰ τὴν προγενομένην φιλίαν, ὅταν μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γένηται.

G

COMMENTATIONES.

A ἔχει δ' ἀπορίαν.) In hoc capite tractatur quæstio de caussis, propter quas interdum amicitiæ videntur esse dirimendæ & dissoluendæ. Quæ caussæ dicuntur *ἀιτία φθαρτικά, caussa corrumpentes*, quas etiam Cicero vocat *pestes & calamitates amicitiarum.* Nam in Lælio sic ait, *Est etiam quædam quasi calamitas in amicitiis dimittendis nonnunquam necessaria.* Hæc autem omnia intelligenda sunt tantum de iis amicitiis, quæ libera & propria voluntate inter aliquos constituuntur. Nam illæ amicitiæ, quas natura & sanguinis cognatio constituit, qualis est amicitia inter parentes & liberos, inter coniuges, inter fratres, agnatos & propinquos: tales amicitiæ perpetuum habent vinculum; quod non nisi per mortem aut grauissimam aliquam caussam potest dissolui. Ideo Aristoteles in præcedenti libro dixit, filium nunquam posse patri renuntiare amicitiam & amoris officia. Et Saluator noster de coniugii vinculo inquit: *quos Deus coniunxit, homo non separet.* Affirmat enim, non posse illud dissolui, nisi per adulterium, aut per mortem. Sunt autem duo præcipue, quæ in hoc capite explicantur. Primum commemorat caussas, propter quas videntur interdum amicitiæ posse dissolui, & amicus amico amicitiam renuntiare. Deinde, circa finem capitis ostendit, quo pacto amicus post renuntiatam amicitiam sit tractandus. Cum vero sint tres species amicitiarum; quarum vna est vera, nempe, quæ propter virtutem inter aliquos est constituta: reliquæ autem duæ species tantum sunt per accidens amicitiæ, nempe, quæ propter vtilitatem aut voluptatem inter aliquos sunt contractæ, prius agit de his duabus speciebus, & duas caussas commemorat, propter quas videantur interdum posse iure dissolui. Prima caussa est: *Si amici desinunt nobis esse vtiles & iucundi, quales ab initio fuerant: quoniam sublata caussa, necessario etiam tollitur effectus: proinde, si qui se mutuo amarunt tantum vtilitatis & voluptatis caussa, vtilitas autem illa & voluptas cessat, merito quoque cessat ipse amor; tanquam effectus caussa præcedentis.* Altera caussa est, *dolus & fraus amici:*

Amicitiarum dirimendarū caussæ.

Amicitiæ tres species.

Amicitiarum iure dissoluendarū duæ caussæ.

ri: quando nimirum amicus nos simulatione amoris decepit, & non reuera nos amauit, sed potius lucrum & quæstum aut commodum, quod ex nobis sperauit se consecuturum, quam nos ipsos amauit: talibus enim amicitia ficta est & simulata, coniuncta cum dolo & fraude: patefacto autem dolo & detecta fraude, non mirum est, etiam talem amicitiam non posse amplius consistere. In tali autem amicitia vel reprehendendus & accusandus est is, qui hoc modo est deceptus ab altero, quando nimirum falso sibi persuasit, se propter virtutem aut eruditionem, aut prudentiam, aut morum elegantiam ab altero amari: cum tamen nihil tale in se habeat, quod amore dignum sit: vel reprehendendus & accusandus est is, qui simulatione amoris alterum decepit, & callide in suam amicitiam pertraxit, sperans, se ex eius amicitia quæstum & lucrum habiturum. Qui autem hoc modo fraudulenter & callide sese in aliorum amicitiam insinuant, pessimi sunt homines, & magis reprehendendi (vt inquit Aristoteles) quam ii, qui monetas deprauant & corrumpunt: propterea, quod amicitia est res longe præstantior, quam pecunia vel moneta: ideo etiam, qui circa eam peccant, grauius sunt reprehendendi & puniendi: quoniam eiusmodi falsi amici magis possunt nobis nocere, quam si essent aperti inimici. Ab inimicis enim vnusquisque sibi cauet, & facile quoque potest sibi cauere. A falso autem amico difficile est sibi cauere.

Amicitia præstantior pecunia.

B Ἐὰν δ' ἀποδέχηται) Hactenus ostendit, quibus de caussis amicitiæ propter vtilitatem aut voluptatem contractæ possint interdum dirimi & dissolui. Iam ostendit etiam idem de amicitia, quæ propter virtutem est contracta, cur, quando, & quomodo possit dissolui. Pro huius quæstionis explicatione tres notandæ sunt distinctiones, quæ ex verbis Aristotelis possunt colligi, ex quibus etiam ipsa responsio erit manifestior. Prima distinctio hæc est: *Qui propter virtutem inter se mutuo facti sunt amici, qui vel semper in eodem virtutis studio permanent, ac semper manent viri boni: vel alter eorum deficit a virtute, & non manet vir bonus, adeo vt quodammodo alius efficiatur, quam antea fuerat.* Altera

Amicitia honesta cur, quando, & vtilis possint dissolui.

I.

II.

distinctio: *Qui in amicitia mutantur, hi vel mutantur in deterius*, id est, *ex viris bonis efficiuntur mali & improbi: vel mutantur in melius, adeo vt longe fiant excellentiores & præstantiores suis amicis, quos habuerunt: ita vt plane illis sint impares & inæquales.* Tertia distinctio: *Amici, qui in deterius mutantur, vel possunt corrigi, & ad pristinum statum reuocari, vel non possunt corrigi & emendari.*

III.

Quod igitur ad caussas attinet, propter quas etiam interdum tales amicitiæ videantur posse dirimi & dissolui, Aristoteles ex allatis distinctionibus duas præcipue caussas colligit, propter quas etiam amicitiæ, quæ propter virtutem erant contractæ, interdum possint ac debeant dissolui. Prima caussa est, *quando alter amicorum relicto virtutis studio improbus euasit, aut aliquo scelere se contaminauit, adeo vt non videatur posse aut velle corrigi, & ad meliorem viam reuocari: tunc eiusmodi homini amicitia est renuntianda.* Idque propter quatuor caussas: Prima caussa est, *quia initio amicitia non fuit cum tali homine, malo & improbo contracta: sed cum eo, qui existimabatur esse vir bonus, & virtutis studiosus.* Quo in loco rursum valet istud Dialecticorum ἀξίωμα, *remota caussa remouetur effectus.* Caussa autem amicitiæ contrahendæ erat virtus ac virtutis studium. Itaque sublata hac caussa, etiam amicitia ipsa tollitur. Altera ratio, *quia ea solum sunt amanda, quæ sunt bona.* Sed *talis amicus, qui a virtute degenerauit, non amplius est in bonorum virorum numero habendus.* Igitur *non est etiam amplius amandus, & amicitia cum eo contracta per se dissoluitur.* Tertia ratio, *quia vir bonus non debet videri, velle aut esse similis viro malo. Qui autem amat virum malum, is quoque aut est, aut videtur esse malus, iuxta prouerbium: Simile amat simile.* Item, *talis quisque est, aut esse videtur, quales sunt ii, quorum consuetudine & familiaritate delectatur.* Ergo *cum viro malo & improbo non est colenda amicitia.* Quarta ratio, *quoniam vera amicitia non potest esse inter dissimiles. Vir bonus autem & vir malus maxime sunt inter se dissimiles: imo contrarii.* Ergo *viro bono cum malo & improbo non potest esse amicitia.*

Amicitiã corrumpentes caussæ 2.

1. 2. 3. 4.

Obser-

Obſeruanda autem hoc in loco eſt particula, quæ ab Ariſtotele adiicitur. Non enim ſimpliciter inquit, amicitiam renuntiandam eſſe ei amico, qui factus eſt malus & improbus, ſed adiicit hanc particulam, *ſi non poſſit corrigi, & ad meliorem viam reuocari.* Qua particula monet, operam dandam eſſe, vt amicus errans, & a virtutis via deflectens reuocetur, & ſi fieri poſſit, iterum in virtutis viam reducatur. Atque illud probat argumento a minore ad maius: *Si enim amicus corpore ægrotans, aut paupertate & egeſtate laborans, aut alio aliquo malo affligitur, eſt iuuandus: multo magis ei ſuccurrendum eſt, quando animi aliquo morbo, id eſt, vitio laborare incipit. Et ſi externa bona cum amicis debemus communicare, multo magis animi bona illis impertiri debemus: animi autem medicina ſunt cohortationes, admonitiones, caſtigationes, bona conſilia, præcepta ſalutaria, quibus animus ad virtutis ſtudium eſt excitandus & inflammandus*: atque hæc de prima cauſſa, quamobrem interdum etiam amicitiæ propter virtutem contractæ poſſint ac ſoleant dirimi. Altera cauſſa eſt: *Quando alter ex amicis tantum profecit virtute, prudentia, auctoritate, eruditione, dignitate, potentia, honoribus, & ſimilibus rebus, vt plurimum ſuperet alterum amicum, qui ſemper ſibi, quod ad vitæ genus & conditionem attinet, manſit ſimilis, neq; ad altiora adſpirauit.* Inter tales, etiamſi initio fuerit arctiſſima amicitia, tamen, quia magna eſt facta diſſimilitudo, &, vt Ariſtoteles loquitur, μεγάλη διάστασις, *magna differentia & diſtantia:* ideo etiam ipſa amicitia efficitur languidior, propter illam diſſimilitudinem & inæqualitatem, cuius rei hæc eſt ratio: *Quia tales non commode poſſunt amplius ſimul viuere propter diſſimilitudinem morum, ſtudiorum, & conditionis totius vitæ.* Ideo Cicero in Lælio ait: *Diſpares mores & diſparia ſtudia diſſociant amicitias.* Et vt Poeta ait:

Amicitia quando renuntianda ſit amico facto improbo.

Diſparitas morũ ſoluit amicitias.

Male inæquales veniunt ad aratra iuuenci.

C ἆρ' οὖν ἐᾶτέον.) Hæc eſt appendix eorum, quæ de diſſolutione amicitiarum dixit: quia enim oſtenſum eſt,

posse fieri interdum, vt amicitia inter aliquos dirimatur, & amico amicitia renuntietur: ideo quæri potest, *quo pacto eiusmodi amicus post renuntiatam amicitiam sit tractandus.* Ad hoc respondet Aristot. considerandas esse caussas, propter quas ei amicitiam renuntiauerit. Nam si ideo renuntiauimus amicitiam, quia extreme malus & improbus est factus, ita vt nulla sit spes emendationis, tum omnino debemus illum relinquere, & nihil commercii amplius cum eo habere: veluti *si insigne aliquod scelus perpetrauit, si factus est proditor patriæ, latro, hæreticus*: si vero propter mutationem morum & studiorum talis factus est, vt non possimus commode amplius cum eo amicitiam colere, tum paulatim debemus nos ab eo seiungere, & non subito ei amicitiam renuntiare, aut eam abrumpere: sed semper etiam veteris amicitiæ rationem habere, & si qua in re nostra opera opus habeat, eidem adesse, ita vt adhuc fructum aliquem ex veteri amicitia a nobis percipiat. At quemadmodũ amicis potius quam alienis solemus gratificari: ita etiam iis, qui aliquando nostri amici fuerunt, potius gratificandum est, quam iis, qui nunquam amici fuerunt. De hac re Cicero eleganter in Lælio sic scribit: *Tales*, inquit, *amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ, &, vt Catonem dicere audiui, dissoluendæ magis quam discindendæ sunt, nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit, vt neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, vt non statim alienatio disiunctioque facienda sit.* Quamobrem primum danda est opera, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, vt exstinctæ potius, quam oppressæ videantur.

Amicus post renũtiatam amicitiam quo pacto tractandus.

ΚΕΦ. δ'. CAP. 4.

A ΤΑ φιλικὰ δὲ τὰ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται, ἔοικεν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐληλυθέναι. τιθέασι γὰρ φίλον τὸν βουλόμενον καὶ πράττοντα τἀγαθὰ, ἢ τὰ φαινόμενα, ἐ-

IAm vero ea, quæ ad amicos attinent, & quibus amicitiæ definiuntur, spectantur ex iis, quæ ad se cuique videntur profecta. statuunt enim amicum esse eum, qui vult & agit bona, aut quæ apparent, illius

ipsius caussa: vel eum qui vult esse & viuere amicum ipsius caussa. quare matres erga filios afficiuntur, & ex amicis ii, qui offensi sunt. Alii enim qui simul degit, & eadem eligit, aut qui condolet & collaetatur amico. maxime vero etiam hoc matribus contingit. at aliqui ex his amicitiam quoque desiniunt: erga se vero horum vnumquodque probo inest. Ceteris vero quatenus tales se esse existimant. Videtur enim, quemadmodum dictum est, mensura cuique virtus, & probus vir esse. is enim secum consentit, & eadem toto animo appetit. Et vult ergo sibiipsi bona, & quae apparent, atque agit. Boni autem est, sui quoque caussa bonum elaborare. Nam mentis caussa, quae esse vnusquisque videtur. Vult quoque viuere se, & saluum esse, & maxime id quo sapit. probo enim viro esse bonum est. vnusquisque autem sibiipsi vult bona. Effectus vero alius, nemo velit illud, quod factum est, omnia habere. Habet enim etiam nunc Deus bonum, sed cum id sit quicquid est. vnusquisque vero id quod intelligit, esse videatur vel maxime: ac qui talis est secum degere vult. iucunde n. id facit. nam & factorum suaues sunt recordationes.

κείνου ἕνεκα· ἢ τὸν βουλόμενον εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν. ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τέκνα πεπόνθασι, καὶ τῶν φίλων οἱ προσκεκρουκότες· οἱ δὲ τὸν συνδιάγοντα καὶ ταὐτὰ αἱρούμενον, ἢ τὸν συναλγοῦντα καὶ συγχαίροντα τῷ φίλῳ. μάλιστα δὲ καὶ τοῦτο περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει. τούτων δέ τινι καὶ τὴν φιλίαν ὁρίζονται. πρὸς ἑαυτὸν δὲ τούτων ἕκαστον τῷ ἐπιεικεῖ ὑπάρχει. τοῖς δὲ λοιποῖς ᾗ τοιοῦτοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. ἔοικε γάρ, καθάπερ εἴρηται, μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν. καὶ βούλεται δὴ ἑαυτῷ τἀγαθὰ καὶ τὰ φαινόμενα, καὶ πράττει. τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ, τἀγαθὸν διαπονεῖν· καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα. τοῦ γὰρ διανοητικοῦ χάριν, ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτόν, καὶ σώζεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦτο ᾧ φρονεῖ. ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι· ἕκαστος δ' ἑαυτῷ βούλεται τἀγαθά. γενόμενος δ' ἄλλος, οὐδεὶς αἱρεῖτ' ἂν πάντ' ἔχειν ἐκεῖνο τὸ γενόμενον. ἔχει γὰρ καὶ νῦν ὁ θεὸς τἀγαθόν. ἀλλ' ὢν ὅ τι ποτ' ἐστί. δόξειε δ' ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι ἢ μάλιστα. συνδιάγειν τε ὁ τοιοῦτος ἑαυτῷ βούλεται. ἡδέως γὰρ αὐτὸ ποιεῖ. τῶν τε γὰρ πεπραγμένων ἐπιτερπεῖς αἱ μνῆμαι·

καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδες ἀγαθαί· αἱ τοιαῦται δ' ἡδεῖαι. καὶ θεωρημάτων δ' εὐπορεῖ τῇ διανοίᾳ, συναλγεῖται καὶ συνήδεται μάλισθ' ἑαυτῷ. πάντοτε γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ λυπηρόν τε καὶ ἡδύ, καὶ οὐκ ἄλλοτ' ἄλλο· ἀμεταμέλητος γὰρ, ὡς εἰπεῖν. τῷ δὴ πρὸς αὑτὸν ἕκαστα τούτων ὑπάρχειν τῷ ἐπιεικεῖ, πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχειν, ὥσπερ πρὸς ἑαυτόν. ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός. καὶ ἡ φιλία τούτων εἶναί τι δοκεῖ, καὶ φίλοι οἷς ταῦθ' ὑπάρχει. πρὸς αὑτὸν δὲ πότερόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστι φιλία, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος. δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία, ᾗ ἐστὶ δύο, ἢ πλείω ἐκ τῶν εἰρημένων. καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας τῇ πρὸς

C ἑαυτὸν ὁμοιοῦται. φαίνεται δὴ τὰ εἰρημένα καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, καίπερ οὖσι φαύλοις. ἆρ' οὖν ᾗ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς καὶ ὑπολαμβάνουσιν ἐπιεικεῖς εἶναι, ταύτῃ μετέχουσιν αὐτῶν; ἐπεὶ τῶν γε κομιδῇ φαύλων καὶ ἀνοσιουργῶν, οὐδενὶ ταῦθ' ὑπάρχει, ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται. σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις. διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς· καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται, οἷον οἱ ἀκρατεῖς. αἱροῦνται γὰρ ἀντὶ τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶναι, τὰ ἡδέα βλαβερὰ ὄντα, οἱ δ' αὖ διὰ δειλίαν καὶ ἀρ-

& futurorum spes bona: tales autem sunt iucundæ. & contemplationibus vero mente abundat: condoletque & collatatur secum maxime. idem enim prorsus & molestum est & iucundum, & non alias aliud. pœnitentia siquidem vacat, prope dixerim. Eo quod igitur erga seipsum unumquodque horum inest probo, erga vero amicum perinde atque erga seipsum (est enim amicus inter ipse) amicitia quoque esse bonum aliquid videtur, & amici quibus hæc insunt. erga seipsum vero utrum amicitia sit, necne, in præsenti omittamus. Videatur autem eatenus esse amicitia, quatenus duo vel plura sunt ex ijs quæ dicta sunt: & quia excessus amicitiæ similis est ei, quæ erga seipsum est. At dicta inesse videntur etiam plerisque, quamuis praui sint. Nunquid tamen quatenus sibi placent, probosque se esse existimant, eatenus participes eorum sunt? Nam eorum qui vehementer sunt praui & facinorosi, nemini hæc sunt, quin ne videntur quidem: fere autem neque prauis. Dissentiunt enim inter se: ac alia quidem cupiunt, alia vero volunt, ut incontinentes. Loco enim eorum, quæ sibi esse bona videntur, iucunda quæ noxia sunt eligunt, alij ob ignauiam & segnitiem ab

agendo

agendo desistunt, quæ sibi esse optima existimant: atqui multa & grauia perpetrarunt, & ob prauitatem odio habentur, vitam fugiunt, seque ipsos interficiunt. Ac quærunt improbi quibuscum diem traducant, & seipsos fugiunt. recordantur enim multorum & grauium, atque alia huiusmodi sperant, cum soli sunt: at quando cum alijs versantur, obliuiscuntur: cumque nihil in se amabile habeant, amice erga seipsos nullo modo afficiuntur. Neque igitur collætantur, neque condolent huiusmodi homines secum. Seditione enim animus eorum agitatur: ac pars quidem vna ob prauitatem dolet, cum aliquibus abstinet: altera vero lætatur. & illa huc, hæc illuc trahit, quasi se diuellentes. sin fieri nequeat, vt simul quis doleat & lætetur, paulo post tamen dolet, quia lætatus est, velletque ea sibi iucunda non exstitisse. pœnitentia enim praui pleni sunt. ergo videtur prauus ne erga seipsum quidem amice esse affectus, quia nihil habeat amabile. quod si ita se habere valde miserum est, enixe fugienda prauitas est, dandaque opera cuique, vt probus sit. sic enim & erga seipsum amice fuerit affectus, & aliorum amicus fiet.

γίαν ἀφίστανται τοῦ πράττειν, ἃ οἴονται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶναι· οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται, καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν, καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. ζητοῦσί τε οἱ μοχθηροὶ, μεθ' ὧν συνημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν. ἀναμιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα ἐλπίζουσι, καθ' ἑαυτοὺς ὄντες. μεθ' ἑτέρων δ' ὄντες ἐπιλανθάνονται. οὐδέν τε φιλητὸν ἔχοντες, οὐδὲν φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς. οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν, οὐδὲ συναλγοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς. στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή, καὶ τὸ μὲν διὰ μοχθηρίαν ἀλγεῖ, ἀπεχόμενόν τινων, τὸ δὲ ἥδεται. καὶ τὸ μὲν δεῦρο, τὸ δ' ἐκεῖσε ἕλκει, ὥσπερ διασπῶντα. εἰ δὲ μὴ οἷόν τε, ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι, ἀλλὰ μετὰ μικρόν γε λυπεῖται, ὅτι ἥσθη, καὶ οὐκ ἂν ἐβούλετο ἡδέα ταῦτα γενέσθαι αὐτῷ. μεταμελείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσιν. οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος, οὐδὲ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς διακεῖσθαι, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν φιλητόν. εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν διατεταμένως, καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ εἶναι. οὕτω γὰρ καὶ πρὸς αὑτὸν φιλικῶς ἂν ἔχοι, καὶ ἑτέρῳ φίλος γένοιτο.

COMMENTATIONES.

Amicitiæ adiūcta tria sunt, beneuolētia, beneficētia & concordia

A τὰ φιλικὰ δὲ.) Hoc loco incipit altera pars huius libri, in qua agit de amicitiæ adiunctis siue cognatis, sine quib. nulla vera amicitia esse aut cōsistere potest. In hoc autem sunt præcipue tria, nempe ἡ εὔνοια *beneuolentia*. Deinde εὐεργεσία, id est, *beneficentia*. Tertio ἡ ὁμόνοια *concordia*. Quæ tres adeo amicitiæ sunt coniunctæ, vt si vnū eorum abfuerit, ipsæ consistere non possint. Hæ autem tres proficisci debent, ex eo amore, quo quisque seipsum prosequitur, qui amor nominatur φιλαυτία *amor sui ipsius*. Estque veluti fons & origo omnis amicitiæ, omniumque officiorum veræ amicitiæ. Quemadmodum enim a iustitia interna, qua quis erga seipsum est iustus, proficiscitur etiam iustitia externa erga alterum, vt Plato solitus fuit dicere: Ita etiam ex amicitia vel amore sui ipsius etiam proficiscitur amicitia erga alterum. Quoniam enim amicus est tanquam alter idem, ideo etiam ita eum amare debemus tanquam nosmetipsos, si modo veri amici esse volumus, quæ sententia etiam conuenit cum dicto Christi, qui ait, *diliges proximum tuum sicut teipsum*. Itaq; quemadmodum vnusquisque sibi ipsi bene vult, bene facit & consentit: ita quoque eandem beneuolentiam, beneficentiam, & consensionem siue concordiam debet declarare erga suum amicum. Hinc est qđ scholastici Theologi dicūt, *caritas efficium capit a se ipso*, id est, *ea caritas, qua quisq; seipsum diligit, debet esse norma & regula eius caritatis qua debet diligere suū proximum*. Atque hinc etiam natum est illud ἀξίωμα, quod in quotidiana conuersatione hominū summopere est tenendum, quo dicitur: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*. Ex quo etiam colligitur eius contrarium nempe: *quod tibi vis fieri, id alteri quoq; feceris*. Itaque amor sui ipsius est fons omnium amicitiæ officiorum, de qua re etiam Cicero lib. 1. de legibus ait, *in amicitia necessarium est, vt nihilo sese plus quam alterum diligat. Cuncta enim debent esse paria: tanta siquidem est vis amicitiæ, vt simul atq; sibi aliqd quam alteri maluerit, nulla sit amplius amicitia*. Et in Lælio inquit: *Quisq; per se sibi carus est, quod nisi idem in amicitiam transferatur, verus amicus*

Philautia fōs omnis amicitiæ.

nunquam

nunquam reperietur. Quia autem φιλαυτία est duplex. Alia est vera, recta & licita, qua nimirum vir bonus seipsum amat. Alia autem est vitiosa & illicita, qua viri mali & improbi seipsos amant: ideo Aristoteles officia veræ amicitiæ sumenda esse dicit ex ea φιλαυτία, qua vir bonus seipsum amat. Omnia enim quæ vir bonus ex illo amore sibiipsi expetit & tribuit, eadem quoq; exoptat & tribuit suo amico, quoniam eodem, quo seipsum amore complectitur: proinde totius huius capitis videtur esse talis syllogismus. *Quæcunq; vir bonus sibi optat & tribuit, eadem quoq; optat & tribuit suo amico.* Sed *vir bonus sibi ipsi bene vult, benefacit, secum ipse conuersatur, eadem semper vult & expetit, deniq; iisdem rebus gaudet vel dolet:* Igitur *talia quoq; tribuit suo amico,* & per consequens, *vera amicitiæ officia sunt amico bene velle & benefacere, amici salutem & incolumitatem expetere, libenter cum amico conuersari, eadem cum illo velle & nolle, denique iisdem rebus gaudere vel dolere.* Atque hæc generatim de argumento & summa huius cap. sint dicta. Possunt autem eius constitui tres partes. In prima opponit quasdã vulgares descriptiones amici, ex quibus colligit iam prædicta officia amicitiæ, quibus continentur proprietates veri amici. In altera parte ostendit, virum bonum reuera esse sui ipsius amantem, atque ex eo amore etiam amico suo omnia veræ amicitiæ officia præstare. In tertia parte tractat contrarium de viro malo; quem ostendit reuera non esse sui ipsius amantem, id est, φίλαυτον, atque ideo etiam non posse veram amicitiam cum aliis colere.

φιλαυτία duplex licita & illicita.

Syllogismus huius cap.

Amicitiæ vera officia sunt amico bene velle.

Tres sunt huius cap. partes.

De prima parte, quinque ponuntur ab Aristotele descriptiones, quibus vulgo amicus solet definiri, & veri amici officium describi. Prima descriptio est. *Amicus dicitur, qui ei, quem amat, bene vult, & benefacit ipsius amici caussa.* In hac definitione continentur duæ precipuę notæ veræ amicitiæ nempe *beneuolentia & beneficentia.* Altera descriptio est. *Amicus dicitur is, qui eum, quem amat, cupit esse & viuere, qui amici sui salutem & incolumitatem expetit, ipsius amici caussa & non propter priuatum suum commodum.* In hac descriptione continetur alia proprietas veri amici, nempe *expetere bene, quã*

Amici veri quinq; definitiones.

I.

2. notæ in hac definitione cõtinẽtur.

II.

amat vitam & salutem, etiamsi ipse inde nihil cõmodi aut vtilitatis esset habiturus. Hanc proprietatem declarat primum exemplo matrum, quarum tantus est amor erga suos liberos. vt etiamsi nullum ab ipsis percipiant commodum, sed plurimas ab illis habeant molestias, tamen nihilominus cupiant eas esse saluas & incolumes. Deinde declarat etiam exemplo eorum amicorum, inter quos exorta est leuis aliqua offensiuncula. Hi etsi propter offensionem ad tempus a mutua conuersatione abstinent, tamen adhuc ita erga eos sunt affecti, vt exoptent eorum salutem & incolumitatem. Sperant enim se posse iterum redire in gratiam, & amicitiam renouare.

1. Declaratio huius proprietatis.

2. Declaratio.

III. Tertia descriptio est, quod *dicitur is esse amicus, qui gaudet alterius conuersatione & congressu:* Nam ad amicitiam conseruandam plurimum momenti habet mutua conuersatio, cuius tamen vis est, vt interdum etiam earum animos coniungat, qui alioqui sunt admodum dissimiles. Quarta descriptio, *amicus is dicitur, qui eadem vult & expetit qua alter amicus.* Nam vt Terentius ait, *idem velle & idem nolle, ea demum firma est amicitia.*

IV.

V. Quinta descriptio. *Amicus dicitur is, qui iisdem rebus afficitur vel gaudendo vel dolendo, propter qua alter gaudet vel dolet, qui affectus etiam cernitur in matribus erga suos liberos, qua sape vna cum liberis aut rident & gaudent, aut plorant & dolent.* Ex his quinque descriptionibus, quibus amicus vulgo solet definiri, Aristoteles quinque colligit proprietates & officia verorum amicorum, quæ sunt, amico beneuelle, benefacere, conuersari, consentire, & compati. Hæc autem rursum ad quatuor cap. referri possunt, nempe ad beneuolentiam, beneficentiam & concordiam, de quibus in tribus sequentibus cap. est explicaturus, & ad conuersationem, de qua in præcedenti libro *cap. 5. & 6.* dictum est.

B πρὸς ἑαυτὸν δὲ τούτων.) Hæc est altera pars cap. in qua Aristoteles ostendit, in viro bono, quatenus seipsum amat, etiam inesse omnes veræ amicitiæ proprietates, atque officia erga suum amicum, ac propterea

pterea virum bonum verum esse amicum. Ei est amicus & exemplum, vnde petendæ sint veræ amicitiæ officia. Primum enim in viro bono erga seipsum est concordia, id est, *vir bonus sibiipsi consentit secundum omnes animi vires & potentias:* adeo, vt quicquid recta ratio suadet, id etiam approbet appetitus, propterea quia habet appetitum domitum, qui rectæ rationi non aduersatur. Vnde etiam fit, vt quod ei semel rectum & honestum visum est, id ei quoque semper tale esse videatur. Vnde quoque sequitur, vt in viro bono sit constantia propositi Deinde in viro bono etiam est erga seipsa beneuolētia & beneficentia, id est, *vir bonus sibiipsi beneuult, & facit ea, quæ sunt vera bona, atque idipsum non alterius, sed suiipsius gratia*, id est, propter mentem, qua præditus est, quæ est præcipua pars hominis: Imo est ipse homo. Vnde proprie homo suam habet denominationem, qua ab omnibus aliis animalibus separatur. Cum enim hominem nominamus, non intelligimus carnem vel ossa, vel sanguinem, vel caput, ventrem, aut pedes, aut alias eius partes; quoniam eiusmodi partes & membra etiam cernuntur in reliquis animalibus, quæ etiam carne, ossibus, sanguine & similibus partibus sunt prædita. Itaque cum hominem nominamus, intelligimus mentem eius siue amicitiam rationalem, qua intelligit præsentia, prospicit futura, recordatur præteritorum. Proinde etiam Plato dixit, *hominem non esse idipsum, quod oculis videmus, sed esse animum & mentem ipsius, quam oculis cernere non possumus.*

Amicitiæ proprietates omnes in viro bono inesse.

Homo quid.

Hanc autem mentem vir bonus præcipue amat, eique bene vult, ac eam studet veris bonis, id est, virtutibus, artibus & disciplinis excolere & exornare: ideo recte & vere vir bonus sibi ipsi bene velle & benefacere debet. Tertio vir bonus etiam amat suam vitam, salutem & incolumitatem. Idque rursum maxime secundum eam partem, qua intelligentia, ratione, prudentia est præditus. Hoc enim vir bonus existimat præcipue sibi bonum esse, vt animus ipsius saluus sit, & incolumis.

Hoc enim proprie soli homini competit, quia solus homo ratione & mente est prærditus. Est autem vnicuique rei a natura insitum, vt id bonum maxime expetat, quod suæ naturæ & conditioni maxime est conueniens & accommodatum. Neque enim homo debet expetere illud bonū, quod alteri alicui animali, veluti equo, boui, aut asino est accommodatum: quemadmodum etiam neque bos expetit id bonum, quod conueniens est alteri alicui animali veluti lupo aut cani. Hoc ipsum declarat Aristoteles primum exemplo Dei, qui nullum aliud bonum habet aut expetit, nisi quod diuinitati, id est, naturæ diuinæ est conueniens: deinde declarat a contrario per fictionem. Nā inquit, si homo efficeretur alius q̃ homo per quādam *μεταμόρφωσιν, transmutationem*: veluti si mutaretur in equum, canē aut vrsum, quemadmodum Poetæ fingunt, socios Vlyssis conuersos fuisse in bestias, tum homo sic transmutatus non amplius expeteret bonum hominis, sed expeteret bonum equi, lupi aut porci, aut alterius animalis, in quod esset trāsmutatus, quod etiam in aliis transmutationibus fieri videmus. Homo enim cum adhuc puer est, aliter est affectus, alia quoque expetit, quam postea, cum est vir factus; pueri expetunt puerilia, viri expetunt, quæ ætati virili conueniunt, senes senilia expetūt. Quarto vir bonus etiam libenter secum ipse conuersatur & habitat, eaq; conuersatio ei quoq; est iucunda; partim propter recordationem rerum præteritarum præclare a se gestarum: partim propter spem futurorum bonorum, quæ propter virtutem & res præclare gestas se sperat consecuturum: deinde propter contemplationem rerum præsentium, quibus sese oblectat in suis studiis: Itaque viro bono, cum secum ipse solus versatur, omnes cogitationes & meditationes sunt iucundæ; vt nō opus habeat ad sese oblectādum alios sibi accersere. Vnde Scipio dicere solebat, *se nunquam minus esse solum, quam cum esset solus, & nunquam minus otiosum, quā cum esset otiosus a negotiis Reip.* Omne enim tempus viro bono est iucundum propter recordationem præteritorum, spem futurorū, cōtemplationem & meditationem præsentium. Quinto & postremo vir bonus etiam toto animo secum ipse vel lætatur vel gaudet, cū est gaudendum

dum propter res & actiones honestas, vel dolet, quando est dolendum, adeo vt viro bono semper idem sit, vel iucundum, vel molestum pro ratione circumstantiarum. Quoniam vero dictum est, *virum bonum sibiipsi esse amicum,* posset aliquis obiicere, *quomodo hoc fieri possit, vt vnus idemq; sibiipsi sit amicus, & erga seipsum possit colere amicitiam, cum tamen amicitia sit in numero relatiuorum, id est, respiciat alterum, erga quem ea exercetur, quemadmodum etiam iustitia erga alterum exercetur.* Ideoq; dicitur esse virtus πρὸς ἕτερον, id est, *qua alium respicit.* Huic obiectioni breuiter occurrit Aristoteles: ac primum vtitur quadam ἀποδιώξει, *reiectione,* quod nimirum ista quęstio non sit propria huius loci, & propterea possit præteriri: deinde breuiter ostendit, quo pacto probari possit, homini erga seipsum posse esse amicitiam. Et primum probat illud ex loco proprii, iuxta στοιχεῖον Dialecticorum: *Cui proprium conuenit, eidem etiam conuenit id, cuius est proprium.* Sed *homini erga seipsum insunt omnia propria amicitiæ officia.* Igitur *etiam homini erga seipsum potest esse amicitia:* & per consequens, *potest aliquis sibiipsi esse amicus.* Minor propositio nota est ex antedictis: *Si enim propria amicitiæ officia, nempe amico bene velle, benefacere, consentire, libenter conuersari, condolere & congaudere, omniaq;, quæ ad eius salutem & incolumitatem pertinent, optare. Hæc vero omnia etiam in viro bono adsunt, quoad seipsum: quemadmodum ostensum est.* Igitur *vir bonus recte potest seipsum amare, & sibiipsi esse amicus.* Deinde, probatur a communi hominum opinione, & loquendi consuetudine: cum enim summam amicitiam nobis cum aliquo esse significare volumus, tum solemus dicere, nos eum ita amare, tanquam nosmetipsos, qua formula loquendi certe communi consensu hominum indicatur, quod possit homini erga seipsum esse aliqua amicitia. Quo pacto autem istud fieri possit, etiam indicatur ab Aristotele, nempe, quia homo non constat tantum ex vna parte, sed ex duabus partibus, animo & corpore, & animus rursum ex pluribus partibus siue potentiis constat. Itaq;, quemadmodum homini potest esse iustitia erga seipsum, quod ad diuersas animi potentias pertinet, *sicut in fine 5. lib. est*

Obiectio.

Respons.

Homini erga seipsum posse esse amicitiam.

I.

II.

ostensum: ita potest esse homini erga seipsum amicitia, respectu nimirum diuersarum potentiarum animi, quando videlicet consensus est inter rationem & appetitum, tum etiam vera est in homine amicitia, quatenus ad seipsum attinet. Dum nimirum amat præstantissimam sui partem, nempe mentem & rationem, eiq; per omnia obsequitur, & gratificari studet: tunc enim dicitur, homo reuera sibiipsi esse amicus. sibiipsi beneuelle, benefacere & consentire, congaudere & condolere.

C φαίνεται δὴ τὰ εἰρημένα.) Hæc est tertia pars capitis, quæ habet *ἐξετάσεως tractationem τοῦ ἐναντίου contrarii*: contraria enim, *vt Dialectici loquuntur*, iuxta se posita magis elucescunt. Itaque, quemadmodum in præcedente loco ostendit, virum bonum recte & vere posse sibiipsi esse amicum, & erga seipsum omnia veræ amicitiæ officia exercere. Sic iam ostendit, virum malum & improbum neque sibiipsi esse reuera amicum, neque cum aliis posse veram amicitiam colere, iuxta illud Catonis dictum:

Vir malus neque sibiipsi amicus.

Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.

Facit autem duo genera malorum hominum: Quidam enim sunt omnino mali & scelerati, in quibus nihil inest eorum, quæ antea commemorata sunt de suiipsius amore, & propterea tales plane non possunt aliorum esse amici: Quidam vero non sunt omnino improbi & scelerati: sed ex parte videntur etiam esse boni. In his etiam, quatenus sunt aut videntur esse ex parte aliqua boni, etiam insunt quædam proprietates veræ amicitiæ, de quibus paulo ante dictum est. Quod autem in malis & improbis omnino ista non insint, & quod proprie & reuera non possint suiipsorum esse amantes, Aristoteles ostendit τῇ ἀφαιρέσει *remotione*, & ἀντιθέσει *oppositione*, qua inter sese confert virum bonum & virum malum, & a viro malo atque improbo remouet ea, quæ ostendit, esse in viro bono. Primum enim, *homo malus & improbus non sibiipsi consentit secundum omnes animi partes, imo perpetua est pugna, & perpetuum dissidium inter rationem & inferiores cupiditates: quod enim recta ratio ei suadet & præcipit, id appetitus & cupiditatibus eius aduer-*

Malorum & improborũ hominũ duo genera.

Virũ malum reuera nõ posse suiipsius esse amantem.

1.

aduersatur atque displicet. Deinde, *vir malus & improbus sibiipsi neque reuera bona vult, neque benefacit: non enim expetit vera bona animi, vt virtutem, sapientiam, eruditionem: sed tantum sectatur bona φαινόμενα apparentia, quæ videntur quidem, non autem reuera sunt bona: cuiusmodi sunt opes & diuitiæ, voluptates corporis, & his similia, quæ corpori solum & externis sensibus sunt data: plerunque tamen hominibus magis sunt noxia & detrimentosa, quam vtilia, adeo vt plerisq;, qui nimium ea sectantur, afferant interitum. Itaque vir malus & improbus erga seipsum reuera neque est beneuolus, neq; beneficus.* Tertio, *homo malus & improbus non verè amat suam ipsius vitam, salutem, & incolumitatem: sed quia affectibus suis indulget, & appetitui & cupiditatibus gratificari studet, sua intemperantia seipsum perdit; quatenus valetudinem suam lædit, morbos sibi arcescit, & ante tempus vitam amittit.* Quarto, *homo malus & improbus etiam non libenter secum ipse viuit: quia solitaria vita ei est molesta propter conscientiam admissorum scelerum, quæ subinde eum vexat ac stimulat metu pœnarum, quas suis sceleribus promeruit. Itaque non cupit secum ipse viuere, sed alios cogitur quærere, cum quibus possit conuersari, & tempus consumere, atque hoc modo suorum scelerum obliuisci*, quod etiam in sacris literis Sauli regi accidit, *qui, cum solus erat, exagitabatur a malo spiritu, adeo vt cogeretur sæpius accersere Dauidem, qui, quoties citharam pulsabat, Saul melius habebat, & spiritus malus ab eo recedebat.* Præterea, *viro malo & improbo etiam ideò est molesta, quia nihil in se boni habet; cuius contemplatione & recordatione possit seipsum oblectare.* Postremo, *vir malus & improbus toto animo neque gaudet, neque dolet, sed animum habet distractum in diuersas partes, & quasi seditione laborantem: adeo vt quod vni parti est iucundum, illud alteri molestum sit: vnde etiam fit, vt semper eum pœniteat suarum actionum, siue boni, siue mali quid fecerit: non enim in eo est idem velle, & idem nolle, neque vlla est constantia propositi in eo.* Vnde concludit Aristoteles, *virum malum & improbum sibiipsi reuera non esse amicum, ac propterea neque cum aliis reuera posse amicitiam colere.* Hinc vtilem infert Aristote-

2.

3.

4.

5.

6.

les, παραίνεσιν, id est, *admonitionem*, epiphonematis loco, *si* (inquit) *ita res se habet, quod vir malus & improbus, neque sibi neque alijs potest esse amicus.* Igitur *omnibus modis fugienda est malitia & improbitas, & virtuti studendum, vt boni euadamus: sic enim & nobis ipsis amici erimus & aliorum virorum bonorum amicitiam facile nobis conciliabimus, quæ res ad vitam commode degendam vtilissima est & suauissima.*

ΚΕΦΑΛ. ε´. — CAP. 5.

A Ἡ Δ' εὔνοια, φιλίᾳ μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἐστί γε φιλία· γίνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ λανθάνουσα, φιλία δ' οὔ. καὶ πρότερον δὴ ταῦτ' εἴρηται. ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν. οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν, οὐδ' ὄρεξιν. τῇ φιλήσει δὲ ταῦτ' ἀκολουθεῖ. καὶ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας, ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου, οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει. εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται, καὶ συνθέλουσι, συμπράξειαν δ' ἂν οὐθέν. ὅπερ γὰρ εἴπομεν, προσπαίως εὖνοι γίνονται, καὶ ἐπιπολαί-

B ως στέργουσιν. ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ, οὐθεὶς ἐρᾷ. ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει, οὐθὲν μᾶλλον ἐρᾷ. ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ, καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμεῖ. οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τε εἶναι, μὴ εὔνους γενομένους·

Iam vero beneuolentia est quidem similis amicitiæ, non est tamen amicitia. beneuolentia enim erga ignotos quoque, & latens esse potest, amicitia minime. Et prius sane dicta hæc sunt. sed neque amor est. non enim habet porrectionem, neque appetitionem, quæ amorem consequuntur. atque amor quidem cum consuetudine, beneuolentia etiam derepente fit, quale etiam in certatoribus contingit: beneuoli enim inter se fiunt, coniunctique voluntate sunt: nihil tamen simul agerent. quod enim diximus, repentino beneuoli fiunt, & leuiter diligunt. Videtur igitur principium amicitiæ esse, non secus atque amandi voluptas ex aspectu. nisi enim prius specie fuerit oblectatus, nemo amat. qui vero forma oblectatur, nihilo magis amat: sed cum & absentem desiderat, & præsentiam cupit. Ita ergo & amici esse non possunt, nisi beneuoli fuerint:

beneuoli

beneuoli autem nihilo magis amant. volunt enim tantum bona quibus sunt beneuoli: nihil tamē simul agant, nullamq; pro ipsis molestiam suscipiant. quocirca per translationem aliquis esse ipsam ignauiam amicitiam dicere possit: quæ cum inueterata fuerit, & in consuetudinem venerit, amicitia fiat. nō ea quæ est ob vtilitatem, nec quæ ob voluptatem. neq; enim ex his beneuolentia exsistit. nam qui beneficio est affectus, pro ijs quæ accepit beneuolētiam retribuit, quæ iusta sunt agens. qui vero vult aliquem prospere agere, spem habens prouentus ex ea re, non videtur esse beneuolus illi, sed sibi potius: quemadmodum neq; amicus, si illi obsequitur, commodi alicuius caussa: omnino autē beneuolentia ob virtutē & probitatem quandam exsistit, cum honestus aliquis apparuerit aut fortis, aut tale aliquid, sicut & de certatoribus diximus.

οἱ δ᾽ εὖνοι οὐδὲν μᾶλλον φιλοῦσι. βούλονται γὰρ μόνον τἀγαθὰ, οἷς εἰσιν εὖνοι. συμπράξαιεν δ᾽ οὐδὲν ἄν, οὐχ ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν, χρονιζομένην δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην, γίνεσθαι φιλίαν, οὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον, οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ. οὐδὲ γὰρ ἡ εὔνοια ἐπὶ τούτοις γίνεται. ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς, ἀνθ᾽ ὧν πέπονθεν, ἀπονέμει τὴν εὔνοιαν, τὰ δίκαια δρῶν. ὁ δὲ βουλόμενός τινα εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι᾽ ἐκείνου, οὐκ ἔοικεν εὔνους ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ· καθάπερ οὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν, διά τινα χρῆσιν. ὅλως δ᾽ ἡ εὔνοια δι᾽ ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα γίνεται, ὅταν τῳ φανῇ καλὸς τις, ἢ ἀνδρεῖος, ἤ τι τοιοῦτον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν εἴπομεν.

COMMENTATIONES.

Primum adiunctum amicitiæ est beneuolentia.

A ἡ εὔνοια) Primum adiunctum amicitiæ est ἡ εὔνοια, *beneuolentia*, quæ adeo amicitiæ est cognata, vt sine ea nulla vera amicitia esse possit. Nam, vt Cicero ait in Lælio, *sublata beneuolentia etiam nomen amicitiæ tollitur*, propterea quoque in octauo libro, vocabulum beneuolētiæ positum fuit loco generis in amicitiæ definitione, queadmodū calor ab igni, ita beneuolentia a bamicitia seiungi non pōt. De hoc aūt duo potissimū bene in hoc cap. ab Aristot. explicantur. Primum enim ostendit, *quid beneuolentia non sit*. deinde ostendit, *quid ea sit*. Quod ad

primum attinet, propositio est duarum partium, facta per negationem ἀπόφασιν, vel remotionem ἀφαίρεσιν: *Beneuolentia neque est amicitia, neque est φίλησις*, id est, *amor seu amatio*. Prior pars probatur duabus rationibus. *Nulla amicitia potest esse inter ignotos, sed tantum inter eos, quorum animum, mores & studia diligenter explorauimus. Beneuolentia autem potest etiam esse inter ignotos, de quibus tantum aliquid audiuimus, & quorum virtutes aut facta ex aliis solum cognouimus, licet ipsi de nobis plane nihil sciant, neque etiam erga nos sint beneuoli.* Igitur *amicitia non est beneuolentia. Amicitia vera non potest esse occulta, sed semper re ipsa & factis debet sese erga alterum declarare. Beneuolentia autem potest esse occulta.* Exempli gratia: *Potest aliquis alicui bene velle, etiamsi re ipsa & factis istud nondum declararit, aut non possit declarare.* Ergo *beneuolentia non est amicitia.*

Beneuolentiam non esse amicitiam.

Atque hæc de prima parte propositionis. Altera pars est, *quod amicitia non sit φίλησις, amatio seu amor, aut ipse actus amandi.* Hæc probatur tribus rationibus.

non φίλησιν.

I. Prima: *Omnis verus amor coniunctus est cum desiderio & studio iuuandi eum, quem amat. Beneuolentia autem potest esse sine illo desiderio & studio iuuandi eum, cui quis bene vult.* Igitur *beneuolentia non est amor seu amatio.* Minorem declarat exemplo spectatorum, qui in certaminibus, ludis & spectaculis diuerso modo affecti sunt erga ipsos certatores aut histriones, quorum alii huic, alii alteri fauent, & cupiunt eum vincere, ipsi tamen non volunt eos iuuare in certando aut agendo.

II. Altera ratio: *Amor non subito exsistit in animo hominis erga alterum: sed oritur ex vita consuetudine, ex mutua conuersatione, ad quam opus est mora aliqua & spatio temporis. Beneuolentia vero subito potest erga aliquem exsistere, quem tamen antea nunquam vidit, quod eodem exemplo probari potest in ludis & certaminibus, in quibus spectatores interdum subito bene volunt & fauent aliquibus ex certantibus, quos tamen nunquam antea viderunt.* Igitur *beneuolentia non est amor siue amatio.*

III. Tertia ratio: *Amor est vehemens, ardens, & constans voluntas, & propensio erga alterum. Beneuolentia autem est* tan-

tantum leuis & momentanea voluntas erga alterum. Ergo *beneuolentia non est amor.*

B ἔοικε δὴ ἀρχὴ.) Hæc est altera pars capitis, quæ habet θέσιν, *affirmationem*: postquam enim ostendit, quid beneuolentia non sit: iam ex altera parte ostendit, quid ea sit. Propositio autem huius partis est: *Beneuolentia est amicitiæ principium*: cui similis est hæc sententia apud Ciceronem in Lælio: *Beneuolentia est amicitiæ fons, a natura constitutus.* Hanc propositionem declarat Aristoteles exemplo amoris: *Quemadmodum amoris initium est ex aspectu iucundo eius rei, quam amamus: ita amicitiæ initium est propensa & beneuola voluntas, qua erga alterum sumus affecti, & quemadmodum iucundus alicuius rei aspectus non est ipse amor, sed amoris initium: ita beneuolentia non est ipsa amicitia, sed amicitiæ initium: quoniam ex ea progressu temporis accedente consuetudine & conuersatione potest paulatim nasci & exsistere vera amicitia.* Inquit autem Aristoteles, beneuolentiam esse quasi otiosam amicitiam ἀργὴν φιλίαν, propterea quod nondum factis & officiis mutuis est declarata. Sed quia sunt tres species amicitiæ: vna, propter virtutem: altera, propter vtilitatem: tertia, propter voluptatem, quærat aliquis, *cuius amicitiæ beneuolentia sit principium?* Respondet Aristoteles, beneuolentiam esse veræ amicitiæ principium, in qua alterum amamus propter aliquam virtutem, quam ei inesse videmus. Nam in reliquis duabus speciebus, quæ sunt propter vtilitatem aut voluptatem, non est vera, sed fucata & simulata beneuolentia: qui enim alteri bene vult, sui commodi gratia, is potius sibiipsi, quam alteri bene velle dicitur: quatenus nimirum ab eo sperat, aliquam se accepturum vtilitatem, quam nisi speraret, etiam non ei bene vellet. Eodem modo etiam non est vera beneuolentia, quæ tantum exsistit ex specie quadam voluptatis, quam ex altero, cui bene volumus, percipere cupimus. Ex quibus concludit Aristoteles, reuera non esse beneuolos nominandos eos, qui aliis bene volunt aut bene cupiunt priuatæ suæ cupiditatis aut voluptatis gratia.

Beneuolentia quid sit.

Beneuolentia cuius amicitiæ sit principium.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται. διόπερ οὐκ ἔστιν ὁμοδοξία· τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους ὑπάρξειεν ἄν. οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασίν, οἷον τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων. οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν. ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασίν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ ταὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα. περὶ τὰ πρακτὰ δὴ ὁμονοοῦσι, καὶ τούτων περὶ τὰ ἐν μεγέθει καὶ ἐνδεχόμενα ἀμφοῖν ὑπάρχειν, ἢ πᾶσιν· οἷον αἱ πόλεις, ὅταν πᾶσι δοκῇ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς εἶναι, ἢ συμμαχεῖν Λακεδαιμονίοις, ἢ ἄρχειν Πιττακὸν, ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελεν. ὅταν δ' ἑκάτερος ἑαυτὸν βούληται, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς Φοινίσσαις, στασιάζουσιν. οὐ γάρ ἐστιν ὁμονοεῖν, τὸ αὐτὸ ἑκάτερον ἐννοεῖν ὁδήποτε, ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ, οἷον ὅταν καὶ ὁ δῆμος καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τοὺς ἀρίστους ἄρχειν. οὕτω γὰρ πᾶσι γίγνεται οὗ ἐφίενται. πολιτικὴ δὲ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια, καθάπερ καὶ λέγεται. περὶ τὰ συμφέροντα γάρ ἐστι, καὶ τὰ εἰς τὸν βίον ἀνήκοντα. ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν· οὗτοι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοοῦσι, καὶ ἀλλήλοις, ἐπὶ

CAP. 6.

Concordia etiam spectare ad amicitiam videtur: ideo consensio minime est. hoc enim ijs etiam, qui mutuo sese ignorant, possit inesse, neque qui qualibet de re consentiunt, concordare inquiunt, vt qui de cælestibus (non enim amicitia est concordare de ijs) at ciuitates concordare dicunt, cum de ijs quæ conferunt, consentiunt, & eadem eligunt, aguntque ea, quæ publice visa fuerint. In agendis ergo rebus concordant, atque harum in ijs quæ magna sunt, & vtrisque, vel omnibus inesse possunt: vt ciuitates, cum omnibus visum fuerit magistratus eligendos esse: vel auxiliandum Lacedæmonijs, vel imperare Pittacum, quando etiam ipse voluerit. At cum vterque seipsum vult, vt in Phœnissis, in seditione sunt. Concordare autem non est, idem vtrumque in corde habere, quandocunque illud sit, sed in re eadem, vt cum & populus & probi viri vt optimi imperent. ita enim omnibus fit quod appetunt. Ciuilis vero amicitia concordia videtur, quemadmodum etiam dicitur. In vtilib. enim versatur, atq; ijs, quæ ad vitam attinent. est autem huiusmodi concordia inter probos viros. hi enim & secum & cum alijs alij concordant, cum sunt

sunt in iisdē, prope dixerim, talium enim voluntates permanent, neque refluunt, sicut Euripus: voluntq; ea quæ iusta sunt, & conducunt: hæc vero etiam communiter appetūt. at vt praui concordent, fieri non potest, nisi parumper. sicut etiā vt sint amici, cum in vtilibus rebus potiorem partem appetant: in laboribus vero & ministerijs deficiant. cum autem quisque sibi hæc vult, propinquum obseruat ac prohibet. nam nisi tueantur, quod commune est, perit. itaque euenit, vt seditione agitentur, cum alij alijs necessitatem inferant: ipsi vero quæ iusta sunt facere nolint.

τῶν αὐτῶν ὄντες, ὡς εἰπεῖν. τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βουλήματα, καὶ οὐ μεταρρεῖ, ὥσπερ εὔριπος· βούλονταί τε τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα. τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται. τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν, πλὴν ἐπὶ μικρόν. καθάπερ καὶ φίλους εἶναι, πλεονεξίας ἐφιεμένους ἐν τοῖς ὠφελίμοις· ἐν δὲ τοῖς πόνοις καὶ ταῖς λειτουργίαις ἐλλείποντας. ἑαυτῷ δ' ἕκαστος βουλόμενος ταῦτα, τὸν πέλας ἐξετάζει καὶ κωλύει. μὴ γὰρ τηρούντων, τὸ κοινὸν ἀπόλλυται. συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας· αὐτοὺς δὲ μὴ βουλομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.

COMMENTATIONES.

Amicitiæ adiunctum est ὁμόνοια concordia.

Amicitia definitio.

A φιλικὸν δὲ) Agitur in hoc cap. de altero adiuncto amicitiæ, quod dicitur, ὁμόνοια concordia seu animorum consensio, quæ etiam ita in amicitia necessaria est, vt sine ea. Nulla amicitia esse possit. Nam vt Terent. ait, idem velle & idem nolle, ea demum firma est amicitia. Vnde etiā vulgo amicitia definitur. *quod sit vnus animus in duob. corporibus.* quamdiu enim aliqui inter se concordant, tamdiu etiam possunt esse amici, quod apparet ex contrario. Cum enim incipiunt esse discordes, tum etiam dissolutio fit amicitiæ. Primum autem per negationem ostendit, quid concordia non sit, id est, refutat eorum opinionem, qui dixerunt, concordiam nihil aliud esse, quam ὁμοδοξίαν, *consensionem opinionum:* deinde agit de materia & definitione concordias, tertio agit de subiecto, & ostendit, inter quos concordia proprie possit esse, & locum habere. Primæ partis hæc est propositio: ὁμόνοια, non est ὁμοδοξία, concordia non est

Hoc enim proprie soli homini competit, quia solus homo ratione & mente est præditus. Est autem vnicuique rei a natura insitum, vt id bonum maxime expetat, quod suæ naturæ & conditioni maxime est conueniens & accommodatum. Neque enim homo debet expetere illud bonũ, quod alteri alicui animali, veluti equo, boui, aut asino est accommodatum: quemadmodum etiam neque bos expetit id bonum, quod conueniens est alteri alicui animali veluti lupo aut cani. Hoc ipsum declarat Aristoteles primum exemplo Dei, qui nullum aliud bonum habet aut expetit, nisi quod diuinitati, id est, naturæ diuinæ est conueniens: deinde declarat a contrario per fictionem. Nã inquit, si homo efficeretur alius q̃ homo per quãdam *μεταμόρφωσιν, transmutationem*: veluti si mutaretur in equum, canẽ aut vrsum, quemadmodum Poetæ fingunt, socios Vlyssis conuersos fuisse in bestias; tum homo sic transmutatus non amplius expeteret bonum hominis, sed expeteret bonum equi, lupi aut porci, aut alterius animalis, in quod esset trasmutatus, quod etiam in aliis transmutationibus, fieri videmus. Homo enim cum adhuc puer est, aliter est affectus, alia quoque expetit, quam postea, cum est vir factus; pueri expetunt puerilia, viri expetunt, quæ ætati virili conueniunt, senes senilia expetũt. Quarto vir bonus etiam libenter secum ipse conuersatur & habitat, eaq; conuersatio ei quoq; est iucunda, partim propter recordationem rerum præteritarum præclare a se gestarum: partim propter spem futurorum bonorum, quæ propter virtutem & res præclare gestas se sperat consecuturum: deinde propter contemplationem rerum præsentium, quibus sese oblectat in suis studiis: Itaque viro bono, cum secum ipse solus versatur, omnes cogitationes & meditationes sunt iucundæ; vt nõ opus habeat ad sese oblectãdum, alios sibi accersere. Vnde Scipio dicere solebat; *se nunquam minus esse solum, quam cum esset solus, & nunquam minus otiosum, quã cum esset otiosus a negotijs Reip.* Omne enim tempus viro bono est iucundum propter recordationem præteritorum, spem futurorũ, cõtemplationem & meditationem præsentium. Quinto & postremo vir bonus etiam toto animo secum ipse vel lætatur vel gaudet, cũ est gaudendum

dum propter res & actiones honestas, vel dolet, quando est dolendum, adeo vt viro bono semper idem sit, vel iucundum, vel molestum pro ratione circumstantiarum. Quoniam vero dictum est, *virum bonum sibiipsi esse amicum*, posset aliquis obiicere, *quomodo hoc fieri possit, vt vnus idemq; sibiipsi sit amicus, & erga seipsum possit colere amicitiam, cum tamen amicitia sit in numero relatiuorum, id est, respiciat alterum, erga quem ea exercetur, quemadmodum etiam iustitia erga alterum exercetur.* Ideoq; dicitur esse virtus πρὸς ἕτερον, id est, *qua alium respicit.* Huic obiectioni breuiter occurrit Aristoteles: ac primum vtitur quadam ἀποδιώξει, *reiectione*, quod nimirum ista quęstio non sit propria huius loci, & propterea possit præteriri: deinde breuiter ostendit, quo pacto probari possit, homini erga seipsum posse esse amicitiam. Et primum probat illud ex loco proprii, iuxta στοιχεῖον Dialecticorum: *Cui proprium conuenit, eidem etiam conuenit id, cuius est proprium.* Sed *homini erga seipsum insunt omnia propria amicitiæ officia.* Igitur *etiam homini erga seipsum potest esse amicitia:* & per consequens, *potest aliquis sibiipsi esse amicus.* Minor propositio nota est ex antedictis: *Si enim propria amicitiæ officia, nempe amico bene velle, benefacere, consentire, libenter conuersari, condolere & congaudere, omniaq;, quæ ad eius salutem & incolumitatem pertinent, optare. Hæc vero omnia etiam in viro bono adsunt, quoad seipsum: quemadmodum ostensum est.* Igitur *vir bonus recte potest seipsum amare, & sibiipsi esse amicus.* Deinde, probatur a communi hominum opinione, & loquendi consuetudine: cum enim summam amicitiam nobis cum aliquo esse significare volumus, tum solemus dicere, nos cum ita amare, tanquam nosmetipsos, qua formula loquendi certe communi consensu hominum indicatur, quod possit homini erga seipsum esse aliqua amicitia. Quo pacto autem istud fieri possit, etiam indicatur ab Aristotele, nempe, quia homo non constat tantum ex vna parte, sed ex duabus partibus, animo & corpore, & animus rursum ex pluribus partibus siue potentiis constat. Itaq;, quemadmodum homini potest esse iustitia erga seipsum, quod ad diuersas animi potentias pertinet, *sicut in fine 5. lib. est*

Obiectio.

Respons.

Homini erga seipsum posse esse amicitiam.

I.

II.

ostensum: ita potest esse homini erga seipsum amicitia, respectu nimirum diuersarum potentiarum animi, quando videlicet consensus est inter rationem & appetitum, tum etiam vera est in homine amicitia, quatenus ad seipsum attinet. Dum nimirum amat præstantissimam sui partem, nempe mentem & rationem, eiq; per omnia obsequitur, & gratificari studet: tunc enim dicitur, homo reuera sibiipsi esse amicus, sibiipsi beneuelle, benefacere & consentire, congaudere & condolere.

C φαίνε) δὴ τὰ εἰρημένα.) Hæc est tertia pars capitis, quæ habet *ἐξεταστικὴν tractationem & ἀναλογικὴν contrarii*: contraria enim, *vt Dialectici loquuntur*, iuxta se posita magis elucescunt. Itaque, quemadmodum in præcedente loco ostendit, virum bonum recte & vere posse sibiipsi esse amicum, & erga seipsum omnia veræ amicitiæ officia exercere. Sic iam ostendit, virum malum & improbum neque sibiipsi esse reuera amicum, neque cum aliis posse veram amicitiam colere, iuxta illud Catonis dictum:

Vir malus neque sibiipsi amicus.

Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.

Malorum & improborũ hominũ duo genera.

Facit autem duo genera malorum hominum: Quidam enim sunt omnino mali & scelerati, in quibus nihil inest eorum, quæ antea commemorata sunt de suiipsius amore, & propterea tales plane non possunt aliorum esse amici: Quidam vero non sunt omnino improbi & scelerati: sed ex parte videntur etiam esse boni. In his etiam, quatenus sunt aut videntur esse ex parte aliqua boni, etiam insunt quædam proprietates veræ amicitiæ, de quibus paulo ante dictum est. Quod autem in malis & improbis omnino ista non insint, & quod proprie & reuera non possint suiipsorum esse amantes, Aristoteles ostendit τῇ ἀφαιρέσει *remotione*, & ἀντιθέσει *oppositione*, qua inter sese confert virum bonum & virum malum, & a viro malo atque improbo remouet ea, quæ ostendit, esse in viro bono.

Virũ malum reuera nõ posse suiipsius esse amantem.

1. Primum enim, *homo malus & improbus non sibiipsi consentit secundum omnes animi partes, imo perpetua est pugna, & perpetuum dissidium inter rationem & inferiores cupiditates: quod enim recta ratio ei suadet & præcipit, id appetitus & cupiditatibus eius aduer-*

aduersatur atque displicet. Deinde, *vir malus & improbus sibiipsi neque reuera bene vult, neque benefacit: non enim expetit vera bona animi, vt virtutem, sapientiam, eruditionem: sed tantum sectatur bona φαινόμενα apparentia, quæ videntur quidem, non autem reuera sunt bona: cuiusmodi sunt opes & diuitiæ, voluptates corporis, & his similia, quæ corpori solum & externis sensibus sunt data: plerunque tamen hominibus magis sunt noxia & detrimentosa, quam vtilia, adeo vt plerisq; qui nimium ea sectantur, afferant interitum. Itaque vir malus & improbus erga seipsum reuera neque est beneuolus, neq; beneficus*. Tertio, *homo malus & improbus non vere amat suam ipsius vitam, salutem, & incolumitatem: sed quia affectibus suis indulget, & appetitui & cupiditatibus gratificari studet, sua intemperantia seipsum perdit; quatenus valetudinem suam lædit, morbos sibi arcescit, & ante tempus vitam amittit*. Quarto, *homo malus & improbus etiam non libenter secum ipse viuit: quia solitaria vita ei est molesta propter conscientiam admissorum scelerum, quæ subinde eum vexat ac stimulat metu pœnarum, quas suis sceleribus promeruit. Itaque non cupit secum ipse viuere, sed alios cogitur quærere, cum quibus possit conuersari, & tempus consumere, atque hoc modo suorum scelerum obliuisci*, quod etiam in sacris literis Sauli regi accidit, *qui, cum solus erat, exagitabatur a malo spiritu, adeo vt cogeretur sæpius accersere Dauidem, qui, quoties citharam pulsabat, Saul melius habebat, & spiritus malus ab eo recedebat*. Præterea, *viro malo & improbo etiam ideo est molesta, quia nihil in se boni habet; cuius contemplatione & recordatione possit seipsum oblectare*. Postremo, *vir malus & improbus toto animo neque gaudet, neque dolet, sed animum habet distractum in diuersas partes, & quasi seditione laborantem: adeo vt quod vni parti est iucundum, illud alteri molestum sit: vnde etiam fit, vt semper eum pœniteat suarum actionum, siue boni, siue mali quid fecerit: non enim in eo est idem velle, & idem nolle, neque vlla est constantia propositi in eo*. Vnde concludit Aristoteles, *virum malum & improbum sibiipsi reuera non esse amicum, ac propterea neque cum aliis reuera posse amicitiam colere*. Hinc vtilem infert Aristote-

2. 3. 4. 5. 6.

les, παραίνεσιν, id est, *admonitionem*, epiphonematis loco, *si* (inquit) *ita res se habet, quod vir malus & improbus, neque sibi neque alijs potest esse amicus*. Igitur *omnibus modis fugienda est malitia & improbitas, & virtuti studendum, vt boni euadamus: sic enim & nobis ipsis amici erimus & aliorum virorum bonorum amicitiam facile nobis conciliabimus, quæ res ad vitam commode degendam vtilissima est & suauissima*.

ΚΕΦΑΛ. ε'. — CAP. 5.

A Ἡ δὲ εὔνοια, φιλίᾳ μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἐστί γε φιλία· γίνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ λανθάνουσα, φιλία δ' οὔ. καὶ πρότερον δὴ ταῦτ' εἴρηται. ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν. οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν, οὐδ' ὄρεξιν. τῇ φιλήσει δὲ ταῦτ' ἀκολουθεῖ. καὶ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας, ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου, οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει· εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται, καὶ συνθέλουσι, συμπράξειεν δ' ἂν οὐθέν. ὅπερ γὰρ εἴπομεν, προσπαίως εὖνοι γίνονται, καὶ ἐπιπολαίως **B** στέργουσιν. ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ, οὐθεὶς ἐρᾷ. ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει, οὐθὲν μᾶλλον ἐρᾷ. ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ, καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμεῖ. οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τε εἶναι, μὴ εὔνους γενομένους·

Iam vero beneuolentia est quidem similis amicitiæ, non est tamen amicitia. beneuolentia enim erga ignotos quoque, & latens esse potest, amicitia minime. Et prius sane dicta hæc sunt. sed neque amor est. non enim habet porrectionem, neque appetitionem, quæ amorem consequuntur. atque amor quidem cum consuetudine, beneuolentia etiam derepente fit, quale etiam in certatoribus contingit: beneuoli enim inter se fiunt, coniunctique voluntate sunt: nihil tamen simul agerent. quod enim diximus, repentino beneuoli fiunt, & leuiter diligunt. Videtur igitur principium amicitiæ esse, non secus atque amandi voluptas ex aspectu. nisi enim prius specie fuerit dilectatus, nemo amat. qui vero forma oblectatur, nihilo magis amat: sed cum & absentem desiderat, & præsentiam cupit. Ita ergo & amici esse non possunt, nisi beneuoli fuerint:

beneuoli

beneuoli autem nihilo magis amant. volunt enim tantum bona quibus sunt beneuoli: nihil tamē simul agant, nullasque pro ipsis molestiam suscipiant. quocirca per translationem aliquis esse ipsam ignauiam amicitiam dicere possit: quæ cum inueterata fuerit, & in consuetudinem venerit, amicitia fiat. nō ea quæ est ob vtilitatem, nec quæ ob voluptatem. neque enim ex his beneuolentia exsistit. nam qui beneficio est affectus, pro ijs quæ accepit beneuolētiam retribuit, quæ iussa sunt agens. qui vero vult aliquem prospere agere, spem habens prouentus ex ea re, non videtur esse beneuolus illi, sed sibi potius: quemadmodum neque amicus, si illi obsequitur, commodi alicuius caussa: omnino autē beneuolentia ob virtutē & probitatem quandam exsistit, cum honestus aliquis apparuerit aut fortis, aut tale aliquid, sicut & de certatoribus diximus.

οἱ δ' εὖνοι ὐθὲν μᾶλλον φιλῦσι. βύλονται γὰρ μόνον τἀγαθὰ, οἷς εἰσὶν εὖνοι. συμπράξαιεν δ' ὐθὲν ἂν, ὐχ ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν, χρονιζομένην δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην γίνεσθαι φιλίαν, ὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον, ὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ. ὐδὲ γὰρ ἡ εὔνοια ἐπὶ τύτοις γίνεται. ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς, ἀνθ' ὧν πέπονθεν, ἀπονέμει τὴν εὔνοιαν, τὰ δίκαια δρῶν. ὁ δὲ βυλόμενός τινα εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι' ἐκείνυ, ὐκ ἔοικεν εὔνους ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ. καθάπερ ὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν, διά τινα χρῆσιν. ὅλως δ' ἡ εὔνοια δι' ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα γίνεται, ὅταν τῳ φανῇ καλός τις, ἢ ἀνδρεῖος, ἤ τι τοιῦτον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν εἴπομεν.

COMMENTATIONES.

Ἀλλ' ἡ εὔνοια.) Primum adiunctum amicitiæ est ἡ εὔνοια, *beneuolentia*, quæ adeo amicitiæ est cognata, vt sine ea nulla vera amicitia esse possit. Nam, vt Cicero ait in Lælio, *sublata beneuolentia etiam nomen amicitiæ tollitur*, propterea quoque in octauo libro, vocabulum beneuolētiæ positum fuit loco generis in amicitiæ definitione, quēadmodū calor ab igni, ita beneuolentia ab amicitia seiungi non pōt. De hoc aūt duo potissimū bene in hoc cap. ab Aristot. explicantur. Primum enim ostendit, *quid beneuolentia non sit*. deinde ostendit, *quid ea sit*. Quod adi

Primum adiunctum amicitiæ esse beneuolentiam.

primum attinet, propositio est duarum partium, facta per negationem ἀπόφασιν, vel remotionem ἀφαίρεσιν: *Beneuolentia neque est amicitia, neque est* φίλησις, id est, *amor seu amatio.* Prior pars probatur duabus rationibus. *Nulla amicitia potest esse inter ignotos, sed tantum inter eos, quorum animum, mores & studia diligenter explorauimus. Beneuolentia autem potest etiam esse inter ignotos, de quibus tantum aliquid audiuimus, & quorum virtutes aut facta ex aliis solum cognouimus, licet ipsi de nobis plane nihil sciant, neque etiam erga nos sint beneuoli.* Igitur *amicitia non est beneuolentia. Amicitia vera non potest esse occulta, sed semper re ipsa & factis debet sese erga alterum declarare. Beneuolentia autem potest esse occulta.* Exempli gratia: *Potest aliquis alicui bene velle, etiamsi re ipsa & factis istud nondum declararit, aut non possit declarare.* Ergo *beneuolentia non est amicitia.* Atque hæc de prima parte propositionis. Altera pars est, *quod amicitia non sit* φίλησις, *amatio seu amor, aut ipse actus amandi.* Hæc probatur tribus rationibus. Prima: *Omnis verus amor coniunctus est cum desiderio & studio iuuandi eum, quem amat. Beneuolentia autem potest esse sine illo desiderio & studio iuuandi eum, cui quis bene vult.* Igitur *beneuolentia non est amor seu amatio.* Minorem declarat exemplo spectatorum, qui in certaminibus, ludis & spectaculis diuerso modo affecti sunt erga ipsos certatores aut histriones, quorum alii huic, alii alteri fauent, & cupiunt eum vincere, ipsi tamen non volunt eos iuuare in certando aut agendo. Altera ratio: *Amor non subito exsistit in animo hominis erga alterum: sed oritur ex vita consuetudine, ex mutua conuersatione, ad quam opus est mora aliqua & spatio temporis. Beneuolentia vero subito potest erga aliquem exsistere, quem tamen antea nunquam vidit, quod eodem exemplo probari potest in ludis & certaminibus, in quibus spectatores interdum subito bene volunt & fauent aliquibus ex certantibus, quos tamen nunquam antea viderunt.* Igitur *beneuolentia non est amor siue amatio.* Tertia ratio: *Amor est vehemens, ardens, & constans voluntas, & propensio erga alterum. Beneuolentia autem est* tan-

Beneuolentiam non esse amicitiam.

non φίλησιν.

I.

II.

III.

tantum leuis & momentanea voluntas erga alterum. Ergo *beneuolentia non est amor.*

B ἔοικε δὴ ἀρχή.) Hæc est altera pars capitis, quæ habet θέσιν, *affirmationem*: postquam enim ostendit, quid beneuolentia non sit: iam ex altera parte ostendit, quid ea sit. Propositio autem huius partis est: *Beneuolentia est amicitiæ principium*: cui similis est hæc sententia apud Ciceronem in Lælio: *Beneuolentia est amicitiæ fons, a natura constitutus.* Hanc propositionem declarat Aristoteles exemplo amoris: *Quemadmodum amoris initium est ex aspectu iucundo eius rei, quam amamus: ita amicitiæ initium est propensa & beneuola voluntas, qua erga alterum sumus affecti, & quemadmodum iucundus alicuius rei aspectus non est ipse amor, sed amoris initium: ita beneuolentia non est ipsa amicitia, sed amicitiæ initium: quoniam ex ea progressu temporis accedente consuetudine & conuersatione potest paulatim nasci & exsistere vera amicitia.* Inquit autem Aristoteles, beneuolentiam esse quasi otiosam amicitiam ἀργὴν φιλίαν, propterea quod nondum factis & officiis mutuis est declarata. Sed quia sunt tres species amicitiæ: vna, propter virtutem: altera, propter vtilitatem: tertia, propter voluptatem, quærat aliquis, *cuius amicitiæ beneuolentia sit principium?* Respondet Aristoteles, beneuolentiam esse veræ amicitiæ principium, in qua alterum amamus propter aliquam virtutem, quam ei inesse videmus. Nam in reliquis duabus speciebus, quæ sunt propter vtilitatem aut voluptatem, non est vera, sed fucata & simulata beneuolentia: qui enim alteri bene vult, sui commodi gratia, is potius sibiipsi, quam alteri bene velle dicitur: quatenus nimirum ab eo sperat, aliquam se accepturum vtilitatem, quam nisi speraret, etiam non ei bene vellet. Eodem modo etiam non est vera beneuolentia, quæ tantum exsistit ex specie quadam voluptatis, quam ex altero, cui bene volumus, percipere cupimus. Ex quibus concludit Aristoteles, reuera non esse beneuolos nominandos eos, qui aliis bene volunt aut bene cupiunt priuatæ suæ cupiditatis aut voluptatis gratia.

Beneuolentia quid sit.

Beneuolentia cuius amicitiæ sit principium.

sunt in iisdē, prope dixerim, talium enim voluntates permanent, neque refluunt, sicut Euripus: voluntq; ea qua iusta sunt, & conducunt: hac vero etiam communiter appetūt. at vt praui concordent, fieri non potest, nisi parumper. sicut etiā vt sint amici, cum in vtilibus rebus potiorem partem appetant: in laboribus vero & ministerijs deficiant. cum autem quisque sibi hac vult, propinquum obseruat ac prohibet. nam nisi tueantur, quod commune est, perit. itaque euenit, vt seditione agitentur, cum alij alijs necessitatem inferant: ipsi vero qua iusta sunt facere nolint.

ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες, ὡς εἰπεῖν. τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βουλήματα, καὶ οὐ μεταρρεῖ, ὥσπερ εὔριπος· βούλονταί τε τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα, τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται. τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν, πλὴν ἐπὶ μικρόν. καθάπερ καὶ φίλους εἶναι, πλεονεξίας ἐφιεμένους ἐν τοῖς ὠφελίμοις· ἐν δὲ τοῖς πόνοις καὶ ταῖς λειτουργίαις ἐλλείποντας. ἑαυτῷ δ' ἕκαστος βουλόμενος ταῦτα, τὸν πέλας ἐξετάζει καὶ κωλύει. μὴ γὰρ τηρούντων, τὸ κοινὸν ἀπόλλυται. συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας· αὐτοὺς δὲ μὴ βουλομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.

COMMENTATIONES.

Amicitia adiūctum est ὁμόνοια concordia.

Amicitia definitio.

A φιλικὸν δὲ) Agitur in hoc cap. de altero adiuncto amicitiæ, quod dicitur, ὁμόνοια concordia seu animorum consensio, quæ etiam ita in amicitia necessaria est, vt sine ea. Nulla amicitia esse possit. Nam vt Terent. ait, idem velle & idem nolle, ea demum firma est amicitia. Vnde etiā vulgo amicitia definitur. *quod sit vnus animus in duob. corporibus.* quamdiu enim aliqui inter se concordant, tamdiu etiam possunt esse amici, quod apparet ex contrario. Cum enim incipiunt esse discordes, tum etiam dissolutio fit amicitiæ. Primum autem per negationem ostendit, quid concordia non sit, id est, refutat eorum opinionem, qui dixerunt, concordiam nihil aliud esse, quam ὁμοδοξίαν, *consensionem opinionum:* deinde agit de materia & definitione concordias, tertio agit de subiecto, & ostendit, inter quos concordia proprie possit esse, & locum habere. Primæ partis hæc est propositio: ὁμόνοια, non est ὁμοδοξία, concordia non est

Cōcordiam non esse opinionum sensum.

2 Argumentum.

II.

opinionum consensus, probatur duobus argumentis. Primū ὁμοδοξία *potest esse inter ignotos, imo etiam inter inimicos: concordia autem non potest esse inter ignotos, multo minus inter inimicos & hostes.* Igitur *cōcordia non est ὁμοδοξία*. II. argumentum, ὁμοδοξία, id est, *opinionum consensus potest esse de quibusuis rebus, quaecunq illae sint in omnibus artibus & disciplinis: concordia autem proprie tantum dicitur de rebus politicis, quae ad ciuilem vitam & ciuiles actiones pertinet.* Ergo *concordia non est eadem cum ὁμοδοξία.*

B περὶ τὰ πρακτά) Haec est altera pars cap. in qua agitur de materia seu obiecto concordiae, & ostendit concordiam non dici de omnibus, sed tantum de certis quibusdam rebus. Est autem propositio huius loci talis. *Concordia versatur circa res agendas pertinentes ad ciuilem societatem & communem eorum, qui concordes sunt, vtilitatem, quae tamen tales sunt, vt possint etiam ab illis effici aut comparari.* Ex hac propositione intelligitur primum, quod concordia versatur solum circa res agendas, non autem circa res contemplandas & cognoscendas, ad quas proprie pertinet scientia, ars, opinio, & sapientia. Itaque concordia & prudentia circa easdem res considerantur, eas nimirum, quae cadunt in actionem, & non in nuda contemplatione aut cognatione consistūt. Deinde cōcordia non versatur circa res quasuis, sed circa res magnas, quae pertinent ad communem eorum, qui concordes sunt, vtilitatem. Tertio concordia etiam non versatur circa res alienas, quae vel ad nos non pertinent, vel etiam a nobis non possunt effici aut comparari, quia ex talibus nulla ad eos potest redundare vtilitas. Vnde etiam supra in tertio libro dictum fuit de rebus talibus non suscipi consultationem aut deliberationem. Quarto concordia non solum simpliciter circa res agendas versatur: sed etiam circa earum circumstantias. Potest enim fieri, vt interdum aliqui sint concordes circa rem aliquam: sed tamen in circumstantiis dissident. Cuius rei exemplum affert Aristoteles ex tragoedia Euripidis, in qua duo fratres Eteocles & Polynices filii Oedipi consentiebant quidem de re, id est, de paterno regno occupando: sed dissentiebant in circumstantiis.

Cōcordiae obiectum.

I.

II.

III.

Eteo-

Eteocles enim solus volebat illud regnum habere. Polynices autem postulabat, se quoque in partem regni assumi, quod dissidium postea fuit caussa grauissimi belli. Ex his ergo colligitur talis concordię definitio. *Concordia est ciuilis inter aliquos amicitia, & consensio de rebus grauibus & vtilibus pertinentibus ad vitæ societatatem, quæ etiam tales sunt, vt possint ab ijs, qui concordes sunt, effici & comparari.*

C ἐστι δ' ἡ τοιαύτη.) Hæc est tertia pars huius cap. in qua quæritur, inter quos homines proprie possit concordia locum habere: vel qui nam homines possint inter se esse concordes. De hac quæstione duæ notandæ sunt propositiones, quæ responsionis loco afferuntur. Prima propositio est. *Concordia inter solos viros bonos locum habere potest, id est, soli viri boni possunt inter se reuera esse concordes.* Probatur trib. rationibus. *Prima est talis, Qui ipsi secũ consentiunt, hi etiam possunt cum alijs consentire.* Sed *viri boni ipsi secum consentiunt.* Igitur *etiã possunt cum alijs consentire.* Maior probatur a contrario, *Nam qui sibi ipsi non consentit, is non potest cum alijs consentire: quemadmodum Cato inquit: Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.* Minor supra in 4. cap. fuit probata. Altera ratio. *Quorum firma & stabilis est voluntas, ij facile possunt inter se esse cõcordes: sed bonorum virorum firma & stabilis est voluntas.* Vnde etiam in *lib. 1. cap 10. vir bonus dicitur esse τετράγωνος, id est, comparatur lapidi quadrato, qui non facile potest moueri a suo loco.* Igitur *boni viri facile possunt inter se esse concordes.* Tertia ratio. *Qui non solum expetunt priuata sua commoda, sed etiam ea, quæ alijs sunt vtilia, quærunt, ii maxime possunt cum alijs esse concordes.* Sed *viri boni non priuata sua solum commoda quærunt, sed etiam ea, quæ alijs sunt vtilia.* Ideo *viri boni facile possunt esse cum alijs concordes.* Maior probatur a contrario ex loco caussarum efficientium. *Etenim præcipua fere caussa omnium litium & discordiarum est inter homines ἡ πλεονεξία, id est, cupiditas priuati commodi.* Vnde *etiam homines auari nunquam possunt reuera cum aliis esse concordes, propterea quod sua solum commoda quærunt, & semper habent alios suspectos, ne ipsorum commodis officiant.*

Cõcordia inter quos esse possit.

Concordiam inter bonos esse.

Auari nunquam concordes.

Altera propositio siue responsio ad quæstionem est

Concordiã inter malos esse non posse.

Altera propositio siue responsio ad quæstionem est, ꝑ *ciuulis* contrarii: *inter malos & improbos non potest esse vera concordia.* Probatur tribus cõtrariis rationibus. Prima est, *quia mali & improbi homines sibi ipsis non consentiunt & semper animum in diuersas partes habent distractum, ita vt eadem quodammodo simul & velint & nolint, propterea etiam non possunt cum aliis consentire.* 2ª ratio, *quia homines mali & improbi animum habent instabilem, consilia incerta, voluntatem fluctuantem instar Euripi, qui subinde iam huc iam illuc fluit & refluit.* Tertia ratio, *quia homines mali & improbi sunt iniusti & iniqui: semper enim in rebus bonis & vtilibus maiorem partem sibi vendicant: in laboribus vero & aliis rebus, quæ videntur in se habere damnum aliquod, minorem partem sibi deligunt: quæ res facit vt nemo cum talibus velit habere commercium.*

ΚΕΦ. ζ'. — CAP. 7.

A Οἱ δ' εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας δοκοῦσι μᾶλλον φιλεῖν, ἢ οἱ εὖ παθόντες τοὺς δράσαντας, καὶ ὡς παρὰ λόγον γινόμενον, ἐπιζητεῖται. τοῖς μὲν οὖν πλείστοις φαίνεται, ὅτι οἱ μὲν ὀφείλουσι, τοῖς δὲ ὀφείλεται. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δανείων οἱ μὲν ὀφείλοντες βούλονται μὴ εἶναι οἷς ὀφείλουσιν, οἱ δὲ δανείσαντες καὶ ἐπιμελοῦνται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας· οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας· τοῖς δ' οὐκ εἶναι ἐπιμελὲς τὸ ἀνταποδοῦναι. Ἐπίχαρμος μὲν οὖν τάχ' ἂν φαίη ταῦτα λέγειν αὐτοὺς ἐκ πονηροῦ θεωμένους. ἔοικε δὲ ἀνθρωπικῷ.

At vero benefici beneficiis affectos amare magis videntur, quam affecti eos, qui affecerunt, atque vt factum a ratione alienum, disquiritur. Plerisque igitur videtur, quod hi debent, illis debetur. Sicut ergo in mutuis debitores volunt, vt non essent quibus debent: qui vero mutuarunt, de salute debitorum curam etiam habẽt: sic & eos, qui benefecerũt, velle vt sint qui affecti sunt, quasi accepturos beneficia: illis autem non esse cura, vt retribuant. Atque Epicharmus quidem fortasse diceret, ipsos proferre hæc, ex praua re spectantes. sed esse hæc humana res videtur.

immar

Immemores enim pleriq; magisque beneficium accipere, quam conferre appetunt. Videatur autem magis naturalis esse caussa, neque similis illi de mutuante. Non enim est amor in illis, sed voluntas ut salui sint, recipiendi caussa. At qui beneficium contulerunt, eos qui acceperunt, amant ac caros habent, etiamsi nulla in re ipsis vtiles sint, vel in posterum sint futuri. Quod etiam in artificibus contigit. Quisque enim opus suum carius habet, quam ab opere carus habeatur, si animatum fieret. maxime vero fortasse id in poetis euenit. poemata enim sua supra modum cara habent, perinde ac filios diligentes. eiusmodi igitur rei similis est bene meritorum caussa. nam quod est beneficio affectum, opus ipsorum est. id igitur carius habent, quam opus eum qui effecit. Huiusce rei caussa est, quod esse omnibus expetendum est, & amabile: sumus autem actu: viuendo enim atque agendo, actu igitur qui fecit opus, quodammodo est. ideo amat opus, propterea quod & esse. at hoc naturale est. quod enim potestate est, id actu opus indicat. Adde quod beneficio bonum est id, quod actione praestat: quare gaudet eo, in quo illud est. ei vero qui affectus est, nihil pulcrum in illo qui affecit. sin aliquid,

ἀμνήμονες γὰρ οἱ πολλοί, καὶ μᾶλλον εὖ πάσχειν, ἢ ποιεῖν ἐφίενται. δόξειε δ' ἂν φυσικώτερον εἶναι τὸ αἴτιον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ περὶ τοὺς δανείσαντας. οὐ γάρ ἐστι φίλησις περὶ ἐκείνους, ἀλλὰ τοῦ σώζεσθαι βούλησις, τῆς κομιδῆς ἕνεκα. οἱ δ' εὖ πεποιηκότες φιλοῦσι καὶ ἀγαπῶσι τοὺς εὖ πεπονθότας, κἂν μηδὲν ὦσι χρήσιμοι, μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν. ὅπερ καὶ

B

ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκε. πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου, ἐμψύχου γενομένου. μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει. ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. τοιούτῳ δὴ ἔοικε καὶ τὸ τῶν εὐεργετῶν. τὸ γὰρ εὖ πεπονθός, ἔργον ἐστὶν αὐτῶν. τοῦτο δὴ ἀγαπῶσι μᾶλλον, ἢ τὸ ἔργον τὸν ποιήσαντα. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν. ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ. τῷ ζῆν γὰρ καὶ πράττειν ἐνεργείᾳ δὴ ὁ ποιήσας τὸ ἔργον, ἐστί πως. στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. τοῦτο δὲ φυσικόν. ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μη-

C

νύει. ἅμα δὲ καὶ τῷ μὲν εὐεργέτῃ καλὸν τὸ κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὥστε χαίρειν ἐν ᾧ τοῦτο. τῷ δὲ παθόντι, οὐδὲν καλὸν ἐν τῷ δράσαντι· ἀλλ' εἴπερ,

συμφέρον. τοῦτο δ' ἧττον ἡδὺ καὶ φιλητόν. ἡδεῖα δ' ἐστὶ, τοῦ μὲν παρόντος, ἡ ἐνέργεια· τοῦ δὲ μέλλοντος, ἡ ἐλπίς. τοῦ δὲ γεγενημένου, ἡ μνήμη. ἥδιστον δὲ τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, καὶ φιλητὸν ὁμοίως. τῷ μὲν οὖν πεποιηκότι μένει τὸ ἔργον, τὸ καλὸν γὰρ πολυχρόνιον· τῷ δὲ παθόντι, τὸ χρήσιμον παροίχεται. ἥ τε μνήμη, τῶν μὲν καλῶν ἡδεῖα. τῶν δὲ χρησίμων, οὐ πάνυ, ἢ ἧττον. ἡ προσδοκία δ' ἀνάπαλιν ἔχειν ἔοικε· καὶ ἡ μὲν φίλησις, ποιήσει ἔοικε· τὸ δὲ φιλεῖσθαι τῷ πάσχειν. τοῖς ὑπερέχουσι δὴ περὶ τὴν πρᾶξιν ἕπεται τὸ φιλεῖν καὶ τὰ φιλικά. ἔτι δὲ τὰ ἐπιπόνως γενόμενα, πάντες μᾶλλον στέργουσιν, οἷον καὶ τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι τῶν παραλαβόντων. δοκεῖ δὴ τὸ μὲν εὖ πάσχειν, ἄπονον εἶναι· τὸ δ' εὖ ποιεῖν, ἐργῶδες. διὰ ταῦτα δὲ καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι. ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν. δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖον εἶναι.

utile est, at id minus iucundum atque amabile est. Iucundus vero præsentis rei actus est, futura spes. facta memoria. At iucundissimum est, quod actu præstatur, atque amabile simili modo. Ei igitur qui effecit, opus permanet. honestum enim est diuturnum: ei vero qui est affectus, utile præterlabitur. ac memoria quidem honestarum rerum iucunda est: utilium, non admodum, vel minus: exspectatio vero habere contra videtur. atque amor quidem effectioni similis est. amari vero afficiendo. excellentibus igitur in actione consequitur, amare, atque ea quæ ad amicitiã pertinent. Præterea quæ laboriose facta sunt, omnes magis diligunt: ut & qui pecunias acquisiuerunt, quam qui ab alijs acceperunt. videtur profecto beneficio, affici labore vacare: benefacere, operosum. Propterea etiam matres liberorum sunt amantiores. Laboriosior enim procreatio est, magisque suos esse sciunt. videtur autem beneficis id quoque esse proprium.

COMMENTATIONES.

A οἱ δ' εὐεργέται) Tertium adiunctum amicitiæ nominatur εὐεργεσία, *beneficentia*: siue studium benefaciendi. Hoc adiunctũ ideo ad amicitiam verã est necessariũ, quia non satis est animo bene velle amico, & etiã ei consentire: sed oportet etiam hãc animi nostri voluntatem & consensionem reipsa, & factis erga amicum declarare: quem-

Tertium adiũctum amicitiæ est beneficentia.

quemadmodum etiam Euangelista & Apostolus Ioannes præcipit, non verbo solum, sed opere fratres esse diligendos. Potest enim propensa nostra voluntas erga alterum esse occulta: ita vt ignores nos ei beneuelle, nisi opere & factis externis ei declaremus. Ac propterea supra in definitione amicitiæ dictum est, quod sit beneuolẽtia erga alterũ minime latẽs. Imo præcipua fere caussa est, qua homines impelluntur ad quærẽdos amicos, & ad colẽdam amicitiã cum aliis, vt nimirũ habeant aliquos, qui tẽpore necessario ipsis benefaciant, suisq; beneficiis eorum inopiæ & egestati succurrant. Quid autem beneficentia sit, & qua in re præcipue consistat, quomodo etiam erga alios sit exercenda, de his omnibus supra in lib. 4 *in cap. de liberalitate* dictum est. In hoc vero capite præcipue explicatur quæstio, quæ ad hanc doctrinam de amicitia maxime pertinet: nimirum, *quamobrem fiat, vt benefactores magis ament suos beneficiarios, id est, eos, quibus benefecerunt, quam hi illos: cum tamen potius contrarium fieri deberet.* De hac autem quæstione primum aliorum philosophorum rationes adfert, easque refutat: deinde suas rationes exponit. Quod ad primũ attinet, duæ a philosophis quibusdã adferuntur rationes, quãobrem benefactores videantur magis amare suos beneficiarios, q̃ hi illos. Prima ratio sumitur ex similitudine creditorũ & debitorũ, in qua comparat benefactorem cũ creditore, quatenus suum beneficium videtur alteri credere: Beneficiarium aũt comparat debitori, quatenus a benefactore beneficiũ accipit: quemadmodũ debitor a creditore pecuniã mutuo accipit. Quemadmodũ aũt se habent creditores ad suos debitores, ita benefactores vidẽtur se habere ad suos beneficiarios. Creditores autẽ magis videntur amare suos debitores, quam hi illos. Igitur *etiam benefactores magis amãt suos beneficiarios.* Ratio huius rei est, quia creditores ideo suorũ debitorũ salutẽ & prosperitatem amãt, vt facilius possint iterum debita sua recipere. Nam quando debitores, aut moriuntur, aut ad egestatem & mendicitatem rediguntur, non possunt amplius debita exsoluere, & sic creditores amittunt sua debita. Quod si vero creditores sint fortunati & felices, & suas res bene administrant, tum creditores semper

Benefactores cur magis ament beneficiarios quam hi illos.

I.

bonam spem habent, fore vt sua debita iterum ab illis recipiant: contra vero, debitores aliter sunt affecti erga suos creditores: cuperēt enim eos esse exstinctos, ne cogantur restituere debita. Idem videtur accidere circa benefactores & beneficiarios. Nam benefactores ideo beneficiarios amant, quod vicissim aliquando ab illis beneficium sint accepturi: beneficiarii autem non adeo suos benefactores amant, imo sicuti debitores interdum fugiunt conspectum suorum creditorum: ita etiam beneficiarii nonnunquam suos benefactores fugiunt, quando nullam gratiam adhuc pro beneficio accepto retulerunt. Altera ratio est philosophi Epicharmi & Poetæ Siculi, qui huius rei caussam esse dixit hominum improbitatem, id est, *ingratitudinem*, qui plerunq; tardiores sunt & segniores in referenda gratia, quam in accipiendo beneficio, ac plerunq; cito beneficiorum acceptorum obliuiscuntur. Vnde fit, vt etiam non adeo vehementer ament suos benefactores. Vnde in prouerbio dicitur, quod nihil citius senescat, quam gratia, id est, quod homines nullius rei citius obliuiscantur, quam quod debeant, & teneantur gratiam referre pro beneficio. Hinc etiam exstat alterum prouerbiū, quo dicitur, beneficium inscribitur in puluere, noxa, id est, damnum in ære, quo prouerbio etiam significatur, homines cito obliuisci beneficiorū, diu autem memores esse damnorū, quę acceperunt. Quemadmodū enim literæ, quę pulueri inscribuntur, leuissimo vento obliterantur, & quasi intereunt, ita homines facilime beneficiorū acceptorū obliuiscuntur: quæ autē literæ æri insculpuntur, hæ diutissime permanent: ita homines damnorū & incommodorum, quæ accipiunt, diutissime sunt memores. Atq; hæ sunt duæ rationes, quæ ex sententia aliorum philosophorum afferuntur ad propositam quæstionem. Verum Aristoteles monet, has rationes non esse sufficientes: ac primum ostendit, similitudinem de creditoribus & debitoribus allatam non plane cum re proposita conuenire, propterea quod differunt in caussa finali. Nam creditores non eodem fine amant suos debitores, quo benefactores amant suos beneficiarios: creditores enim nullam aliam ob caussam amant salutem &

II.

prospe-

prosperitatem suorum debitorum, quam vt possint ab illis iterum debitum suum accipere: quoniam si debitores pereant, aut ad egestatem redigantur, creditoribus simul quoq; ademta est spes recipiendi debitum: benefactores autem suos beneficiarios amant propter illos ipsos, quibus benefecerunt, & nō propter spē remunerationis. Itaq; cum creditor amat debitorem propter spem solutionis, videtur magis amare ipsum debitum, quam debitorē: benefactor autem (si modo ex amore benefecit) magis amat ipsum beneficiarium, quam beneficium, quod contulit. Quod vero ad alteram rationem attinet, quæ sumitur ab auctoritate Epicharmi, philosophi & poetæ Siculi, ait Aristoteles, caussam huius rei non esse solum malitiam & improbitatem hominum, sed magis videri esse naturalem, id est, naturæ hominum insitam, videlicet, quod homines facilius obliuiscuntur acceptorum beneficiorum, quam eorum, quę in alios contulerunt.

B ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν.) Hæc est altera pars huius capitis, in qua Aristoteles suas rationes exponit, quamobrem benefactores videantur magis amare suos beneficiarios, quam hi illos. Prima ratio etiam sumitur ab exemplo simili: comparat enim benefactorem cum artifice, & beneficiarium cum opere artificis: ita vt beneficiarius sit, quasi opus benefactoris. Quemadmodum autem artifex magis amat suum opus, quam ipse a suo opere ametur: ita etiam benefactor magis amat suum beneficiarium, quam beneficiarius amet benefactorem. Similitudinis huius ratio sumitur ab ipsa natura. Nam naturaliter caussa magis amat suum effectum, quam effectus amet caussam. Declaratur autem ab Aristotele primum exemplo Poetarum, qui etiam sunt artifices suorum poematū: hi autem sua poemata amant, & exosculantur tanquam proprios suos liberos. Quod autem a poetis fit, id etiam ab omnibus artificibus fieri, vt singuli magis ament sua opera, quæ ab ipsis sunt effecta, quam aliorum opera, iuxta vulgatum illud dictum: *Suum cuique pulcrum.* Deinde probatur etiam ab Aristotele ratione physica, quamobrem artifices sua opera ament. Est autem talis ratio: *Per quod quisque est, seu*

habet suum esse, illud etiam maxime amat. Sed *artifex est & dicitur artifex solum, ratione operis sui, quod effecit:* quemadmodum dicitur, *opus declarat & probat artificem.* Ergo *opus maxime amatur ab artifice.* Minor probatur a contrario: *Qui enim non potest opus artificiosum facere, is neq; est, neq; dici potest artifex.* Exempli gratia: *Qui non potest scribere carmen aut poema aliquod, is etiam non dicitur esse poeta: sic qui non potest consuere calceum, non potest dici sutor: qui non potest canere, non etiam est musicus, & sic de ceteris.* Quia igitur artifices habent suum quasi esse, & suam denominationem ab ipso opere, ideo etiam tantopere amant sua opera. Quoniam vero beneficiarius est quasi opus ipsius benefactoris: ideo etiam benefactor beneficiarium suum tantopere amat, quia in eo conspicit & contemplatur actiones suæ virtutis, id est, suæ beneficentiæ: imo, nisi haberet beneficiarium, id est, aliquem, cui beneficium contulisset, etiam non posset habere nomen benefactoris.

C ἅμα δ' καὶ τοῖς μὲν) Sequuntur iam aliæ rationes, quibus Aristot. caussam ostendit, quamobrem benefactores magis soleant amare suos beneficiarios, quam hi illos.

II. Est ergo altera ratio desumta ex loco adiunctorum: *Quæ honesta sunt, ea magis debent & solent amari, quam quæ sunt solum vtilia. Sed beneficiarius suo benefactori est honestus, quatenus est testimonium liberalitatis & beneficentia eius: benefactor autem suo beneficiario tantum est vtilis, ratione beneficii, quod ei præstitit.* Igitur *beneficiarius magis amatur a suo benefactore, quam hic ab illo.*

III. Tertia ratio ex eodem loco sumitur per comparationem: *Ex qua re aliquis maiorem & diuturniorem voluptatem percipit, aut percipere potest, eam etiam magis amat.* Sed *benefactor maiorem & diuturniorem voluptatem percipere potest ex suo beneficiario, quam beneficiarius a benefactore.* Igitur *benefactor magis amat beneficiarium, quam hic illum.* Minor probatur ex præcedenti argumento, quod dictum est, *beneficiarium suo benefactori esse honestum: benefactorem suo beneficiario solum esse vtilem: atq; honesta longe sunt diuturniora & firmiora, quia habent rationem finis, & considerantur per se: vtilia autem non sunt*

tam

tam diuturna, sed tantum momentanea. Itaque etiam voluptas, quæ percipitur ex honestis actionibus, est diuturnior, quam ea, quæ ex vtilibus rebus percipitur. Proinde beneficiarius suo benefactori diu potest esse honestus, & per consequens, *etiam iucundus: benefactor autem suo beneficiario tantum ad certum tempus exsistit iucundus, quamdiu nimirum beneficium, quod ei contulit, est vtile: proinde honestas, quia semper quasi præsens cerni potest, etiam semper est iucunda: vtilitas autem, quia facile perit, ideo etiam non diu est iucunda.* Distinguit autem hoc in loco Aristoteles amabilia iuxta tria tempora, ratione iucunditatis & voluptatis. quam secum adferunt. Nam ea, quæ sunt præsentia, delectant nos τῇ ἐνεργείᾳ, id est, *actu ipso*, quatenus illis iam fruimur: præterita autem delectant τῇ μνήμῃ, *memoria* seu *recordatione*. Nam & præteritorum non solum bonorum, sed etiam malorum & laborum recordatio interdum nos oblectat. Quemadmodum Æneas apud Virgil. ad socios suos inquit, postquam liberati essent e periculo naufragii:

Amabilium distinctio in præsentia, præterita, & futura.

—forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Futura denique delectant nos τῇ ἐλπίδι, id est, *spe & exspectatione*. Quarta ratio sumitur ex loco comparatorum: *Quod præstantius est in amicitia, id etiam competit ei, qui est præstantior.* Sed *in amicitia amare præstantius est, quam amari: quia omnis actio præstantior est passioni. Similiter etiam benefactor præstantior est beneficiario: quia ille est agens, hic autem patiens, & semper præstantior est is, qui dat, quam ille, qui accipit.* Ergo *etiam benefactori potius competit, vt magis amet beneficiarium, quam vt ipse a beneficiario ametur.* Quinta ratio sumitur ex loco caussarum efficientium: *Quæ maioribus laboribus & sumtibus a nobis comparantur, ea etiam nobis sunt cariora.* Sed *benefactor maioribus laboribus & sumtibus sibi acquirit beneficiarium, quoniam de suis facultatibus largitur, & eum sibi facit amicũ: præterea semper difficilius est dare, quam accipere. Vnde etiam fit, vt homines tam ægre conferant in alios beneficia.* Igitur *benefactori beneficiarius carior est, quam hic illi.* Maiorem declarat Aristot. primum exemplo eorũ: *Qui suas opes & facultates propriis laboribus atq; sudoribus compara-*

IV.

V.

runt: hi enim diligentius eas conseruant, & magis amant, quam illi, qui sua bona sine labore acquisiuerunt, & vel per hereditatem vel per donationem, vel alia aliqua facilitatione & modo acquisiuerunt. Quod manifestũ est ex quotidiana experientia. Quod plerunq; magis prodigi sunt ii, qui sua bona facile acquisiuerunt, quam qui ea propriis laboribus sibi compararunt. Vnde natum est prouerbium apud Germanos, Leicht gewonnen / leicht zerronnen. Deinde declarat etiam exemplo matrum, quibus liberi longe videntur esse cariores, quam sint patribus, propter quod etiam labore maiore, molestia atque difficultate, imo etiam cum vitæ periculo eos in lucem ediderunt, & postea aluerunt, atque educarunt.

ΚΕΦΑΛ. θ'.

A Ἀπορεῖται δὲ, πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα, ἢ ἄλλον τινά. ἐπιτιμῶσι γὰρ τοῖς ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶσι, καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ, φιλαύτους ἀποκαλοῦσι. δοκεῖ τε ὁ μὲν φαῦλος, ἑαυτοῦ χάριν πάντα πράττειν· καὶ ὅσῳ ἂν μοχθηρότερος ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον. ἐγκαλοῦσι δὴ αὐτῷ, οἷον ὅτι οὐδὲν ἀφ' αὑτοῦ πράττει. ὁ δ' ἐπιεικὴς, διὰ τὸ καλὸν, καὶ ὅσῳ ἂν βελτίων ᾖ, μᾶλλον διὰ τὸ καλὸν, καὶ φίλου ἕνεκα. τὸ δ' αὑτοῦ, παρίησι· τοῖς λόγοις δὲ τούτοις τὰ ἔργα διαφωνεῖ, οὐκ ἀλόγως. φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν μάλιστα φίλον. φίλος δὲ μάλιστα ὁ βουλόμενος ᾧ βούλεται τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται. ταῦτα δ' ὑπάρχει μάλιστα αὐτῷ πρὸς αὑτὸν, καὶ τὰ λοι-

CAP. 8.

Dubium autem exsistit, vtrum oporteat amare seipsum maxime, an aliquẽ alium. increpant enim eos, qui seipsos maxime amant, & quasi in dedecus, sui amantes appellant: videturque prauus sui caussa omnia agere, ac quanto improbior fuerit, tanto magis. vnde crimini dant ei, quod a seipso nihil agat. Probus autem ob honestatem, atque quanto melior fuerit, magis ob honestatem, amicique caussa: sui autem caussa, prætermittit. At a sermonibus his opera discrepant: atq; id non immerito. dicunt enim eum maxime amandũ esse, qui maxime sit amicus. maxime vero est amicus, qui vult ei, cui bona vult, illius caussa, etsi id, nemo sciet. at hæc insunt maxime cuiq; erga seipsum, & cetera

tera etiam omnia, quibus amicus definitur. dictum enim est a seipso omnia quæ ad amicitiam attinent, ad alios quoque peruenire. prouerbia item omnia consentiunt, vt vnus animus. & communia quæ sunt amicorum, & æqualitas amicitia, & tibia genu propius. omnia enim hæc erga seipsum maxime insunt. nam amicus maxime sibi quisque est. amare igitur etiam seipsum maxime oportet. In dubium vero merito venit, vtros sequi magis oporteat, cum vtrique probabilitatem habeant. quare forte tales sermones diuidendi ac distinguendi, quorsum vtrique, & quatenus veri sint. Si itaque statueremus quo pacto vtrique sui amantem appellant, forsitan hoc perspicuum fieret. Qui igitur hoc in opprobrium ducunt, sui amantes vocant, qui sibi plus tribuunt in pecuniis, honoribus & voluptatibus corporeis. plerique enim hæc appetunt, in hisque student, perinde atque in optimis, idcirco & de his digladiantur. Qui ergo in his plus vsurpant, obsequuntur cupiditatibus, atque omnino affectibus, partique animi rationis experti. Tales autẽ plerique sunt. & ideo appellatio est a multitudine praua. iure igitur ita sui amantib. opprobratur. quod eos autẽ qui talia sibi attribuunt, soleant plerique sui amantes vocare, dubium non est.

τὰ δὴ πάντα, οἷς ὁ φίλος ὁρίζεται. εἴρηται γὰρ ὅτι ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ φιλικὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διήκει. καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν. οἷον τὸ μία ψυχή, καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων, καὶ ἰσότης φιλότης, καὶ γόνυ κνήμης ἔγγιον. πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὑτὸν μάλιστ' ὑπάρχει. μάλιστα γὰρ φίλος ἑαυτῷ, καὶ φιλητέον δὴ μάλιστα ἑαυτόν. ἀπορεῖται δὲ εἰκότως, ποτέροις χρεὼν ἕπεσθαι, ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιστόν. ἴσως οὖν τοὺς τοιούτους δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν, καὶ διορίζειν ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν. εἰ δὴ λάβοιμεν τὸ φίλαυτον πῶς ἑκάτεροι λέγουσι, τάχ' ἂν γένοιτο δῆλον. οἱ μὲν οὖν εἰς ὄνειδος ἄγοντες αὐτό, φιλαύτους καλοῦσι τοὺς ἑαυτοὺς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι, καὶ τιμαῖς, καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς. τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτά, ὡς ἄριστα ὄντα, διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν. οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί. διὸ καὶ ἡ προσηγορία γεγένηται ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φαύλου ὄντος, δικαίως δὴ τοῖς οὕτω φιλαύτοις ὀνειδίζεται. ὅτι δὲ τοὺς τὰ τοιαῦθ' ἀπονέμοντας, εἰώθασι λέγειν οἱ πολλοὶ φιλαύτους, οὐκ ἄδη-

B

runt: hi enim diligentius eas conseruant, & magis amant, quam illi, qui sua bona sine labore acquisiuerunt, & vel per hereditatem vel per donationem, vel alia aliqua facili ratione & modo acquisiuerunt. Quod manifestũ est ex quotidiana experientia. Quod plerunq; magis prodigi sunt ii, qui sua bona facile acquisiuerunt, quam qui ea propriis laboribus sibi compararunt. Vnde natum est prouerbium apud Germanos, Leicht gewonnen / leicht zerronnen. Deinde declarat etiam exemplo matrum, quibus liberi longe videntur esse cariores, quam sint patribus, propter quod etiam labore maiore, molestia atque difficultate, imo etiam cum vitæ periculo eos in lucem ediderunt, & postea aluerunt, atque educarunt.

ΚΕΦΑΛ. θʹ.

A Ἀπορεῖται δὲ, πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα, ἢ ἄλλον τινά· ἐπιτιμῶσι γὰρ τοῖς ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶσι, καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ, φιλαύτους ἀποκαλοῦσι. δοκεῖ τε ὁ μὲν φαῦλος, ἑαυτοῦ χάριν πάντα πράττειν· καὶ ὅσῳ ἂν μοχθηρότερος ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον. ἐγκαλοῦσι δὴ αὐτῷ, οἷον ὅτι οὐδὲν ἀφ' αὑτοῦ πράττει. ὁ δὲ ἐπιεικὴς, διὰ τὸ καλὸν, καὶ ὅσῳ ἂν βελτίων ᾖ, μᾶλλον διὰ τὸ καλὸν, καὶ φίλου ἕνεκα. τὸ δ' αὑτοῦ, παρίησι· τοῖς λόγοις δὲ τούτοις τὰ ἔργα διαφωνεῖ, οὐκ ἀλόγως. φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν μάλιστα φίλον· φίλος δὲ μάλιστα ὁ βουλόμενος ᾧ βούλεται τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται. ταῦτα δ' ὑπάρχει μάλιστα αὐτῷ πρὸς αὑτὸν, καὶ τὰ λοι-

CAP. 8.

Dubium autem exsistit, vtrum oporteat amare seipsum maxime, an aliquẽ alium. increpant enim eos, qui seipsos maxime amant, & quasi in dedecus, sui amantes appellant: videturque prauus sui caussa omnia agere, ac quanto improbior fuerit, tanto magis. vnde crimini dant ei, quod a seipso nihil agat. Probus autem ob honestatem, atque quanto melior fuerit, magis ob honestatem, amicique caussa: sui autem caussa, prætermittit. At a sermonibus his opera discrepant: atq; id non immerito. dicunt enim eum maxime amandũ esse, qui maxime sit amicus. maxime vero est amicus, qui vult ei, cui bona vult, illius caussa, et si id, nemo sciet. at hæc insunt maxime cuiq; erga seipsum, & cetera

tera etiam omnia, quibus amicus definitur. dictum enim est a seipso omnia quæ ad amicitiam attinent, ad alios quoque peruenire. prouerbia item omnia consentiunt, vt vnus animus. & communia quæ sunt amicorum, & æqualitas amicitia, & tibia genu propius. omnia enim hæc erga seipsum maxime insunt. nam amicus maxime sibi quisque est. amare igitur etiam seipsum maxime oportet. In dubium vero merito venit, vtros sequi magis oporteat, cum vtrique probabilitatem habeant. quare forte tales sermones diuidēdi ac distinguendi, quorsum vtrique, & quatenus veri sint. Si itaque statueremus quo pacto vtrique sui amantem appellant, forsitan hoc perspicuum fieret. Qui igitur hoc in opprobrium ducunt, sui amantes vocant, qui sibi plus tribuunt in pecuniis, honoribus, & voluptatibus corporeis. plerique enim hæc appetunt, in hisque student, perinde atque in optimis, idcirco & de his digladiantur. Qui ergo in his plus vsurpant, obsequuntur cupiditatibus, atque omnino affectibus, partique animi rationis experti. Tales autē plerique sunt. & ideo appellatio est a multitudine praua. iure igitur ita sui amantib. opprobratur. quod eos autē qui talia sibi attribuunt, soleant plerique sui amantes vocare, dubium non est.

τὰ δὴ πάντα, οἷς ὁ φίλος ὁρίζεται. εἴρηται γὰρ ὅτι ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ φιλικὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διήκει. καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν. οἷον τὸ μία ψυχή, καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων, καὶ ἰσότης φιλότης, καὶ γόνυ κνήμης ἔγγιον. πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὑτὸν μάλιστ' ὑπάρχει. μάλιστα γὰρ φίλος ἑαυτῷ, καὶ φιλητέον δὴ μάλιστα ἑαυτόν. ἀπορεῖται δὲ εἰκότως, ποτέροις χρεὼν ἕπεσθαι, ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιστόν. ἴσως οὖν τοὺς τοιούτους δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν, καὶ διορίζειν ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν. εἰ δὴ λάβοιμεν τὸ φίλαυτον πῶς ἑκάτεροι λέγουσι, τάχ' ἂν γένοιτο δῆλον. οἱ μὲν οὖν εἰς ὄνειδος ἄγοντες αὐτό, φιλαύτους καλοῦσι τοὺς ἑαυτοὺς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι, καὶ τιμαῖς, καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς. τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ, ὡς ἄριστα ὄντα, διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν. οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί. διὸ καὶ ἡ προσηγορία γεγένηται ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φαύλου ὄντος. δικαίως δὴ τοῖς οὕτω φιλαύτοις ὀνειδίζεται. ὅτι δὲ τοὺς τὰ τοιαῦθ' ἑαυτοῖς ἀπονέμοντας εἰώθασι λέγειν οἱ πολλοὶ φιλαύτους, οὐκ ἄδη-

B

λον. εἰ γάρ τις ἀεὶ σπουδάζει τὰ δίκαια πράττειν, αὐτὸς μάλιστα πάντων, ἢ τὰ σώφρονα, ἢ ὁποιαοῦν ἄλλα τῶν κατὰ τὰς ἀρετὰς, καὶ ὅλως ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιοῖτο, οὐθεὶς ἐρεῖ φίλαυτον τοῦτον, οὐδὲ C ψέξει. δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος εἶναι μᾶλλον φίλαυτος. ἀπονέμει γὰρ ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστα ἀγαθὰ, καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πείθεται. ὥσπερ δὲ καὶ πόλις κυριώτατον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος. καὶ φίλαυτος δὴ μάλιστα ὁ τοῦτο ἀγαπῶν, καὶ τούτῳ χαριζόμενος, καὶ ἐγκρατὴς δὴ καὶ ἀκρατὴς λέγεται, τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν, ἢ μὴ, ὡς τούτου ἑκάστου ὄντος. καὶ πεπραχέναι δοκοῦσιν αὐτοὶ καὶ ἑκουσίως τὰ μετὰ λόγου μάλιστα. ὅτι μὲν οὖν τοῦθ' ἕκαστός ἐστι μάλιστα, οὐκ ἄδηλον, καὶ ὅτι ὁ ἐπιεικὴς μάλιστα τοῦτ' ἀγαπᾷ. διὸ φίλαυτος μάλιστ' ἂν εἴη καθ' ἕτερον εἶδος τοῦ ὀνειδιζομένου, καὶ διαφέρων τοσοῦτον, ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ὀρέγεσθαι ἢ τοῦ καλοῦ, ἢ τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν. τοὺς μὲν οὖν περὶ τὰς καλὰς πράξεις διαφερόντως σπουδάζοντας, πάντες ἀποδέχονται καὶ ἐπαινοῦσι. πάντων δὲ ἁμιλλωμένων πρὸς τὸ καλὸν, καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν, κοινῇ τ' ἂν

nam si quis semper studeat iusta agere, omnium is maxime, vel temperantia, vel qualiacunque alia, quæ sunt ex virtute, semperque omnino quod honestum est, sibi vendicet, sui amantem hunc nemo dicet, neque vituperabit. quanquam is magis esse sui amans videatur. nam sibi tribuit honestissima, & maxime bona, suique obsequitur præstantissimæ parti, eique in omnibus obtemperat. Sicut autem & ciuitas, quod in ipsa præstantissimum est, esse videtur, & omnis alia cõgregatio, ita & homo. & sui amans. igitur est maxime, qui id amat, eique obsequitur: & continens ergo & incontinens ex eo dicitur, quod mens contineat, aut non, quasi id uniuscuiusque sit. videntur egisse ipsi & lubenter, quæ cum ratione maxime. Id igitur præcipue esse unumquemq; nõ est obscurũ, probumq; virum præcipue id amare. itaque sui amans maxime fuerit alterius speciei, quam qui vituperatur, ac tantum differens, quantum viuere cum ratione a viuendo pro animi affectu, & appetere vel honestum, vel quod conferre videatur. Eos itaq; qui honestis actionibus insigniter student, omnes amplectuntur ac laudant. si autem omnes ad honestatem certatim properarent, honestissimaq; agere contenderent, & communiter

cuiuis

cuiuis opportuna, & priuatim singulis. maxima bona euenirent, siquidem virtus tale quid est, quocirca bonus sui amans sit oportet. Etenim ipse proficiet agens honesta, & alios iuuabit. Prauum vero non oportet. Nam & seipsum lædet, & vicinos, vitiosos affectus sequens. Ac prauo quidem discrepant quæ agere debet, & quæ agit: at probus quæ debet, ea etiam agit. Mens enim omnis quod sibi optimum est, eligit: probus vero menti obtemperat. Verum autem est illud de probo viro, & eum amicorum caussa & patriæ multa agere, etiam si mors fuerit oppetenda. Nam & pecunias & honores profundet, & demum bona, de quibus digladiantur, honestum sibi vindicans. breui enim tempore lætari vehementer malit, quam longo leuiter: & viuere honeste annum, quam multos annos quomodo libet: unam quoque actionem honestam & magnam, quam multas & paruas. hoc autem iis fortasse euenit qui pro aliis mortem obeunt. Arrogant igitur magnum sibi decus, pecuniasque profundant, quo amici plura accipiant. parantur enim amico pecunia, ipsi vero honestum. quod autem maius bonum est, sibi attribuit. In honoribus etiam & magistratibus idem modus est.

πάντα τ' ἂν εἴη τὰ δέοντα, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, εἴπερ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτόν ἐστιν. ὥστε τὸν μὲν ἀγαθὸν δεῖ φίλαυτον εἶναι. καὶ γὰρ αὐτὸς ὀνήσεται τὰ καλὰ πράττων, καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελήσει. τὸν δὲ μοχθηρὸν οὐ δεῖ. βλάψει γὰρ καὶ ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πέλας, φαύλοις πάθεσιν ἑπόμενος. τῷ μοχθηρῷ μὲν οὖν διαφωνεῖ ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ἃ πράττει. ὁ δ' ἐπιεικὴς ἃ δεῖ, ταῦτα καὶ πράττει. πᾶς γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ. ὁ δὲ ἐπιεικὴς πειθαρχεῖ τῷ νῷ. ἀληθὲς δὲ τὸ περὶ τοῦ σπουδαίου, καὶ τὸ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν καὶ τῆς πατρίδος, κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν. προήσεται γὰρ καὶ χρήματα καὶ τιμὰς, καὶ ὅλως τὰ περιμάχητα ἀγαθὰ, περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλόν. ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα μᾶλλον ἕλοιτ' ἂν ἢ πολὺν ἠρέμα, καὶ βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν, ἢ πολλὰ ἔτη τυχόντως, καὶ μίαν πρᾶξιν καλὴν καὶ μεγάλην, ἢ πολλὰς καὶ μικράς. τοῖς δ' ὑπεραποθνήσκουσι τοῦτ' ἴσως συμβαίνει. αἱροῦνται δὴ μέγα καλὸν ἑαυτοῖς, καὶ χρήματα προοῖντ' ἂν, ἐφ' ᾧ πλείω λήψονται οἱ φίλοι. γίνεται γὰρ τῷ μὲν φίλῳ χρήματα, αὐτῷ δὲ τὸ καλόν. τὸ δὲ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει. καὶ περὶ τιμὰς δὲ καὶ ἀρχὰς ὁ αὐτὸς τρόπος.

D

πάντα γὰρ τῷ φίλῳ ταῦτα προήσεται. καλὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο καὶ ἐπαινετόν. εἰκότως δὴ δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν. ἐνδέχεται δὲ καὶ πράξεις τῷ φίλῳ προΐεσθαι, καὶ εἶναι κάλλιον τοῦ αὐτὸν πρᾶξαι, τὸ αἴτιον τῷ φίλῳ γίνεσθαι. ἐν πᾶσι δὴ τοῖς ἐπαινετοῖς, ὁ σπουδαῖος φαίνεται ἑαυτῷ τοῦ καλοῦ πλέον νέμων. οὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρηται· ὡς δ' οἱ πολλοί, οὐ χρή.

Omnia enim hæc amico profundet: honestum enim hoc ipsi est, ac laudabile. Merito igitur probus esse videtur, cum honestum omnibus anteponat. Fieri vero potest, vt actiones amico permittat: sitque ipsi honestius, quam si ipse egisset, quod auctor amico fuerit. In omnibus igitur laudabilibus rebus vir probus honesti plus sibi tribuere videtur, atq; ita quidem sui amantem esse oportet: vt plerique, non oportet.

COMMENTATIONES

A Ἀπορεῖται δὲ) In hoc cap. agitur περὶ τῆς φιλαυτίας, *de amore sui ipsius*, vtrum nimirum, *honeste aliquis possit seipsum amare?* Nam plerique solent reprehendere eos, qui seipsos amant. De hac quæstione *primum Aristoteles* in vtramq; partem disputat affirmãdo, & negando: deinde ostendit, *quid in vtraq; parte sit verum*: tertio probat, *virum bonum maxime esse φίλαυτον*, id est, *sui amantem*: *nec posse propterea reprehendi*: quarto soluit quandam obiectionem, quæ videtur pugnare cũ eo, quod dixit, *virum bonum sui esse amantem*. De prima parte. Primo loco Aristot. tractat partem negatiuam, videlicet virũ bonũ non debere esse φίλαυτον, id est, *seipsum amare*, tali argumẽto, *Quod tanquã probrum alicui solet & potest obyci, id vir bonus facere non debet*: sed *seipsum amare potest alicui tanquam probrum obyci*. Igitur *vir bonus non debet seipsum amare*. Minor probatur, quia, qui seipsos amant, omnia sui commodi caussa facere solent, & propterea solent fere ab omnibus odio haberi, tãquam qui sibiipsis solum cupiant viuere, & prospicere, alios autem negligant, quod sane videtur pugnare cum officio viri boni, qui sua commoda postponere debet publicis aliorum commodis, & aliis potius, quam sibiipsi consulere.

Quatuor agũtur in hoc cap.

Vir bonus non debet esse φίλαυτος.

Argumẽtum.

Secundo loco tractat partem affirmatiuam, & ostendit,

stendit, *licere seipsum amare.* Idque probat duabus rationibus: Prima sumitur ab ipsa experientia, & a communi quasi consensu & comprobatione omnium hominum, *quibus a natura hoc est insitum, vt seipsos ament, eaq; sibi quærant, quæ ipsis sunt maxime commoda & vtilia: qui affectus non solum in hominibus conspicitur: sed etiam in omnibus aliis animalibus: & quia naturalis est hic affectus, & quasi a natura insitus amor sui ipsius.* Igitur *non potest nec debet omnino improbari, aut vitio verti.* Altera ratio sumitur a proprio amicitiæ: *Is maxime amandus est, qui nobis est amicissimus.* Sed *vnusquisque sibi est amicissimus.* Igitur *quisque seipsum maxime amare debet.* Minor probatur primum ab officio proprio amicitiæ, quod est, *velle alicui bona eius ipsius caussa, quem amat, & non alterius alicuius gratia: quisque autem sibi optat, & vult bona sui ipsius caussa.* Vnde Cicero inquit in Lælio: *Ipse se quisque diligit, vt non aliquam a seipso mercedem exigat caritatis suæ.* Sed *quia per se sibi quisque carus est.* Deinde probatur minor ex communibus dictis, siue prouerbiis, quæ nihil aliud videntur significare, quam vnumquenque sibiipsi maxime esse amicum: veluti cum dicitur, *amicitia est vna amicitia*: Item, *amicitia est æqualitas*: Item, *amicorum omnia sunt communia*: Item, *genu propius est sura: tunica pallio propior est*: Item, *proximus egomet mihi*: Item, *caritas initium capit a seipsa*: Item, *sibi melius esse malunt, quam alteri.* His & similibus dictis nihil aliud significatur, quam vnumquenque hominem seipsum maxime amare, & sibi esse amicissimum. Vnde etiam supra dictum fuit, ex isto amore, quo quisque seipsum complectitur, omnia reliqua amicitiæ officia tanquam ex fonte esse haurienda.

Vir bonus debet esse φίλαυτος, probatur I.

II.

B ἀπορεῖται δ' εἰκότως.) Posteaquam Aristoteles quæstionem περὶ τῆς φιλαυτίας, de amore sui ipsius in vtramque partem affirmando & negando disputasset, ex vulgi opinione: iam ipse vlterius progreditur ad suam sententiam explicandam. Vt autem commodius hoc faciat, præmittit distinctionem, qua ostendit vocabulum φιλαυτίας bifariam, id est, & in bonam & in malam partem posse sumi. Ex qua distinctione facile appare-

bit, quid ad propositam quæstionem possit responderi. Etenim maiore ex parte, & a plerisque vocabulum φιλαυτίας in malam partem & pro vitio accipitur. Nam significat eum amorem sui ipsius, quo quis cupiditatibus & affectibus suis nimium indulget circa externa bona: veluti sunt, *opes, diuitiæ, honores, voluptates corporis, quas, qui nimium expetunt, efficiuntur πλεονέκται, in omnibus potiores partes habere volunt, & ita iis indulgent, vt pro earum adeptione etiam patiantur, se ad quæuis flagitia & scelera pertrahi, modo vt possint suis cupiditatibus & affectibus satisfacere.* Hæc φιλαυτία vitiosa est, & merito reprehendenda, quam etiam Plato in lib. 5. de legibus ait, *esse fontem omnium malorum, quæ hominibus per eam accidunt.* Ac propterea, qui hoc modo sunt φίλαυτοι, id est, *se ipsos nimium amant*, merito quoque sunt reprehendendi. Quia autem maior pars horum hac φιλαυτία laborat: ideo factum est, vt vocabulum istud fere semper in malam partem accipiatur, & pro vitio habeatur.

φιλαυτία pro vitio.

φιλαυτία in naturalem partē maxima ex parte dicitur.

Vitiosa est hæc φιλαυτία

Est autem & altera, & quidem melior significatio huius vocabuli, quando significat eum amorem, quo quis præcipuam sui partem, id est, animum siue mentem maxime amat, ac propterea studet, eam præstantissimis bonis, id est, virtutibus, artibus, & scientiis excolere, & in iis sibi posteriores partes studet acquirere. Qui hoc modo sunt φίλαυτοι, sui amantes, hi non solum non sunt reprehendendi, sed maxime laudandi: propterea quod eam partem maxime amant, quæ in ipsis est præcipua & præstantissima, & quam merito debent amare, & omni studio excolere: sed quia pauci tales sunt, ideo vulgus hominum tales non solet φιλαύτους appellare, aut propterea eos reprehendere: quia maior pars ignorat, in qua re consistat vera φιλαυτία.

φιλαυτία in bonam partem.

C δόξειε δὲ μετ᾽.) Tertia hæc est huius capitis pars, in qua post distinctionem duplicis φιλαυτίας ostendit, virum bonum non solum esse: sed etiam maxime esse debere φίλαυτον. Ac quod ad primum attinet, virum bonum maxime esse sui amantem, id probat duabus rationibus. Prima hæc est: *Qui studet sibiipsi acquirere optima & præstantissima bona, is se maxime amat.*

Virum bonū maxime sui amantē esse, probatur 2. rationibus.

Sed

Sed vir bonus studet sibi ipsi acquirere optima & præstantissima bona, nempe virtutem, sapientiam, doctrinam, & erudit onem, & reliqua animi bona. Ergo *vir bonus maxime est φίλαυτος.* Secunda ratio: *Qui excolit præstantissimam sui partem, eamque omnibus bonis exornare studet, is maxime seipsum amat. Sed vir bonus,* &c. Ergo, &c. Minor probatur: *Quia vir bonus excolit mentem suam, quæ est præstantissima pars hominis, quam merito quisque debet amare & excolere.* Quemadmodum Cicero *in libro 1. Tusculanarum quæstion.* eo transfert dictum Apollinis, γνῶθι σαυτὸν, *nosce teipsum,* vbi inquit, cum Apollo monet, seipsum nosse, iubet, vt quisque animum suum noscat, cuius corpus est solum quasi vas aut receptaculum quoddam. Quod autem mens siue animus sit præstantissima hominis pars, probatur in hoc textu tribus rationibus. Prima ratio est: *Quia mens obtinet principatum in homine, ipsumque corpus & membra corporis regit atque conseruat: atque ideo ab ea homo habet suam denominationē, quemadmodum ciuitas aut Respublica aliqua denominatur ab ea parte, quæ habet dominium. Vnde dicitur, esse gubernatio regia, quoniam rex habet dominium: ita dicitur, esse aristocratia, quoniam οἱ ἄριστοι, id est, optimates in aliqua ciuitate habent dominium, imo in omnibus aliis quoque compositis rebus idem fieri videmus, vt quodlibet compositum denominationem suam habeat ab ea parte, quæ dominatur. Neque enim homo ideo homo dicitur, quia carnem, ossa, sanguinem, & reliqua membra habet, quoniam pleraque etiam communia habet cum aliis animalibus: sed ideo homo dicitur, quia mente & ratione est præditus.* Ideoque Plato inquit: *Non est homo illud ipsum, quod oculis cernitur: sed mens & animus, qui oculis cerni non potest, est ipse homo.* Et Cicero in libro 6. de Republica inquit: *Mensque cuiusque is est quisque, non ea figura, quæ digito monstrari potest.* Altera ratio, quamobrem mens siue animus sit præstantissima hominis pars, sumitur ab exemplo continentis & incontinentis: *Qui sic nominantur tantum propter mentem siue rationem, quæ in illis aut superior est, & vincit prauas cupiditates: vel ab illis vincitur*

Minoris probatio.

Mentem esse præstantissimam partem, probatur 3. rationib.

& superatur, vnde continens dicitur is, qui potest rationem frenare & coercere inordinatos affectus. Incontinens autem dicitur, qui non potest cupiditates suas vincere, sed patitur se ab illis vinci. Tertia ratio sumitur ab actionibus, quæ tantum æstimantur ratione mentis, vtrum sint spontaneæ, an vero inuitæ nominandæ, atque hæc est prima pars propositionis huius loci, quod nimirum vir bonus maxime sit sui amans.

Vir bonus quod non solum sit, sed maxime esse debeat sui amans.

Altera pars est, quód non solum sit, sed etiam esse debeat sui amans. Hanc sic probat. *Qui seipsum amando potest & sibi, & alijs prodesse, is debet esse φίλαυτος, id est, sui amans.* Sed *vir bonus seipsum amando potest & sibi & alijs prodesse.* Ergo *vir bonus debet esse φίλαυτος.* Minor probatur ex loco effectorum. Etenim vir bonus, quando seipsum, id est, animum & mentem suam amat, tum studet eam exornare pluribus virtutibus, quæ in ipso non sunt otiosæ qualitates, sed actuosæ, proferentes fructus ad alios. Hoc enim proprium est viri boni, vt sua virtute studeat aliis prodesse. Est præterea, vt Plato in Menone ait, ea vis & facultas virtutis, vt possit quam plurima bona homini suppeditare: & Socrates apud Platonem in Apologia ait, *Non pecunijs comparatur virtus, sed virtute comparantur pecunia, & omnia bona reliqua, non priuatim solum sed publice.*

Quemadmodum autem viri boni seipsos amando sibi & aliis prosunt: ita contra mali & improbi seipsos amando, & sibi & aliis nocent. Dum enim ex sui amore nimium indulgent propriis suis cupiditatibus, quibus satisfacere student, contaminant se variis sceleribus, quibus offendunt Deum, lædunt conscientiam, prostituunt famam & existimationem suam, accersunt sibi varios morbos, interdum etiam ante tempus ipsam mortem: nocēt etiam aliis, quibus vel iniuriam faciunt, dum eorum bona & facultates per fas & nefas ad se pertrahere nituntur: efficiuntur contumeliosi aduersus alios. Itaque quemadmodum decet virum bonum esse sui amantem: ita minime decet, malum & improbum sui esse amantem.

D ἀληθὲς δὲ περὶ τοῦ.) Hæc est postrema pars cap in

qua occurrit tacitæ obiectioni. Posset enim aliquis sic obiicere, *si vir bonus debet seipsum maxime amare. Ergo non debet pro patria aut pro amicis vitam suam, aut fortunas suas in periculum vocare. Nam qui hoc facit, is non videtur seipsum maxime amare, sed potius seipsum negligere, & patriam, vel amicum pluris facere quam seipsum.* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles per distinctionem bonorum: bona sunt duplicia, vel sunt honesta, vel sunt vtilia Honesta autem semper sunt præstantiora, & propterea præferenda vtilibus: sed vita & bona externa, vt sunt opes & facultates referuntur inter bona vtilia. Actiones autem virtutum, item forma bona & existimatio, honor, gloria, laus referuntur inter bona honesta. Itaque qui hæc sibi acquirere studet, neglectis & contemtis bonis illis vtilibus, is præstantiora sibi bona acquirit, & propterea seipsum magis amat, quam si studeret solũ bona vtilia acq̃rere: at qui pro patria aut pro amicis vitã suam in discrimen vocare, aut opes & facultates suas amittere non veretur, ille facit, ꝙ est maxime honestũ, gloriosum & laudabile, & propterea non seipsum contemnit & negligit, sed ea in re se maxime amat. quia pro caducis bonis, quæ alioqui tandem ei fuissent relinquenda, comparat sibi maiora & præstantiora bona, nempe laudem & perpetuam sui memoriam, quemadmodum Achilles, licet sciret sibi in bello Troiano moriendum esse: tamen maluit gloriosam illam mortem eligere, quam longæuam absque gloria traducere vitam, qua in re reuera seipsum maxime amauit, licet vitam longam, quam alii magnifaciunt, contemserit. Itaque non pugnant inter se, quando dicitur virum bonum maxime se debere amare, & virum bonum debere vitam & fortunas suas patriæ aut amicorum gratia contemnere.

Obiectio.

Responsio obiectionis.

ΚΕΦ. θ'.

A

Ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, εἰ δεήσεται φίλων, ἢ μή. οὐθὲν γάρ φασι φίλων δεῖν τοῖς μακαρίοις καὶ αὐτάρκεσιν· ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά. αὐτάρκεις οὖν ὄντας, οὐδενὸς προσδεῖσθαι· τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν, ἃ δι' αὑτοῦ ἀδυνατεῖ· ὅθεν τό,

Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

ἔοικε δ' ἀτόπῳ, τὸ πάντα ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι· ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι. εἰ δὲ φίλου ἐστὶ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν, ἢ πάσχειν, καὶ ἔστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς, τὸ εὐεργετεῖν· κάλλιον δ' εὖ ποιεῖν φίλους, ὀθνείων· τῶν εὖ πεισομένων δεήσεται ὁ σπουδαῖος. διὸ καὶ ἐπιζητεῖται, πότερον ἐν ἀτυχίαις μᾶλλον δεῖ φίλων, ἢ ἐν εὐτυχίαις. ὡς καὶ τοῦ ἀτυχοῦντος δεομένου τῶν εὐεργετησόντων, καὶ τῶν εὐτυχούντων, οὓς εὖ ποιήσουσιν. ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τὸ μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον. οὐδεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὑτὸν τὰ πάντ' ἔχειν ἀγαθά. πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ συζῆν πεφυκός· καὶ τῷ εὐδαίμονι δὴ τοῦθ' ὑπάρχει, τὰ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὰ ἔχει. δῆλον δὲ

CAP. 9.

Iam vero de eo, qui beatus est dubitatur, indigebitne amicis, necne? nihil enim inquiunt amicis opus habere felices & seipsis contentos. adesse enim ipsis quæ bona sunt: itaque cum sint contenti, nulla re amplius indigere. amicum autem, cum sit alter ipse, suppeditare ea, quæ per se quispiam nequit: unde illud,

Fauente fortuna quid amicis est opus?

Sed absurdum videtur, quæ bona sunt omnia beato attribuentes, amicos non tribuere: quod bonorum externorum esse maximum videtur. Quod si amici potius est beneficium conferre, quam accipere, bonique & virtutis est, benefacere: benefacere autem amicis, quam extraneis honestius est: probus vir ijs indigebit quibus bene fiat. vnde etiam quæritur, vtrum in aduersis rebus amicis magis opus sit quã in prosperis: eo quod & qui infortunatus est, indigeat beneficia collaturis: & qui fortunati sunt, quibus benefaciant. Absurdum etiam fortassis est, solitarium facere felicem: nemo enim velit seorsum ab alijs omnia bona habere. nam ad ciuilem communionem homo, & ad cõuictum natus est. & beato igitur hoc inest, quæ enim natura bona sunt, habet. constat aũt

tum

cum amicis & probis melius esse, quam cum extraneis & quibuslibet diem traducere. Opus est igitur beato amicis. Quid ergo primi illi dicunt, & quomodo vera dicunt? an quia plerique amicos eos esse opinātur qui utiles sunt? ac talibus quidem nihil felix indigebit, cum ipsi quæ bona sunt insint, sed neque illis qui ob voluptatem, vel parumper. Vita enim iucunda aduentitia voluptate nihil eget: cum vero talibus amicis non indigeat, non indigere amicis videtur. id autem verum forte non est. Initio enim dictum est, beatitudinem actum quendam esse. constat autem actum fieri, & nō inesse, ut possessionem aliquam. at si beatū esse in viuēdo & agendo consistit: boni autem actus honestus & iucundus per se est, ut initio dictum est: quod vero suum est cuiusque, e rebus iucundis est: spectare vero magis propinquos possumus quam nosmetipsos, illorumque actiones, quā nostras ipsorum. proborum igitur virorum actiones qui sint amici, bonis sunt iucundæ. (ambo enim ea habent quæ iucunda natura sunt) felix profecto amicis huiusmodi indigebit, siquidem contemplari cum delectu velit actiones honestas & suas ipsius: tales autē sunt, quæ sunt boni viri, qui amicus sit. existimant vero iucunde viuere oportere beatum. & certe solitario

ὡς μετὰ φίλων καὶ ἐπιεικῶν κρεῖττον, ἢ μετ' ὀθνείων καὶ τῶν τυχόντων συνημερεύειν. δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων. τί οὖν λέγουσιν οἱ πρῶτοι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν; ἢ ὅτι οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τοὺς χρησίμους εἶναι; τῶν τοιούτων μὲν οὖν οὐθὲν δεήσεται ὁ μακάριος, ἐπειδὴ τἀγαθὰ ὑπάρχει αὐτῷ. οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδὺ ἢ ἐπὶ μικρόν. ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ὤν, οὐθὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς. οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων, οὐ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων. τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές. ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται, ὅτι ἡ εὐδαιμονία, ἐνέργειά τις ἐστίν. ἡ δ' ἐνέργεια, δῆλον ὅτι γίνεται, καὶ οὐχ ὑπάρχει, ὥσπερ κτῆμά τι. εἰ δὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστὶν ἐν τῷ ζῆν καὶ ἐνεργεῖν, τοῦ ἀγαθοῦ δ' ἡ ἐνέργεια σπουδαία καὶ ἡδεῖα καθ' αὑτήν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται. ἔστι δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον, τῶν ἡδέων. θεωρεῖν δὲ μᾶλλον τοὺς πέλας δυνάμεθα ἢ ἑαυτούς, καὶ τὰς ἐκείνων πράξεις, ἢ τὰς οἰκείας. αἱ τῶν σπουδαίων δὴ πράξεις, φίλων ὄντων, ἡδεῖαι τοῖς ἀγαθοῖς· ἄμφω γὰρ ἔχουσι τὰ τῇ φύσει ἡδέα. ὁ μακάριος δὴ φίλων τοιούτων δεήσεται, εἴπερ θεωρεῖν προαιρεῖται πράξεις ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείας. τοιαῦται δ' αἱ τοῦ ἀγαθοῦ, φίλου ὄντος. οἴονται δὲ δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα. μονώτῃ

B

μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος. οὐ ῥᾴδιον γὰρ καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς. μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἄλλους, ῥᾷον. ἔσται οὖν ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα, ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτήν, ὃ δεῖ περὶ τὸν μακάριον εἶναι. ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει, ταῖς δ' ἀπὸ κακίας δυσχεραίνει· καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται. ἐπὶ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται. γίνοιτο δ' ἂν καὶ ἄσκησίς τις τῆς ἀρετῆς ἐκ τοῦ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς· καθάπερ καὶ Θέογνίς φησιν. φυσικώτερον δ' ἐπισκοποῦσιν ἔοικεν ὁ σπουδαῖος φίλος τῷ σπουδαίῳ, τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι. τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθόν, εἴρηται ὅτι τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό. τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζῴοις δυνάμει αἰσθήσεως· ἀνθρώποις δέ, αἰσθήσεως ἢ νοήσεως· ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται. τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ. ἔοικε δὲ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν· τὸ δὲ ζῆν τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ. τὸ δ' ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως· τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθόν, καὶ τῷ ἐπιεικεῖ. διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι. οὐ δεῖ δὲ λαμβάνειν μοχθηρὰν ζωὴν καὶ διεφθαρμένην, οὐδ' ἐν λύπαις. ἀόριστος γὰρ ἡ τοιαύτη, καθάπερ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῇ. ἐν τοῖς ἐχο-

difficilis vita est. non est enim facile seorsum ab alijs assidue in actione versari: cum alijs vero, & erga alios facilius. erit igitur actio magis assidua, quæ iucunda per se ipsam est: id quod in eo qui felix sit esse oportet. Probus enim quatenus est probus, actionibus ex virtute gaudet: & quæ sunt a vitio moleste fert: veluti musicus præclaris modulationibus oblectatur, prauis offenditur. Fiat vero etiam exercitatio quædã virtutis ex conuictu cũ bonis: quemadmodum & Theognis inquit. Naturam vero rei altius considerantibus videtur probus amicus probo natura expetendus esse. quod enim natura bonum est, diximus probo bonum & iucundum esse per se. viuere autem definiunt animalibus potestate sensus: hominibus vero, sensus vel intelligentia. potestas vero in actum deducitur. at in actu præcipuum est. Videtur autem viuere esse præcipue sentire vel intelligere: viuere vero ex ijs est, quæ per se bona & iucunda sunt. definitum enim est. quod autem est definitum, ex boni natura est: quod vero natura est bonum, probo etiam est. idcirco iucundum esse omnibus videtur. Nec vero sumenda est praua vita & corrupta, nec in doloribus. talis enim indefinita est, quemadmodum ea, quæ in ipsa insunt. In sequentibus

vero

vero de dolore planior res efficietur. quod si viuere ipsum bonum & iucundum (videtur vero id etiam, ex eo quod omnes id appetant, & maxime probi ac felices: his enim vita maxime est expetenda, ipsorumque vita felicissima est.) Qui autem videt se videre, sentit: & qui audit, se audire: & qui ambulat, se ambulare, atque in alijs simili modo: quiddam est quod sentit nos in actione versari. sentiamus vero nos sentire, & intelligimus nos intelligere. nos autem sentire vel intelligere, est esse (nam esse sentire, vel intelligere erat) at sentire se viuere, ex ijs est, quae per se sunt iucunda (vita enim natura bonum est; bonum vero sibi inesse sentire, est iucundum. Viuere autem expetendum est, & praecipue bonis: propterea quod esse bonum ipsis & iucundum est (consentientes enim id quod per se bonum est, laetitia afficiuntur.) Sicut vero erga seipsum affectus est probus, ita & erga amicum. alter enim ipse amicus est. quemadmodum igitur cuique se esse expetendum est, ita quoque amicum esse, vel propemodum: at esse erat expetendum, quia id bonū esse sentiebat. talis autem sensus iucundus per se est. sentire igitur simul etiam amicum esse oportet. id autem fiat in cōuiuendo, communicandisque sermonibus atque con-

[illegible] δὲ [illegible] τῇ λύπῃ [illegible] φανερώτερον. εἰ δ' αὐτὸ τὸ ζῆν ἀγαθὸν καὶ ἡδύ. (ἔοικε δὲ καὶ ἐκ τοῦ πάντας ὀρέγεσθαι αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιεικεῖς, καὶ μακαρίους. τούτοις γὰρ ὁ βίος αἱρετώτατος, καὶ ἡ τούτων μακαριωτάτη ζωή·) ὁ δ' ὁρῶν ὅτι ὁρᾷ αἰσθάνεται, καὶ ὁ ἀκούων ὅτι ἀκούει, καὶ ὁ βαδίζων ὅτι βαδίζει, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. ἔστι τι τὸ αἰσθανόμενον, ὅτι ἐνεργοῦμεν. αἰσθανοίμεθα δ' ἄν, ὅτι αἰσθανόμεθα, καὶ νοοῦμεν, ὅτι νοοῦμεν. τὸ δ' ὅτι αἰσθανόμεθα, ἢ νοοῦμεν ὅτι ἐσμέν. τὸ γὰρ εἶναι ἦν τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν. τὸ δ' αἰσθάνεσθαι ὅτι ζῇ τῶν ἡδέων καθ' αὑτό· φύσει γὰρ ἀγαθὸν ἡ ζωή· τὸ δ' ἀγαθὸν ὑπάρχον ἐν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι, ἡδύ, αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν, καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς, ὅτι τὸ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς καὶ ἡδύ. συναισθανόμενοι γὰρ τοῦ καθ' αὑτὸ ἀγαθοῦ, ἥδονται. ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον. ἕτερος γὰρ αὐτὸς ὁ φίλος ἐστί. καθάπερ οὖν τὸ αὐτὸν εἶναι αἱρετόν ἐστιν ἑκάστῳ, οὕτω καὶ τὸν φίλον, ἢ παραπλησίως. τὸ δ' εἶναι ἦν αἱρετόν, διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὑτοῦ ἀγαθοῦ ὄντος. ἡ δὲ τοιαύτη αἴσθησις ἡδεῖα καθ' ἑαυτήν. συναισθάνεσθαι ἄρα δεῖ καὶ τοῦ φίλου ὅτι ἔστι. τοῦτο δὲ γίνοιτ' ἂν ἐν τῷ συζῆν, καὶ κοινωνεῖν λόγων καὶ

διανοίας. οὕτω γὰρ ἂν δόξειε τὸ συζῆν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων λέγεσθαι, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν βοσκημάτων τὸ ἐν τῷ αὐτῷ νέμεσθαι. εἰ δὴ τῷ μακαρίῳ τὸ εἶναι αἱρετόν ἐστι καθ᾽ αὑτό, ἀγαθὸν τῇ φύσει ὂν καὶ ἡδύ. παραπλήσιον δὲ καὶ τὸ τοῦ φίλου ἐστί· καὶ ὁ φίλος τῶν αἱρετῶν ἂν εἴη. ὃ δ᾽ ἐστὶν αὐτῷ αἱρετόν, τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ, ἢ ταύτῃ ἐνδεὴς ἔσται. δεήσει ἄρα τῷ εὐδαιμονήσοντι φίλων σπουδαίων.

silio. ita enim videatur conuiuere in hominibus dici, & non sicut in pecudibus in eodem loco pasci. Si igitur feliti esse per se expetendum est, cum bonum natura & iucundum sit: simile autem est etiam de amico: amicus etiam ex rebus expetendis fuerit. at quod cuique est expetendum, id inesse ipsi opus est, alioqui indigus erit hac parte. opus erit igitur ei qui futurus est beatus, probis amicis.

COMMENTATIONES.

Beatus vtrũ opus habeat amicis.

A λῃτεῖται δὲ) In hoc cap. explicatur quæstio, *vtrum beatus etiam opus habeat amicis, & vtrum vita beata possit esse sine amicis?* Quia enim pleriq; præcipue hanc ob caussam aliorum amicitias expetunt, vt habeant eos, qui possint ipsis tẽpore necessario adesse & benefacere: beatus autẽ is propriè dicitur, qui nulla re eget, & omnium rerum habet affluentiam. Igitur videntur illi, qui beati sunt, nõ opus habere amicis, quatenus nulla re egent. De hac quæstione primum Aristoteles disputat in vtramq; partem, negando & affirmando: deinde suam explicat sententiam, & ostendit, quibus & qualibus amicis beatus opus habet. Quod ad primum attinet, id est, ad partem negatiuam duo adfert argumenta, quibus videtur probari posse, beatum non opus habere amicis. Primum argumentum est tale. *Qui est αὐτάρκης, id est, omnibus necessariis rebus satis instructus, ille non opus habet aliorum amicorum opera. At beatus est αὐτάρκης: alioqui enim non esset vere beatus, si aliqua re indigeret. Quoniam in inopia & indigentia non potest esse vera beatitudo.* Igitur *beatus non opus habet amicis.* Alterum argumentum sumitur ab auctoritate & testimonio Euripidis. *Quibus Deus cuncta largitur, hi non opus habent amicorum opera*: sed *beatis Deus omnia largitur.* Igitur, *beatus non*

Beatum non opus habere amicis.

I. Argum.

II.

ii non opus habent amicorum opera: & per consequens, *possunt aliqui esse beati etiam sine amicis.* Pro parte autem affirmatiua tres afferuntur rationes, quamobrem etiam ii, qui beati esse videntur, tamen opus quoq; habeant amicis. Prima ratio sumitur a toto ad partes: *quia vita in se complectitur omnia bona, ea etiam inter reliqua bona habet amicos, qui etiã in numero bonorũ recensentur: quemadmodum in lib. 8. cap. 1. & 7. ostensum est: imo amici numerantur inter præcipuum thesaurũ bonorum: quemadmodum inquit Herodotus, omnium bonorum pretiosissimus thesaurus est amicus prudens & beneuolus.* Altera ratio sumitur ex loco caussarũ, sine quibus non, quoniam sine amicis beatus nõ potest commode suas virtutes exercere. Itaq; *beato etiam non solum concedendi, sed etiam necessarii sunt amici, si modo reuera velit esse beatus: quoniã beatitudo præcipue consistit in actione & officio virtutis.* Tertia ratio sumitur ab absurdo: *Si beato non necessarii sunt amici.* Igitur *aut solitariam vitam traducere debet, aut viuere cum alienis & ignotis.* Sed *vtraq; hæc vita est molesta, & pugnat cum beatitudine.* Igitur *beato necessarii sunt amici ad vitam bene beateq; degendam.* Minor probatur: *Nam vita solitaria repugnat humanæ naturæ: quia homo natura est animal politicum, id est, amans ciuilem societatem & conuersationẽ: vnde etiam solitaria vita magis videtur conuenire bestiis, quam hominibus.* Et Aristot. in 1. lib. Polit. ait, *eum, qui solitariam vitam amat, non esse reuera hominem, sed aut præstantius quiddam quam homo, id est, aut esse Deum, aut esse bestiam: imo in solitaria vita non potest esse beatitudo.* Quod vero vita, quæ cum alienis & ignotis traducitur, sit molesta, illud per se notum est: maxime vero propter metum & suspiciones, quas habemus de ignotis & peregrinis, quorum animum & voluntatem erga nos non possumus scire: vnde fit, vt, qui inter ignotos & peregrinos versatur, non audeat libere loqui vel agere, quæ vellet. Cum autem in amicitia necessaria sit conuersatio, & vitæ vsus atque consuetudo: ideo necesse est, beato etiam concedere amicos, cum quibus possit libere absque metu & suspicione vitam suam traducere, & erga quos possit animi sui cogitationes declarare.

Beatum opus habere amicis.

I.

II.

III.

Rationis approbatio.

Beatus quibus & qualibus amicis in hac vita opus habeat.

B τὶ οὖν λέγουσι.) Hęc est altera pars huius cap. in qua Aristot. suā de quęstione proposita sententiā explicat, & distinctione ostendit, quibus & qualibus amicis vir beatus in hac vita videtur opus habere. Sunt enim triplices amici, quemadmodū initio 8. lib. dictum fuit: alii enim propter virtutem: alii propter vtilitatē: alii propter voluptatem amantur. Ex his tribus amicorum generibus beatus non videtur opus habere amicis vtilibus aut iucundis: quia quatenus beatus est, eatenus etiam omnibus aliis bonis abundat, vt non necesse habeat, ea ab amicis petere aut exspectare. Praeterea beatitudini per se coniuncta est voluptas, vt non opus sit viro beato aliunde voluptatem sibi accersere. Etsi vero non egeat beatus his duobus amicorū generibus, tamen opus habet tertio genere amicorū qui propter virtutē amantur, & sunt honesti & viri boni. Quod autē talibus amicis opus habeat, prolixe Aristot. vsq; ad finem cap. ostendit, quæ omnia possunt ad quatuor argumenta referri. Primum argumentū tale potest esse: *In quā re beatus potest actiones suas optime contemplari, & ex ea contemplatione sese oblectare, ea quoq; viro beato est necessaria.* Sed *beatus optime potest actionē suas contemplari in amicis, qui sunt viri boni.* Igitur *tales amici beato sunt necessarii.* Minor probatur: *Quia actiones non sunt res aliquæ subsistentes, sed in motu consistunt, qui motus in rem subiectam terminatur, & vim suam exserit: cum autem beatitudo sit operatio, quæ ex virtute proficiscitur, necesse est, vt illa operatio dirigatur in rem aliam, tanquam in subiectum sine obiectum, in quo qualitas operationis siue actionis tandem cernitur.* Cum igitur beatus agit ex virtute, virtutis autem actiones sunt honestæ agenti, & vtiles iis, erga quos exercentur: itaq; beatus, quando virtutem suam exercet erga amicos, in illis ipsis suas actiones contemplatur, & ex ea contemplatione percipit voluptatem. Præterea, quoniam amicus est tanquam alter idem, qui, si est vir bonus, etiam bene agit, atque hæ ipsæ actiones, quando ab amico perspiciuntur, etiam ei sunt iucundæ, non secus ac si ipse eas egisset. Alterum argumentum fere idem est cum præcedente: quoniam enim beati viri proprium est agere ex virtute: non autem potest erga seipsum

Beatus opus habet amicis q. propter virtutem amant, probatur hoc 4. argum.

I.

Minoris probatio.

II.

ipsum commode ex virtute agere, sed necesse est, vt habeat alios, erga quos virtutem suam exerceat, & quorum opera tanquam instrumentis in agendo possit vti: ideo omnino ei necessarii erunt amici; alioqui non poterit commodè virtutem exercere, neque sentire voluptatem, quæ ex actionibus virtutum percipitur. Tertium argumentum: *Beato etiam ideo necessarii sunt amici, quia propter conuersationem, quæ ad amicitiam colendam maxime requiritur, quemadmodum in 8. lib. dictum fuit: non autem quorumlibet hominum conuersatio est iucunda, sed tantum virorum bonorum, quæ præter iucunditatem etiam in se habet magnam vtilitatem, quemadmodum contra malorum & improborum hominum conuersatio non solum molesta est, sed etiam noxia, quemadmodum Theognis præcipit: Cum malis & improbis non esse conuersandum, sed cum bonis & honestis, quorũ est præclara virtus: Nam,* inquit, *a bonis bona disces: si vero malis te coniunxeris, etiam mentem tuam peruertes.* Atque hæc sunt tria huius loci argumenta, quibus ostenditur, beatum ideo opus habere amicis, viris bonis & honestis, vt commodius virtutem suam exercere, virtutis suæ actiones contemplari, & inde veram voluptatem percipere possit.

III.

C φυσικώτερον δὲ.) Quartum argumentum, desumtum est ex ipsa caussa. Vult enim ostendere, naturaliter viro bono & beato amicum esse iucundum. Argumentum hoc prolixe proponitur, & multas habet propositiones siue ὑποθέσεις, quarum vna ex altera dependet, quemadmodum fieri solet in syllogismis compositis, qui ex pluribus constant propositionibus, quæ tamen omnes ad vnam eandem conclusionem conficiendam pertinent. Poterimus totum hunc locum commode in quinq; syllogismos resoluere, ex quibus semper posterior syllogismus assumit conclusionem prioris. Sunt autem omnes propositiones, vt Aristoteles ipse ait, ex ipsa natura desumtæ. Primus itaq; huius totius argumentationis est talis; *Quod sua natura est bonum & iucundum, illud etiam viro bono & beato est iucundum: quoniam vir bonus maxime expetit & probat ea, quæ sunt secundum naturam: fugit autem & auersatur ea, quæ naturæ repu-*

IV.

Totus hic locus in 5. syllogis. resoluitur.

I. Syllog.

gnat. Sed *esse & viuere sua natura est bonum & iucundum.* Igitur *esse & viuere etiam est viro bono & beato bonum & iucundum.* Minor propositio huius syllogismi, in qua dicitur, quod esse & viuere sua natura sit bonum & iucundum, probatur duabus rationibus. Prima hæc est; *Omne finitum est in numero bonorum, secundum Pythagoræos.* Sed *vita est finitum quiddam: quia definitur partim facultate sentiendi, vt in brutis animalibus: partim vero facultate sentiendi & intelligendi, vt in hominibus.* Ergo *vita est in numero bonorum.* Intelligenda autem est hoc loco vita honesta & bona: Nam vita mala & inhonesta non est finita, propterea quod ei insunt vitia, quæ sunt infinita, secundum Pythagoræos. Altera ratio minoris propositionis: *Quicquid a viris bonis expetitur, id quoque est bonum.* Sed *vita expetitur a viris bonis, qui ideo longissimam vitam expetunt, vt possint pluribus prodesse.* Igitur *etiam vita est in numero bonorum.*

Minor probatur 2. rationibus. 1. — *Vita mala non est finita.* 2.

II. Alter syllogismus: *Vita seu viuere est bonum quiddam & iucundum. Vita autem definitur facultate sentiendi & intelligendi, vt paulo ante dictum est.* Igitur *vitam sentire etiam est iucundum.* Etenim id bonum, quod non sentitur, neque intelligitur est quasi nullum bonum. Ideo Aristoteles dicit, sentire & intelligere, se esse & viuere, est iucundum.

III. Tertius syllogismus: *Quicquid viro bono est iucundum in seipso, id ei quoq; iucundum est in amico: quia eodem modo erga amicum est affectus, quo erga seipsum.* Sed *viro bono in seipso iucundum, quando sentit se viuere.* Igitur *etiam ei id est iucundum in amico:* & per consequens, *viro bono vita amici est iucunda.*

IV. Quartus syllogismus: *Sentire & intelligere amicũ esse, & viuere, est viro bono iucundum, quemadmodum iam est ostensum.* Sed *amicum esse & viuere sentitur & intelligitur præcipue ex mutua conuersatione.* Igitur *conuersatio amici est viro bono iucunda.*

V. Postremus syllogismus: *Quod viro bono est iucundum, id ei quoq; necessarium est ad beatitudinem, alioqui beatitudo eius esset imperfecta.* Sed *conuersatio amici est viro bono iucunda, quia ex ea sentit & intelligit amicum suũ esse & viuere.* Igitur *viro bono etiam necessarii sunt amici, vt beatitudo eius sit plena & perfecta.*

CAP.

CAP. 10.

Vtrumne igitur quam plurimi amici faciendi sunt, an quẽadmodũ de hospitalitate concinne dictum illud videtur,

Nec multorum hospes, nec nullorum:

in amicitia quoq; conueniet, neque amicis expertem esse, neque supra modum abundare? Ac ad vtilitatem quidem spectãtibus, valde etiam congruere quod dictum est, videatur. multis enim vicissim ministrare, laboriosum est non suntque ipsis ad id agendum res ad viuendum paratæ satis. Plures igitur quam qui ad suam cuiuis vitam ducendam sufficiant, curiosi sunt, & ad bene viuendum impedimento. nihil itaq; ipsis opus est. Qui vero ad voluptatem, ijs pauci satis sunt, quemadmodum in edulio condimentum. Probi autem, vtrumne plurimi numero, an modus quispiam amicorũ quoq; est vt ciuitatis? neq; enim ex decem hominibus ciuitas fiat, neq; ex centum millibus iam ciuitas existit. Sed quantitas non est fortasse vna quædam, sed omnia quæ inter definita quædam media est: & amicorũ igitur multitudo definita quædam est. & fortasse plurimi sint, quib. cum viuere quispiam possit. id enim maxime ad amicitiã pertinere videbatur. Non posse autẽ cum multis viuere quempiã, multisq; se impertire, obscurũ non est. esse præterea illos quoq; inter sese

ΚΕΦ. ί.

A Ἆρ' οὖν ὡς πλείστους φίλους ποιητέον, ἢ καθάπερ ἐπὶ τῆς ξενίας ἐμμελῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, τὸ,

Μήτε πολύξεινος, μήτ' ἄξεινος·

καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας ἁρμόσει μήτ' ἄφιλον εἶναι, μήτ' αὖ πολύφιλον καθ' ὑπερβολήν; B τοῖς μὲν δὴ πρὸς χρῆσιν, καὶ πάνυ δόξειεν ἂν ἁρμόζειν τὸ λεχθέν. πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν, ἐπίπονον, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πράττειν· οἱ πλείους δὴ τῶν πρὸς τὸν οἰκεῖον βίον ἱκανῶν, περίεργοι καὶ ἐμπόδιοι πρὸς τὸ καλῶς ζῆν. οὐθὲν οὖν δεῖ αὐτῶν. καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν δὲ ἀρκοῦσιν ὀλίγοι, καθάπερ ἐν τῇ τροφῇ τὸ ἥδυσμα. C τοὺς δὲ σπουδαίους, πότερον πλείστους κατ' ἀριθμὸν, ἢ ἐστί τι μέτρον καὶ φιλικοῦ πλήθους ὥσπερ πόλεως; οὔτε γὰρ ἐκ δέκα ἀνθρώπων γένοιτ' ἂν πόλις, οὔτ' ἐκ δέκα μυριάδων ἔτι πόλις ἐστί. τὸ δὲ ποσὸν οὐκ ἔστιν ἴσως ἕν τι, ἀλλὰ πᾶν τὸ μεταξὺ τινῶν ὡρισμένων· καὶ φίλων δή ἐστί τι πλῆθος ὡρισμένον· καὶ ἴσως οἱ πλεῖστοι, μεθ' ὧν δύναιτ' ἄν τις συζῆν. τοῦτο γὰρ ἐδόκει φιλικώτατον εἶναι. D ὅτι δ' οὐχ οἷόν τε πολλοῖς συζῆν, καὶ διανέμειν αὑτὸν, οὐκ ἄδηλον. ἔτι δὲ κἀκείνους δεῖ ἀλλήλοις

multi vel pauci amici sint habendi. In ea enim re sæpe numero peccatur in vtramque partem. Quidam enim adeo sunt μισάνθρωποι & morosi, vt nullorum amicitiam magnifaciant: contra vero quidam nimium sunt in hac parte faciles, adeo vt cupiant omnibus esse amici, & quam plurimos habere amicos, quos Lucianus reprehendit, & comparat eos meretricibus, quæ cum pluribus viris habent commercia, & Plutarchus eos, qui omnium volunt esse amici comparat Polypo, qui cuiuis rei adhæret, & eius colorem assumit: præterea eos comparat craculis, qui turmatim volant, & in maximo numero sese coniungunt: Quid ergo de hac quæstione sentiendum sit in hoc capite explicatur, cuius etiam in præcedente libro cap. 6. mentio fuit facta.

Amici vtrum multi an pauci habendi.

Sunt autem huius capitis duæ partes. In prima proponitur ipsa quæstio de numero & multitudine amicorum: in altera respondetur ad quæstionem secundum species singulas amicitiæ. Quod igitur ad ipsam quæstionem attinet, quæritur, *vtrum vel multi vel pauci amici sint habendi:* Quam quæstionem Aristoteles comparat ei quæstioni, quæ est apud Hesiodum libro secundo de hospitalitate Est enim hospitalitas etiam species quædam amicitiæ: quemadmodum *in libr.* 8. dictum est. Monet vero Aristoteles generatim ad propositam quæstionem de amicorū numero & multitudine, idem fere responderi posse, quod Hesiodus præcipit de hospitalitate. Inquit enim Hesiodus, circa hospitalitatem ita debere nos gerere, vt neque omnino nullos, neque etiam valde multos hospites habeamus, id est, fugiendum esse, vtrumque extremum illud quod est in defectu, & quod est in excessu. Idem etiam in amicitia seruandum est, vt vtrumque extremum fugiamus, nempe τὴν ἀφιλίαν *amicorum destitutionem,* & τὴν πολυφιλίαν, *id est, nimiam amicorum multitudinem.*

B τοῖς μὲν δὴ πρὸς χρῆσιν,) Hæc est altera pars cap. in qua primum percurrit singulas tres species amicitiæ, & inquirit; *vtrum in illis πολυφιλία locum habere possit.* Deinde aliquot argumentis probat de vera amicitia, quod in ea non possit πολυφιλία locum habere. Primum ergo agit de amicitia, quæ propter vtilitatem est consti-

Amicos plures esse non posse. *1.*

tuta, in ea inquit non posse plures amicos locum habere. Idq; propter tres caussas. Prima est. *Quia plurib. amicis simul velle prodesse, & operā atq; officia necessaria præstare, est laboriosum & difficile, & ppe impossibile, cū interdum vix vnusqsq; sibi ipsi sufficiat vt sua negotia & commoda possit vtiliter & recte procurare.* II. caussa *quia pluribus amicis velle prodesse & largiri facile attenuat & imminuit rem nostram familiarem, adeo vt tandem facultates nostra non sufficiant.* III. caussa est, *quia pluribus nostram operam præstare, & aliorum negotijs nos implicare, sæpe numero impedimento nobis est, ad honeste viuendum, id est, ad virtutis exercitia præstanda, ad rempubl. iuuandam, ad excolenda magis seria studia: Imo qui hoc modo alijs suas operas semper præstant, necesse, vt negligant suam rem domesticam.* Quæ a. amicitiæ voluptatis gratia sunt constitutæ, in iis ẽt non plures sunt habendi. Quod Arist breuissima similitudine declarat, desumta a condimẽtis ciborum. *Quemadmodum in cibis condimenta minima delectant, & cibos ipsos reddunt suauiores & gratiores. Si vero condimenta fuerint nimis multa, nauseam afferunt edentibus, & cibos reddunt minus gratos, ita etiam in amicitijs voluptatis gratia constitutis pauci amici possunt afferre delectationem, plures autem amici facile pariunt fastidium & molestiam.*

II.

III.

C τῶν δὲ σπουδαίων.) Quod vero ad tertiam speciem attinet, quæ est propter virtutem, inter viros bonos, de ea Aristoteles tradit hoc præceptum *In vera amicitia non plures amici sunt habendi, quam videantur esse idonei & accommodati ad vitæ conuersationem & officiorum amicitiæ communicationem.* Probatur hoc præceptum ab exemplo simili de ciuitate. *Quemadmodum ciuitas non potest constitui ex nimium paucis hominibus, veluti ex decem ciuibus, neque etiam ex nimium multis, veluti ex centum millibus ciuibus: ita etiam nimia amicorum multitudo in constituenda vera amicitia fugienda est, propterea quod impedit officia amicitiæ. Itaq; modus aliquis tenendus est inter vtrumq; extremum, excessum scilicet & defectum: modus autem ille æstimandus ex cõmoditate conuictus atq; conuersationis, vt tot habeamus amicos, quot videantur esse idonei, cum quibus possimus simul viuere & officia nostra communicare.*

D οἷα δ' ἔχουσιν.) Hæc est altera pars responsionis ad quæstionem de vera amicitia, quæ non vtilitatis aut voluptatis, sed virtutis gratia inter aliquos est constituta, *vtrum in ea possit πολυφιλία locum habere.* Negat hoc Aristoteles & aliquot rationibus probat, etiam in vera amicitia non plures deligendos esse amicos. Desumtæ autem sunt illæ rationes ex proprietatibus veræ amicitiæ, quæ in superioribus fuerunt declaratæ. Prima ratio est talis. *Inter quos non potest commode esse communis conuersatio & officiorum communicatio, inter eos etiam non potest esse vera amicitia. Sed inter plures non potest commode esse communis conuersatio & officiorum communicatio* igitur *inter plures esse non potest vera amicitia, & per consequens non sunt plures deligendi amici.* Minor probatur, *quia plures amici sæpe sunt in diuersis locis: at non possumus simul vno eodemq; tempore cum pluribus in diuersis locis esse.* Præterea *dum pluribus officia nostra volumus præstare, necesse est, vt dum vni satisfacere studemus, alterũ negligamus, aut non æque omnibus satisfaciamus: difficile enim sæpenumero est vni aut duobus satisfacere, multo igitur difficilius est pluribus velle simul inseruire & satisfacere.* Altera ratio, *si vnus potest plures habere amicos, necesse est, vt illi quoque inter se sint amici: alioqui potest vel ipse eodem modo erga eos esse affectus, vel ipsi erga illum: difficile autem est plures erga vnum aut vicissim vnum erga plures, aut deniq; plures inter seipsos plane eodem modo esse affectos propter diuersitatem morum, ingeniorum, studiorum.* Item *propter diuersam vitæ conditionem & statum: itaq; etiam difficile est vnum posse veram amicitiam cum pluribus colere.* Tertia ratio, *amicorum proprium est iisdem rebus gaudere & dolere, idq; eodem modo & tempore & propter easdem caussas, sed difficile, imo impossibile est simul eodemque tempore pluribus gaudere aut condolere: propterea quod hi affectus sunt inter se contrarij, vt non possint simul in animo alicuius locum habere. Ideo difficile cum pluribus veram amicitiam colere.* Minor probatur, *quoniam fieri potest, vt vno eodemq; tempore vnus amicus vocet nos ad nuptias: alter vero cui mortuus est filius aut mortua vxor, vocet nos ad funus: hic necesse esset simul & gaudere & tristari propter diuersos casus amicorum.*

I.

II.

III.

CAP. II.

Vtrum autem magis amicis opus est in prosperitatibus, quam in infortunijs? in vtrisque enim requiruntur. nam & infortunati egent subsidio, & fortunati conuictoribus, & in quos beneficia conferant. benefacere enim volunt. Atque in infortunijs quidem necessarium magis est: ideo vtilibus ibi est opus. at in prosperitatibus est honestius. vnde etiam probos quaerunt. hos siquidem expetendum magis est beneficijs afficere, cum hisq; vitam traducere. est enim praesentia haec amicorum iucunda, & in prosperis & in aduersis rebus. subleuantur enim qui dolent, condolentibus amicis. Vnde etiam dubitarit quispiam, nunquid quasi oneris partem suscipiant, an id quidem minime: sed praesentia ipsorum, quae suauis est, condolendique conscientia dolorem minorem reddant? Sed hanc ne ob caussam, an ob aliud quippiam subleuentur, omittamus. euenire tamen illud, quod dictum est, videtur. Apparet vero praesentia mista quaedam eorum esse. nam & ipse conspectus amicorum iucundus est, cum alioqui, tum infortunato: fitq; subsidium quoddam ad non dolendum. amicus enim consolari potest & aspectu, & oratione, si commodus sit. nam mores nouit,

ΚΕΦ. ια΄.

A Πότερον δὲ ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ, ἢ ἐν ἀτυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται. οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες δέονται ἐπικουρίας, οἵ τ' εὐτυχοῦντες συμβίων, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσι. βούλονται γὰρ εὖ δρᾷν. ἀναγκαιότερον μὲν δὴ ἐν ταῖς ἀτυχίαις. διὸ τῶν χρησίμων ἐνταῦθα δεῖ. κάλλιον δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις. διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι. τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν, καὶ μετὰ τούτων διάγειν. ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις καὶ ἀτυχίαις, κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι συναλγούντων τῶν φίλων. διὸ κἂν ἀπορήσειέν τις, πότερον ὥσπερ βάρους μεταλαμβάνουσιν, ἢ τοῦτο μὲν οὔ, ἡ παρουσία δ' αὐτῶν ἡδεῖα οὖσα, καὶ ἡ ἔννοια τοῦ συναλγεῖν, ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ. εἰ μὲν οὖν διὰ ταῦτα ἢ δι' ἄλλο τι κουφίζονται, ἀφείσθω. συμβαίνειν δ' οὖν φαίνεται τὸ λεχθέν. ἔοικε δ' ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν τοὺς φίλους, ἡδύ, ἄλλως τε καὶ ἀτυχοῦντι, καὶ γίνεταί τις ἐπικουρία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι. παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος. οἶδε γὰρ τὸ ἦθος,

καὶ ἐφ' οἷς ἥδεται καὶ λυπεῖται. τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι ἐπὶ ταῖς αὐτοῦ ἀτυχίαις, λυπηρόν. πᾶς γὰρ φεύγει λύπης αἴτιος εἶναι τοῖς φίλοις. διόπερ οἱ μὲν ἀνδρώδεις τὴν φύσιν, εὐλαβοῦνται συλλυπεῖσθαι τοὺς φίλους αὐτοῖς· κἂν μὴ ὑπερτείνῃ τῇ ἀλυπίᾳ τὴν ἐκείνοις γινομένην λύπην, οὐχ ὑπομένει. ὅλως τε συνθρήνους οὐ προσίεται, διὰ τὸ μηδ' αὐτὸς εἶναι θρηνητικός. γύναια δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες, τοῖς συστενάζουσι χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους καὶ συναλγοῦντας. μιμεῖσθαι δ' ἐν ἅπασι δεῖ δῆλον ὅτι τὸν βελτίω. ἡ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις τῶν φίλων παρουσία, τήν τε διαγωγὴν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ τὴν ἔννοιαν, ὅτι ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς. διὸ δόξειεν ἂν δεῖν, εἰς μὲν τὰς εὐτυχίας καλεῖν τοὺς φίλους προθύμως· εὐεργετικὸν γὰρ εἶναι, καλόν. εἰς δὲ τὰς ἀτυχίας, ὀκνοῦντα· μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν· ὅθεν τό, Ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν. μάλιστα δὲ παρακλητέον, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες, μεγάλα αὐτὸν ὠφελήσειν. ἰέναι δὲ ἀνάπαλιν ἴσως ἁρμόζει, πρὸς μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας, ἄκλητον καὶ προθύμως· φίλου γὰρ εὖ ποιεῖν, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν χρείᾳ, καὶ τοὺς μὴ ἀξιώσαντας. ἀμφοῖν γὰρ καλ-

B

& quibus lætetur ac doleat. sentire autem cum dolore suas ob calamitates, molestum est. nam vnusquisque eui at, ut doloris amicis auctor sit (atque idcirco qui viriles natura sunt, cauent ne amici secum condoleant) & nisi dolorem qui ab illis suscipitur, indolentia exsuperet, non sustinet: atque omnino lamentorum socios non admittit, propterea quod neque ipse est ad lamentandum procliuis. Muliercula vero atque huiusmodi viri, congementibus delectantur, eosque ut amicos & condolentes diligunt. sed in omnibus oportet eum imitari, videlicet qui melior sit. at vero in prosperis rebus amicorum præsentia, & vita traductionem iucundam habet, & intelligentiam, quod de suis bonis lætentur. Quocirca videatur oportere ad prosperitates promte amicos inuitare (beneficum enim esse, honestum est) ad aduersas autem, pigrescentem. nam malorum participes quam minimum facere amicos decet: vnde illud, Satis ego miser. Maxime autem inuitandum, quando parua molestia suscepta prodesse multum possunt. At ire e contrario fortasse conuenit, ad infortunatos quidem non inuitatum & promte (amici enim est benefacere, & maxime indigentibus, & non postulantibus: vtrisque enim hone-

honestius est, atque iucundius) ad prosperitates vero, vt vna agant quidem promte (etenim ad hac quoque amicis opus est) vt autem beneficiis afficiamur, lente. quandoquidem promtum esse ad vtilitatem consequendam, honestum nō est. Iniucunditatis vero opinio reijciendo fortasse vitanda est. quandoque enim contingit. Esse igitur amicorum præsentia expetenda in omnibus videtur.

λιον καὶ ἥδιον· εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας, συνεργοῦντα μὲν προθύμως· καὶ γὰρ εἰς ταῦτα χρεία φίλων. πρὸς εὐπάθειαν δὲ σχολαίως. οὐ γὰρ καλὸν τὸ προθυμεῖσθαι ὠφελεῖσθαι. δόξαν δ' ἀηδίας ἐν τῷ διωθεῖσθαι ἴσως εὐλαβητέον. ἐνίοτε γὰρ συμβαίνει. ἡ παρουσία δὴ τῶν φίλων ἐν ἅπασιν αἱρετὴ φαίνεται.

COMMENTATIONES.

A *πότερον δὲ*) In hoc cap. explicatur quæstio de amicorum necessitate & vtilitate, tam in secunda, quam in aduersa fortuna, cui etiam annectitur altera de aduocandis aut conueniendis amicis in secunda vel aduersa fortuna constitutis. Quod ad primam attinet quæstionem, Aristoteles proponit eam per comparationem. Ait enim quæri posse, *Vtrum amicis magis opus sit in aduersa fortuna, quam in secunda.* Ad hāc quæstionem respondet, primum generatim: deinde in specie vel singulis amicorum generibus.

Amicis opus est in secunda & aduersa fortuna.

Generalis responsio est, in vtraque fortuna opus esse amicis in aduersa quidem, vt nobis adsint suo consilio & auxilio, sua opinione, atq; opera. Nemo enim fidelior est in consulendo aut in ferendo auxilio promtior, quam fidus & bonus amicus: in secunda autem fortuna, etsi in amicorum auxilio nō videamur egere, tamē propter duas caussas sunt nobis necessarii: primum propter conuictum & conuersationem: quoniam, *vt in 9. c. dictū fuit*, vita solitaria, aut quę est sine amicis, est admodum molesta: deinde propter exercendam beneficentiam, quæ maxime est declaranda erga amicos. Itaque viro bono molestum est, non habere amicos erga quos suum animum declarare, aut cum quo possit aliarum virtutum rationes exercere. Altera responsio ad

potest suum amicum in aduersa fortuna constitutũ consolari, quatenus nouit eius ingenium & mores, & scit, quibus rebus opus habeat, & quibus rationibus & modis possit iuuari. Vnde Euripides inquit, *Nullũ est aliud præsentius remedium mortalibus, quam viri boni & amici consolatio.* Et Menander inquit *hominibus in doloribus & calamitatis constitute suauissimus est sermo amici.* Contra vero interdum amici pręsentia est amico in aduersa fortuna constituto molesta: etiam propter duas caussas. Primum, *quia talis amicus non libenter prabet suo amico caussam doloris ex sua aduersa fortuna, vnde interdum amici solent dissimulare apud alios amicos suos dolores & suas miserias, ne ipsos quoq; dolore aliquo afficiant.* Quemadmodum Virgilius libro primo ait de Ænea, *spem vultu simulat premit alto corde dolorem*, ne videlicet suos quoq; socios pusillanimes redderet. Altera vero caussa est, *quia viri boni sunt fortes, & magno animo praditi. Ideo non libẽter vident alios dolentes & lacrymantes, neq; etiam libenter prabent alijs caussam lacrymarum: Contra vero molles & ignaui libenter vident alios lacrymantes. Quemadmodũ apparet in muliereulis, qua quando sape leuissimis de caussis lacrymanture, etiam conantur aliarum lacrymas prouocare.* Itaque *præsentia amicorum in aduersa fortuna expetenda est partim propter solatium, partim etiam propter auxiliũ: In secũda autem fortuna expetẽda est propter τὴν διαγωγὴν, id est, vita conuersationem & recreationem qua maxime consistit in virtutum exercitijs.*

B Διὸ δόξειεν ἂν) Altera quæstio huius cap. est, qua quęritur, *quomodo & quatenus amici in vtraque fortuna sint vel ad nos vocandi, vel etiam a nobis accedendi.* In hac enim re plurimum sæpe peccatur. Plerique enim statim aduolant & accurrunt, quando amicis aliquid prospere & feliciter contigit, sperantes quoque aliquid inde cõmodi se accepturos, contra vero admodum cunctanter, & tarde accedunt amicos in aduersa fortuna & calamitate aliqua constitutos: sic etiam in eo peccatur, quod plerique statim ad se aduocant amicos, quando aduersi aliquid eis accidit: vbi vero prospera vtuntur fortuna, raro aut sero eos accersunt, ne cogantur etiam aliquid illis impertiri. Docet ergo Aristoteles, quid in vtroque

Amici quatenus & quomodo in vtraq; fortuna ad nos vocãdi, vel a nobis accedendi.

tempore faciendum sit, & primum, *quando sint amici ad nos vocandi.*

Deinde, *quando sint conueniendi, siue accedendi.* Quod igitur ad primam partem quæstionis attinet, quæ est de conuocandis amicis, Aristoteles duo præcepta tradit quodammodo contraria. Nam, inquit, in secunda fortuna amici statim sunt ad nos vocandi, vt nimirum eos quoque participes faciamus nostræ felicitatis, & nostrorum gaudiorum: in aduersa autem fortuna tardius sunt ad nos vocandi, ne videlicet videamur nos eos libenter velle aliquo dolore & molestia afficere ex nostris infortuniis & calamitatibus. Vnde etiam Salomon in 27. cap. prouerbiorum inquit: *in infortunio tuo ne ingrediaris domum fratris tui, ne videlicet ipsi quoque dolorem ex tuo infortunio parias.* Vtriusque huius præcepti ratio sumitur ex proprio amicorum officio, qui potius debent suis amicis bona quam mala impertiri. Posterius autem præceptum confirmat Aristoteles auctoritate, & testimonio Euripidis, apud quem Orestes non vult suo socio & amico Pyladi calamitates suas & ærumnas exponere, ne ex illa commemoratione, ei quoque dolorem adferat, cumque Pylades vrgeret, vt ei exponeret, quid maxime ipsum premeret, noluit facere, sed respondit, satis est me miserum esse. Huic præcepto annectit etiam correctionem, qua ostendit, quando potissimum amici in aduersa fortuna sint accersendi. nimirum, *quando cum parua sua molestia & exiguo labore plurimum possunt nobis prodesse.*

Amicorũ conuocãdorũ, duo præcepta. I.

Atque hæc de prima parte quæstionis, quando amici sint aduocandi vel accersendi ad nos. Sequitur altera pars, quando nimirum sint conueniendi. De hac etiam duo præcepta traduntur. Primum est, *in aduersa fortuna statim accedere debemus amicum, & eum (si possumus) iuuare: neque exspectandum est, donec ab eo vocemur, aut donec ipse a nobis auxilium postulet. Etenim beneficia & auxilia, quæ cito & vltro deferuntur, longe gratiora sunt quam quæ postulando tarde extorquentur.*

Amicorũ conueniendorũ præcepta.

Alterum præceptum est, *in secunda fortuna, amicum accedere debemus partim cito, & animo promto, partim tarde & cunctãter. Cito accedere eum debemus, si volumus*

ei

ei gratulari, aut possumus ipsius fortunam secundam iuuare: tarde autem si cupimus participes fieri eius felicitatis, ne videamur potius nostri commodi caussa ipsum accedere, quam vt de felicitate ipsi gratulemur. Quod si vero beneficium aliquod nobis offert, & cupit nos quoque participes reddere suæ felicitatis, cauenda est inciuilitas, ne omnino eius beneficia videamur aspernari aut contemnere.

CAP. 12.

Igitur quemadmodum amantibus aspectus est carissimus, magisque expetunt hunc sensum quam ceteros, vtpote cum ex eo amor & maxime existat & oriatur: ita quoque amicis conuictus expetendus maxime est. Amicitia enim est communicatio: & sicut erga seipsum affectus est, ita quoque erga amicum: at sensus erga se cuiusque quod sit, expetenda est: erga amicum igitur quoque erit. sed actus eis in conuiuendo fit. Quare merito id appetunt. Quodque est singulis esse, aut cuius caussa viuere expetunt, in ea re cum amicis degere volunt. Quocirca alij compotant, alij alea colludunt, vna se exercent quidam & vna venantur, nonnulli simul philosophantur: in ea vero singuli diem simul traducētes, quam maxime rerum in vita diligunt. nam conuiuere cum amicis volentes, hæc faciunt, hæcque illis communicant, quibus cum putant

ΚΕΦ. ιβ'.

Ἆρ' οὖν ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι, καὶ μᾶλλον αἱροῦνται ταύτην τὴν αἴσθησιν, ἢ τὰς ἄλλας, ὡς κατὰ ταύτην μάλιστα τοῦ ἔρωτος ὄντος καὶ γινομένου· οὕτω καὶ τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν· κοινωνία γὰρ ἡ φιλία· καὶ ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ πρὸς τὸν φίλον. περὶ αὐτὸν δὲ ἡ αἴσθησις ὅτι ἐστὶν, αἱρετή. καὶ περὶ τὸν φίλον δή. ἡ δὲ ἐνέργεια γίνεται αὐτοῖς ἐν τῷ συζῆν. ὥστ' εἰκότως τούτου ἐφίενται. καὶ ὅ ποτ' ἐστὶν ἑκάστοις τὸ εἶναι, ἢ οὗ χάριν αἱροῦνται τὸ ζῆν, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν φίλων βούλονται διάγειν. διόπερ οἱ μὲν συμπίνουσιν, οἱ δὲ συγκυβεύουσιν· ἄλλοι δὲ καὶ συγγυμνάζονται καὶ συγκυνηγοῦσιν, ἢ συμφιλοσοφοῦσιν, ἕκαστοι ἐν τούτῳ συνημερεύοντες, ὅτι περ μάλιστα ἀγαπῶσι τῶν ἐν τῷ βίῳ· συζῆν γὰρ βουλόμενοι μετὰ τῶν φίλων, ταῦτα ποιοῦσι, καὶ τούτων κοινωνοῦσιν, οἷς οἴονται

B συζῆν. γίνεται οὖν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία μοχθηρά· κοινωνοῦσι γὰρ φαύλων, ἀβέβαιοι ὄντες, καὶ μοχθηροὶ δὲ γίνονται ὁμοιούμενοι ἀλλήλοις. ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν, ἐπιεικής, συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις. δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίους γίνεσθαι ἐνεργοῦντες, καὶ διορθοῦντες ἀλλήλους. ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων, οἷς ἀρέσκονται· ὅθεν τὸ,

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλά.

περὶ μὲν οὖν φιλίας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. ἑπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς.

sibi conuiuendum. Prauorum igitur amicitia praua fit: praua enim communicant, instabiles cum sint: & praui etiam efficiuntur, dũ alij alijs similes euadunt. at proborum proba est, congressionibusque amplificatur. videnturq; hi meliores quoque effici, dum in actu sunt, ac se mutuo corrigũt. excipiunt enim a se mutuo, ea quibus oblectantur. vnde illud,

Namque boni bona te docent.

ac de amicitia quidem hactenus dictum sit. consequens autem fuerit, si de voluptate disseramus.

COMMENTATIONES.

Cõuictus & cõuersatio ad amicitiã colendam verũ necessaria sit.

Ἆρ' οὖν ὥσπερ.) Agitur in hoc cap. de amicorum conuictu & conuersatione, *vtrum ea ad amicitiam colendam, sit necessaria?* Deinde *quam vim habeat & efficaciam quotidianus conuictus & conuersatio ad mores formandos aut mutãdos.* Quod ad primum attinet supra *in libro octauo, capite quinto & sexto*, ostensum est, conuersationem & mutuam vitæ consuetudinem omnino in amicitia vera requiri. Vnde etiam ab Aristotele *in 3. polit. capit. 6.* amicitia definitur, quod sit προαίρεσις τοῦ συζῆν, *cupiditas & studium simul viuendi.* In hoc vero loco Aristoteles quatuor argumentis probat in amicitia necessariam esse vitæ conuersationem. Primum argumentum sumitur ab exemplo simili de amicitia amatoria. *Quemadmodum enim amantes cupiunt simul viuere & conuersari, & se mutuo intueri & aspicere: ita etiam, qui veri sunt amici, maxime delectantur mutua conuersatione.* Alterum argumentum sumitur ex loco generis. *Omnis societas postulat conuersationem: sed amicitia est societas quædam. igitur etiam amicitia postulat conuersationem.* Tertium argumentum sumitur ex effectu, *ex quare a-*

Conuersatio.

Probatur 4. argum. 1. quæstio.

I.

II.

Ss ii

amici optime possunt videre & cognoscere suam, & eorum quos amant salutem, atque incolumitatem, ea ad amicitiam maxime est necessaria: Sed *ex conuersatione & conuictu quotidiano amici maxime possunt alter alterius salutem & incolumitatem cognoscere & perspicere.* Igitur *conuersatio ad amicitiam colendam maxime requiritur.*

Quartum argumentum sumitur a caussa adiuuante. *Quare amici optime possunt inter se actiones virtutum excolere & exercere, ea ad amicitiam maxime est necessaria: sed in conuersatione & quotidiano conuictu amici maxime possunt inter se mutuo exercere virtutum actiones.* Igitur *conuersatio ad amicitiam maxime necessaria est.*

IV.

Minorem declarat exemplis per inductionem: *Etenim homines, qui ijsdem studijs dediti sunt, etiam solent expetere & sibi adiungere eos, cum quibus possunt ea studia & eas actiones etiam excolere & exercere, veluti, qui dediti sunt ludis, quærunt collusores, qui compotationibus delectantur, quærunt compotatores, qui gaudent venationibus, deambulationibus, peregrinationibus & alijs eiusmodi exercitijs. etiam quærunt tales cum quibus possint ista peragi. Similis autem ratio est in artium & disciplinarum studijs, veluti qui delectantur studio philosophiæ, et quærunt eos cum quibus possunt philosophari, ac in vniuersum omnes homines expetunt & cupiunt vitam suam transigere & consumere cum ijs, qui ijsdem studijs delectantur. Quia autem cum amicis optime possumus ea excolere & peragere, quibus delectamur:* Ideo *amicorum conuersatio ad amicitiam colendam maxime est necessaria.*

B γίνεται μὲν τῶν φαύλων) Hæc est altera pars huius cap. in qua ostendit, *mutuam conuersationem & vitæ consuetudinem maximam habere vim & efficaciam ad morũ similitudinem conciliandam,* tam in bonam, quam in malam partem. Declaratur autem hoc distributione: Amici vel sunt viri boni, vel sunt viri mali.

Cõuersatio maximã vim habet ad formã dos mores.

Malorum conuersatio est μοχθηρὰ *pernitiosa,* & propterea fugienda. Quia per eam facile possumus corrumpi, & deteriores fieri, propterea, quod communicant nobis etiam ignorantibus sua vitia, adeo vt per eos reddamur deteriores. Nam, vt Cicero in Lælio inquit, *vnusquisque*

tuta, in ea inquit non posse plures amicos locum habere. Idq; propter tres caussas. Prima est. *Quia plurib. amicis simul velle prodesse, & operã atq; officia necessaria præstare, est laboriosum & difficile, & ppe impossibile, cũ interdum vix vnusquisq; sibi ipsi sufficiat: vt sua negotia & commoda possit vtiliter & recte procurare.* II. caussa *quia pluribus amicis velle prodesse & largiri facile attenuat & imminuit rem nostram familiarem, adeo vt tandem facultates nostra non sufficiant.* III. caussa est, *quia pluribus nostram operam præstare, & aliorum negotijs nos implicare, sæpenumero impedimento nobis est, ad honeste viuendum, id est, ad virtutis exercitia præstanda, ad rempubl. iuuandam, ad excolenda magis seria studia: Imo qui hoc modo alijs suas operas semper præstant, necesse, vt negligant suam rem domesticam.* Quæ a. amicitiæ voluptatis gratia sunt constitutæ, in iis et non plures sunt habendi. Quod Arist breuissima similitudine declarat, desumta a condimẽtis ciborum. *Quemadmodum in cibis condimenta minima delectant, & cibos ipsos reddunt suauiores & gratiores. Si vero condimenta fuerint nimis multa, nauseam afferunt edẽtibus, & cibos reddunt minus gratos, ita etiam in amicitijs voluptatis gratia constitutis pauci amici possunt afferre delectationem, plures autem amici facile pariunt fastidium & molestiam.*

II.

III.

C τῶς δὲ σπουδαίας.) Quod vero ad tertiam speciem attinet, quæ est propter virtutem, inter viros bonos, de ea Aristoteles tradit hoc præceptum *In vera amicitia non plures amici sunt habendi, quam videantur esse idonei & accommodati ad vitæ conuersationem & officiorum amicitiæ communicationem.* Probatur hoc præceptum ab exemplo simili de ciuitate. *Quemadmodum ciuitas non potest constitui ex nimium paucis hominibus, veluti ex decem ciuibus, neque etiam ex nimium multis, veluti ex centum millibus ciuibus: ita etiam nimia amicorum multitudo in constituenda vera amicitia fugienda est, propterea quod impedit officia amicitiæ. Itaq; modus aliquis tenendus est inter vtrumq; extremum, excessum scilicet & defectum: modus autem ille æstimandus ex cõmoditate conuictus atq; cõuersationis, vt tot habeamus amicos, quot videantur esse idonei, cum quibus possimus simul viuere & officia nostra communicare.*

D ἀλλ' ἐκ οἷον.) Hæc est altera pars responsionis ad quæstionem de vera amicitia, quæ non vtilitatis aut voluptatis, sed virtutis gratia inter aliquos est constituta, *vtrum in ea possit πολυφιλία locum habere.* Negat hoc Aristoteles & aliquot rationibus probat, etiam in vera amicitia non plures deligendos esse amicos. Desumtæ autem sunt illæ rationes ex proprietatibus veræ amicitiæ, quæ in superioribus fuerunt declaratæ. Prima ratio est talis. *Inter quos non potest commode esse communis conuersatio & officiorum communicatio, inter eos etiam non potest esse vera amicitia. Sed inter plures non potest commode esse communis conuersatio & officiorum communicatio* igitur *inter plures esse non potest vera amicitia, & per consequens non sunt plures deligendi amici.* Minor probatur, *quia plures amici sæpe sunt in diuersis locis: at non possumus simul vno eodemq; tempore cum pluribus in diuersis locis esse.* Præterea *dum pluribus officia nostra volumus præstare, necesse est, vt dum vni satisfacere studemus, alterũ negligamus, aut non æque omnibus satisfaciamus: difficile enim sæpenumero est vni aut duobus satisfacere, multo igitur difficilius est pluribus velle simul inseruire & satisfacere.* Altera ratio, *si vnus potest plures habere amicos, necesse est, vt illi quoque inter se sint amici: alioqui potest vel ipse eodem modo erga eos esse affectus, vel ipsi erga illum: difficile autem est plures erga vnum aut vicissim vnum erga plures, aut deniq; plures inter seipsos plane eodem modo esse affectos propter diuersitatem morum, ingeniorum, studiorum.* Item *propter diuersam vitæ conditionem & statum: itaq; etiam difficile est vnum posse veram amicitiam cum pluribus colere.* Tertia ratio, *amicorum proprium est ijsdem rebus gaudere & dolere, idq; eodem modo & tempore & propter easdem caussas, sed difficile, imo impossibile est simul eodemque tempore pluribus gaudere aut condolere: propterea quod hi affectus sunt inter se contrarij, vt non possint simul in animo alicuius locum habere. Ideo difficile cum pluribus veram amicitiam colere.* Minor probatur, *quoniam fieri potest, vt vno eodemq; tempore vnus amicus vocet nos ad nuptias: alter vero cui mortuus est filius aut mortua vxor, vocet nos ad funus: hic necesse esset simul & gaudere & tristari propter diuersos casus amicorum.*

I. II. III.

KΕΦ. ια'.

CAP. II.

Vtrum autem magis amicis opus est in prosperitatibus, quam in infortunijs? in vtrisque enim requiruntur. nam & infortunati egent subsidio, & fortunati conuictoribus, & in quos beneficia conferant. benefacere enim volunt. Atque in infortunijs quidem necessarium magis est: ideo vtilibus ibi est opus. at in prosperitatibus est honestum. vnde etiam probos quaerunt. hos siquidem expetendum magis est beneficijs afficere, cum hisq; vitam traducere. est enim praesentia haec amicorum iucunda, & in prosperis & in aduersis rebus. subleuantur enim qui dolent, condolentibus amicis. Vnde etiam dubitarit quispiam, numquid quasi oneris partem suscipiant, an id quidem minime: sed praesentia ipsorum, quae suauis est, condolendique conscientia dolorem minorem reddant? Sed hacne ob caussam, an ob aliud quippiam subleuentur, omittamus. euenire tamen illud, quod dictum est, videtur. Apparet vero praesentia mista quadam eorum esse. nam & ipse conspectus amicorum iucundus est, cũ alioqui, tum infortunato: fitq; subsidium quoddam ad non dolendum. amicus enim consolari potest & aspectu, & oratione, si commodus sit, quã mores nouit,

Πότερον δὲ ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ, ἢ ἐν ἀτυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητεῖται. οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες, δέονται ἐπικουρίας· οἵ τ' εὐτυχοῦντες συμβίων, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσι. βούλονται γὰρ εὖ δρᾶν. ἀναγκαιότερον μὲν δὴ ἐν ταῖς ἀτυχίαις. διὸ τῶν χρησίμων ἐνταῦθα δεῖ. κάλλιον δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις. διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι. τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν, καὶ μετὰ τούτων διάγειν. ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις καὶ ἀτυχίαις, κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι, συναλγούντων τῶν φίλων. διὸ κἂν διαπορήσειεν αὖ τις, πότερον ὥσπερ βάρους μεταλαμβάνουσιν, ἢ τοῦτο μὲν οὔ. ἡ παρουσία δ' αὐτῶν ἡδεῖα οὖσα, καὶ ἡ ἔννοια τοῦ συναλγεῖν, ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ. εἰ μὲν οὖν διὰ ταῦτα, ἢ δι' ἄλλο τι κουφίζονται, ἀφείσθω. συμβαίνειν δ' οὖν φαίνεται τὸ λεχθέν. ἔοικε δ' ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν τοὺς φίλους, ἡδύ, ἄλλως τε καὶ ἀτυχοῦντι· καὶ γίνεταί τις ἐπικουρία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι. παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος. οἶδε γὰρ τὸ ἦθος,

καὶ ἐφ' οἷς ἥδεται καὶ λυπεῖται. τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι ἐπὶ ταῖς αὑτοῦ ἀτυχίαις, λυπηρόν. πᾶς γὰρ φεύγει λύπης αἴτιος εἶναι τοῖς φίλοις. διόπερ οἱ μὲν ἀνδρώδεις τὴν φύσιν, εὐλαβοῦνται συλλυπεῖσθαι τοὺς φίλους αὑτοῖς· κἂν μὴ ὑπερτείνῃ τῇ ἀλυπίᾳ τὴν ἐκείνοις γινομένην λύπην, οὐχ ὑπομένει. ὅλως τε συνθρήνους οὐ προσίεται, διὰ τὸ μηδ' αὐτὸς εἶναι θρηνητικός. γύναια δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες, τοῖς συστενάζουσι χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους καὶ συναλγοῦντας. μιμεῖσθαι δ' ἐν ἅπασι δεῖ δηλονότι τὸν βελτίω. ἡ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις τῶν φίλων παρουσία, τήν τε διαγωγὴν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ τὴν ἔννοιαν, ὅτι ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ

B ἀγαθοῖς. διὸ δόξειεν ἂν δεῖν, εἰς μὲν τὰς εὐτυχίας καλεῖν τοὺς φίλους προθύμως. εὐεργετικὸν γὰρ εἶναι, καλόν. εἰς δὲ τὰς ἀτυχίας, ὀκνοῦντα. μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν· ὅθεν τὸ, Ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν. μάλιστα δὲ παρακλητέον, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες, μεγάλα αὐτὸν ὠφελήσειν. ἰέναι δ' ἀνάπαλιν ἴσως ἁρμόζει, πρὸς μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας, ἄκλητον καὶ προθύμως· φίλου γὰρ εὖ ποιεῖν, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν χρείᾳ, καὶ τοὺς μὴ ἀξιώσαντας. ἀμφοῖν γὰρ καλ-

& quibus lætetur ac doleat. sentire autem cum dolore suas ob calamitates, molestum est. nam vnusquisque cui at, vt doloris amicis auctor sit (atque idcirco qui viriles natura sunt, cauent ne amici secum condoleant) & nisi dolorem qui ab illis suscipitur, indolentia exsuperet, non sustinet: atque omnino lamentorum socios non admittit, propterea quod neque ipse est ad lamentandum proclivis. Mulierculæ vero atque huiusmodi viri, congementibus delectantur, eosque vt amicos & condolentes diligunt. sed in omnibus oportet eum imitari, videlicet qui melior sit. at vero in prosperis rebus amicorum præsentia, & vita traductionem iucundam habet, & intelligentiam, quod de suis bonis lætentur. Quocirca videatur oportere ad prosperitates promte amicos inuitare (beneficum enim esse, honestum est) ad aduersas autem, pigrescentem. nam malorum participes quam minimum facere amicos decet: vnde illud, Satis ego miser. Maxime autem inuitandum, quando parua molestia suscepta prodesse multum possunt. At ire e contrario forsasse conuenit, ad infortunatos quidem non inuitatum & promte (amici enim est benefacere, & maxime indigentibus, & non postulantibus: vtrisque enim hone-

honestius est, atque iucundius) ad prosperitates vero, vt vna agant quidem promte (etenim ad hæc quoque amicis opus est) vt autem beneficiis afficiamur, lente. quandoquidem promtum esse ad vtilitatem consequendam, honestum nõ est. Iniucunditatis vero opinio reijciendo fortasse vitanda est. quandoque enim contingit. Esse igitur amicorum præsentia expetenda in omnibus videtur.

λιον καὶ ἥδιον· εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας, συνεργοῦντα μὲν προθύμως· καὶ γὰρ εἰς ταῦτα χρεία φίλων. πρὸς εὐπάθειαν δὲ σχολαίως. οὐ γὰρ καλὸν τὸ προθυμεῖσθαι ὠφελεῖσθαι. δόξαν δ' ἀηδίας ἐν τῷ διωθεῖσθαι ἴσως εὐλαβητέον. ἐνίοτε γὰρ συμβαίνει. ἡ παρουσία δὴ τῶν φίλων ἐν ἅπασιν αἱρετὴ φαίνεται.

COMMENTATIONES.

A πότερον δὲ) In hoc cap. explicatur quæstio de amicorum necessitate & vtilitate, tam in secunda, quam in aduersa fortuna, cui etiam annectitur altera de aduocandis aut conueniendis amicis in secunda vel aduersa fortuna constitutis. Quod ad primam attinet quæstionem, Aristoteles proponit eam per comparationem. Ait enim quæri posse, *Vtrum amicis magis opus sit in aduersa fortuna, quam in secunda.* Ad hãc quæstionem respondet, primum generatim: deinde in specie vel singulis amicorum generibus.

Amicis opus est in secunda & aduersa fortuna.

Generalis responsio est, in vtraque fortuna opus esse amicis in aduersa quidem, vt nobis adsint suo consilio & auxilio, sua opinione, atq; opera. Nemo enim fidelior est in consulendo aut in ferendo auxilio promtior, quam fidus & bonus amicus: in secunda autem fortuna, etsi in amicorum auxilio nõ videamur egere, tamẽ propter duas caussas sunt nobis necessarii: primum propter conuictum & conuersationem: quoniam, *vt in 9. c. dictũ fuit*, vita solitaria, aut quę est sine amicis, est admodum molesta: deinde propter exercendam beneficentiam, quæ maxime est declaranda erga amicos. Itaque viro bono molestum est, non habere amicos erga quos suum animum declarare, aut cum quo possit aliarum virtutum rationes exercere. Altera responsio ad

potest suum amicum in aduersa fortuna constitutũ consolari, quatenus nouit eius ingenium & mores, & scit, quibus rebus opus habeat, & quibus rationibus & modis possit iuuari. Vnde Euripides inquit, *Nullū est aliud præsentius remedium mortalibus, quam viri boni & amici consolatio.* Et Menander inquit *hominibus in doloribus & calamitatis constitutis suauissimus est sermo amici.* Contra vero interdum amici præsentia est amico in aduersa fortuna constituto molesta: etiam propter duas caussas. Primum, *quia talis amicus non libenter præbet suo amico caussam doloris ex sua aduersa fortuna, vnde interdum amici solent dissimulare apud alios amicos suos dolores & suas miserias, ne ipsos quoq; dolore aliquo afficiant.* Quemadmodum Virgilius libro primo ait de Ænea, *spem vultu simulat premit alto corde dolorem,* ne videlicet suos quoq; socios pusillanimes redderet. Altera vero caussa est, *quia viri boni sunt fortes, & magno animo præditi. Ideo non libēter vident alios dolentes & lacrymantes, neq; etiam libenter præbent alijs caussam lacrymarum: Contra vero molles & ignaui libenter vident alios lacrymantes. Quemadmodū apparet in mulierculis, quæ quando sæpe leuissimis de caussis lacrymantur, etiam conantur aliarum lacrymas prouocare.* Itaque *præsentia amicorum in aduersa fortuna expetenda est partim propter solatium, partim etiam propter auxiliū: In secūda autem fortuna expetēda est propter τὴν διαγωγὴν, id est, vitæ conuersationem & recreationem quæ maxime consistit in virtutum exercitijs.*

B Διὸ δόξειεν ἂν) Altera quæstio huius cap. est, qua quæritur, *quomodo & quatenus amici in vtraque fortuna sint vel ad nos vocandi, vel etiam a nobis accedendi.* In hac enim re plurimum sæpe peccatur. Plerique enim statim aduolant & accurrunt, quando amicis aliquid prospere & feliciter contigit, sperantes quoque aliquid inde cōmodi se accepturos, contra vero admodum cunctanter, & tarde accedunt amicos in aduersa fortuna & calamitate aliqua constitutos: sic etiam in eo peccatur, quod plerique statim ad se aduocant amicos, quando aduersi aliquid eis accidit: vbi vero prospera vtuntur fortuna, raro aut sero eos accersunt, ne cogantur etiam aliquid illis impertiri. Docet ergo Aristoteles, quid in vtroque

Amici quatenus & quomodo in vtraq; fortuna ad nos vocādi, vel a nobis accedendi.

tempore faciendum sit, & primum, *quando sint amici a*d *nos vocandi.*

Deinde, *quando sint conueniendi, siue accedendi.* Quod igitur ad primam partem quæstionis attinet, quæ est de conuocandis amicis, Aristoteles duo præcepta tradit quodammodo contraria. Nam, inquit, in secunda fortuna amici statim sunt ad nos vocandi, vt nimirum eos quoque participes faciamus nostræ felicitatis, & nostrorum gaudiorum: in aduersa autem fortuna tardius sunt ad nos vocandi, ne videlicet videamur nos eos libenter velle aliquo dolore & molestia afficere ex nostris infortuniis & calamitatibus. Vnde etiam Salomon in 27. cap. prouerbiorum inquit: *in infortunio tuo ne ingrediaris domum fratris tui, ne videlicet ipsi quoque dolorem ex tuo infortunio parias.* Vtriusque huius præcepti ratio sumitur ex proprio amicorum officio, qui potius debent suis amicis bona, quam mala impertiri. Posterius autem præceptum confirmat Aristoteles auctoritate, & testimonio Euripidis, apud quem Orestes non vult suo socio & amico Pyladi calamitates suas & ærumnas exponere, ne ex illa commemoratione, ei quoque dolorem adferat, cumque Pylades vrgeret, vt ei exponeret, quid maxime ipsum premeret, noluit facere, sed respondit, satis est me miserum esse. Huic præcepto annectit etiam correctionem, qua ostendit, quando potissimum amici in aduersa fortuna sint accersendi, nimirum, *quando cum parua sua molestia & exiguo labore plurimum possunt nobis prodesse.*

Amicorũ conuocãdorũ, duo præcepta. I.

Atque hæc de prima parte quæstionis, quando amici sint aduocandi vel accersendi ad nos. Sequitur altera pars, quando nimirum sint conueniendi. De hac etiam duo præcepta traduntur. Primum est, *in aduersa fortuna statim accedere debemus amicum, & eum (si possumus) iuuare: neque exspectandum est, donec ab eo vocemur, aut donec ipse a nobis auxilium postulet. Etenim beneficia & auxilia, quæ cito & vltro deferuntur, longe gratiora sunt quam quæ postulando tarde extorquentur.*

Amicorũ conueniendorũ præcepta.

Alterum præceptum est, *in secunda fortuna, amicum accedere debemus partim cito, & animo promto, partim tarde & cunctanter. Cito accedere eum debemus, si volumus*

ei

ei gratulari, aut possumus ipsius fortunam secundam iuuare: tarde autem si cupimus participes fieri eius felicitatis, ne videamur potius nostri commodi caussa ipsum accedere, quam vt de felicitate ipsi gratulemur. Quod si vero beneficium aliquod nobis offert, & cupit nos quoque participes reddere suæ felicitatis, cauenda est inciuilitas, ne omnino eius beneficia videamur aspernari aut contemnere.

CAP. 12.

IGitur quemadmodum amantibus aspectus est carissimus, magisque expetunt hunc sensum quam ceteros, vtpote cum ex eo amor & maxime exsistat & oriatur: ita quoque amicis conuictus expetendus maxime est. Amicitia enim est communicatio: & sicut erga seipsum affectus est, ita quoque erga amicum: at sensus erga se cuiusque quod sit, expetenda est: erga amicum igitur quoque erit. sed actus eis in conuiuendo fit. Quare merito id appetunt. Quod q; est singulis esse, aut cuius caussa viuere expetunt, in ea re cum amicis degere volunt. Quocirca alij compotant, alij alea colludunt, vna se exercent quidam & vna venantur, nonnulli simul philosophantur: in ea vero singuli diem simul traducẽtes, quam maxime rerum in vita diligunt. nam conuiuere cum amicis volentes, hæc faciunt, hæcq; cũ illis communicant, quibus cum putant

ΚΕΦ. ιβ'.

ΑΡ' οὖν ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι, καὶ μᾶλλον αἱροῦνται ταύτην τὴν αἴσθησιν, ἢ τὰς ἄλλας, ὡς κατὰ ταύτην μάλιστα τὸν ἔρωτα ὄντα καὶ γινόμενον· οὕτω καὶ τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν· κοινωνία γὰρ ἡ φιλία· καὶ ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ πρὸς τὸν φίλον. περὶ αὑτὸν δὲ ἡ αἴσθησις ὅτι ἐστίν, αἱρετή. καὶ περὶ τὸν φίλον δή. ἡ δὲ ἐνέργεια γίνεται αὐτοῖς ἐν τῷ συζῆν. ὥστ' εἰκότως τούτου ἐφίενται. καὶ ὅ ποτέ ἐστιν ἑκάστοις τὸ εἶναι, ἢ οὗ χάριν αἱροῦνται τὸ ζῆν, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν φίλων βούλονται διάγειν. διόπερ οἱ μὲν συμπίνουσιν, οἱ δὲ συγκυβεύουσιν· ἄλλοι δὲ καὶ συγγυμνάζονται καὶ συγκυνηγοῦσιν, ἢ συμφιλοσοφοῦντες ἕκαστοι δ' ἐν τούτῳ συνημερεύοντες, ὅτι περ μάλιστα ἀγαπῶσι τῶν ἐν τῷ βίῳ· συζῆν γὰρ βουλόμενοι μετὰ τῶν φίλων, ταῦτα ποιοῦσι, καὶ τούτων κοινωνοῦσιν, οἷς οἴονται

B συζῆν. γίνεται οὖν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία μοχθηρά. κοινωνοῦσι γὰρ φαύλων, ἀβέβαιοι ὄντες, καὶ μοχθηροὶ δὲ γίνονται ὁμοιούμενοι ἀλλήλοις. ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν, ἐπιεικής, συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις. δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίους γίνεσθαι ἐνεργοῦντες, καὶ διορθοῦντες ἀλλήλους. ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων, οἷς ἀρέσκονται· ὅθεν τό,

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλά.

περὶ μὲν οὖν φιλίας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. ἑπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς.

sibi conuiuendum. Prauorum igitur amicitia praua fit: praua enim communicant, instabiles cum sint: & praui etiam efficiuntur, dũ alij alijs similes euadunt. at proborum proba est, congressionibusque amplificatur. videnturq; hi meliores quoque effici, dum in actu sunt, ac se mutuo corrigũt. excipiunt enim a se mutuo, ea quibus oblectantur. unde illud,

Namque boni bona te docebunt.

ac de amicitia quidem hactenus dictum sit. consequens autem fuerit, si de voluptate disseramus.

COMMENTATIONES.

Cõuictus & cõuersatio ad amicitiã colendam verũ necessaria sit.

Ἀλλ' ἆρ' ὥσπερ.) Agitur in hoc cap. de amicorum conuictu & conuersatione, *vtrum ea ad amicitiam colendam, sit necessaria?* Deinde *quam vim habeat & efficaciam quotidianus conuictus & conuersatio ad mores formandos aut mutãdos.* Quod ad primum attinet supra *in libro octauo, capite quinto & sexto*, ostensum est, conuersationem & mutuam vitæ consuetudinem omnino in amicitia vera requiri. Vnde etiam ab Aristotele *in 3. polit. capit. 6.* amicitia definitur, quod sit προαίρεσις τοῦ συζῆν, *cupiditas & studium simul viuendi.* In hoc vero loco Aristoteles quatuor argumentis probat in amicitia necessariam esse vitæ conuersationem. Primum argumentum sumitur ab exemplo simili de amicitia amatoria. *Quemadmodum enim amantes cupiunt simul viuere & conuersari, & se mutuo intueri & aspicere: ita etiam, qui veri sunt amici, maxime delectantur mutua conuersatione.* Alterum argumentum sumitur ex loco generis. *Omnis societas postulat conuersationem: sed amicitia est societas quadam. igitur etiam amicitia postulat conuersationem.* Tertium argumentum sumitur ex effectu, *ex quare a-*

Conuersatio.

Probatur 4. argum. 1. quæstio.

I.

II.

amici optime possunt videre & cognoscere suam, & eorum quos amant salutem, atque incolumitatem, ea ad amicitiam maxime est necessaria: Sed *ex conuersatione & conuictu quotidiano amici maxime possunt alter alterius salutem & incolumitatem cognoscere & perspicere.* Igitur *conuersatio ad amicitiam colendam maxime requiritur.*

Quartum argumentum sumitur a caussa adiuuante. *Quare amici: optime possunt inter se actiones virtutum excolere & exercere, ea ad amicitiam maxime est necessaria: sed in conuersatione & quotidiano conuictu amici maxime possunt inter se mutuo exercere virtutum actiones.* Igitur *conuersatio ad amicitiam maxime necessaria est.*

IV.

Minorem declarat exemplis per inductionem: *Etenim homines, qui iisdem studijs dediti sunt, etiam solent expetere & sibi adiungere eos, cum quibus possunt ea studia & eas actiones etiam excolere & exercere, veluti, qui dediti sunt ludis, quærunt collusores, qui compotationibus delectantur, quærunt compotatores, qui gaudent venationibus, deambulationibus, peregrinationibus & alijs eiusmodi exercitijs. etiam quærunt tales cum quibus possint ista peragi. Similis autem ratio est in artium & disciplinarum studijs, veluti qui delectantur studio philosophiæ, et quærunt eos cum quibus possunt philosophari, ac in vniuersum omnes homines expetunt & cupiunt vitam suam transigere & consumere cum iis, qui iisdem studijs delectantur. Quia autem cum amicis optime possumus ea excolere & peragere, quibus delectamur:* Ideo *amicorum conuersatio ad amicitiam colendam maxime est necessaria.*

B γίνεται δὲ τῶν φαύλων) Hæc est altera pars huius cap. in qua ostendit, *mutuam conuersationem & vitæ consuetudinem maximam habere vim & efficaciam ad morũ similitudinem conciliandam,* tam in bonam, quam in malam partem. Declaratur autem hoc distributione: Amici vel sunt viri boni, vel sunt viri mali.

Cõuersatio maximã vim habet ad formãdos mores.

Malorum conuersatio est *μοχθηρὰ pernitiosa*, & propterea fugienda. Quia per eam facile possumus corrumpi, & deteriores fieri, propterea, quod communicant nobis etiam ignorantibus sua vitia, adeo vt per eos reddamur deteriores. Nam, vt Cicero in Lælio inquit, *vnusquisque*

tuta, in ea inquit non posse plures amicos locum habere. Idq; propter tres caussas. Prima est. *Quia plurib. amicis simul velle prodesse, & operā atq; officia necessaria præstare, est laboriosum & difficile, & ppe impossibile, cū interdum vix unusq; sibi ipsi sufficiat ut sua negotia & commoda possit utiliter & recte procurare.* II. caussa *quia pluribus amicis velle prodesse & largiri facile attenuat & imminuit rem nostram familiarem, adeo ut tandem facultates nostra non sufficiant.* III. caussa est, *quia pluribus nostram operam præstare, & aliorum negotijs nos implicare, sæpe numero impedimento nobis est, ad honeste viuendum, id est, ad virtutis exercitia præstanda, ad rempubl. iuuandam, ad excolenda magis seria studia: Imo qui hoc modo alijs suas operas semper præstant, necesse, ut negligant suam rem domesticam.* Quæ a. amicitiæ voluptatis gratia sunt constitutæ, in iis ēt non plures sunt habendi. Quod Arist breuissima similitudine declarat, desumta a condimētis ciborum. *Quemadmodum in cibis condimenta minima delectant, & cibos ipsos reddunt suauiores & gratiores. Si vero condimenta fuerint nimis multa, nauseam afferunt edētibus, & cibos reddunt minus gratos, ita etiam in amicitijs voluptatis gratia constitutis pauci amici possunt afferre delectationem, plures autem amici facile pariunt fastidium & molestiam.*

II.

III.

C τῆς δὲ σπουδαίας.) Quod vero ad tertiam speciem attinet, quæ est propter virtutem, inter viros bonos, de ea Aristoteles tradit hoc præceptum *In vera amicitia non plures amici sunt habendi, quam videantur esse idonei & accommodati ad vitæ conuersationem & officiorum amicitiæ communicationem.* Probatur hoc præceptum ab exemplo simili de ciuitate. *Quemadmodum ciuitas non potest constitui ex nimium paucis hominibus, veluti ex decem ciuibus, neque etiam ex nimium multis, veluti ex centum millibus ciuibus: ita etiam nimia amicorum multitudo in constituenda vera amicitia fugienda est, propterea quod impedit officia amicitiæ. Itaq; modus aliquis tenendus est inter utrumq; extremum, excessum scilicet & defectum: modus autem ille æstimandus ex cōmoditate conuictus atq; cōuersationis, ut tot habeamus amicos, quot videantur esse idonei, cum quibus possimus simul viuere & officia nostra communicare.*

D ἀλλ' δ' οὐχ οἷον.) Hæc est altera pars responsionis ad quæstionem de vera amicitia, quæ non vtilitatis aut voluptatis, sed virtutis gratia inter aliquos est constituta, *vtrum in ea possit πολυφιλία locum habere*. Negat hoc Aristoteles & aliquot rationibus probat, etiam in vera amicitia non plures deligendos esse amicos. Desumtæ autem sunt illæ rationes ex proprietatibus veræ amicitiæ, quæ in superioribus fuerunt declaratæ. Prima ratio est talis. *Inter quos non potest commode esse communis conuersatio & officiorum communicatio, inter eos etiam non potest esse vera amicitia.* Sed *inter plures non potest commode esse communis conuersatio & officiorum communicatio* igitur *inter plures esse non potest vera amicitia, & per consequens non sunt plures deligendi amici.* Minor probatur, *quia plures amici sæpe sunt in diuersis locis: at non possumus simul vno eodemq; tempore cum pluribus in diuersis locis esse.* Præterea *dum pluribus officia nostra volumus præstare, necesse est, vt dum vni satisfacere studemus, alterũ negligamus, aut non æque omnibus satis faciamus: difficile enim sæpenumero est vni aut duobus satisfacere, multo igitur difficilius est pluribus velle simul inseruire & satisfacere.* Altera ratio, *si vnus potest plures habere amicos, necesse est, vt illi quoque inter se sint amici: alioqui potest vel ipse eodem modo erga eos esse affectus, vel ipsi erga illum: difficile autem est plures erga vnum aut vicissim vnum erga plures, aut deniq; plures inter seipsos plane eodem modo esse affectos propter diuersitatem morum, ingeniorum, studiorum.* Item *propter diuersam vitæ conditionem & statum: itaq; etiam difficile est vnum posse veram amicitiam cum pluribus colere.* Tertia ratio, *amicorum proprium est iisdem rebus gaudere & dolere, idq; eodem modo & tempore & propter easdem caussas, sed difficile, imo impossibile est simul eodemque tempore pluribus gaudere aut condolere: propterea quod hi affectus sunt inter se contrarij, vt non possint simul in animo alicuius locum habere. Ideo difficile cum pluribus veram amicitiam colere.* Minor probatur, *quoniam fieri potest, vt vno eodemq; tempore vnus amicus vocet nos ad nuptias: alter vero cui mortuus est filius aut mortua vxor, vocet nos ad funus: hic necesse esset simul & gaudere & tristari propter diuersos casus amicorum.*

I.

II.

III.

CAP. 11.

Vtrum autem magis amicis opus est in prosperitatibus, quam in infortunijs? in vtrisque enim requiruntur. nam & infortunati egent subsidio, & fortunati conuictoribus, & in quos beneficia conferant. benefacere enim volunt. Atque in infortunijs quidem necessarium magis est: ideo vtilibus ibi est opus. at in prosperitatibus est honestius. vnde etiam probos quaerunt. hos siquidem expetendum magis est beneficijs afficere, cum hisq; vitam traducere. est enim praesentia haec amicorum iucunda, & in prosperis & in aduersis rebus. subleuantur enim qui dolent, condolentibus amicis. Vnde etiam dubitarit quispiam, nunquid quasi oneris partem suscipiant, an id quidem minime: sed praesentia ipsorum, quae iucunda est, condolendique conscientia dolorem minorem reddat? Sed hanc ne ob caussam, an ob aliud quippiam subleuentur, omittamus. euenire tamen illud, quod dictum est, videtur. Apparet vero praesentia mista quadam eorum esse. nam & ipse conspectus amicorum iucundus est, cũ alioqui, tum infortunato: fitq; subsidium quoddam ad non dolendum. amicus enim consolari potest & aspectu, & oratione, si commodus sit. nã mores nouit,

ΚΕΦ. ια΄.

A

Πότερον δὲ ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ, ἢ ἐν ἀτυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται. οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες, δέονται ἐπικουρίας· οἵ τ' εὐτυχοῦντες συμβίων, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσι. βούλονται γὰρ εὖ δρᾶν. ἀναγκαιότερον μὲν δὴ ἐν ταῖς ἀτυχίαις. διὸ τῶν χρησίμων ἐνταῦθα δεῖ. κάλλιον δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις. διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι. τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν, καὶ μετὰ τούτων διάγειν. ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις καὶ ἀτυχίαις, κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι, συναλγούντων τῶν φίλων. διὸ κἂν ἀπορήσειεν αὐτὸς, πότερον ὥσπερ βάρους μεταλαμβάνουσιν, ἢ τοῦτο μὲν οὔ, ἡ παρουσία δ' αὐτῶν ἡδεῖα οὖσα, καὶ ἡ ἔννοια τοῦ συναλγεῖν, ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ. εἰ μὲν οὖν διὰ ταῦτα, ἢ δι' ἄλλο τι κουφίζονται, ἀφείσθω· συμβαίνειν δ' οὖν φαίνεται τὸ λεχθέν. ἔοικε δ' ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν τοὺς φίλους, ἡδὺ, ἄλλως τε καὶ ἀτυχοῦντι, καὶ γίνεταί τις ἐπικουρία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι. παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος. οἶδε γὰρ τὸ ἦθος,

καὶ ἐφ' οἷς ἥδεται καὶ λυπεῖται. τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι ἐπὶ ταῖς αὐτοῦ ἀτυχίαις, λυπηρόν. πᾶς γὰρ φεύγει λύπης αἴτιος εἶναι τοῖς φίλοις. διόπερ οἱ μὲν ἀνδρώδεις τὴν φύσιν, εὐλαβοῦνται συλλυπεῖσθαι τοὺς φίλους αὐτοῖς· κἂν μὴ ὑπερτείνῃ τῇ ἀλυπίᾳ, τὴν ἐκείνοις γινομένην λύπην, οὐχ ὑπομένει. ὅλως τε συνθρήνους οὐ προσίεται, διὰ τὸ μηδ' αὐτὸς εἶναι θρηνητικός. γύναια δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες, τοῖς συστενάζουσι χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους καὶ συναλγοῦντας. μιμεῖσθαι δ' ἐν ἅπασι δεῖ δηλονότι τὸν βελτίω. ἡ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις τῶν φίλων παρουσία, τήν τε διαγωγὴν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ τὴν ἔννοιαν, ὅτι ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ

B

ἀγαθοῖς. διὸ δόξειεν ἂν δεῖν, εἰς μὲν τὰς εὐτυχίας καλεῖν τοὺς φίλους προθύμως. εὐεργετικὸν γὰρ εἶναι, καλόν. εἰς δὲ τὰς ἀτυχίας, ὀκνοῦντα. μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν· ὅθεν τὸ, Ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν. μάλιστα δὲ παρακλητέον, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες, μεγάλα αὐτὸν ὠφελήσειν. ἰέναι δὲ ἀνάπαλιν ἴσως ἁρμόζει, πρὸς μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας, ἄκλητον καὶ προθύμως· φίλου γὰρ εὖ ποιεῖν, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν χρείᾳ, καὶ τοὺς μὴ ἀξιοῦντας. ἀμφοῖν γὰρ καλ-

& quibus laetetur ac doleat: sentire autem cum dolore suas ob calamitates, molestum est. nam vnusquisque eni at, vt doloris amicis auctor sit (atque idcirco qui viriles natura sunt, cauent ne amici secum condoleant) & nisi dolorem qui ab illis suscipitur, indolentia exsuperet, non sustinet: atque omnino lamentorum socios non admittit, propterea quod neque ipse est ad lamentandum proclivis. Mulierculae vero atque huiusmodi viri, congementibus delectantur, eosque vt amicos & condolentes diligunt. sed in omnibus oportet eum imitari, videlicet qui melior sit. at vero in prosperis rebus amicorum praesentia, & vitae traductionem iucundam habet, & intelligentiam, quod de suis bonis laetentur. Quocirca videatur oportere ad prosperitates promte amicos inuitare (beneficum enim esse, honestum est) ad aduersas autem, pigrescentem. nam malorum participes quam minimum facere amicos decet: vnde illud, Satis ego miser. Maxime autem inuitandum, quando parua molestia suscepta prodesse multum possunt. At ita e contrario fortasse conuenit, ad infortunatos quidem non inuitatum & promte (amici enim est benefacere, & maxime indigentibus, & non postulantibus: vtrisque enim hone-

honestius est, atque iucundius) ad prosperitates vero, vt vna agant quidem promte (etenim ad hæc quoque amicis opus est) vt autem beneficiis afficiamur, lente. quandoquidem promtum esse ad vtilitatem consequendam, honestum nõ est. Iniucunditatis vero opinio reijciendo fortasse vitanda est. quandoque enim contingit. Esse igitur amicorum præsentia expetenda in omnibus videtur.

λιον καὶ ἥδιον· εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας, συνεργοῦντα μὲν προθύμως· καὶ γὰρ εἰς ταῦτα χρεία φίλων. πρὸς εὐπάθειαν δὲ σχολαίως. οὐ γὰρ καλὸν τὸ προθυμεῖσθαι ὠφελεῖσθαι. δόξαν δ' ἀηδίας ἐν τῷ διωθεῖσθαι ἴσως εὐλαβητέον. ἐνίοτε γὰρ συμβαίνει. ἡ παρουσία δὴ τῶν φίλων ἐν ἅπασιν αἱρετὴ φαίνεται.

COMMENTATIONES.

A πότερον δὴ) In hoc cap. explicatur quæstio de amicorum necessitate & vtilitate, tam in secunda, quam in aduersa fortuna, cui etiam annectitur altera de aduocandis aut conueniendis amicis in secunda vel aduersa fortuna constitutis. Quod ad primam attinet quæstionem, Aristoteles proponit eam per comparationem. Ait enim quæri posse, *Vtrum amicis magis opus sit in aduersa fortuna, quam in secunda.* Ad hãc quæstionem respondet, primum generatim: deinde in specie vel singulis amicorum generibus.

Amicis opus est in secunda & aduersa fortuna.

Generalis responsio est, in vtraque fortuna opus esse amicis in aduersa quidem, vt nobis adsint suo consilio & auxilio, sua opinione, atq; opera. Nemo enim fidelior est in consulendo aut in ferendo auxilio promtior, quam fidus & bonus amicus: in secunda autem fortuna, etsi in amicorum auxilio nõ videamur egere, tamẽ propter duas caussas sunt nobis necessarii: primum propter conuictum & conuersationem: quoniam, *vt in 9. c. dictũ fuit*, vita solitaria, aut quę est sine amicis, est admodum molesta: deinde propter exercendam beneficentiam, quæ maxime est declaranda erga amicos. Itaque viro bono molestum est, non habere amicos erga quos suum animum declarare, aut cum quo possit aliarum virtutum rationes exercere. Altera responsio ad

potest suum amicum in aduersa fortuna constitutũ consolari, quatenus nouit eius ingenium & mores, & scit, quibus rebus opus habeat, & quibus rationibus & modis possit iuuari. Vnde Euripides inquit, *Nullũ est aliud præsentius remedium mortalibus, quam viri boni & amici consolatio.* Et Menander inquit *hominibus in doloribus & calamitatis constitutæ suauissimus est sermo amici.* Contra vero interdum amici præsentia est amico in aduersa fortuna constituto molesta: etiam propter duas caussas. Primum, *quia talis amicus non libenter præbet suo amico caussam doloris ex sua aduersa fortuna, vnde interdum amici solent dissimulare apud alios amicos suos dolores & suas miserias, ne ipsos quoq; dolore aliquo afficiant.* Quemadmodum Virgilius libro primo ait de Ænea, *spem vultu simulat premit alto corde dolorem*, ne videlicet suos quoq; socios pusillanimes redderet. Altera vero caussa est, *quia viri boni sunt fortes, & magno animo præditi. Ideo non libẽter vident alios dolentes & lacrymantes, neq; etiam libenter præbent alijs caussam lacrymarum: Contra vero molles & ignaui libenter vident alios lacrymantes. Quemadmodũ apparet in muliereculis, quæ quando sæpe leuissimis de caussis lacrymantur, etiam conantur aliarum lacrymas prouocare.* Itaque *præsentia amicorum in aduersa fortuna expetenda est partim propter solatium, partim etiam propter auxiliũ: In secũda autem fortuna expetẽda est propter τὴν διαγωγὴν, id est, vitæ conuersationem & recreationem quæ maxime consistit in virtutum exercitijs.*

B Διὸ δόξειεν ἂν) Altera quæstio huius cap. est, qua quæritur, *quomodo & quatenus amici in vtraque fortuna sint vel ad nos vocandi, vel etiam a nobis accedendi.* In hac enim re plurimum sæpe peccatur. Plerique enim statim aduolant & accurrunt, quando amicis aliquid prospere & feliciter contigit, sperantes quoque aliquid inde cõmodi se accepturos, contra vero admodum cunctanter, & tarde accedunt amicos in aduersa fortuna & calamitate aliqua constitutos: sic etiam in eo peccatur, quod plerique statim ad se aduocant amicos, quando aduersi aliquid eis accidit: vbi vero prospera vtuntur fortuna, raro aut sero eos accersunt, ne cogantur etiam aliquid illis impertiri. Docet ergo Aristoteles, quid in vtroque

Amici quatenus & quomodo in vtraq; fortuna ad nos vocãdi, vel a nobis accedendi.

tempore faciendum sit, & primum, *quando sint amici a
nos vocandi.*

Deinde, *quando sint conueniendi, siue accedendi.* Quod igitur ad primam partem quæstionis attinet, quæ est de conuocandis amicis, Aristoteles duo præcepta tradit quodammodo contraria. Nam, inquit, in secunda fortuna amici statim sunt ad nos vocandi, vt nimirum eos quoque participes faciamus nostræ felicitatis, & nostrorum gaudiorum: in aduersa autem fortuna tardius sunt ad nos vocandi, ne videlicet videamur nos eos libenter velle aliquo dolore & molestia afficere ex nostris infortuniis & calamitatibus. Vnde etiam Salomon in 27. cap. prouerbiorum inquit: *in infortunio tuo ne ingrediaris domum fratris tui, ne videlicet ipsi quoq; dolorem ex tuo infortunio partas.* Vtriusque huius præcepti ratio sumitur ex proprio amicorum officio, qui potius debent suis amicis bona, quam mala impertiri. Posterius autem præceptum confirmat Aristoteles auctoritate, & testimonio Euripidis, apud quem Orestes non vult suo socio & amico Pyladi calamitates suas & ærumnas exponere, ne ex illa commemoratione, ei quoque dolorem adferat, cumque Pylades vrgeret, vt ei exponeret, quid maxime ipsum premeret, noluit facere, sed respondit, satis est me miserum esse. Huic præcepto annectit etiam correctionem, qua ostendit, quando potissimum amici in aduersa fortuna sint accersendi, nimirum, *quando cum parua sua molestia & exiguo labore plurimum possunt nobis prodesse.*

Amicorũ conuocãdorũ duo præcepta.

1.

Atque hæc de prima parte quæstionis, quando amici sint aduocandi vel accersendi ad nos. Sequitur altera pars, quando nimirum sint conueniendi. De hac etiam duo præcepta traduntur. Primum est, *in aduersa fortuna statim accedere debemus amicum, & eum (si possumus) iuuare: neq; exspectandum est, donec ab eo vocemur, aut donec ipse a nobis auxilium postulet. Etenim beneficia & auxilia, quæ cito & vltro deferuntur, longe gratiora sunt quam quæ postulando tarde extorquentur.*

Amicorũ conueniendorũ præcepta.

Alterum præceptum est, *in secunda fortuna, amicum accedere debemus partim cito, & animo promto, partim tarde & cunctãter. Cito accedere eum debemus, si volumus*

ei

vi gratulari, aut possumus ipsius fortunam secundam iuuare: tarde autem si cupimus participes fieri eius felicitatis, ne videamur potius nostri commodi caussa ipsum accedere, quam vt de felicitate ipsi gratulemur. Quod si vero beneficium aliquod nobis offert, & cupit nos quoque participes reddere suæ felicitatis, cauenda est inciuilitas, ne omnino eius beneficia videamur aspernari aut contemnere.

CAP. 12.

IGitur quemadmodum amantibus aspectus est carissimus, magisque expetunt hunc sensum quam ceteros, vtpote cum ex eo amor & maxime exsistat & oriatur: ita quoque amicis conuictus expetendus maxime est. Amicitia enim est communicatio: & sicut erga seipsum affectus est, ita quoque erga amicum: at sensus erga se cuiusque quod sit, expetenda est: erga amicum igitur quoque erit. sed actus eius in conuiuendo fit. Quare merito id appetunt. Quodque est singulis esse, aut cuius caussa viuere expetunt, in ea re cum amicis degere volunt. Quocirca alij compotant, alij alea colludunt, vna se exercent quidam & vna venantur, nonnulli simul philosophantur: in ea vero singuli diem simul traducentes, quam maxime rerum in vita diligunt. nam conuiuere cum amicis volentes, hæc faciunt, hæcque cum illis communicant, quibus cum putant

ΚΕΦ. ιϐ'.

Ἆρ' οὖν ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι, καὶ μᾶλλον αἱροῦνται ταύτην τὴν αἴσθησιν, ἢ τὰς ἄλλας, ὡς κατὰ ταύτην μάλιστα τοῦ ἔρωτος ὄντος καὶ γινομένου· οὕτω καὶ τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν· κοινωνία γὰρ ἡ φιλία· καὶ ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ πρὸς τὸν φίλον. περὶ αὑτὸν δὲ ἡ αἴσθησις ὅτι ἐστὶν, αἱρετή. καὶ περὶ τὸν φίλον δή. ἡ δὲ ἐνέργεια γίνεται αὐτοῖς ἐν τῷ συζῆν. ὥστ' εἰκότως τούτου ἐφίενται. καὶ ὅ ποτέ ἐστιν ἑκάστοις τὸ εἶναι, ἢ οὗ χάριν αἱροῦνται τὸ ζῆν, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν φίλων βούλονται διάγειν. διόπερ οἱ μὲν συμπίνουσιν, οἱ δὲ συγκυβεύουσιν· ἄλλοι δὲ καὶ συγγυμνάζονται καὶ συγκυνηγοῦσιν, ἢ συμφιλοσοφοῦσιν, ἕκαστοι δ' ἐν τούτῳ συνημερεύοντες, ὅτι περ μάλιστα ἀγαπῶσι τῶν ἐν τῷ βίῳ· συζῆν γὰρ βουλόμενοι μετὰ τῶν φίλων, ταῦτα ποιοῦσι, καὶ τούτων κοινωνοῦσιν, οἷς οἴονται

amici optime possunt videre & cognoscere suam, & eorum quos amant salutem, atque incolumitatem, ea ad amicitiam maxime est necessaria: Sed ex conuersatione & conuictu quotidiano amici maxime possunt alter alterius salutem & incolumitatem cognoscere & perspicere. Igitur *conuersatio ad amicitiam colendam maxime requiritur.*

Quartum argumentum sumitur a caussa adiuuante. *Quare amici: optime possunt inter se actiones virtutum excolere & exercere, ea ad amicitiam maxime est necessaria: sed in conuersatione & quotidiano conuictu amici maxime possunt inter se mutuo exercere virtutum actiones.* Igitur *conuersatio ad amicitiam maxime necessaria est.*

IV.

Minorem declarat exemplis per inductionem: *Etenim homines, qui iisdem studijs dediti sunt, etiam solent expetere & sibi adiungere eos, cum quibus possunt ea studia & eas actiones etiam excolere & exercere, veluti, qui dediti sunt ludis, quarunt collusores, qui compotationibus delectantur, quarunt compotatores, qui gaudent venationibus, deambulationibus, peregrinationibus & alijs eiusmodi exercitijs. etiam quarunt tales cum quibus possint ista peragi. Similis autem ratio est in artium & disciplinarum studijs, veluti qui delectantur studio philosophia, et quarunt eos cum quibus possunt philosophari, ac in vniuersum omnes homines expetunt & cupiunt vitam suam transigere & consumere cum ijs, qui iisdem studijs delectantur. Quia autem cum amicis optime possumus ea excolere & peragere, quibus delectamur:* Ideo *amicorum conuersatio ad amicitiam colendam maxime est necessaria.*

B γίνεται δὲ τῶν φαύλων) Hæc est altera pars huius cap. in qua ostendit, *mutuam conuersationem & vita consuetudinem maximam habere vim & efficaciam ad morũ similitudinem conciliandam*, tam in bonam, quam in malam partem. Declaratur autem hoc distributione: Amici vel sunt viri boni, vel sunt viri mali.

Cõuersatio maximã vim habet ad formã dos mores.

Malorum conuersatio est *μοχθηρὰ pernitiosa*, & propterea fugienda. Quia per eam facile possumus corrumpi, & deteriores fieri, propterea, quod communicant nobis etiam ignorantibus sua vitia, adeo vt per eos reddamur deteriores. Nam, vt Cicero in Lælio inquit, *vnusquisque*

esse ad morum virtutem maximum, gaudere quibus oportet, & odisse ea, quæ oportet. protenduntur enim hæc per totam vitam, habentia momentum, ac vim ad virtutem & beatam vitam. iucunda enim sectantur, fugiunt molesta. Eiusmodi autem minime prætermittenda esse videantur. præsertim cum magnam habeant controuersiam. Nonnulli voluptatem id quod bonum est esse dicunt: alij e contrario, valde malum: atque illi quidem fortasse rem esse ita persuasi: hi vero rati melius consuli vitæ nostræ, si statuatur voluptas in malis esse, etiamsi non sit. plerosque enim ad ipsam esse procliues, seruireque voluptatibus: itaque oportere in contrarium ipsos reducere. perueniri enim posse sic ad medium. nunquid vero non recte hoc dicitur? nam de ijs, quæ in affectibus & actionibus consistunt sermones, minus fidei habent quam facta. quando itaque discrepant ab ijs, quæ sensum mouent, contemti, verum quoque insuper tollunt. nam qui vituperat voluptatem, si quando appetere videatur, declinare ad ipsam videtur, quasi non omnis voluptas eiusmodi sit. non est enim multitudinis distinguere. videntur igitur veri sermones

καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι, τὸ χαίρειν οἷς δεῖ, καὶ μισεῖν ἃ δεῖ. διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου, ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον· τὰ μὲν γὰρ ἡδέα προαιροῦνται, τὰ δὲ λυπηρὰ φεύγουσιν. ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων, ἥκιστ' ἂν δόξειε παρετέον εἶναι· ἄλλως τε καὶ πολλὴν ἐχόντων ἀμφισβήτησιν. οἱ μὲν γὰρ τἀγαθὸν ἡδονὴν λέγουσιν. οἱ δ' ἐξ ἐναντίας, κομιδῇ φαῦλον. οἱ μὲν ἴσως πεπεισμένοι οὕτω καὶ ἔχειν. οἱ δὲ οἰόμενοι βέλτιον εἶναι πρὸς τὸν βίον ἡμῶν, ἀποφαίνειν τὴν ἡδονὴν τῶν φαύλων, καὶ εἰ μὴ ἐστί. ῥέπειν γὰρ τοὺς πολλοὺς πρὸς αὐτὴν, καὶ δουλεύειν ταῖς ἡδοναῖς· διὸ δεῖν εἰς τοὐναντίον ἄγειν. ἐλθεῖν γὰρ ἂν οὕτως ἐπὶ τὸ μέσον. μή ποτε δὲ οὐ καλῶς τοῦτο λέγεται; οἱ γὰρ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι, ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων. ὅταν οὖν διαφωνῶσι τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν, καταφρονούμενοι, καὶ τἀληθὲς προσαναιροῦσιν. ὁ γὰρ ψέγων τὴν ἡδονὴν, ὀφθείς ποτ' ἐφιέμενος, ἀποκλίνειν δοκεῖ πρὸς αὐτὴν, ὡς τοιαύτην οὖσαν ἅπασαν. τὸ διορίζειν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν. ἐοίκασιν οὖν οἱ ἀληθεῖς τῶν λόγων

non solum ad cognoscendum vtilissimi esse, sed ad vitam quoque, cum n factis consentanei sunt, creduntur: itaque cohortantur eos qui intelligunt, vt viuant ex ipsis. Sed de rebus huiusmodi satis: ea nunc quæ de voluptate dicta sunt, persequamur.

οὐ μόνον πρὸς τὸ εἰδέναι χρησιμώτατοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν βίον, συνῳδοὶ γὰρ ὄντες τοῖς ἔργοις, πιστεύονται· διὸ προτρέπονται τοὺς ξυνιέντας ζῆν κατ' αὐτούς. Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα ἅλις· τὰ δὲ εἰρημένα περὶ τῆς ἡδονῆς, ἐπέλθωμεν.

COMMENTATIONES.

ARISTOTELES in hoc postremo libro redit ad tractationem de Beatitudine, a qua etiam in primo libro fecerat initium, ita vt tota hæc tractatio sit quasi κυκλοειδὴς circularis ac proinde perfecta. Est enim doctrinæ huius moralis finis Beatitudo politica: propterea enim virtuti studendum est, & ex virtute viuendũ, vt in ciuili hac societate possimus bene beateque inter nos mutuo viuere. Quia autem finis, in quauis re, duplicem habet considerationem: nam primus est intentione, postremus vero perfectione & absolutione. Ideo etiam recte in hac doctrina de moribus, quæ tota est practica, & in actione consistit, statim ab initio finis fuit propositus ad quem omnia ista præcepta spectant, & iam in eodem fine hæc doctrina clauditur, & perficitur: non tamen eodem modo plane, in primo, & hoc postremo libro de beatitudine agit: quoniam duplex est beatitudo, sicut etiam duplices sunt virtutes, vna dicitur practica, quæ in actionibus virtutum moralium consistit, de qua proprie in primo libro egit: quoniã definiuit eam, quod sit operatio secundum virtutem perfectam in vita perfecta. Altera autem beatitudo dicitur θεωρητικὴ *Contemplatiua seu Speculatiua*, quæ in sola contemplatione & cognitione rerum diuinarum & perpetuarum consistit, & non in externis, sed tantum in internis animi & mentis operationibus. De hac potissimũ in fine huius libri agit, quæ vt est præstantissima, ita etiam ad eam præcipue omnia, quæ hactenus dicta fuerunt, sunt referenda. Possunt autem huius libri tres constitui partes. Nam in prima vsque ad sextum caput agit de Voluptate: in altera parte a sexto vsque ad postremum caput agit de Beatitudine,

Doctrina moralis finis est ipsa beatitudo politica.

Beatitudo est duplex, πρακτική, & θεωρητική.

Tres huius libri constituuntur partes.

dine contemplatiua. In postremo cap. totam hanc doctrinam de moribus concludit, cum annexa commonitione, quod sola præcepta aut præceptorum cognitio non sufficiant ad beatitudinem consequendam: sed necesse sit, ea transferre ad vsum, qui consistit in actione virtutis. Neq; enim sola virtutis cognitio, vt in secundo libro dictum est, potest efficere virum bonũ ac beatum. Fuerunt enim multi, & adhuc hodie complures reperiuntur, qui habent quidem virtutis cognitionem, sed tamen nihilominus sunt mali & improbi, & propterea nõ possunt dici beati. Is autem reuera vir bonus dicitur, qui non solum cognitionem virtutis habet, sed etiam ex virtute agit & viuit. Notandum præterea est, Aristotelem in hoc libro alia ratione agere de voluptate, quam in 7. libro egit. Nam in 7. lib. potissimũ egit de voluptate corporis, quatenus est materia seu obiectum temperantiæ, & continentiæ, & contrariorum vitiorum intemperantiæ & incontinentiæ, quo pacto nimirum homo debeat suas cupiditates circa voluptates frenare & regere, ne modum excedat. Hic vero agit de ea voluptate, quæ coniuncta est cum beatitudine, & cadit in virum bonum atque beatum.

Vir bonus quis.

De voluptate cur his agat.

A μετὰ δὲ ταῦτα] Huius autem primi cap. duæ sunt partes. Prima est ἀπολογητική: nam caussas exponit, quamobrem etiam in hac doctrina de voluptate sit aliquid dicendum. Altera habet enumerationem opinionum veterum Philosophorum de voluptate. Quod ad primam partem attinet, propositio eius hæc est: *Philosopho morali etiam de voluptate est considerandum.* Probatur tribus argumentis siue rationibus. Primum argumentum tale est: *Ea quæ magnam habent cognationem cum vita humana, de ijs quoq; morali Philosopho est agendum: quia proprium eius est officium ea docere & explicare, quæ pertinent ad rationem recte instituendi vitam, vt possit homo in hac ciuili vita bene beateq; viuere.* Sed *voluptas magnam habet cum vita humana cognationem.* Ergo *de voluptate etiam morali Philosopho est agendum.* Minorem probat exemplo eorum, *qui pueros solent instituere: hi enim quoniam vident, voluptatis sensum adeo esse hominibus a natura non solum insitum, sed etiam gratum & iucundum.*

Duæ sunt huius cap. partes.
1.
2.

Prima partis propositio tribus probatur argumentis.
1.

Minoris probatio.

Ideo solent etiam pueros ad virtutem & honestas actione's suscipiendas allicere, & quasi excitare spe alicuius voluptatis quam inde sint assecuturi: contra vero quia dolor repugnat natura, & omnes homines, imo omnia animalia solent naturaliter dolorem fugere. Ideo etiam pueros conantur per ea, in quibus dolor est, a vitiis absterrere, atq; ob hanc caussam proponunt illis præmia, si recte fecerint: in præmiis percipiendis est aliqua voluptas: rursum vero minantur pœnas, & verbera, si male fecerint, propterea quod in illis perferendis est dolor. Atque ideo Aristoteles inquit, pædagogos & præceptores suos pueros atq; discipulos voluptate atque dolore ita regere & gubernare, quemadmodum gubernator nauem regit clauo. Altera ratio sumitur ex loco caussarum efficientium, *quæ ad comparandam virtutem & beatitudinem magnum habent momentum, ea quoq; a morali Philosopho sunt explicanda.* Sed *voluptas & dolor sunt talia.* Ergo *de illis quoq; morali Philosopho est considerandum.* Maior propositio manifesta est ex proprio scopo Philosophi moralis. Habet enim sibi hoc propositum, docere & assuefacere homines ad virtutem, vt per eam possint bene beateque viuere. Minor probatur auctoritate Socratis apud Platonem, qui dixit, *ad virtutem consequendam plurimum referre, vt quis recte possit gaudere vel dolere ijs rebus, quibus est gaudendum, vel dolendum.* Præterea homines ea, quæ iucunda sunt, solent expetere, honesta autem fugere. Itaque ad excolendam plurimum refert scire, quæ nam sint reuera iucunda aut molesta. Sæpenumero enim homines propter molestias abstinent ab honestis actionibus, & propter voluptates suscipiunt turpes actiones: propterea quod non recte discernere possint inter ea, quæ reuera sunt iucunda aut molesta, & ea, quæ tantũ in specie sunt talia. Tertia ratio sumitur a proprio officio Philosophi: *Ea, de quibus magna est dubitatio & controuersia, in artibus & scientiis, de ijs Philosophus debet explicare, & quid verum aut falsum in illis sit, ostendere. Quoniam Philosophia nihil aliud est, quam veritatis inquisitio & inuestigatio. Sed de voluptate magna est dubitatio & controuersia in doctrina de moribus.* Igitur *etiam de voluptate in hac doctrina Philosopho est considerandum & explicandum.* Maior per se est manifesta

II.

Probatio minoris.

III.

festa. Minor probatur in sequente altera parte huius cap.

B εἰ μὲν γὰρ] Hæc est altera pars cap. in qua probat minorem propositionem postremi syllogismi, nempe de voluptate inter Philosophos magnam esse controuersiam. Fuerunt enim omnino contrariæ Philosophorum de voluptate sententiæ, & opiniones: aliqui enim dixerunt, eam esse summum bonum, inter quos præcipuus fuit quidam Eudoxus celebris alioqui Philosophus Platonis auditor, & insignis Astrologus. Quemadmodum eum commendat *lib.2. de diuinatione*, cuius sententiam & opinionem etiam postea arripuit Epicurus, a quo secta Epicureorum nomẽ accepit. Alii autem Philosophi præcipue vero Platonici dixerunt, voluptatem esse rem valde malam, atq; hi rursum duplices fuerunt. Quidam enim ex illis non solum verbis hoc dixerunt, & affirmarunt, sed etiam de ipsa ita senserunt, propterea quod viderũt, maiorem partem hominum ex nimia voluptatum cupiditate ad quæuis scelera & flagitia perpetranda adduci, vnde sibi ipsis tandem maximas calamitates & exitium creant. Itaq; existimarunt, voluptatem tanquam rem malam omnino fugiendam esse. Inde profectum est præceptum Catonis, qui ait, *Sperne voluptates nocet emta dolore voluptas.* Alii vero etiamsi reuera non existimarunt, voluptatem esse rem malam: tamen iudicarunt, ita de ea loquendum & scribendum esse, & tanquam rem malam proclamandam, vt hac ratione ipsos homines alioqui ad voluptatem nimium propensos, ab eius cupiditatibus abstraherent, & odium potius, quam amorem voluptatum in animis eorum excitarent, vt hac ratione eos ad modum aliquem in expetendis voluptatibus perducerent. Sed monet Aristoteles, istos Philosophos non potuisse hac ratione id apud homines obtinere, quod voluerunt, atque eius rei culpam transfert in hos ipsos Philosophos, quod nimirum ipsi suo exemplo non ostenderunt, verum esse, quod de voluptatibus affirmarunt. Nam & ipsos quoque interdum non omnes voluptates contemsisse; quod cum homines imperiti animaduerterent, illorum præceptis nullam fidem adhibuerunt. Nam in doctrina practica non tantum præceptis agendum est, sed oportet etiam

Secunda pars cap.

Voluptatem esse summum bonum Eudoxus affirmat.

Voluptatem esse rem malam Platonicorũ est sententia.

hæc dicere, sed quia ita reuera esset. nec minus aũt ex contrario perspicuũ esse existimabat. dolorem .n. per se omnib. fugiendum esse: contrarium aũt similimodo, expetẽdum. maxime autem esse expetendum, quod non ob aliud, neq; alterius caussa expeterem⁹. huiusmodi vero ex confesso voluptatem esse. neminem enim rogare, cuius gratia lætetur, vt expetenda per se ipsa voluptas sit: Quæ etiã cuiuis ex bonis adiuncta, expetendum magis faciat: vt iuste agendo, & temperãter: igitur & augeri bonum ipsum seipso. atq; hæc quidem ratio videtur in bonis ipsam ostẽdere, ac nihilo magis quam aliud quidpiam. cũ altero enim bono quiduis magis expetendum, quam si solum sit. atque huiusmodi sane ratione Plato quoque reuincit, voluptatem non esse id quod bonum est. magis enim expetẽdum esse cum prudentia iucundam vitam, quam seorsum. quod si mistum est præstantius, voluptatem non esse id quod bonum sit. nam nulla re ipsi adiuncta magis expetendum bonum effici. Perspicuum autem est, neque aliud quicquam quod bonũ sit, esse posse, quod cum alio ex ijs, quæ per se sunt bona, expetendum sit. quodnam igitur est eiusmodi, cuius etiam nos participes sumus? tale enim est quod inquiritur. nam qui intercedũt, vt ne id bonum sit, quod omnes

ταῦτα λέγειν, ἀλλ' οὕτως ἔχειν κατ' ἀλήθειαν. οὐχ ἧττον δ' ᾤετο εἶναι φανερὸν ἐκ τοῦ ἐναντίου. τὴν γὰρ λύπην καθ' αὑτὸ πᾶσι φευκτὸν εἶναι. ὁμοίως δὲ τὸ ἐναντίον, αἱρετόν. μάλιστα δ' εἶναι αἱρετὸν, ὃ μὴ δι' ἕτερον, μηδ' ἑτέρου χάριν αἱρούμεθα. τοιοῦτον δ' ὁμολογουμένως εἶναι τὴν ἡδονήν. οὐδένα γὰρ ἐπερωτᾶν, τίνος ἕνεκα ἥδεται, ὡς καθ' αὑτὴν οὖσαν αἱρετὴν τὴν ἡδονήν. προστιθεμένην τε ὁτῳοῦν τῶν ἀγαθῶν, αἱρετώτερον ποιεῖν· οἷον τῷ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν· καὶ αὔξεσθαι δὴ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ ἑαυτῷ. ἔοικε δὴ οὗτός γε ὁ λόγος τῶν ἀγαθῶν αὐτὴν ἀποφαίνειν, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἑτέρου. πᾶν γὰρ μεθ' ἑτέρου ἀγαθοῦ αἱρετώτερον, ἢ μονούμενον. τοιούτῳ δὴ λόγῳ καὶ Πλάτων ἀναιρεῖ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τἀγαθόν· αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον, ἢ χωρίς. εἰ δὲ τὸ μικτὸν κρεῖττον, οὐκ εἶναι τὴν ἡδονὴν τἀγαθόν· οὐδενὸς γὰρ προστεθέντος αὐτῷ τἀγαθὸν αἱρετώτερον γίνεσθαι. δῆλον δ' ὡς οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τἀγαθὸν ἂν εἴη, ὃ μετά τινος τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν αἱρετώτερον γίνεται. τί οὖν ἐστὶ τοιοῦτον, οὗ καὶ ἡμεῖς κοινωνοῦμεν; τοιοῦτον γὰρ ἐπιζητεῖται. οἱ δ' ἐνιστάμενοι ὡς οὐκ ἀγαθὸν οὗ πάντ'

Philoſophus, Platonis diſcipulus, & vt Cicero *in lib. 2. de diuinat.* de eo ſcribit, in Aſtrologia iudicio doctiſſimorum hominum facile Princeps. Nam propter ſtudium Aſtronomiæ in Ægyptum profectus eſt, vt a Chaldæis & Ægyptiis eam artem diſceret. Hic inquam Eudoxus dixit, voluptatem eſſe ſummum bonum, non quod ita voluptatem amaret & voluptatibus eſſet deditus: temperantiſſime enim vixit, ſed quia iudicabat, reipſa ita ſe habere, & voluptatem primas partes, ac principem locum in bonorum genere habere: itaq; poſſe eam merito ſummum bonum nominari. Hanc ſuam opinionem potiſſimam 4. argumentis, quæ in hoc loco ab Ariſtotele recenſentur, conatus fuit confirmare. Primum ſumitur a proprio conſequente boni: Nam *boni proprium conſequens eſt, quod expetitur: habet enim in ſe a natura eam vim, vt excitet in animis hominum ſui appetitum.* Hinc ergo ſic argumentabatur, *Quod omnia expetunt, id eſt ſummum bonum. Sed voluptatem omnia expetunt, non ſolum animalia ratione prædita, ſed etiam ea, quæ ſunt ratione deſtituta.* Igitur *voluptas eſt ſummum bonum.* Minor per ſe eſt manifeſta, *quia nullum animal reperitur, cui non a natura inſitum ſit, vt quærat & expetat id, quod ſibi & ſuæ naturæ videtur eſſe bonum.* Maiorem propoſitionem probat ex loco comparatorum: *Si enim id quod expetitur, eſt bonũ: Igitur, quod maxime expetitur etiam maxime eſt bonum,* id eſt, *ſummum bonum.* Alterum argumentum ſumitur a contrario, id eſt, *a dolore.* Nam vt Dialectici præcipiunt, *Contrariorum ſunt contraria attributa & conſequentia: voluptas autem & dolor ſunt contraria.* Igitur *habent contraria attributa.* Quia autem *dolor eſt ſummum malum, quatenus omne animal dolorem fugit & auerſatur.* Igitur *voluptas, quæ ei opponitur, erit ſummum bonum, & rurſum ſi dolor per ſe eſt fugiendus.* Igitur *voluptas per ſe erit expetenda.* Tertium argumẽtum ſumitur a definitione ſummi boni, quæ *in lib. 1. cap. 7.* fuit poſita. *Quicquid propter ſe, & non propter aliud expetitur, illud eſt ſummum bonum.* Sed *voluptas propter ſe & non propter aliud expetitur.* Ergo *voluptas eſt ſummum bonum.* Maior propoſitio continet definitionem ſummi boni. Minorem probat ex cõmuni hominum conſenſu: *Nemo enim,* inquit, *eum qui*

Voluptas eſt ſummum bonum Eudoxo.

Eudoxus ſuam ſententiam conatur confirmare 4. argumentis.

I.

Probatio maioris.

II.

III.

voluptatem expetit, solet interrogare, quamobrem eam expetat, quasi manifestum sit quemlibet voluptatem propter seipsam, id est, *propter voluptatem expetere: Imo etiamsi quis interrogetur, quamobrem voluptatem expetat, non aliam caussam potest afferre, quam ipsammet voluptatem, etsi enim quis responderet, se ideo voluptatem expetere, quia iucunda est & suauis: tamen non afferret aliam caussam, quam ipsam voluptatem, cui inest suauitas & iucunditas, & sic quodammodo, quia est suauis & iucunda, idem est, ac si diceret, ideo se voluptatem expetere, quia est voluptas.*

IV. Quartum argumentum, *Quod reliqua bona magis facit expetenda, id quoque magis est bonum.* Sed *voluptas ceteris bonis adiuncta, facit ea magis expetenda.* Igitur *voluptas magis est bona ceteris bonis.* Minorem declarat exemplis. *Etenim voluptas si accedit ad actiones aut temperatas eas, facit aut reddit illas magis expetēdas & gratiores: semper enim qui cum voluptate aliquid agit, libentius agit, quam si agit cum molestia. Praeterea etiam magis laudandus est, qui cum voluptate agit iuste, fortiter, liberaliter, quam qui iniuste & cum molestia talia agit.* Huic argumento Aristoteles obiter adiicit suam ἐπίκρισιν *suum iudicium*, & ostendit, per illud non posse probari, quod voluptas sit summum bonum, quia ceteris bonis adiuncta ea facit magis expetenda. Sed hoc tantum probari, quod voluptas etiam possit inter bona numerari, propterea quod bona illa numero tantum augentur, non autem qualitate, ac semper plura bona si coniunguntur, magis sunt expetenda, quam singula bona seorsim considerata.

Minoris declaratio.

Huic argumento etiam Aristoteles suam sententiam adiicit.

Secunda pars cap. continens refutationem.

B τοιούτῳ τῷ λόγῳ] Incipit hoc loco altera pars capitis, quæ continet refutationem prædictorum argumentorum. Idque ex sententia Platonicorum, qui negabant, voluptatem posse summum bonum dici. Primum refutat postremum argumentum, & quemadmodum Eudoxus volebat ex eo probare, voluptatem esse summum bonum, ita illud in contrariam partem conuertit, & ex eodem argumento probat, *voluptatem non posse dici summū bonum*, hoc modo, *si voluptas accessione alterius boni potest fieri magis expetenda, & maius bonum.* Igitur *ipsa non est summum bonum. Nam summi boni hæc est verissima, & propriissima nota atque natura, ut non possit fieri melius aut prestan-*

Refutatio postremi argumenti.

Summo bono nihil pōt addi.

præstantius bonum. Quia summum bonum debet esse perfectissimum, quod autē perfectissimum est, ei ad perfectionem nihil potest addi, atq; ideo merito Deus dicitur summum bonū, propterea quod nihil ei potest addi, vt melior aut præstantior euadat. Sed hoc loco rursum possit aliquis obiicere: *Si non est illud summum bonum, quod alterius boni accessione potest fieri melius.* Igitur *plane in rebus humanis nullum erit summum bonum: quia omnia humana bona possunt augeri accessione aliorum bonorum, ac fieri hac ratione meliora & magis expetenda.* Quod si hoc verum est, sequitur inde, *quod in hac doctrina frustra quæritur de summo bono, cum tamen nullum tale sit in rebus humanis, aut non possit cadere in hominem.* Ad hanc obiectionem responderi potest per distinctionem: nempe summū bonum duobus modis posse considerari, vel ἁπλῶς & absolute, atque eiusmodi bonum non potest vlla accessione melius fieri, sed hoc est diuinum bonum siue Deus ipse. De tali autem bono in hac doctrina non quæritur, sed quæritur de eiusmodi summo bono, quod potest cadere in hominem, & hominum studio atq; industria cōparari. Deinde consideratur etiam summum bonum καθ' ἡμᾶς, *secundum nos*, id est, quatenus in hominem cadit, & ab homine potest acquiri, atque illud bonum eatenus dicitur summum bonū, quia inter reliqua humana bona excellit, & propter suam præstantiam & dignitatem in summo & supremo loco bonorum ponitur, ac ceteris humanis bonis præfertur. Atq; hoc bonum accessione aliorum bonorum potest fieri melius, & magis expetendum, non quidem quod ad naturā suam & substantiam attinet, sed quatenus augetur numero: semper enim, *vt in 3. lib. Top. Aristot. inquit*, plura bona magis sunt expetenda, quam pauciora. Exempli gratia. Virtus est quidem per se bonum, & in rebus humanis summum bonum, ac per se, atque sua natura semper expetenda: sed tamen, si ad virtutem accedat nobilitas generis, aut doctrina & eruditio, iam redditur magis expetenda propter accessionem aliorum bonorum. Ipsa quidem quo ad suam naturam non redditur melior, sed tantum quatenus pluribus bonis ornatur, fit excellentior & illustrior.

Obiectio.

Summum bonum 2. modis consideratur.

Summum bonum accessione alterius boni potest fieri melius.

Refutatio 1. argum.

Οἱ δ' ἐνιστάμενοι] Hæc est refutatio primi argu-

menti, in quo dictum fuerat ab Eudoxo, *ideo voluptatem esse summum bonum, quia omnia expetũt voluptatem.* Hanc rationem siue consecutionem negabant Platonici, dicentes, esse quidem argumentum probabile, non autem necessarium. Nam ex appetitu hominum & animalium non simpliciter pronuntiandum esse de summo bono. Primum quia appetitus humanus maiore ex parte est deprauatus & corruptus, quod ex eo apparet, quia maior pars hominum expetit ea, quæ videntur quidem esse bona, reuera autem non sunt bona. Animalium autem appetitus est sine ratione & iudicio: propterea ex eo nihil potest de summo bono statui. Præterea inquit fieri posse, vt quemadmodum homines & animalia expetunt ea, quæ sunt bona, etiam contra interdum expetant ea, quæ sunt mala. Contra hanc Platonicorum solutionem Aristoteles opponit duas instantias: Prima hæc est, *Si sola bruta animalia & soli mali & improbi homines voluptatem tanquam rem bonam expeterent, tum nihil posset ex eorum appetitu de voluptate pronũtiari & statui.* Sed *quia interdum etiam viri boni & homines prudentes, qui recto & sano iudicio sunt præditi, voluptatem tanquam rem bonam expetunt.* Ideo *eorum iudicium non plane est reijciendum, & potest aliquo modo voluptas in numero bonorum tolerari.* Altera instantia est. *Quia tam animalia, quam homines non temere aut casu & fortuito voluptatem tanquã rem bonam expetunt, sed illud faciunt impulsu quodã naturæ & communi quasi consensu a natura ipsis insito ad voluptatis expetitionem & appetitum incitantur.* Ideo *videtur aliquid boni esse in voluptate.* Nam vt Cicero in Catone maiore ait omnia, quæ secundum naturam fiunt, aliquo modo in bonis sunt habenda, & in 1. lib. Tusc. quæst. inquit *omnia, quæ natura aspernatur, numeranda sunt in malis, & quæ eadem ascisit, id est, expetit, habenda sunt in bonis.* Itaque non videtur iste appetitus, quatenus est a natura, omnino esse reiiciendus: imo quatenus naturaliter & homines & animalia. Semper adhuc expetunt aliquod aliud bonum, præter quam illud bonum, quod iam habent, indicium est, eos adhuc expetere maiorem perfectionem, & cupere redire ad pristinum statum perfectionis, qui appetitus non est plane vitiosus.

1.

2.

D ain

Δ ὑπὸ ἐξ] Hæc est refutatio secundi argumenti, in quo dictum fuerat, voluptatem ideo posse bonum dici, quia eius contrarium nempe dolor est malum. Etenim contrariorum contraria esse attributa. Hanc consequentiam Platonici negarunt: propterea, quod bonum & malum, voluptas & dolor, non semper sibi mutuo immediate opponũtur, quemadmodum etiam neq; bonum & malum sibi mutuo semper immediate opponuntur. Itaq; non valere consecutionem: *Dolor est malum quiddam, & opponitur voluptati. Igitur voluptas est bonum quiddam.* Neque semper bonum est dicendum, quando opponitur malo, quia interdum malum malo opponitur. Exempli gratia prodigalitas opponitur auaritiæ, quæ quidem ex diametro inter se pugnant, sed tamen non sequitur, *prodigalitas est mala, & opponitur auaritiæ. Igitur auaritia est bona.* Præterea interdum vtraque bonum & malum opponuntur vni alicui intermedio, quod neque bonum neq; malum est, & nominatur οὐδέτερον, *neutrum* proinde ex oppositione mali non potest semper inferri & concludi bonum. Ad hanc Platonicorum refutationem Aristoteles respondet, eam non esse sufficientem. Primum enim etiam ipsi Platonici suo exemplo videntur cõtrarium sentire. Nam si voluptas simpliciter esset mala, nõ deberent ipsi quasdam voluptates approbare, sed simpliciter omnes tanquam malas aspernari. Sed ipsi Platonici concedunt honestas animi voluptates, quæ ex contemplatione & cognitione rerum, & ex actionibus virtutum percipiuntur, esse expetendas, ac propterea iudicant, non omnes esse malas & vitiosas. Deinde si dicunt, voluptatem & dolorem neque simpliciter vel bonorum, vel malorum esse ponenda, sed in intermedio genere collocanda, quæ per se neq; mala, neq; bona sint. Igitur deberent etiam æqualiter erga vtrãque esse affecti, & non vnum magis, quam alterum expetere aut fugere. Atqui ipsi suo exemplo declarant, dolorem magis fugiendum esse, q̃ voluptatem. Igitur & ostendũt, dolorem magis inter mala referendum esse, q̃ voluptatẽ, & propterea dolorẽ voluptati videntur ita opponere, quemadmodum malum opponitur bono, ac proinde nõ omnem voluptatem statuunt esse malum, & vitiosum.

Refutatio secundi argumenti.

Responsio Aristotelis.

ΚΕΦ. γʹ.

Οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ τῶν ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονή, διὰ τοῦτ' οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν. οὐδὲ γὰρ αἱ τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαι ποιότητές εἰσιν, οὐδ' ἡ εὐδαιμονία. λέγουσι δὴ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἥδεσθαι τοῦτο κρίνουσι, καὶ περὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, καθ' ἃς ἐναργῶς φασι μᾶλλον καὶ ἧττον τοὺς ποιοὺς ὑπάρχειν, καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς ἔσται τὸ αὐτό. δίκαιοι γάρ εἰσι μᾶλλον καὶ ἀνδρεῖοι. ἔστι δὲ καὶ δικαιοπραγεῖν, καὶ σωφρονεῖν μᾶλλον καὶ ἧττον. εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς, μή ποτ' οὐ λέγουσι τὸ αἴτιον ἂν ὦσιν αἱ μὲν ἀμιγεῖς, αἱ δὲ μικταί; τί κωλύει δὲ καθάπερ ἡ ὑγίεια, ὡρισμένη οὖσα, δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὕτω καὶ τὴν ἡδονήν; οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ συμμετρία ἐν πᾶσίν ἐστιν. οὐδ' ἐν τῷ αὐτῷ μία τις ἀεί. ἀλλ' ἀνιεμένη διαμένει ἕως τινός. καὶ διαφέρει τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον. τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται εἶναι. τέλειόν τε τἀγαθὸν τιθέντες, τὰς δὲ κινήσεις καὶ τὰς γενέσεις ἀτελεῖς, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται. οὐ καλῶς δ' ἐοίκασι λέγειν,

CAP. 3.

AT enim neque sit a qualitatibus non est voluptas, propterea neque ex bonis. Nam neque virtutis actiones sunt qualitates, neque beatitudo. Aiunt ergo bonum definitum esse, voluptatem vero indefinitam, propterea quod admittit magis & minus. si itaque ex voluptatis susceptione id indicant, idem & in iustitia, & in reliquis virtutibus, ex quibus euidenter magis & minus cuiusdam modi homines esse affirmant, & secundũ virtutes erit. iusti enim magis & fortes sunt. fit etiam vt & iuste & temperanter magis & minus agamus. Sin autẽ in voluptatibus, nunquid nõ dicunt caussam huiusce rei. si alia mistione omni vacet, mista alia sint? Quid prohibet autem, sicut sanitas, quæ definita est admittit magis ac minus, ita quoque voluptatem? non enim modificatio eadem in omnibus est. neque vna quædam semper in eodem est. sed remittitur atque aliquandiu perdurat: eoque differt, quod magis & minus inest. Tale igitur quippiam in voluptate quoque esse potest: quia perfectum id quod bonum est statuunt, motiones vero & procreationes imperfectas, voluptatem motionem esse & procreationẽ conantur demonstrare. sed non recte dicere videntur, neque

οὐδ' εἶναι κίνησιν. πάσῃ γὰρ οἰκεῖον εἶναι δοκεῖ τάχος καὶ βραδυτής, καὶ εἰ μὴ καθ' αὑτήν, οἷον τῇ τοῦ κόσμου, πρὸς ἄλλο· τῇ δ' ἡδονῇ τούτων οὐδέτερον ὑπάρχει. ἡσθῆναι μὲν γάρ ἐστι ταχέως, ὥσπερ ὀργισθῆναι, ἥδεσθαι δ' οὔ, οὐδὲ πρὸς ἕτερον. βαδίζειν δὲ καὶ αὔξεσθαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. μεταβάλλειν μὲν οὖν εἰς τὴν ἡδονὴν ταχέως καὶ βραδέως ἐστίν. ἐνεργεῖν δὲ κατ' αὐτὴν ταχέως, οὐκ ἔστι, λέγω δὲ ἥδεσθαι. γένεσίς τε πῶς ἂν εἴη. δοκεῖ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος τὸ τυχὸν γίνεσθαι, ἀλλ' ἐξ οὗ γίνεται, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι· καὶ οὗ γένεσις ἡδονή, τούτου ἡ λύπη φθορά. καὶ λέγουσι δὲ τὴν λύπην, ἔνδειαν εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν· τὴν δ' ἡδονὴν ἀναπλήρωσιν· ταῦτα δὲ σωματικά ἐστι πάθη. εἰ δή ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις ἡ ἡδονή, ἐν ᾧ ἡ ἀναπλήρωσις τοῦτ' ἂν καὶ ἥδοιτο. τὸ σῶμα ἄρα. οὐ δοκεῖ δέ. οὐκ ἔστιν ἄρα ἀναπλήρωσις, ἡ ἡδονή. ἀλλὰ γινομένης μὲν ἀναπληρώσεως, ἥδοιτο ἄν τις, καὶ τεμνόμενος λυποῖτο. ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ γεγονέναι ἐκ τῶν περὶ τὴν τροφὴν λυπῶν καὶ ἡδονῶν. ἐνδεεῖς γὰρ γενομένους, καὶ προλυπηθέντας, ἥδεσθαι τῇ ἀναπληρώσει. τοῦτο δ' οὐ περὶ πάσας συμβαίνει τὰς ἡδονάς. ἄλυποι γάρ

neque motionem esse. motioni enim omni propria esse videtur tarditas & celeritas: & si non per se ipsam, vt quod mundi est alius comparatione. voluptati vero neutra harum inest. licet enim, vt quis lætatus sit cito, sicut & iratus sit: vt autē lætetur minime, neq; alterius collatione: vt ambulet vero & crescat, atque omnia huiusmodi, licet. Ac mutari quidem in voluptatem cito & tarde licet: agere vero ex ipsa cito, id est, lætari, non licet. Quoque pacto esse procreatio potest? non enim ex quolibet quodlibet creari videtur, sed ex quo creatur, in illud dissolui: & cuius procreatio est voluptas, dolor eius interitus erit. Dicunt item dolorem indigentiam eius esse quod secundum naturam est: voluptatem vero, repletionem. At hæc corporis sunt affectiones. Si igitur eius quod est secundum naturam repletio voluptas est, illud in quo repletio fit, id fuerit quod lætetur. Corpus igitur. sed non videtur: voluptas igitur repletio non est, sed dum fit repletio, lætetur quispiam: dum secatur, doleat. Opinio autem hæc nata videtur ex doloribus & voluptatibus in alimento. vbi enim indigi effecti fuerint, atque dolore præoccupati, de repletione lætari. at hoc non in omnibus contingit voluptatibus. dolore enim

εἰσὶν αἵ τε μαθηματικαὶ, καὶ τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ διὰ τῆς ὀσφρήσεως, καὶ ἀκροάματα δὲ καὶ ὁράματα. πολλαὶ δὲ καὶ μνῆμαι καὶ ἐλπίδες. τίνος οὖν αὗται γενέσεις ἔσονται; οὐδενὸς γὰρ ἐνδεεῖς γεγόνασιν, οὗ γένοιτ' ἂν ἀναπλήρωσις. πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας τὰς ἐπονειδίστους τῶν ἡδονῶν, λέγοι τις ἄν, ὅτι οὐκ ἔστι ταῦθ' ἡδέα. οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτ' ἐστὶν, οἰητέον αὐτὰ καὶ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς. πλὴν τούτοις, καθάπερ οὐδὲ τὰ τοῖς κάμνουσιν ὑγιεινὰ ἢ γλυκέα ἢ πικρά, οὐδ' αὖ λευκὰ τὰ φαινόμενα τοῖς ὀφθαλμιῶσιν. ἢ οὕτω δὴ λέγοιτ' ἄν, ὅτι αἱ μὲν ἡδοναὶ αἱρεταί εἰσιν, οὐ μὴν ἀπό γε τούτων· ὥσπερ καὶ τὸ πλουτεῖν, προδόντι δ' οὔ· καὶ τὸ ὑγιαίνειν οὐ μὴν ὁτιοῦν φαγόντι; ἢ ὅτι τῷ εἴδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί; ἕτεραι γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν καλῶν, τῶν ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν. καὶ οὐκ ἔστιν ἡσθῆναι τὴν τοῦ δικαίου, μὴ ὄντα δίκαιον· μηδὲ τὴν τοῦ μουσικοῦ, μὴ ὄντα μουσικόν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐμφανίζειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ φίλος, ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος, οὐκ οὖσαν ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν, ἢ διαφόρους εἴδει. ὁ μὲν γὰρ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁμιλεῖν δοκεῖ. ὁ δὲ πρὸς ἡδονήν. καὶ τὸ μὲν ὀνειδίζεται, τὸ δ' ἐπαινοῦσιν, ὡς πρὸς ἕτερα ὁμιλοῦντα. οὐ-

vacāt & quæ ex disciplinis percipiuntur, & quæ sensus afficiūt, per olfactū, auditiones & aspectus, multa item recordationes, & spes. cuius igitur hæ erūt procreationes? nullius enim rei præcesserunt indigentia, cuius repletio facta fuerit? aduersus eos autem qui probrosas voluptates producunt, dicat quispiam, non esse ea iucunda. non enim si male affectis iucunda hæc sunt, idcirco etiam ea iucunda existimandum est esse simpliciter: sed illis tantummodo, quemadmodum neque quæ ægrotantibus salubria aut dulcia, aut amara, neque item alba, quæ lippientibus huiusmodi apparent. An ita quoque dici possit. expetendas quidem esse voluptates, non tamen ab his: quemadmodum etiam diuitem esse, at non ei qui prodiderit: & sanum esse, at non qui quidlibet comederit? an specie differre voluptates? aliæ enim ex honestis rebus existunt ab illis, quæ ex turpibus. neq; fieri potest, vt iusti quis voluptate lætatus sit, nisi sit iustus: neque musici, nisi sit musicus: atque in reliquis simili modo. declarare autem videtur etiā amicus, qui alter est quā assentator, non esse bonū voluptatem, aut esse specie diuersas, ille enim boni caussa cōgredi videtur: hic voluptatis gratia. atque hoc probro datur, illud laudāt, vtpote cum rerum diuersarū caussa cōgrediantur.

At

Ac nemo expetat viuere, pueri mente praeditus, quandiu viuat se ijs oblectãs voluptatibus, quibus pueri, quam maxime fieri possit: neq; gaudere, turpe aliquid agens, nullum vnquam dolorem percepturus. Et in multis studium adhibuerimus, etiam si nullam afferrẽt voluptatem, vt videndo, recordando, cognoscendo, virtutibus habendis si vero horum necessario comites sunt voluptates, nihil refert. expeteremus namq; ea, etiam si nulla ab ijs voluptas exoriretur. Voluptatem igitur neque esse id quod est bonum, neq; omnem esse expetendam, perspicuum esse videtur: nonnullasq; esse per se expetendas, quae differant specie, aut quod a quibus oriuntur. Ac de ijs quidem quae ferũtur de voluptate & dolore, satis dictum sit.

δείς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν, παιδίου διάνοιαν ἔχων, διὰ βίου ἡδόμενος ἐφ' οἷς τὰ παιδία, ὡς οἷόν τε μάλιστα· οὐδὲ χαίρειν ποιῶν τι τῶν αἰσχίστων, μηδέποτε μέλλων λυπηθῆναι. περὶ πολλά τε σπουδὴν ποιησαίμεθα ἂν, καὶ εἰ μηδεμίαν ἐπιφέροι ἡδονήν, οἷον ὁρᾶν, μνημονεύειν, εἰδέναι τὰς ἀρετὰς ἔχειν. εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπονται τούτοις ἡδοναί, οὐδὲν διαφέρει· ἑλοίμεθα γὰρ ἂν ταῦτα, καὶ εἰ μὴ γίνοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. ὅτι μὲν οὖν οὔτε τἀγαθὸν ἡ ἡδονή, οὔτε πᾶσα αἱρετή, δῆλον ἔοικεν εἶναι. καὶ ὅτι εἰσὶν αἱρεταί τινες καθ' αὑτὰς διαφέρουσαι τῷ εἴδει, ἢ τῷ ἀφ' ὧν. τὰ μὲν οὖν λεγόμενα περὶ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ἱκανῶς εἰρήσθω.

COMMENTATIONES.

A ἡ μὴν οὐδ'] In hoc cap. Aristoteles adhuc quaedam alia argumenta Platonicorum contra voluptatem recenset, & quid in illis verum aut falsum sit, examinat. Deinde etiam aliquot argumentis ostendit, voluptatem proprie & simpliciter non posse dici summum bonum. Primum argumentum Platonicorum est tale. *Omne bonum est qualitas, siue in praedicamento qualitatis. Voluptas non est qualitas* Nam supra *in lib 2. cap.* 12. ostensum fuit, voluptatẽ esse quãdam ἐνέργειαν, *animi operationem* Ergo, *voluptas non est bonum.* Hoc argumentum refutat Aristoteles, negando maiorem propositionem, in qua dicitur, quod omne bonum sit qualitas. Hanc refutat per ἔνστασιν instantiam, qua ostendit, etiam esse alia quaedam bona, quae non sunt qualitates. Exempli gratia: actiones virtutum sunt bonae, & tamen non sunt qualitates. Ergo

falsum est, quod omne bonum sit qualitas. Altera ἔνστασις, *Beatitudo est bonum quiddam: sed beatitudo non est qualitas*, quod patet ex eius definitione, quæ in lib. 1 posita fuit. Ergo *non omne bonum est qualitas.* Huc accommodari potest etiam id, quod in lib. 1. cap. 6. dictum fuit, nimirum bonum non solum in qualitate, sed etiam in omnibus prædicamentis reperiri, veluti in substantia est *Deus mens, & anima.* Item *omnes creaturæ*, quæ a Deo bonæ sunt creatæ: sic in quantitate reperitur *mediocritas*, quæ etiam est bonum quiddam. In prædicamento *Quando*, reperitur *occasio*, in prædicamento *vbi*, reperitur *commoditas loci*, quæ omnia in bonorum numero sunt ponenda, & tamen non sunt qualitates. Ex quibus constat, non omne bonum esse in prædicamento qualitatis.

B λέγουσι δὴ] Alterum argumentum contra voluptatem videtur desumtum esse ex Pythagoreorum doctrina qui duos ordines rerum constituerunt, quos nominabant συστοιχίας. Ordo autem vnus erat bonorum, alter malorum. In ordine bonorum inter cetera dixerunt etiam esse τὸ ὡρισμένον, id est, *id quod est finitum, & determinatum.* In ordine aūt malorum collocarunt ea, quæ sunt ἀόριστα *infinita, & indeterminata.* Hinc ergo pōt tale fieri argumentū: *Omne bonū est ὡρισμένον finitum, determinatum: voluptas non est finita & circumscripta.* Ergo *Voluptas non est bonum.* Maior sumitur tanquam concessa ex doctrina Pythagoreorū. Minor probatur hoc modo. *Quæ recipiunt magis & minus, ea non sunt finita. Voluptas recipit magis & minus.* Igitur *voluptas non est finita.* Ad hoc argumentum respondet Aristoteles, refutando probationem minoris propositionis, & negat vtramq; propositionem maiorem & minorem postremi syllogismi. Quod enim in maiore propositione dicūt, omnia ea, quæ recipiūt magis & minus, esse infinita, & propterea mala, id ostendit esse falsum per ἔνστασιν. Nam etiam virtutes si considerantur in concreto, id est, in subiecto, cui insunt, recipiunt magis & minus, & tamen non propterea sunt indefinitæ aut malæ. Exempli gratia: Achilles fortior fuit Agamemnone, & Hector fortior fuit Ænea, Aristides iustior fuit Themistocle, Cyrus temperantior fuit Alexandro magno, nō tamen propterea eorum vir-

II. Argumentum.

Ordines rerū duo.

Responsio Arist.

virtutes fuerunt indefinitæ aut malæ. Altera ἔνστασις est in sanitate: sanitas enim etiam recipit magis & minus, non tamen propterea est indefinita aut mala, etiamsi habeat suos gradus, secundum quos alius magis, alius minus sanus dicitur. Quod si sanitas indefinita esset, etiam non posset habere certam definitionem. Definitur autem, quod sit certa & legitima quatuor humorum in corpore animantis contemperamentum συμμετρία. Atq; hæc est prima pars refutationis. Altera pars pertinet ad minorem propositionem, in qua dicitur, quod voluptas recipit magis & minus. Hanc propositionem Aristoteles negat vniuersaliter esse veram, & ex distinctione ostenditur, non omnes voluptates recipere magis & minus. Sunt enim duplices voluptates, aliæ dicuntur puræ & synceræ, quæ plane nihil doloris aut molestiæ habent admixtum: cuiusmodi sunt veræ animi voluptates, quæ vel ex cognitione & contemplatione rerum, vel ex actionibus virtutum percipiuntur, atque hæ semper sunt eædem, & sibi similes, neque recipiunt magis & minus. Quædam autem sunt impuræ, quæ nimirum aut admixtum habent aliquid doloris, aut subsequentem dolorem, cuiusmodi sunt voluptates corporis. Atque de his recte dicitur, quod recipiunt magis & minus, & quod sunt indefinitæ.

Sanitas.

Voluptates duplices.

Pura & Impura.

C τέλειον τ' ἀγαθὸν) Hoc est tertium argumentum contra voluptatem: *Id quod reuera bonum est, etiam est perfectum. Voluptas non est perfecta.* Ergo *voluptas non est reuera bonum.* Minor probatur hoc modo: *Quod est in motu, & adhuc generatur, non est perfectum. Voluptas est quidam motus, aut quadam generatio.* Igitur *voluptas non est perfecta.* Hoc argumentum Aristoteles refutat negando minorem propositionem postremi syllogismi, quod voluptas sit motus aut generatio. Ac primum quod voluptas non sit motus, illud sic probat. *Omni motui competit siue accidit, aut celeritas aut tarditas*: Idque vel per se, vel respectu alterius. Sed *voluptati ista duo celeritas & tarditas tribui non possunt.* Ergo *voluptas non est motus.* Maior propositio est axioma physicum, quod habet *lib. 4. Physic. cap. 10.* vbi Arist. ex eodem axiomate etiam probat, tempus non esse motum, sed potius in motu. Quod

III. Argumentum contra voluptatem, quod non sit summum bonum.

Refutatio minoris argumenti.

Distinctio voluptatis.

ad minorem propositionē attinet, in qua dicitur, quod voluptati non competit celeritas, vel tarditas, hic notanda est hæc distinctio: quod voluptas duobus modis consideratur, vel quatenus ea nobis accedit, & eam incipimus sentire, vel quatenus ea fruimur, & actu ipso eam sentimus. Priore modo considerata voluptas, videtur habere aliquam celeritatem aut tarditatem. Nam alii citius, alii tardius incipiunt voluptatem sentire, aut ad voluptatem, gaudium & lætitiam permouentur. Posteriore vero modo considerata voluptas non recipit celeritatem aut tarditatem: non enim in ipso actu fruitionis, dū iam aliquis voluptate afficitur, & voluptatem sentit, est aliqua tarditas aut velocitas. Ideo Aristoteles dicit, fieri posse, vt aliquis tarde aut cito ad voluptatem excitetur, non autem fieri posse, vt aliquis in ipsa voluptate iam constitutus, cito aut tarde voluptate fruatur. Hanc distinctionem confirmat Aristoteles exemplo iræ. Etenim verum est, aliquos cito, vt cholerici: aliquos autē tarde, vt sunt sanguinei, ad iram posse commoueri, dum autem iam aliquis irascitur, & in ipsa ira est constitutus, non dicitur celeriter aut tarde irasci. Notandum præterea est in hoc argumento, quod Aristoteles etiam breuiter attingit celeritatem & tarditatem in motu considerari dupliciter, vel absolute & per se, vel respectu alterius. Exempli gratia, motus solis, & reliquorum syderum per se considerandus neq; celeritatem, neque tarditatem habet, sed semper eodem modo habet, nunquam celerior est aut tardior, quam antea fuit: respectu vero aliorum syderum solis motus, vel tardus, vel celer dicitur. Tardus dicitur respectu motus lunæ. Nā luna intra 27. dies perficit suum cursum: sol autem requirit integrum annum ad suum cursum perficiendum: rursum solis motus dicitur celer, respectu motus Saturni, qui in 30. annis demū suum cursum absoluit: sic etiam motus primi mobilis dicitur esse celerrimus, nō per se, sed respectu motus reliquarum sphærarum, quia spatio 24. horarum suam sphęram percurrit, & secum omnes inferiores sphæras circa centrum mundi mouet. Quod vero voluptas etiam non sit generatio, probatur tali argumento; *In generatione omni sunt duo termini, nempe terminum a quo*, id est, *id, ex*

Celeritas & tarditas in motu dupliciter considaratur.

Quod voluptas nō

quo aliquid generatur, & terminus ad quem, id est, *id ipsum quod generatur.* Sed *in voluptate isti duo termini non possunt ostendi, nempe materia ex qua aliquid generatur, & deinde res ipsa siue opus, quod per illam generationem est effectum, quemadmodum fit in rebus naturalibus, veluti ex semine animalis generatur aliud animal, ex semine tritici, aut grano hordei generatur aliud semen tritici, aut granum hordei.* Ergo *voluptas non est γένεσις.* Maior manifesta est ex doctrina physica: nam vt aliquid generetur, oportet, vt prius sit aliquid aliud, ex quo illud possit generari, & necesse est, illud ipsum, ex quo aliquid generatur, prius corrumpi, iuxta axiomata ista duo physica Ex nihilo fit nihil, & vnius generatio est alterius corruptio. Præterea illud ipsum, ex quo aliquid debet generari, debet esse certum quiddam & determinatum: quia, vt Physici aiunt, non ex quouis fit quodlibet. Quemadmodum etiam testatur Lucret. in lib. 1. cum inquit: *nequeunt ex omnibus omnia gigni, propterea quod certis in rebus inest secreta facultas,* id est, vt aliquid ex alio generetur necesse est, vt in illo sit talis vis & facultas naturaliter ei insita, vt possit ex se aliam rem similem producere. Itaq; non ex cuiusuis animalis semine generatur equus, vel bos, vel canis, sed tantum ex semine equi generatur equus, ex semine bouis generatur bos, & sic de ceteris. Quod vero hoc loco obiiciunt Platonici, qui volunt probare, voluptatem esse generationem, quia sit quædam ἀναπλήρωσις, repletio naturæ indigentis. Hanc obiectionem Aristoteles quoque refutat, & negat voluptatem esse repletionem. Argumentum autem Platonicorum fuit tale: *Omnis repletio est generatio. Voluptas est repletio naturæ indigentis.* Ergo *voluptas est generatio.* Minorem probarunt a contrario, dolor est affectus exsistens ex indigentia, & exinanitione naturæ, veluti cum natura eget cibo vel potu, & est quasi exinanita & exhausta alimento & humore, inde percipit dolorem.

sit generatio, probatur.

Voluptas Platoni est repletio.

Refutatur Plato.

Argumentum Platonicorũ.

Minoris probatio.

Nam fames est dolor natus ex indigentia cibi: sitis est dolor natus ex indigentia humidi. Si ergo dolor est exinanitio aut indigentia. Igitur voluptas erit quædam repletio, quia contrariorum contraria sunt attributa. Dolor autem & voluptas sunt contraria. Eodem

modo etiam contraria sunt hæc attributa, exinanitio & repletio. Contra hanc ergo obiectionem Aristoteles sic argumentatur ex distinctione subiectorũ, quibus ista insunt, cuius refutationis hic est syllogismus: *Quæ insunt diuersis subiectis, ea non sunt eadem. Voluptas & repletio insunt diuersis subiectis.* Ergo *non sunt eadem*, & per consequens, *voluptas non est repletio.*

Repletio & exinanitio ad corpus pertinent.

Minor probatur, quia repletio & exinanitio proprie sunt passiones seu affectiones pertinentes ad corpus: illud enim opus habet repletione, quando exhaustum & exinanitum est per labores aut sudores, aut famam & inediam: tunc enim eget nutrimento, per quod restituitur id, quod est exinanitum. Nam in corpore animalis calor natiuus semper aliquid absumit de humore radicali, ac propterea animalia quotidie opus habent nouo alimento, vt id, quod per calorem est absumtum, restituatur. Itaque illa repletio proprie ad corpus pertinet Anima autem nulla opus habet tali repletione, quia nihil de eius substantia decedit, neque vel augetur, vel minuitur. Ex quibus intelligitur, quod hæc duo tributa, repletio & exinanitio, non ad animum, sed ad corpus pertinent, &, vt Aristoteles dicit, quod sunt πάθη σωματικά.

Voluptas & dolor ad animũ.

Voluptas vero & dolor non sunt corporis passiones, siue affectiones, sed tantum animi sentientis voluptatem vel dolorem, quemadmodum etiam animus omnium cęterorum affectuum est sedes. Etenim corpus, non quatenus corpus est, voluptate afficitur aut dolore, neque enim omne corpus voluptatem vel dolorem sentire, quod tamen falsum esse apparet in corporibus inanimatis, vt in ligno & lapide, & similibus, quæ etiamsi sint corpora, tamen neq; voluptate, neq; dolore afficiuntur. Itaq; voluptas & dolor non corpore, sed animo percipitur, & etiamsi corpus videatur sentire dolorem aut voluptatem, tamen vis illa sentiendi non est in corpore, sed ab anima sensitiua, quæ per totum corpus est diffusa, proficiscitur.

Voluptas non est repletio, sed sequitur repletionem.

Ex his apparet, voluptatem proprie non posse dici repletionem, sed potius eam sequi ex repletione, quatenus per eam dolor ille, qui ex indigentia & defectu erat exortus restinguitur: quemadmodum qui sitim bibendo restinguit, sentit inde aliquam voluptatem, quatenus nimirum per totum defectus humo-

mo-

moris iterum resarcitur & restituitur, & tum dolor ille cessat succedente voluptate, quæ ex repletione proficiscitur. Itaque aliud est repletio, aliud vero est illud, quod repletionem sequitur, nempe voluptas. Præterea, si voluptas esset repletio, igitur necesse esset, vt omnem voluptatem antecederet aliquis dolor ex indigentia natus, qui per repletionem esset restinguendus, atqui multæ sunt voluptates, quas nullus antecessit indigentiæ dolor, veluti sunt voluptates mentis & animi, quæ vel ex contemplatione & cognitione rerum, vel ex actionibus virtutum, vel ex recordatione præteritorum aut exspectatione futurorum percipiuntur. Item, voluptates sensuum, quæ ex visu, auditu odoratu eorum, quæ sensibus grata sunt, percipiuntur: quæ tamen voluptates non possunt dici, esse repletiones alicuius indigentiæ antecedentis per quam indigentiam excitatus esset dolor, qui per repletionem est restinguendus. Itaq; non omnis voluptas est repletio. Quod vero supra *in 7. lib.* dictum est, voluptatem esse *ἐνέργειαν*, id est, *animi operationem*, & propterea esse motum, quia omnis operatio est coniuncta cum motu. Ad hoc respondemus, etiamsi voluptas definiatur per *ἐνέργειαν*, tamen non esse ipsammet operationem, sed potius accidens quoddam, quod perfectam operationem semper comitatur: imo semper cũ ea est cõiũcta, quemadmodũ vmbra comitatur corpus, & pulcritudo comitatur *τὴν εὐεξίαν*, id est, bonam corporis habitudinem & constitutionem, etiamsi ipsa vmbra non sit corpus, neque pulcritudo sit ipsa *εὐεξία*. Quod vero Aristoteles in lib. 2. Rhetoric. voluptatem definit, quod sit *κίνησις*, id est, *motus quidam animi*, notandum est illam definitionem non esse philosophicam, & accurate factã, sed more Oratorum ex vulgi opinione desumtam. Etenim falsa est Stoicorum opinio, qui dixerunt, affectus esse motus animi, vt est apud Ciceronem lib. 4. Tuscul. quæst. potius enim consequuntur ipsam animi commotionem, quam quod sint ipsa commotio.

Obiectio.

Responsio.

D *πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας*) Quartum hoc est argumentum Platonicorum contra voluptatem. *Quod turpe & probrosum est, id non potest reuera dici bonum* Sed *voluptas est turpis & probrosa*. Ergo *voluptas reuera bonum di-*

IV. Arg. Voluptatem reuera bonum

I. Resp. *ei non potest.* Ad hoc argumentum Aristoteles respōdet, *esse fallaciam a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter*, & negat minorem propositionem, quæ vniuersaliter de omni voluptate loquitur, cum tamen solum vera sit de aliquibus voluptatibus. Primum enim negat ea, quæ cum probro dedecore & turpitudine sunt coniuncta, reuera esse iucunda, & propterea etiam non posse dici voluptates, aut in voluptatum numero haberi. Etenim ea solum reuera iucunda dici & haberi possunt & debēt, quæ viris bonis & recto iudicio præditis iucunda esse videntur: non ea, quæ malis & improbis hominibus, quorum iudicium est deprauatum, iucunda esse videntur. Atque hoc declarat exemplis similibus, neque enim dulcia aut amara sunt iudicanda, quæ ægrotis talia videntur, quia habent sensum gustandi corruptum, ita vt non possint recte de saporibus iudicare: eodem modo etiam, non alba aut rubra, aut cœrulea, aut flaua pronuntianda sunt ea, quæ talia videntur lippis & oculorum morbo laborantibus, quoniam sensus videndi in illis est deprauatus: & quemadmodum cæcutienti non credendum est, si de coloribus velit iudicare, ita etiam non pro voluptatibus aut iucundis ea habenda sunt, quę hominibus malis & improbis iucunda esse videntur. Atque hæc est prima responsio.

II. Resp. Altera responsio ad minorem propositionem habet distinctionem: quod enim voluptates aliquæ dicuntur probrosæ & turpes, id non per se de voluptatibus ipsis est intelligendum, sed tantum per accidens, quatenus nimirum ex rebus, vel actionibus turpibus percipiuntur. Exempli gratia, voluptas, quæ ex vini potu percipitur, per se non est turpis, per accidens autem fit turpis, quando vinum bibitur ad ebrietatem. Itaq; etsi ebrius videatur ex potu vini hilaris esse, & voluptatē sentire, tamen non est vera voluptas. Hanc responsionem declarat Aristoteles duobus exemplis similibus, vnum de diuitiis, alterum de sanitate. Diuitias quærere, per se non est probrosum, turpe aut inhonestum: sed diuitias quærere ex proditione patriæ, ex furto, vel rapina, ex illicita vsura, ex alea, & falsis ludis, aut similibus modis, illud est probrosum, & cum turpitudine cōiunctum. Sic sanitati studere, & sanitatem quærere, atque expetere,

Huius responsionis declaratio fit 2. exemplis.

re, per se honestum est & laudabile, sed sanitatem quærere per illicita media per incantationes, aut a sagis & veneficis, illud est probrosum, & cum turpitudine coniunctum. Tertia responsio sumitur ex voluptatum differentia. Differunt enim voluptates specie, quatenus ex rebus & actionibus specie differentibus percipiuntur. Quædam enim percipiuntur ex actionibus honestis, & tales voluptates etiam sunt honestæ: verum non omnes delectant, sed tantum viros bonos. Exempli gratia, voluptas quæ percipitur ex actionibus iustis, fortibus aut temperatis, non delectat quemlibet hominem, sed tãtum eos, qui his virtutibus sunt præditi. Aliæ autem voluptates percipiuntur ex actionibus turpibus, atq; hæ tantum delectant eos, qui sunt homines turpes. Exempli gratia, voluptas, quæ percipitur ex ebrietate, tantum delectat homines ebriosos & intemperantes. Etenim, qui sunt sobrii & temperantes, abhorrent ab ista voluptate: sic voluptas quæ percipitur ex otio aut somno, tantum delectat homines ignauos. Ex his constat, non omnem voluptatem reuera esse iucundam, aut ex numero bonorum excludendam. Quod autem voluptates differunt specie, probatur etiam exemplo amici & adulatoris: qui etiam specie differunt. Vterque horum cupit alteri afferre voluptatem, sed voluptas illa non est eadem. Nam amicus tãtum alterius commodum & vtilitatem spectat in concitanda voluptate, & ita cupit iucundus esse suo amico, vt simul etiam ei prosit. Adulator autem suum proprium commodum quærit ex ea voluptate, quam alteri cupit afferre. Vnde etiam diuersæ sunt hæ voluptates. Nam voluptas, quam verus amicus suo amico adfert, est honesta & laudabilis: ea autem voluptas, quam adulator suo hero vel domino, cui blanditur, adfert, est turpis & vituperanda. Ex quo constat, non omnes voluptates eiusdem esse generis atque naturæ.

III. Resp. Voluptatum differentia. Honesta. Turpes.

E οὐδεὶς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν) In hoc loco Aristoteles tria argumenta coniungit, quibus ostendere vult, etiamsi voluptas non possit plane excludi e numero bonorum, tamen non omnem voluptatem posse inter vera bona numerari, siue non posse voluptatem summum bonum dici, quemadmodum Eudoxus existimabat. Primum enim

Coniunctio 3. arg.

si omnis voluptas esset verum aut summum bonum, tũ puerorum vita videretur maxime esse expetenda, quoniam pueri in voluptatibus fere educantur, & carent aliis curis, molestiis, atque laboribus, quibus reliquorum hominum vita est implicata. Sed nemo vir prudens expetit puerorum vitam, vt puerilibus voluptatibus sese possint oblectare, imo plerisq; , quoniam adoleuerunt, & ad maturam ætatem peruenerunt, displicent eæ voluptates, quibus in pueritia delectabantur. Igitur *voluptas non potest simpliciter inter vera bona, aut inter summum bonum numerari.* Deinde si voluptas esset verum & summum bonum, tum illius gratia etiam omnia alia, quãtumuis sint turpia, essent suscipienda & facienda: quoniam summi boni caussa sunt facienda, vt illud possimus consequi. Sed nemo vir bonus voluptatis gratia aliquid turpe suscipere, aut agerẽ vult, etiãsi ex illa actione nihil mali sibi esset metuendum. Igitur *voluptas non potest inter summum bonum numerari.* Tertio, si omnis voluptas esset verum aut summum bonum, tum nullam actionẽ deberemus suscipere, cui non esset adiuncta aliqua voluptas: Sed homines plurimas actiones quotidie suscipiunt, non considerantes aut cogitantes, vtrum illis aliqua coniuncta sit voluptas. Itaque *voluptas non est summum bonum.* Est quidem verum, quod multæ actiones habent coniunctam voluptatem, quæ quodammodo necessario ipsas actiones comitatur & consequitur: sed tamen eiusmodi actiones, non propter voluptatem, sed propter se suscipiuntur & expetuntur.

ΚΕΦ. δ'.	CAP. 4.
A Τί δ' ἐστὶν, ἢ ποῖόν τι, καταφανέστερον γένοιτ' ἂν ἀπ' ἀρχῆς ἀναλαβοῦσιν. δοκεῖ γὰρ ἡ μὲν ὅρασις καθ' ὁντινοῦν χρόνον τελεία εἶναι. οὐ γάρ ἐστιν ἐνδεὴς οὐδενὸς, ὃ εἰς ὕστερον γινόμενον τελειώσει αὐτῆς τὸ εἶδος· τοιούτῳ δ' ἔοικε καὶ ἡ ἡδονή.	*Quidnam autem sit, aut qualis, clarius fiat, si à principio repetamus. Visio enim quocunque tempore esse perfecta videtur. nullius enim indiget, quod in posterum si fiat, speciem eius perficiat. huic vero similis voluptas est.*

Totum

Totum enim quoddam est: neque ullo in tempore statuat aliquis voluptatem, quæ longiore tempore percepta, species perficiatur. Idcirco neque motio est. in tempore enim est omnis motus, & cuiusdam finis: ut ædificatio perfecta est, cum fecit id quod appetit, vel in omni videlicet tempore, vel in hoc. nam in partibus temporis imperfectæ omnes, & sunt specie diuersæ a tota & inter se. lapidum siquidem compositio diuersa est columnæ erectione, atque hæc a templi extructione: ac templi quidem perfecta est (nam nulla re deficit ad propositum) fundamẽti vero, & laquearium, imperfecta. vtraque enim partis est. Specie igitur differunt, neque est in quocunque tempore motionem specie perfectam sumere: sin licet, in toto licet. Simili modo quoque in ingressu & cæteris. nam si loci mutatio est motio alicunde aliquo, eiusque differentiæ sunt in specie, volatus, ingressus, saltus, atq; huiusmodi. neque tantum hoc modo, verum etiam in ingressu. nam alicunde aliquo, non idem in stadio & in parte est, & in alia atque alia parte: neque percurrere lineam hanc & illam. non solũ enim lineam pertransit, sed etiam in loco constitutam: in altero autem hæc, quã illa est: sed accurate de motu alibi dictũ est.

ὅλον γάρ τί ἐστι· καὶ κατ' οὐδένα χρόνον λάβοι τις ἂν ἡδονὴν ἧς ἐπὶ πλείω χρόνον γινομένης, τελειωθήσεται τὸ εἶδος. διόπερ οὐδὲ κίνησίς ἐστιν. ἐν χρόνῳ γὰρ πᾶσα κίνησις, καὶ τέλους τινός· οἷον ἡ οἰκοδομικὴ τελεία, ὅταν ποιήσῃ οὗ ἐφίεται. ἢ ἐν ἅπαντι δὴ τῷ χρόνῳ, ἢ ἐν τούτῳ. ἐν δὲ τοῖς μέρεσι τοῦ χρόνου πᾶσαι ἀτελεῖς, καὶ ἕτεραι τῷ εἴδει τῆς ὅλης, καὶ ἀλλήλων. ἡ γὰρ τῶν λίθων σύνθεσις, ἑτέρα τῆς τοῦ κίονος ῥαβδώσεως, καὶ αὗται τῆς τοῦ ναοῦ ποιήσεως· καὶ ἡ μὲν τοῦ ναοῦ, τελεία· οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς πρὸς τὸ προκείμενον. ἡ δὲ τῆς κρηπῖδος καὶ τοῦ τριγλύφου, ἀτελής· μέρους γὰρ ἑκατέρα. τῷ εἴδει οὖν διαφέρουσι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ λαβεῖν κίνησιν τελείαν τῷ εἴδει· ἀλλ' εἴπερ, ἐν τῷ παντί· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ βαδίσεως καὶ τῶν λοιπῶν. εἰ γάρ ἐστιν ἡ φορὰ κίνησις πόθεν ποῖ, καὶ ταύτης διαφοραὶ κατ' εἶδος, πτῆσις, βάδισις, ἅλσις, καὶ τὰ τοιαῦτα. οὐ μόνον δ' οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βαδίσει. τὸ γὰρ πόθεν ποῖ, οὐ ταὐτὸν ἐν τῷ σταδίῳ, καὶ τῷ μέρει, καὶ ἐν ἑτέρῳ καὶ ἑτέρῳ μέρει· οὐδὲ τὸ διεξιέναι τὴν γραμμὴν τήνδε κἀκείνην. οὐ μόνον γὰρ γραμμὴν διαπορεύεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ οὖσαν. ἐν ἑτέρῳ δ' αὕτη ἐκείνης. δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται.

ἔοικε δ' οὐκ ἐν ἅπαντι χρόνῳ τελεία εἶναι, ἀλλ' αἱ πολλαὶ ἀτελεῖς καὶ διαφέρουσαι τῷ εἴδει, εἴπερ τὸ πόθεν ποῖ εἰδοποιόν. τῆς ἡδονῆς δ' ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ τέλειον τὸ εἶδος. δῆλον οὖν ὡς ἕτεραί τε ἂν εἶεν ἀλλήλων, καὶ τῶν ὅλων τι καὶ τελείων ἡ ἡδονή. δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖσθαι μὴ ἐν χρόνῳ, ἥδεσθαι δέ. τὸ γὰρ ἐν τῷ νῦν, ὅλον τι. ἐκ τούτων δὲ δῆλον, καὶ ὅτι οὐ καλῶς λέγουσι κίνησιν ἢ γένεσιν εἶναι τὴν ἡδονήν. οὐ γὰρ πάντων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ τῶν μεριστῶν καὶ μὴ ὅλων· οὐδὲ γὰρ ὁράσεώς ἐστι γένεσις, οὐδὲ στιγμῆς, οὐδὲ μονάδος· οὐδὲ τούτων οὐδὲν κίνησις, οὐδὲ γένεσις, οὐδὲ δὴ ἡδονῆς. ὅλον γάρ τι. αἰσθήσεως δὲ πάσης πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐνεργούσης, τελείως δὲ τῆς εὖ διακειμένης πρὸς τὸ κάλλιστον τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν κειμένων· τοιαύτη γὰρ μάλιστ' εἶναι δοκεῖ ἡ τελεία ἐνέργεια. αὐτὴν δὲ λέγειν ἐνεργεῖν, ἢ ἐν ᾧ ἐστί, μηδὲν διαφερέτω. καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν. αὕτη δ' ἂν τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη. κατὰ πᾶσαν γὰρ αἴσθησίν ἐστιν ἡδονή.

videtur autem nō in omni tempore perfecta esse, sed pleraque imperfecta, & specie differentes, siquidem alicunde aliquo speciem earum efficit: at voluptatis in quolibet tempore perfecta species est. perspicuum igitur est, & diuersas has inter se esse, & voluptatem quippiam ex ijs esse, quæ integra ac perfecta sunt. Hoc autem ex eo etiam videatur, quod non contingat moueri nisi in tempore, at lætari. Quod enim in puncto temporis fit, totum quoddam est. Ex his autem manifestum etiam est, non recte dicere eos voluptatem esse motionem vel procreationem. non enim omnium hæc dicuntur, sed in partes diuiduorum, & non integrorum. nam neq; visionis procreatio est, neque puncti, neque unitatis. neque horum quippiam motio, neque procreatio est, igitur nec voluptatis. nā totum quoddam est. sed sensus omnis, qui in re sensili munus suum obit. Perfecte autem eius qui bene est affectus erga id quod pulcerrimum est in iis, quæ sensui subijciuntur (talis enim maxime esse perfecta actio videtur. Dicas autem ipsum, an id in quo ipse est, agere, nihil intersit.) in vnoquoque vero optima eius est actio, quod optime affectum est erga præstantissimum ex ijs, quæ sub ipsa sunt. atque hæc perfectissima fuerit, ac iucundissima. (in omni enim sensu voluptas est:

in omni item intelligentia & contemplatione.) iucundissima autem ea est quæ perfectissima: at perfectissima eius est, quod bene affectum est erga optimum eorum quæ sub ipsa sunt. actionem vero voluptas perficit. non eodem tamen modo & voluptas perficit, & sensile & sensus, quæ bona sunt: quemadmodum neque sanitas & medicus simili modo in caussa sunt, vt sani simus. in vnoquoque autẽ sensu voluptatẽ fieri perspicuum est. nam & visiones & auditiones esse iucundas dicimus. patet vero, eas vel quam maxime esse, cum & sensus præstantissimus sit, & ad tale quippiam agat. cum vero huiusmodi sint & quod sensile est, & quod sentit, semper exsistet voluptas, modo adsit quod agat & quod patiatur. Perficit autem actionem voluptas, non vt habitus quidam qui inest, sed vt finis quispiam postea accedẽs, velut venustas iis, qui in flore ætatis sunt. Quousque autem quod sub sensum cadit, vel sub intelligẽtiã, fuerit quale esse debet, & quod iudicat, vel cõtemplatur, in actione erit voluptas. eis enim similia sunt, & inter se eodem modo habent, & quod vt afficiatur, & quod vt efficit idoneum est, idẽ fieri consueuit. quo igitur nemo assidue lætatur, an defatigatur? Omnia n. humana in assidua actione versari nequeunt, quocirca neque voluptas.

ὁμοίως δὲ καὶ διάνοιαν καὶ θεωρίαν. ἡδίστη δὲ ἡ τελειοτάτη. τελειοτάτη δ' ἡ τοῦ εὖ ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὐτήν. τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή. οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἥ τε ἡδονὴ τελειοῖ, καὶ τὸ αἰσθητόν τε καὶ ἡ αἴσθησις, σπουδαῖα ὄντα· ὥσπερ οὐδὲ ἡ ὑγίεια καὶ ὁ ἰατρὸς ὁμοίως αἰτία ἐστὶ τοῦ ὑγιαίνειν. καθ' ἑκάστην δ' αἴσθησιν ὅτι γίνεται ἡδονή, δῆλον. φαμὲν γὰρ ὁράματα καὶ ἀκούσματα εἶναι ἡδέα. δῆλον δὲ καὶ ὅτι μάλιστα, ἐπειδὰν ᾖ, ἥ τε αἴσθησις ἡ κρατίστη καὶ πρὸς τοιοῦτον ἐνεργῇ. τοιούτων δ' ὄντων τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τοῦ αἰσθανομένου, ἀεὶ ἔσται ἡδονή, ὑπάρχοντός γε τοῦ ποιήσοντος καὶ τοῦ πεισομένου. τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή, οὐχ ὡς ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγινόμενόν τι τέλος, οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα, ἕως δ' ἂν οὖν ποτε τὸ αἰσθητὸν ἢ νοητὸν ᾖ, οἷον δεῖ, καὶ κρῖνον ἢ θεωροῦν, ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή. ὁμοίων γὰρ ὄντων, καὶ πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν τρόπον ἐχόντων, τοῦ τε παθητικοῦ καὶ τοῦ ποιητικοῦ, ταὐτὸ πέφυκε γίνεσθαι. πῶς οὖν οὐδεὶς συνεχῶς ἥδεται; ἢ κάμνει. πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν. οὐ γίνεται οὖν οὐδ' ἡδονή. ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ.

actionẽ enim consequitur.

ἔνια δὲ τέρπει καινὰ ὄντα, ὕστερον δὲ οὐχ ὁμοίως διὰ ταὐτό. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον παρακέκληται ἡ διάνοια καὶ διατεταμένως περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖ, ὥσπερ κατὰ τὴν ὄψιν οἱ ἐμβλέποντες. μετέπειτα δ' οὐ γίνεται τοιαύτη ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ παρημελημένη. διὸ καὶ ἡ ἡδονὴ ἀμαυροῦται. ὀρέγεσθαι δὲ τῆς ἡδονῆς οἰηθείη τις ἂν ἅπαντας, ὅτι καὶ τοῦ ζῆν ἅπαντες ἐφίενται· ἡ δὲ ζωὴ ἐνέργειά τις ἐστί. καὶ ἕκαστος περὶ ταῦτα καὶ τούτοις ἐνεργεῖ, ἃ καὶ μάλιστα ἀγαπᾷ, οἷον ὁ μὲν μουσικὸς τῇ ἀκοῇ περὶ τὰ μέλη, ὁ δὲ φιλομαθὴς τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ θεωρήματα. οὕτω δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστος. ἡ δὲ ἡδονὴ τελειοῖ τὰς ἐνεργείας καὶ τὸ ζῆν δὲ, οὗ ὀρέγονται. εὐλόγως οὖν καὶ τῆς ἡδονῆς ἐφίενται. τελειοῖ γὰρ ἑκάστῳ τὸ ζῆν αἱρετὸν ὄν. πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἱρούμεθα, ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονὴν, ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι. συνεζεῦχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται, καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι. ἄνευ τε γὰρ ἐνεργείας οὐ γίνεται ἡδονή. πᾶσάν τε ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή.

Nonnulla tamen quæ noua sunt, oblectant: postea vero non simili modo, hanc ob caussam: quia primum deflexus est animus, in eorumque actione intētus, quemadmodum in visu, qui inspiciunt: postea vero non fit eiusmodi actio, sed neglecta. ideo etiam voluptas hebetatur. Appetere autem voluptatem quispiam existimarit omnes, quia viuere omnes cupiunt. Vita vero actio quædam est. Et in his vnusquisque & his agit, quæ vel maxime chara habet, vt musicus auditu in modulationibus, discendi studiosus mente in contemplationibus: atque ita singuli ex ceteris. voluptas vero actiones perficit: & viuere quoque ipsum, quod appetunt. merito igitur voluptatem etiam concupiscunt. perficit enim cuique vitam, quæ res est expetēda. vtrum vero vitam ob voluptatem expetamus, an voluptatem ob vitam, in præsentia omittatur. Coniuncta enim hæc inter se videtur, ac separari non posse. nam & sine actione nō fit voluptas, actionemque omnem voluptas perficit.

COMMENTATIONES.

Α τί δ' ἐστιν) Hactenus Aristoteles examinauit Platonicorum, & quorundam aliorum Philosophorū opiniones de voluptate: iam vlterius progreditur, & suam de ea sententiam explicat, quid nimirum & qualis sit. Possunt autem

autem duæ constitui huius cap. partes. In prima inuestigat voluptatis definitionem: in altera explicat circiter octo quæstiones, quæ ad definitionis declarationem maiorem pertinent: quia enim statuit, *voluptatem esse quasi perfectionem quandam operationis.* Primum ostendit, *qua requirantur ad perfectam operationem, vt ea in se habeat voluptatem, & agenti sit iucunda:* deinde, *quarum operationũ voluptas dicatur esse perfectio:* tertio, *quare & quo pacto voluptas dicatur operationis perfectio:* quarto, *quamobrem voluptas insit in ipsis actionibus aut operationibus:* quinto, *quare nemo continenter voluptatem ex actione percipiat:* sexto, *quare operationes ab initio maiorem habeant voluptatem, quam in fine:* septimo, *qui fiat, quod homines tantopere soleant voluptatem expetere:* octauo, *vtrum vita propter voluptatem, an voluptas propter vitam sit expetenda.* Quod ad primam partem cap. attinet, ea est ὁρισμική, id est, continet definitionẽ voluptatis: quia autem in omni definitione præcipua pars est ipsum genus: ideo Aristotel. præcipue occupatus est in inuestigando genere voluptatis. Inuestigat autem illud duobus instrumentis: Primum, τῇ ἀφαιρέσει, *remotione*, qua ostendit, voluptatem neq; motum, neq; generationem esse, vt quidam Philosophi existimarunt: deinde τῇ θέσει, affirmatione, qua ostendit, voluptatẽ perfectionem. Quod igitur ad primam partem cap. attinet propositio τῆς ἀφαιρέσεως remotionis falsi generis hæc est: *Voluptas non est κίνησις, id est, motus*, ex qua propositione etiam altera ἀφαιρέσεως necessario colligitur, nimirum quod voluptas nõ sit γένεσις generatio: quia omnis generatio est motus, iuxta definitionem eius, quæ est apud Physicos, qui dicunt, generationẽ esse motum a non esse ad esse. Itaq; si demonstratũ sit, voluptatem non esse motũ, etiam simul manifestum est, voluptatẽ non esse generationem. Ideo Aristot. in hoc loco tantum priorem partem probat, quod voluptas non sit motus: idq; tribus argum. Primũ sumitur a perfectione: *Nullus motus quouis tempore est perfectus. Voluptas autem quouis tempore est perfecta.* Ergo *voluptas non est motus.* Minorem propositionem primo loco probat tali argum. *Quicquid non indiget aliqua alia re ad forma sua constitutionem & absolutionem,*

Contenta huius capit.

Voluptatis definitio.

Voluptas non est motus, non generatio.

id quouis tempore est perfectum. Sed *voluptas, ratione, forma & essentia sua, nulla alia re accedente opus habet ad sui perfectionem*: *quia*, vt supra dictum est, *non accipit magis & minus, sed simul semper eodemque momento est tota.* Igitur *voluptas quouis tempore est perfecta.* Minorem propositionem huius secundi syllogismi declarat exemplo simili, de visione siue actu videndi. Quemadmodum visio simul eodemque momento, si modo instrumenta videndi sunt integra, fit perfecte earum rerum, quæ ei offeruntur. Ita etiam voluptas simul, eodemque tempore est perfecta. ita vt neque magis, neque minus accipiat. Atque hæc de minore propositione primi syllogismi. Quod vero ad maiorem attinet, in qua dicitur, nullum motum quouis tempore esse perfectum. Notandum est, eam non intelligendam esse de motu circulari. Is enim quouis tempore est perfectus, quia in seipsum vertitur, & finem suum in seipso habet. Declaratur autem hæc propositio duobus argumentis, & duobus quoque exemplis. Primum argumentum est tale: *Quod requirit temporis moram ad sui constitutionem, id non quouis tempore potest esse perfectum, nam eo ipso tempore, quo spacium aliquod vel moram requirit, nondum est perfectum.* Sed *omnis motus requirit spacium aliquod siue moram temporis, quoniam fit in tempore, & tempus ipsum dicitur esse mensura motus.* Igitur *nullus motus, excepto motu circulari, quouis tempore potest esse perfectus.* Alterum argumentum: *Quicquid ad finem aliquem adhuc tendit, illud non potest esse quouis tempore perfectum: quia tum demum perfectum esse dicitur, quando ad finem illum peruenerit.* Sed *motus tendit ad aliquem finem.* Igitur *nullus motus quouis tempore est perfectus: sed tum demum, quando ad finem peruenit.* Declarantur hæc iam dicta duobus exemplis. Primum exemplum est, de motu generationis siue exstructionis alicuius operis, veluti templi, ædificii, arcis, nauigii, aut alterius alicuius operis, qualecunque illud sit. Hoc enim non potest effici absque aliquo motu, eorum scilicet artificum seu opificum, qui opus illud

debent

debent efficere. Ille autem motus non potest dici perfectus, nisi quando ipsum opus ad finem fuerit perductum & absolutum. Omnes autem motus præcedentes, veluti cum in exstruendo ædificio fundamentum collocatur, eriguntur parietes, exstruuntur varia conclauia & domicilia, imponitur tectum: hi omnes particulares & imperfecti motus, differunt etiam inter se specie. Alia enim species est motus in iaciendo fundamento: alia species in exstruendis parietibus: alia in erigendis columnis: alia in imponendo tecto: tunc autem demum dicitur motus esse perfectus, quando iam ædificium est absolutum, & ad finem perductum. Priores autem omnes motus sunt imperfecti, quia tendebant ad vltimum illum finem. Alterum exemplum potest referri ad motum localem, cuius sunt variæ quoque species, vt *ambulatio*, *saltatio*, *cursus*, *volatus*, *natatio*, *proiectio*, *protrusio*, & similes aliæ species, in quibus omnibus distinctæ sunt partes, per quas fit motus localis, cum nimirum aliquid e loco in alium locum mouetur. Omnes autem hæ partes, & omnes illi motus, qui per istas partes fiunt, dicuntur esse imperfecti, tamdiu, donec spacium illud loci, quod propositum fuit, est confectum, & in locum motus succedit quies eius rei, quæ mouebatur. Exempli gratia: In deambulatione sunt primum duo diuersi termini, nempe terminus a quo, vnde scilicet fit ambulationis initium: & terminus ad quem, is, qui ambulationem suscipit, cogitat peruenire, deinde inter hos ipsos duos terminos interiectum est aliquod spacium, per quod deambulatio fieri debet. Hoc vero spacium rursum ex pluribus vel paucioribus partibus constat, quatenus hi duo termini a se mutuo propius vel longius distant. Atque hæ partes distinguuntur, vel pedibus, vel passibus, vel stadiis, vel miliaribus: quæ partes etiam inter se specie differunt, ac proinde motus ille, qui per partes istas fit, etiam specie in plures partes potest diuidi. Quod si vero quis obiiciat, esse tantum vnam lineam a termino a quo ad terminum ad quem, atque ideo partes illas non esse specie diuersas. Ad hoc respondetur, esse quidem vnam lineam ab

vno termino ad alterum, & quidem specie eandem, tamẽ quatenus linea illa consideratur ratione loci, in quo est, tum plures sunt partes eius lineæ, & quidem specie differentes. Etenim in ea pars, quæ est a principio, vnde fit motus, diuersa est ab ea parte, quæ est ad finem ipsius loci, ad quẽ fit motus. Exempli gratia: in stadio dicuntur esse 125. passus, hi omnes vna quidem recta linea continentur: sed tamen inter sese differunt. Alii enim sunt primi, alii vltimi, alii intermedii: Item, alii viciniores termino, vnde fit motus: alii autem ab eodem termino remotiores.

Voluptatem non esse motũ.

B δόξειεν δ' ἄν.) Hic locus continet duo alia argumenta, quibus probare vult, voluptatem non esse motum κίνησιν. Est itaq; alterum argumentũ desumtum a circumstantia temporis: *Omnis motus fit in tempore seu parte aliqua temporis. Voluptas autem non fit in tempore aut parte aliqua temporis, sed fit in momento, & vt Græci loquuntur, in τῷ νῦν, in nunc, quod non est tempus, sed est initium temporis.* Ergo *voluptas non est motus.* Maior propositio sumitur ex doctrina physica, quæ est apud Aristotelem *in lib. 4. cap. 14. & in lib. 6. cap. 3.* vbi Aristoteles contra Democritum ostendit in ipso Nunc, id est, in momento nihil posse moueri, id est, nullam fieri generationem, aut corruptionem, aut alterationem, sed ad istos motus requiri spatium aliquod temporis. Minor propositio, quod nimirum voluptas fiat in momento, declarata est in præcedente argumento exemplo simili de visione. Quemadmodum enim visio fit subito, & in momento: ita etiam fit voluptas absq; vlla temporis mora. Tertium argumentũ sumitur a natura eorum, quæ mouentur, quæ a Græcis dicuntur τὰ μεριστὰ, *partibilia*, hoc modo: *Quicquid mouetur, necesse est, vt sit μεριστὸν partibile, id est, vt possit in partes diuersas segregari & seiungi.* Sed *voluptas non est μεριστὴ partibilis, id est, non potest per partes segregari.* Ergo *voluptas non est motus.* Maiorem proposit. declarat Aristot. exemplis similibus, de puncto, vnitate & visione, quæ, quoniam sunt impartibilia, ideo illis neq; motus, neq; generatio tribuitur, vt etiam ostenditur *in lib. 6. phys. cap. 10.* contra Democritum, qui dicebat, atomos moueri, & ex atomorum motu & concursu omnia

gene-

generari. Minor propositio patet ex primo augumento, in quo dictum fuit, voluptatem, *quouis tempore ita esse perfectam & totam, vt non possit per partes a se mutuo disiungi & separari.* Atque hæc est huius cap. ἀφαίρεσις remotio seu refutatio, qua ostenditur, quod voluptas non sit motus, & per consequens etiam non sit γένεσις generatio. Ideoque in eius definitione voluptatum motus seu generationis non posse loco generis poni, quemadmodum quidam Philosophi fecerunt: sed quia non satis est ostendere, quid voluptas non sit, verum ostendere etiã oportet, quid ea sit. Ideo post ἀφαίρεσιν remotionem & negationem sequitur θέσις positio & affirmatio, quid nam voluptas sit. Hanc autem affirmationem Aristoteles non ita diserte & manifeste ponit, potest tamen ex sequenti textu colligi, & ex iis, quæ *in lib. 7. cap. 12.* de voluptate fuerunt dicta: nempe, quod voluptas sit quędam quasi actionum seu operationum perfectio aut perfectæ operationis signum & consequens. Sic enim inquit *in lib. 7. cap. 12.* voluptas est operatio habitus animi minime impedita. Et in hoc cap. ter repetit hanc sententiam, quod nimirum voluptas perficiat actionem siue operationem. Quod vero voluptas sit indicium perfectæ operationis siue actionis, potest intelligi ex contrario. Nam voluptati opponitur dolor seu molestia. Quia molestia siue dolor, qui ex actione aliqua sentitur, est indicium, actionem illam esse imperfectam, & ipsum agentem nondum posse perfecte suam actionem peragere. Ita voluptas, quam agens percipit ex actione, indicium est, ipsum agentem posse perfecte ex sua arte aliq d agere. Exẽpli gratia: *Qui perfecte tenet artẽ musicam, is cum voluptate canit, aut pulsat cytharam, quemadmodum vidimus perfectos musicos, quando incipiunt canere, difficulter postea desinere, quia cum voluptate canunt aut ludunt. Qui autem artem musicam non perfecte tenẽt, eis molestum est canere aut pulsare cytharam, qua molestia indicium est, eum artem illam nondum perfecte tenere.*

Voluptatem non esse motũ.

C ἐγγίνεται δὲ.) Hoc loco incipit altera pars continens explicationem 8. quæstionum. Ad declarationem naturæ ipsius voluptatis, Prima quæstio est, *quanam requi-*

Operatio vt fiat perfecta, quæ requirũtur, vt agens voluptatem percipiat. Responsio.

rantur ad perfectam operationem, vt agens ex ea percipiat voluptatem, seu vt ea agenti sit iucunda. Ad hanc quæstionem Aristoteles sic respond. eam esse perfectam operationem, quæ proficiscitur a facultate optime disposita, & agit etiã in obiectũ optime dispositum. Ex quibus verbis intelligitur, ad perfectam operationẽ duo potissimum requiri: primum, vt δύναμις facultas vel potentia, e qua ipsa actio proficiscitur, sit optime affecta & disposita. Deinde vt obiectũ, in quo & circa quod agit & operatur, etiam sit optimum siue optime dispositum. Exempli gratia: Actio videndi tum demum est perfecta & iucunda ei, qui videt: si ipsa facultas videndi sit sana & integra: præterea si obiectum etiam sit conueniens & gratum: veluti si quis bonis oculis est præditus, & videt pulcram imaginem, tum actio illa videndi ei est suauis & iucunda, adeo vt vix possit videndo se satiare. Quod si vero facultas videndi est læsa, aut obiectum non est gratum, aut bene dispositum, huic ipsa visio seu actio videndi non potest esse iucunda, quod de sensibus dicitur, id etiam de reliquis actionibus & operationibus est intelligendum. Exempli gratia: Statuarius tum demum cum voluptate scalpit & fingit statuam, quando artem suam optime tenet, & habet obiectum, lapidem vel lignum, in quod agit optime dispositum. Etenim longe perfectiorem & elegantiorem statuam facit peritus statuarius ex marmore, quam imperitus ex alio aliquo lapide, minus ad sculpendum apto: ita Citharœdus, qui artem tenet, & bonam habet citharam longe suauius ludit, quam imperitus aliquis.

Voluptas quarum actionum dicatur perfectior

D κατὰ πᾶσαν.) Altera quæstio est: *Quarum actionum voluptas dicatur esse perfectior.* Ad hanc respond. Aristoteles, omnibus operationibus inesse aliquam voluptatẽ, quæ est indicium, illas operationes esse perfectas. Sunt autem triplices actiones siue operationes. Aliæ enim sunt τῆς αἰσθήσεως, i. e. *sensus*. Nam in omnibus sensibus voluptas quædam locum habet, quando sensus ipsi operantur vel agunt in suum obiectum: si nimirum sensus ipsi sunt integri & optime affecti, & si eorum obiecta, i. e. sensilia bene se habent. Aliæ a. operationes sunt cogitationes & rationes, quæ etiam habent suam voluptaetm, si versantur

Operationes triplices.

circa

circa eiusmodi res, quæ menti & rationi sunt gratæ Aliæ deniq; operationes sunt contẽplationes, quæ versantur circa cœlestia & diuina: omnes autem hæ tam sensuum, quam cogitationum & contemplationũ operationes tũ iudicantur esse perfectæ, quando ipsi agenti sunt suaues & iucundæ. Contra vero imperfectæ esse iudicantur, quando agenti adferũt aliquam molestiam aut fastidiũ.

E τίλειοῖ δὲ τὴν.) Tertia quæstio huius loci est, *quo pacto & quare voluptas dicatur perficere actionẽ siue operationem* Hanc quæstionẽ Arist. declarat tribus exemplis Primũ *eorum, quæ sensu percipiuntur.* Deinde *exemplo medici & sanitatis.* Tertio *exemplo pulcritudinis seu venustatis corporis animati.* Ex quibus exemplis ad quæstionẽ propositam talis potest colligi responsio: nempe, *quod voluptas dicitur perficere actionem seu operationem nõ tanquã caussa animalis, quẽadmodũ sensile pficit sensum, neq; tanquã caussa efficiens, quemadmodũ medicus dicitur efficere sanitatẽ, neq; etiam tãquã caussa formalis, sicut sanitas dicitur esse caussa, quod bene valemus.* Sed *voluptas dicitur perficere operationem tanquã vltimũ quoddam siue finis, qui ex perfecta operatione percipitur, & est quasi eius accidens inseparabile, quo perfectio actionis cognoscitur, quemadmodum venustas & pulcritudo corporis est indicium florentis ætatis & optimæ constitutionis & valetudinis, non quod pulcritudo illa efficiat florentem ætatem aut bonam corporis constitutionẽ, sed, quod eam perpetatuo comitatur & consequitur. Quemadmodum etiã sanæ operationes sunt indicium sanitatis, non quod eam efficiant, sed quod ab ea proficiscantur: Ita etiam voluptas, quæ ex actione percipitur, indicium est perfectæ actionis, non tamen eam efficit. Hanc ob caussam ntiam in lib. 2. c 3. Arist. dixit signum, quo cognoscitur habitũ virtutis alicui inesse, esse ipsam voluptatẽ, quæ concitat actiones virtutis, quod declarat exemplo.* Nam inquit: *cui iucundũ est exercere liberalitatem, aut iustitiam aut temperantiã, is inde potest statuere, se habitum illarum actionum consecutum esse. Contra, cui non iucundum est, sed molestum abstinere a voluptatibus, aut liberalitatem, vel iustitiam exercere, indicium est, eum illarum virtutum habitum nondum consecutum esse.*

Voluptas quare dicatur actionem perficere.

Ε ἕως δὲ ἂν.) Quarta quæstio est, *quamdiu voluptas insit*

Voluptas quamdiu actionibus insit.

in actionibus, siue quam diu agens sentiat voluptatem ad agendum. Ad hanc sic respondet: voluptas tamdiu inest ipsis actionibus, quamdiu facultas, a qua actio proficiscitur, & obiectum, circa quod actio versatur, fuerint optime disposita. Ratio responsionis est, quia manente eadem caussa efficiente, idem quoque manet effectus. Exempli gratia: actio vidēdi tamdiu est iucunda, quādiu acies oculorum firma manet, & quamdiu ipsum obiectum, in quod acies oculorum dirigitur, bene est dispositum: quod inde apparet, quando si vel acies oculorum remittit, vel obiectum, quod oculis obiicitur, minus est idoneum aut gratum visui, tum etiam minor vel nulla voluptas ex videndo percipitur.

Voluptatē cur nemo continēter sentiat.

G πῶς οὖν οὐδεὶς.) Quinta quæstio est. *Quare nemo continenter voluptatem sentiat siue delectetur.* Caussam huius rei esse dicit ipsam operationem seu actionem. Nam quia nemo potest continēter agere & operari, sed necesse est, vt interdum actiones intermittat. Ideo etiam nemo potest continenter frui voluptate. Quia enim operatio siue actio non potest esse perpetua, ideo etiam voluptas, quæ ex illa operatione est, cessat voluptas, quæ ei fuerat coniuncta, vt in dialecticis dicitur, cessante caussa efficiente cessat etiam effectus. Manifestum autem est, nullum hominem, imo nullum animal posse continenter & perpetuo laborare, quia vires debilitantur & franguntur, atque etiam homini ideo concessus est somnus, vt per quietem vires paulatim recreentur & recuperentur, quæ diuturnis laboribus fractæ fuerunt & debilitatæ, quemadmodum dicitur: *Quod caret alterna requie, durabile non est.*

Voluptates quare ab initio vehemēter delectent, post minus.

H ἔνια δὲ τέρπει) Sexta quæstio est, *quare noua ab initio adeo vehementer delectent homines, paulo post vero non ita vehementer delectent.* Caussa huius rei est, quia actiones sensuum & animi initio magis sunt intensæ in nouas res, quam postea. Quo autem magis intensa est actio in aliquam rem, eo maior etiam est voluptas, quæ actioni ei inest. Posteaquam vero animus vel sensus sunt satiati, ex illa actione etiam voluptas ipsa paulatim imminuitur, adeo, vt tandem ea ipsa actio pariat agenti fastidium. Exempli caussa. *Ex suaui harmonia alicuius cantilena,*

quam

quam quis antea non audiuit, initio sensus audiendi magnam percipit voluptatem, vbi vero cantilena illa fuerit sæpius decantata, tandem affert fastidium. Sic ex potu generosi vini, initio sensus gustus magnam percipit voluptatē, vt vero sæpius & nimium de eo vino biberit, non amplius tantam inde percipit voluptatem.

I ὀρέγεσθαι δὲ τ.) Septima quæstio est. *Quare homines tantopere soleant expetere voluptatē?* Caussam huius rei adfert. Quia voluptas videtur quodammodo vitā ipsam perficere. Quia autem vita omnibus hominibus maxime est expetenda, ideo etiam iudicant voluptatem maxime esse expetendam tanquam perfectionē vitæ. Quod autem voluptas sit vitæ perfectio, Aristoteles sic probat. *Viuere est aliquid agere.* Nā *vbi nulla est vita, ibi nulla est actio, & vt Cicero libro secundo de natura Deorum inquit: Is q nihil agit, non modo non viuere sed homo omnino non esse videtur. Si ergo viuere est agere.* Igitur *vita est quædam actio, ex loco coniugatorum.* Et *si voluptas est actionum perfectio, aut perfectarum actionum indicium.* Igitur *etiam voluptas potest dici perfectio vitæ.* Et *si vita maxime est expetenda, etiā voluptas videtur maxime expetenda.* Hanc ob caussam inquit Aristoteles, *homines quamdiu viuunt, tamdiu etiam occupati sunt in ijs actionibus, ex quibus existimant, se maxime posse voluptatem aliquam percipere, vt etiam plerique in ijs sese exerceāt ex quibus voluptatem capiunt, veluti musici ex cantilenis & instrumentis musicis, Philosophi ex contemplatione & cognitione rerum, mercatores ex lucro & in vniuersum omnes homines eadem per vitam tractant, quæ ipsis videntur iucunda.*

Voluptatem cur tantopere expetant homines.

K πότερον δὲ τ.) Postrema quæstio, scilic. octaua huius cap est, *vtrum vita propter voluptatem, an vero voluptas propter vitam sit expetenda.* Ad hanc quæstionem Aristoteles primo respond. per præteritionē. Ait enim eam esse superuacaneam, propterea, quod hæc duo vita & voluptas ita sibi inuicem sunt coniuncta, vt alterum sine altero, neq; esse, neq; experi possit. Intelligendum autem est hoc de vera vita, videlicet quæ sana est & integra sine vitibus: nam vita morbosa vix vita est nominanda. Deinde respondet categorice per distinctionem, videlicet

Vita vtrū propter voluptatē an hæc ꝓpter illam expetēda.

vitam non propter voluptatem esse expetendam, quemadmodum Epicurei dicebant: Alioqui enim voluptas præstantior esset vita: sed potius voluptatem, videlicet quæ honesta est, propter vitam esse expetẽdam, quatenus nimirum voluptas est quasi condimentum vitæ, quo ipsa nonnihil recreatur & sustentatur. Nam ea vita, quæ omnis voluptatis sensu caret, etiam non est vita nominãda. Vnde Sophocles in Antigone, eũ, qui nullo voluptatis sensu afficitur, nominat ἔμψυχον νεκρὸν, *animatũ mortuum siue cadauer animatum.* Ad hanc autem quæstionem pertinet hæc altera, qua quæritur, *vtrum otiũ propter negotium, an vero negotium propter otium sit expetendum.* Ad quam Philosophus Anacharsis sic respõdere solebat: *ludere oportet, vt res serias agere possis: non autẽ seria agere, vt ludere possis.* Cui similis est illa responsio apud Cic. lib. 4. ad Herennium. *Esse oportet, vt viuas, non viuere vt edas.* Et Plutarchus commemorat, *Socratem solitum fuisse dicere: homines malos tantum viuere edendi gratia: bonos autem edere & bibere viuendi gratia.*

ΚΕΦ. ε'.

A Ὅθεν δοκοῦσι καὶ τῷ εἴδει διαφέρειν. τὰ γὰρ ἕτερα τῷ εἴδει, ὑφ' ἑτέρων οἰόμεθα τελειοῦσθαι. οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ τὰ φυσικὰ, καὶ τὰ ὑπὸ τέχνης, οἷον ζῷα, καὶ δένδρα, καὶ γραφὴ, καὶ ἀγάλματα, καὶ οἰκία, καὶ σκεῦος. ὁμοίως δὴ καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς διαφερούσας τῷ εἴδει ὑπὸ διαφερόντων τῷ εἴδει τελειοῦσθαι. διαφέρουσι δ' αἱ τῆς διανοίας τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ αὗται ἀλλήλων κατ' εἶδος· καὶ αἱ τελειοῦσαι δὴ ἡδοναί. φανείη δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ συνῳκειῶσθαι τῶν ἡδονῶν ἑκάστην τῇ ἐνεργείᾳ, ἣν τελειοῖ. συναύξει γὰρ

CAP. 5.

VNde differre etiam specie videntur. Quæ enim specie diuersa sunt, a diuersis perfici existimamus. ita enim apparent & naturalia, & quæ ab arte efficiuntur, vt animalia, & arbores, pictura, statua, domus & vas. simili modo igitur diuersas specie actiones à specie differentibus perfici. differunt autem mentis actiones ab ijs quæ sunt in sensibus, atque hæ inter sese specie: quare etiam quæ ipsas perficiunt voluptates. Patere autem hoc ex eo etiam possit, quod voluptas quæque est actioni ei prope coniuncta, quam perficit. simul enim auget

auget actionem propria voluptas. nam singula magis indicant, exquiruntque qui cum voluptate agunt: vt geometrici euadunt, qui geometriam tractare gaudent, & singula magis intelligunt. simili etiam modo musica studiosi, & ædificandi, & ceteri alij, in suo quisque opere proficiunt, dum eo gaudent. voluptates ergo vna amplificantur. quæ vero vna amplificantur sunt propria. quæ autem diuersis specie sunt propria, inter se quoque specie diuersa sunt. Magis præterea inde hoc pateat, quod voluptates a diuersis sunt actionibus impedimento. studiosi enim tibiarum orationibus attendere nequeunt, si tibia canentem quempiam audiuerint, tibiæ cantu magis gaudentes, quam præsente actione. voluptas igitur ex tibiæ cantu actionem orationis corrumpit. in ceteris quoque pariter id contingit, cum duobus agendis occupatur quispiam. Quæ enim est iucundior, alteram extrudit: atque si in voluptate multum excelluerit, magis, adeo vt in altera nihil agat. atque idcirco aliqua re vehementer gaudentes, aliud quid non admodum agimus: & alia facimus, alijs leuiter nos oblectantes, vt & in theatris qui bellaria esitant, cum mali sunt concertatores, tum maxime id faciunt. Quoniam

τὴν ἐνέργειαν ἡ οἰκεία ἡδονή. μᾶλλον γὰρ ἕκαστα κρίνουσι καὶ ἐξακριβοῦσιν οἱ μεθ' ἡδονῆς ἐνεργοῦντες· οἷον γεωμετρικοὶ γίνονται, οἱ χαίροντες τῷ γεωμετρεῖν, καὶ κατανοοῦσιν ἕκαστα μᾶλλον. ὁμοίως δὲ καὶ φιλόμουσοι, καὶ φιλοικοδόμοι, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστοι, ἐπιδιδόασιν εἰς τὸ οἰκεῖον ἔργον, χαίροντες αὐτῷ. συναύξουσι δὴ αἱ ἡδοναί. τὰ δὲ συναύξοντα, οἰκεῖα. τοῖς ἑτέροις δὲ τῷ εἴδει, καὶ τὰ οἰκεῖα, ἕτερα τῷ εἴδει. ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦτ' ἂν φανείη ἐκ τῶν τὰς ἀφ' ἑτέρων ἡδονὰς ἐμποδίους ταῖς ἐνεργείαις εἶναι. οἱ γὰρ φίλαυλοι ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν, ἐὰν κατακούσωσιν αὐλοῦντος, μᾶλλον χαίροντες αὐλητικῇ, τῆς παρούσης ἐνεργείας. ἡ κατὰ τὴν αὐλητικὴν οὖν ἡδονὴ, τὴν περὶ τὸν λόγον ἐνέργειαν φθείρει. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν ἅμα περὶ δύο ἐνεργῇ. ἡ γὰρ ἡδίων τὴν ἑτέραν ἐκκρούει. κἂν πολὺ διαφέρῃ κατὰ τὴν ἡδονὴν, μᾶλλον, ὥστε μηδ' ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἑτέραν. διὸ χαίροντες ὁτῳοῦν σφόδρα, οὐ πάνυ δρῶμεν ἕτερον. καὶ ἄλλα ποιοῦμεν, ἄλλοις ἠρέμα ἀρεσκόμενοι. οἷον καὶ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τραγηματίζοντες, ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρῶσιν. ἐπεὶ

δ' ἡ μὲν οἰκεία ἡδονὴ ἐξακριβοῖ τὰς ἐνεργείας, καὶ χρονιωτέρας καὶ βελτίους ποιεῖ, αἱ δ' ἀλλότριαι λυμαίνονται, δῆλον ὡς πολὺ διεστᾶσι. σχεδὸν γὰρ αἱ ἀλλότριαι ἡδοναὶ ποιοῦσιν ὅπερ αἱ οἰκεῖαι λῦπαι. φθείρουσι γὰρ τὰς ἐνεργείας αἱ οἰκεῖαι λῦπαι· οἷον εἴ τῳ τὸ γράφειν ἀηδὲς καὶ ἐπίλυπον, ἢ τὸ λογίζεσθαι, ὁ μὲν οὐ γράφει, ὁ δ' οὐ λογίζεται, λυπηρᾶς οὔσης τῆς ἐνεργείας. συμβαίνει δὴ περὶ τὰς ἐνεργείας τοὐναντίον ἀπὸ τῶν οἰκείων ἡδονῶν τε καὶ λυπῶν· οἰκεῖαι δ' εἰσὶν, αἱ ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ καθ' αὑτὴν γινόμεναι. αἱ δ' ἀλλότριαι ἡδοναὶ, εἴρηται ὅτι παραπλήσιόν τι τῇ λύπῃ ποιοῦσι. φθείρουσι γὰρ, πλὴν οὐχ ὁμοίως. διαφερουσῶν δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικείᾳ καὶ φαυλότητι, καὶ τῶν μὲν αἱρετῶν οὐσῶν, τῶν δὲ φευκτῶν, τῶν δὲ οὐδετέρων, ὁμοίως ἔχουσι καὶ αἱ ἡδοναί. καθ' ἑκάστην γὰρ ἐνέργειαν οἰκεία ἡδονή ἐστι. ἡ μὲν οὖν τῇ σπουδαίᾳ οἰκεία, ἐπιεικής· ἡ δὲ τῇ φαύλῃ, μοχθηρά· καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι τῶν μὲν καλῶν, ἐπαινεταί· τῶν δὲ αἰσχρῶν, ψεκταί. οἰκειότεραι δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναὶ τῶν ὀρέξεων. αἱ μὲν γὰρ διωρισμέναι εἰσὶ καὶ τοῖς χρόνοις καὶ τῇ φύσει. αἱ δὲ σύνεγγυς ταῖς ἐνεργείαις, καὶ ἀδιόριστοι οὕτως, ὥστ' ἔχειν ἀμφισβήτησιν εἰ ταὐτόν ἐστιν ἡ ἐνέργεια

autem propria voluptas accurate absoluit actiones, diuturnioresque & meliores reddit, aliena vero labefactant, longe eas inter se distare manifestum est. Fere enim alienæ voluptates id faciunt quod proprij dolores. Proprij enim dolores actiones corrumpunt: vt si alicui scribere iniucundum est & molestum, vel ratiocinari, is non scribit, neque ratiocinatur, dolorem afferente actione. Contingit igitur in actionibus contrarium ex proprijs voluptatibus & doloribus. propria autẽ sunt, quæ in actione per se exsistunt: alienas vero voluptates dictum est simile quid efficere quod dolor. corrumpunt enim, veruntamen non simili modo. at vero cum differant actiones probitate & prauitate, & alia ex ipsis expetenda sint, alia fugienda, alia neutra, simili modo voluptates etiam sese habent. in vnaquaq; enim actione propria voluptas est. ac quæ proba quidem propria est, honesta: quæ praua, improba. nam & cupiditates honestorum laudabiles: turpium vituperabiles sunt. proprijs autem actionibus coniuncta sunt voluptates, quæ in ipsis exsistunt, quam appetitiones. hæ enim distincta sunt, & temporibus & natura: illa adeo annexæ actionibus sunt, adeoque ab ipsis indistincta, vt an idem cum voluptate actio sit, ambiguum sit.

neque

neq; tamē videtur voluptas esse intelligentia, neque sensus (est enim absurdum) sed quia non separantur, esse idem quibusdam videntur. sicut igitur actiones diuersae sunt, ita quoq; voluptates. visus autē a tactu puritate differt, & auditus & olfactus a gustatu simili modo quoq; differunt voluptates, atq; ex his illae quae in intelligentia versantur, & vtraque a se mutuo. videtur vero esse vnicuiq; animali propria voluptas, quemadmodū etiam opus. ea enim est, quae in actione est. ac in vnoquoq; considerātis ita esse apparebit. equi siquidē, & canis, & hominis voluptas diuersa est. Quemadmo[dum] enim Heraclitus inquit, asinum stramēta magis quā aurum esse electurum. nā asinis pabulū auro iucundius est. ac ea quidē quae sunt specie diuersorū, specie differunt: quae sunt eorundem, indifferentes esse rationi consentaneum est. in hominibus tamen non parū variant. eadem enim alios offendunt, alios oblectant, ac quibusdā molesta & odiosa, quibusdā iucunda & amabilia sunt. in dulcibus quoq; id euenit. nā non eadē febricanti videtur, & sano. neq; calidū quippiam esse imbecillo, & ei qui bona habitudine sit. similiter vero in aliis etiā id contingit. videtur autem in omnib. huiusmodi id esse quod probo viro apparet. Quod si hoc recte dicitur, quemadmodum

τῇ ἡδονῇ. οὐ μὴν ἔοικέ γε ἡ ἡδονὴ διάνοια εἶναι, οὐδ' αἴσθησις· ἄτοπον γάρ. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χωρίζεσθαι, φαίνεταί τισι ταὐτόν. ὥσπερ οὖν αἱ ἐνέργειαι ἕτεραι, καὶ αἱ ἡδοναί. διαφέρει δὲ ἡ ὄψις ἁφῆς καθαρειότητι, καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις γεύσεως· ὁμοίως δὴ διαφέρουσι καὶ αἱ ἡδοναί, καὶ τούτων αἱ περὶ τὴν διάνοιαν, καὶ ἑκάτεραι ἀλλήλων. δοκεῖ δ' εἶναι ἑκάστῳ ζῴῳ καὶ ἡδονὴ οἰκεία, ὥσπερ καὶ ἔργον. ἡ γὰρ κατὰ τὴν ἐνέργειαν. καὶ ἐφ' ἑκάστῳ δὲ θεωροῦντι, τοῦτ' ἂν φανείη. ἑτέρα γὰρ ἵππου ἡδονὴ καὶ κυνὸς καὶ ἀνθρώπου, καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν, ὄνον σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν· ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις. αἱ μὲν οὖν τῶν ἑτέρων τῷ εἴδει, διαφέρουσιν εἴδει· τὰς δὲ τῶν αὐτῶν ἀδιαφόρους εὔλογον εἶναι. διαλλάττουσι δ' οὐ μικρὸν ἐπί γε τῶν ἀνθρώπων, τὰ γὰρ αὐτὰ, τοὺς μὲν λυπεῖ, τοὺς δὲ τέρπει· καὶ τοῖς μὲν λυπηρὰ καὶ μισητά ἐστι, τοῖς δὲ ἡδέα καὶ φιλητά. καὶ ἐπὶ γλυκέων δὲ τοῦτο συμβαίνει. οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ τῷ πυρέττοντι δοκεῖ, καὶ τῷ ὑγιαίνοντι, οὐδὲ θερμὸν εἶναι τῷ ἀσθενεῖ καὶ τῷ εὐεκτικῷ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων τοῦτο συμβαίνει· δοκεῖ δ' ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις εἶναι τὸ φαινόμενον τῷ σπουδαίῳ. εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται, καθάπερ

δοκεῖ, καὶ ἔστιν ἑκάστου μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ἀγαθὸς, ᾗ τοιοῦτος, καὶ ἡδοναὶ εἶεν ἂν αἱ τούτῳ φαινόμεναι, καὶ ἡδέα, οἷς οὗτος χαίρει· τὰ δὲ τούτῳ δυσχερῆ εἴ τῳ φαίνεται ἡδέα, οὐδὲν θαυμαστόν· πολλαὶ γὰρ φθοραὶ καὶ λῦμαι ἀνθρώπων γίνονται· ἡδέα δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τούτοις, καὶ οὕτω διακειμένοις. τὰς μὲν οὖν ὁμολογουμένως αἰσχρὰς, δῆλον ὡς οὐ φατέον ἡδονὰς εἶναι, πλὴν τοῖς διεφθαρμένοις· τῶν δ' ἐπιεικῶν δοκουσῶν εἶναι, ποίαν ἢ τίνα φατέον τοῦ ἀνθρώπου εἶναι; ἢ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν δῆλον· ταύταις γὰρ ἕπονται αἱ ἡδοναί. εἴτ' οὖν μία ἐστὶν, εἴτε πλείους αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρὸς, αἱ ταύτας τελειοῦσαι ἡδοναὶ, κυρίως λέγοιντ' ἂν ἀνθρώπου ἡδοναὶ εἶναι· αἱ δὲ λοιπαὶ, δευτέρως καὶ πολλαχῶς, ὥσπερ αἱ ἐνέργειαι.

videtur, & est uniuscuiusque mensura virtus, & vir bonus, quatenus est talis, voluptates quoque fuerint, quæ huic videntur: & iucunda quibus is oblectatur: quæ vero huic sunt molesta, si cui videntur iucunda, nihil mirum. multæ enim corruptelæ hominum, & labes exsistunt. non sunt tamen iucunda, sed his, atque sic affectis. Eas igitur quæ sine dubio turpes sunt, constat non esse dicendas voluptates, nisi corruptis: ex iis vero quæ esse honestæ videntur, qualis aut quænam esse hominis dicenda est? an ex actionibus patet? harum enim voluptates comites sunt: siue igitur una est, siue plures perfecti & beati viri. quæ voluptates has perficiunt, vere eæ hominis voluptates esse dicantur: reliquæ autem, secundo loco, & multesimo, ut actiones.

COMMENTATIONES.

A ἐκεῖ δοκεῖ) In hoc cap. Arist. post allatam definitionem voluptatis, optime progreditur ad eius diuisionem. Sunt autem tres partes huius cap. Prima probat quatuor argumentis, *voluptates specie inter se differre.* Nisi enim hoc verum esset, non posset voluptas diuidi. In altera parte tres voluptatum diuisiones tradit. In tertia ostendit, *quænam sit vera voluptas dicenda.* Quod voluptates non omnes sint vnius generis sed specie inter sese differant, probat 4. argumentis, quorum primum est tale: *Quæ specie differunt, ea etiam perficiuntur a specie differentibus: sed actiones, quæ a voluptate perficiuntur specie inter se differunt.* Ergo *etiam ipsæ voluptates, quæ eas perficiunt, specie inter se differunt.* Maior est per se manifesta.

Voluptates specie inter se differre.
1. Argum.

Minor

Minor propositio in qua dicitur, *actiones specie inter se differre*, declaratur exemplis. *Nam actiones mentis & rationis differunt specie ab actionibus sensuum Imo quomodo ipsi sensus specie inter se differant, ita etiam actiones siue operationes sensuũ specie inter se differunt. Etenim actio videndi specie diuersa est ab actione odorandi, & sic de ceteris sensuum actionibus iudicandum est.* Idem etiam ostẽdi potest in actionibus naturalibus & artificialibus, quod inter se specie differant, quemadmodum patet ex eorũ operibus, quæ specie sunt diuersæ Exempli gratia: *natura producit animalia, arbores herbas, metalla, lapides & plurima alia, quæ omnia inter se specie differunt. Imo etiam eorundem operũ quo genere conueniunt plurimæ & prope infinita sunt species, veluti sunt diuersæ species animalium, herbarum, arborum, sic etiã se habet in operibus artificialibus, quæ etiã specie inter se sunt diuersa: alia n. est species domus, alia templi, alia nauis, alia statuæ, & sic singuli artifices diuersa opera efficiunt, quæ specie inter se sunt diuersa.*

B Φαίνεται δὲ καὶ τοῦτο.) Alterum argumentum, quo probatur, *voluptates non omnes esse easdem, sed specie inter se differre.* Sumitur a cõiunctione & cognatione quam habet cum actionib. & operationibus: estq; tale. Ea, *quæ cõiuncta sunt & cognata ijs, quæ specie differunt, ipsa quoque specie inter se differre necesse est. Nam propria accidentia diuersarum specierum etiam specie inter se differunt.* Exempli gratia: *risibile, hinnibile, mugibile sunt propria diuersarum actionum specierum animaliũ, hominis scilicet, equi & bouis. Itaq; hæc ipsa propria specie inter se sunt diuersa sed propria voluptates specie differentibus actionibus sunt coniunctæ, quemadmodum patet ex præcedenti argumento: alia n. est voluptas actionis mentis, alia voluptas actionum sensuũ.* Igitur & *hæ ipsæ voluptates specie inter se sunt diuersæ.* Minor ꝓbatur, *quia cuiq; actioni inest ꝓpria quadã voluptas, si modo actio illa sit ꝑfecta.* Notandũ v. in hoc loco est hoc discrimẽ ꝙ voluptates aliæ sint ꝓpriæ alicuius actionis, *atq; hæ solent ipsum agentem alacriorem & diligentiorem in agendo reddere, atq; ipsam actionem iuuare & promouere, quod apparet in ijs, qui cum voluptate aliquid agunt, tales enim alacrius & diligentius rem agunt.*

Aliæ autem voluptates dicuntur alienæ, *quæ nimirum*

II. Argumentum.

Vo- ... t-

... ptates alienæ.

Voluptates alienæ. *non sunt propria eius actionis, circa quam agens est occupatus.* Atque hæ voluptates solent impedire actionem, & agentem reddere segniorē circa ipsam actionem. Exempli gratia. *Qui voluptatem ex deambulationibus, aut ludis, aut potationibus & comessationibus expetit & quærit, is impeditur in studijs literarum. Contra vero, qui voluptatē percipit & quærit ex literarum studijs, is diligentius & alacrius studet: unde dicitur, nihil esse tam difficile, quod non fiat facile, si lubens & cum voluptate id faciat. Quia voluptas illa tollit molestiam agendi. Contra vero inquit Terent. nihil est tam facile, quin difficile fiat, si inuitus facias.*

C ἔτι δὲ μᾶλλον.) Tertium argumentum sumitur ex contrario effectu. *3. Argumentum* *Quæ se mutuo impediunt aut ēt corrumpunt, ea non possunt esse eadē specie.* Sed *voluptates, quæ ex diuersis operationibus proficiscuntur, se mutuo impediunt, aut etiam omnino pellunt.* Igitur *voluptates, quæ à diuersis actionibus seu operibus proficiscuntur, non possunt eadem esse specie.* Maior manifesta est ex natura contrariorum. Quemadmodum *enim similia similibus augentur: ita cōtraria contrarijs pelluntur, nec possunt esse eadem, quorum vnum impedit alterum.* Minorem propositionem declarat exemplo eorum, qui delectantur instrumentis musicis. *Hi enim, quando magis delectantur harmonia musica, quā recitatione alicuius historiæ aut fabulæ, ideo cū historia recitatur nō attendūt, sed molestiā inde pcipiunt, qa mallēt aures præbere cantilenis & instrumentis musicis.* Itaq; *maior illa voluptas, quam percipiunt ex cantu, impedit eam voluptatem, quam deberent percipere ex recitatione historiæ.* Atque huius rei caussa est manifesta, quia nimirum circa duas aut plures res non potest plane eadem & par esse actio, & per consequens etiam non eadem voluptas. Quod apparet etiam in pueris, qui cum in scholis aut concionibus sunt, quanto maiorem voluptatem percipiunt ex confabulatione, quām ex lectione & concione, tam minus intenti sunt audiendis iis, quæ vel a præceptore in scholis, vel a concionatore in templo dicuntur. Vnde sæpe fit, vt domū redeuntes, nihil sciant eorum, q̄ a præceptore aut concionatore dicta fuerunt, quia magis iucundum ipsis fuit garrire aut confabulare, quam lectionem aut concionem audire. Hoc ipsum etiam declarat

clarat Aristoteles exemplo spectatorum, qui intersunt ludis scænicis aut spectaculis. Hi enim quando obseruant, qui histriones incipiunt in agendo esse segniores, & remissiores, vt non magnam spectatoribus afferant voluptatem, etiã ipsi incipiunt minus esse intenti ad ea, quæ aguntur, sed inter sese colloquuntur de aliis rebus, aut interdum comedunt bellaria, quæ secum attulerũt.

D ἐπειδὴ δὲ αἱ μὲν.) Quartum hoc est argumentum sumtum ex voluptatum distinctione & contrario effectu earum. Voluptates sunt duplices, Aliæ dicuntur ἴδιαι propriæ eius actionis, circa quam versantur, vt *voluptas animi, quæ percipitur ex rerum cognitione, est propria diligentis studij, quod in bonis artibus & disciplinis perdiscendis adhibetur.* Aliæ autem voluptates ἀλλότριαι alienæ, quæ nimirum non sunt propriæ eius actionis circa quã versantur. Exempli gratia: *voluptas, quæ percipitur ex ludis aut compotationibus aliena est & repugnat ei voluptati quæ ex diligenti studio & lectione comparatur.* Ex hac distinctione Aristoteles videtur sic argumentari *Quarum voluptatum contrarij sunt effectus, hæ non possunt eadem esse specie. Sed propriarum & alienarum voluptatum contrarij sunt effectus, illa enim iuuãt & promouent actionem, hæ autem impediunt actionem. Igitur hæ voluptates non possunt eadem esse specie.* Monet autem Arist. alienas voluptates idem fere facere, quod facere solent dolores, vtræq; n. impediũt actiones. Sed addit hanc particulam οὐχ ὁμοίως *non eodem modo.* Nam dolores violenter abstrahunt homines ab agendo: alienæ autem voluptates suis blanditiis & quadam dulcedine auocant homines ab honestis actionibus, & reddunt eos segniores in actionibus illis continuandis aut perficiendis, veluti solent interdũ facere adolescentes, qui magis delectantur ludis, deambulationibus, cõpotationibus & similibus rebus, hi interdum etiam suos sodales, qui alioqui seriis studiis occupantur, auocant eos a studiis suis blanditiis.

Voluptates propriæ alienæ.

E Διαφερουσῶν δὲ.) Hæc est altera pars huius cap. διαιρετικὴ continens tres voluptatum diuisiones. Prima diuisio facta est ratione τῶν ἐνεργειῶν, id est, *actionũ siue operationũ, ex quibus voluptates percipiuntur.* Habet n. quæuis operatio, si modo est perfecta, aliquam in se voluptatẽ, itaque

queãdmodũ actiones sunt triplices: aliæ honestæ, bonæ & laudabiles, vt sunt actiones virtutũ: aliæ a. turpes, vt sũt actiones vitiorum aliæ deniq; neutræ, q̃ sua natura, nec bonæ, nec malę nec honestæ, nec turpes sunt: ita ẽt voluptates aliæ sunt honestę & expetẽdę *q̃ ex honestis actionib. pcipiũtur*: aliæ sunt turpes & fugiẽdæ, *quæ ex turpib. actionib. pcipiũtur*. Alię a. sunt neutræ, q̃ neq; honestę neq; turpes p se possunt nominari, nisi tantũ p accidẽs, quaten⁹ homines illis vel bene vel male vtuntur. Exempli gratia: *voluptas, quæ percipitur ex cibo, per se neq; honesta nec turpis dicitur, ea autem quæ ex nimio cibo vel potu percipitur dicitur turpis & inhonesta, propter abusum cibi vel potus: quemadmodũ rursum voluptas, quæ percipitur ex moderato cibo vel potu dicitur honesta, bona & laudabilis pp̃ter rectũ vsum*. Quod a. voluptates hominũ distinguũtur ratione operationum & actionum, e quibus proficiscuntur, probat Aristoteles. Primum ex coniunctione & necessitudine, quæ est inter actiones & voluptates, hæ enim ita inter se sunt coniunctæ, vt non possint a se mutuo reipsa, sed tantum cogitatione separari: quemadmodũ verum propriũ non põt separari a suo subiecto, proinde quemadmodũ actiones variãt, ita quoq; variant voluptates, quæ illis inhærent tanq̃ propria quædam πάθη. Deinde confirmat ẽt hãc distinctionẽ exemplo cupiditatum τῶν ὀρέξεων, quæ eodẽ modo secundum varietatẽ actionum distinguuntur, ita vt qualis est actio, talis etiã sit eius actionis cupiditas. Exempli gratia: *si agere secundũ virtutem est bonũ & laudabile*. Igitur *etiã cupiditas eiusmodi actionis perficiendæ est bona & laudabilis*. Sic *si inebriari, scortari, furari sunt actiones turpes*. Igitur *talium actionum cupiditas quoq; est turpis*. Itaq; si cupiditates distinguũtur secundũ varietatem actionũ, multo magis voluptates distinguũtur ratione actionũ, q̃a voluptates magis sunt actionibus coniunctę, q̃ ipsæ cupiditates. Primum n. cupiditates tẽpore ab actionib. possunt separari. Nam cupiditas aliq̃d agendi antecedit actionẽ, atq; eadẽ cupiditas tandẽ quoq; cessat, quãdo ad actionẽ peruentũ est. Deinde cupiditates ẽt sua natura differunt ab actionib. Nã cupiditates sunt qualitates & affectus animi, ipsę a. actiones non sunt qualitates, sed habẽt propriũ prædicamẽtum

Voluptates honestæ.

Turpes.

Neutræ.

tum, voluptates suis actionibus non solum tempore, sed etiam natura, ita sunt coniunctæ, vt plane non possint separari. Atq; propter hanc coniunctionē, quæ est inter actiones & earum voluptates factum est, vt aliqui existimarent, voluptatem esse ipsam actionem, quod tamen non est verum. Nam voluptas est tantū comes siue perpetuum consequens perfectarum actionum: quemadmodum vmbra comitatur corpus, non tamen est ipsum corpus: & quemadmodum calor est perpetuum πάθος ipsius ignis, non tamen est ipse ignis, etiamsi ab eo non possit separari: non enim semper omnino eadem sunt ea, quæ separari non possunt. Ideo etiam Aristot. hoc in loco dicit, *voluptatem non esse ipsam mentis cogitationem aut sensuum operationem, licet ab iis separari non possit.*

F Διαφέρει δ' ὄψις.) Altera definitio voluptatū, vt inquit Aristot. facta est puritate: Voluptates enim aliæ dicuntur esse puræ & syncerae, *quæ nihil habent admixtum turpitudinis aut molestiæ & doloris.* Hæ a Cicerone *lib. 1. de finib.* etiam nominantur *liquidæ & liberæ*, cuiusmodi sunt naturales voluptates, *quæ percipiuntur ex pulcerrimarum rerū contemplatione & cognitione, & ex actionibus virtutum:* Aliæ autē sunt impuræ & mixtæ, *quibus vel turpitudo aliqua vel molestia est coniūcta, huiusmodi vel omnes sunt corporis voluptates, quæ nunq̄ ita sunt puræ & perfectæ, quin etiam habeant coniunctū aut consequentē aliquē dolorē.* Puræ autē voluptates rursum suos habent gradus: ita vt aliæ aliis sint puriores, quatenus vel actiones, ex quibus percipiuntur, sunt magis aut minus perfectæ. Vnde Aristot. inquit, nō solum mentis voluptates puriores esse voluptatibus corporis, sed etiam sensuū voluptates alias aliis esse puriores, quemadmodum etiam in ipsis sensibus hæc est differentia, quod alii aliis sint nobiliores & præstantiores. Vnde visus dicitur esse nobilissimus sensus: gustus vero & tactus sunt sensus impuriores. Caussa huius rei est, quod media, per quæ ipsi sensus & actiones sensuū fiunt, sunt vel puriora, vel crassiora: visus enim fit per medium vel lucidum, & purum: auditus fit per tenuem aerem: olfactus per crassiorem aerem: gustus per leuem quendam humorem: tactus per corpus quoddam crassum, quod tactu potest percipi.

Voluptates puræ.

Impuræ.

G ἡδονεῖ ϑ.) Tertia voluptatum diuisio sumpta est a differentia animalium. Vt enim diuersæ sunt naturæ & species animaliũ, ita etiam diuersas sectantur voluptates. Nam voluptates aliæ dicuntur humanæ, quæ hominis naturæ conueniunt: aliæ dicuntur beluinæ, quæ beluis conueniunt. Vtrarumq; autem maxima est varietas. Vt enim plurimæ sunt diuersæ animaliũ species, ita etiam diuersæ sunt voluptates: alia enim voluptas est leonis, alia canis, alia asini, & sic deinceps iuxta singulas species animalis. Vnde etiam voluptates ab animalibus suam habent denominationem, quod aliæ dicuntur esse leoninæ, aliæ equinæ, aliæ caninæ, & sic consequenter. Eodem modo humanarũ voluptatum maior fere est differentia, iuxta hanc diuersitatem, quæ sumitur a sexu, ab ætate, a conditione, & similibus aliis circumstantiis. Etenim alia est voluptas puerorũ, quam virorum; alia adolescentum, quam senum: alia virorum, quam mulierum. Imo pro diuersitate conditionis vitę & studiorum, quibus homines distinguuntur, etiam diuersæ sunt voluptates: neq; enim eadem delectant Theologum, quæ delectant militem, aliis etiam rebus gaudent homines docti & literati, aliis vero indocti: aliis delectatur faber ferrarius, aliis figulus, aliis pistor, & sic de ceteris. Vnde Virgil. *in 2. Eclog.* ait: *Trahit sua quenq; voluptas.* Hanc voluptatum distinctionem probat Aristot. tribus argumentis. Primũ sumitur ex caussa efficiente. Nam actiones seu operationes efficiunt voluptates, & sic argumentatur: *Cui propria tribuitur operatio siue actio, ei etiam propria tribuitur voluptas, quæ actionem illam comitatur.* Sed *cuilibet animali secundum speciem tribuitur propria quædam operatio.* Ergo *cuilibet animali etiam propria tribuitur voluptas.* Quia autem animalia, eorumq; operationes specie differunt: ideo etiam eorũ voluptates specie sunt diuersæ. Alterum argumentum sumitur a testimonio Heracliti Philosophi, qui dixit, *asinum maiorem voluptatem percipere e paleis, quam ex auro, quia sunt ei iucundius alimentum, quam aurum.* Cui etiam simile est exemplum de gallo gallinaceo apud Æsopum, qui cum in sterquilinio repperisset gemmam & granũ hordei, tamen granum illud dicitur prætulisse gemmæ, eo, quod natu-

Humanæ.
Beluinæ.
I. Arg.

naturæ eius magis erat conueniens. Vnde etiam Virgil. *in 2. Eclog.* ostendit, quodlibet animal eam appetere voluptatem, quæ sibi magis conuenire videtur. Tertium argumentum sumitur ab exemplo ægrotantium & sanorum; *Quemadmodum non eadem sunt dulcia & amara, calida aut frigida sanis & ægrotantibus: ita etiam nõ omnibus hominibus ea sunt iucunda aut molesta, adeo vt inter mille homines vix duo reperiantur, quibus plane eadem sint iucunda aut molesta: imo ne idem quidem homo semper iisdem delectatur, ita vt sit maxima & infinita voluptatum varietas, præcipue vero in ipsis hominibus.*

Ἡ δοκεῖ δ' ἐν ἅπασι.) Hæc est tertia pars huius cap. in qua Aristot. ostendit primum, *quænam sint reuera iucunda, & pro iucundis ac voluptatibus habenda*: deinde, *quæ sit propria hominis voluptas, quatenus homo est.* Quod ad primum attinet, *rerum iucundarum siue voluptatum magna est varietas, quemadmodum ex diuisionibus antea allatis constat: sed tamen proprie loquendo, ea solum pro iucundis & voluptatibus sunt habenda, quæ viro bono talia esse videntur. Nam solus vir bonus, qui prudentia & ceteris virtutibus est præditus, ideo de rebus iucundis & voluptatibus recte & vere potest iudicare, quia habet sanum & rectum iudicium, neq; patitur, se in iudicando flecti & abduci affectibus ab ipsa veritate: quo in loco etiam notandum est, quod Aristoteles dicit, virtutem & virum bonum esse mensuram quasi & regulam rerum & actionum iudicandarum.* Quod si vero quis obiiciat, *ea, quæ viro bono iucunda videntur, multis videri molesta: & contra ea, quæ viro bono videntur esse molesta, ea multis videri iucunda.* Ad hoc respondet Aristoteles, illud non per se, sed per accidens euenire, quia nimirum hoc fit propter corruptam & deprauatam hominum naturam, qui non recte de ipsis & actionibus, quales secundum essentiam & naturam suam sunt, recte iudicant, sed eorum iudicium est falsum: quia tantum de rebus iudicant secundum externam earum faciem, & ex ipsis accidentibus: non autem secundum internam earum formam & essentiam. Quod vero quæritur, *quænam sit propria hominis voluptas?* Ad hanc quæstionem respondet Aristot. eam esse propriam hominis voluptatem, quæ percipitur ex pro-

Obiectio.

Respons.

Voluptas hominis propria quæ sit.

pria eius actione, & proprio eius bono. Est autem propria hominis actio, quę est secũdum virtutem, quia nullũ aliud animal agit ex virtute: deinde propriũ hominis bonum est beatitudo quæ in actione virtutis cõsistit. Ex his apparet, propriam hominis voluptatem esse, quæ ex actione virtutis percipitur. Nam reliquę voluptates, quę ex aliis reb. præcipue ex cibo & potu percipiuntur, sunt homini communes cum bestiis. Quia eas homo nõ percipit, quatenus est mente & ratione præditus, sed tantum quatenus est animal sensu præditum. Itaque *vera voluptas est, quam percipit vir bonus ex actionibus virtutum: talis enim voluptas est honesta.* Reliquæ autẽ turpes voluptates, ne quidem voluptates sunt nominandę.

ΚΕΦ. ϛ'.

A Εἰρημένων δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετάς τε καὶ φιλίας καὶ ἡδονάς, λοιπὸν περὶ εὐδαιμονίας τύπῳ διελθεῖν, ἐπειδὴ τέλος αὐτὴν τίθεμεν τῶν ἀνθρωπίνων. ἀναλαμβάνουσι δὴ τὰ προειρημένα, συντομώτερος ἂν εἴη ὁ λόγος. εἴπομεν δ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξις. καὶ γὰρ τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἄν, φυτῶν ζῶντι βίον, καὶ τῷ δυστυχοῦντι τὰ μέγιστα. εἰ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἐνέργειάν τινα θετέον, καθάπερ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται· τῶν δ' ἐνεργειῶν αἱ μέν εἰσιν ἀναγκαῖαι, καὶ δι' ἕτερα αἱρεταί, αἱ δὲ καθ' αὑτάς. δῆλον ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν τῶν καθ' αὑτὰς αἱρετῶν τινα θετέον, καὶ οὐ τῶν δι' ἄλλο. οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' αὐτάρκης.

CAP. 10.

CVm dicta autem sint ea, quæ ad virtutes, & amicitias, & voluptates spectant, reliquum est, vt de beatitudine adumbratione quadam disseramus, quoniã finem eam humanarum rerum esse statuimus. si igitur antedicta repetamus, cõcisior fuerit oratio. diximus autem, eam non esse habitum: etenim in eo inesset, qui per totam vitam dormiret, planta vitam degens, maximisque infortunijs afflictatus. Quod si hæc non placent, sed magis in actione quadam ponenda est, sicut in superioribus est dictum: ex actionibus autem alia sunt necessaria, & ob alia expetenda, alia per se: patet beatitudinem ex ijs, quæ per se, & non ob aliud sunt expetenda, aliquam esse statuendam. beatitudo enim nullius rei indiga est, sed seipsa contenta est.

Per se autem sunt expetendæ, a quibus nihil præter actionem requiritur. Cuiusmodi esse actiones ex virtute videntur. bona enim & honesta agere, ex ijs est quæ per se expetuntur: quin etiam ex lusionibus quæ iucundæ sunt. Nam non ob aliud ipsas deligunt. Damnũ enim ex ipsis potius quam vtilitatem consequuntur, cum corpora & fortunas negligant. Confugiunt autem ad huiusmodi oblectamenta plerique eorum qui beati habentur. Vnde apud tyrannos in existimatione sunt, qui in oblectationibus eiusmodi sunt vrbani. nam in ijs quæ illi appetunt, sese præbent iucundos. indigent autem talibus. ac videntur quidem hæc ad beatitudinem pertinere: propterea quod qui potestatibus præditi sunt, his vacant. sed nullo fortasse argumento tales sunt. non enim in dominando virtus est, neque intelligentia, ex quibus honestæ actiones exsistunt: neq; si isti, quia liquidam & liberam voluptatem gustare non possunt, ad corporeas confugiunt: propterea has magis esse expetendas existimandum est. nam & pueri quæ apud se in pretio sunt, præstantissima esse opinantur. consentaneum igitur est, sicut pueris & viris alia pretiosa videntur, ita quoque prauis & bonis. Quemadmodum ergo sæpe dictum est,

καθ' αὑτὰς δ' εἰσὶν αἱρεταί, ἀφ' ὧν μηδὲν ἐπιζητεῖται παρὰ τὴν ἐνέργειαν. τοιαῦται δ' εἶναι δοκοῦσιν αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις. τὰ γὰρ καλὰ καὶ σπουδαῖα πράττειν, τῶν δι' αὑτὰ αἱρετῶν. καὶ τῶν παιδιῶν δὲ αἱ ἡδεῖαι. οὐ γὰρ δι' ἕτερα αὐτὰς αἱροῦνται. βλάπτονται γὰρ ἀπ' αὐτῶν μᾶλλον ἢ ὠφελοῦνται, ἀμελοῦντες τῶν σωμάτων καὶ τῆς κτήσεως. καταφεύγουσι δ' ἐπὶ τὰς τοιαύτας διαγωγὰς τῶν εὐδαιμονιζομένων οἱ πολλοί. διὸ παρὰ τοῖς τυράννοις εὐδοκιμοῦσιν, οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς εὐτράπελοι. ὧν γὰρ ἐφίενται, ἐν τούτοις παρέχουσι σφᾶς αὐτοὺς ἡδεῖς. δέονται δὲ τοιούτων. δοκεῖ μὲν οὖν εὐδαιμονικὰ ταῦτα εἶναι, διὰ τὸ τοὺς ἐν ταῖς δυναστείαις ἐν τούτοις ἀποσχολάζειν. οὐδὲν δ' ἴσως σημεῖον οἱ τοιοῦτοι εἰσιν. οὐ γὰρ ἐν τῷ δυναστεύειν ἡ ἀρετή, οὐδ' ὁ νοῦς, ἀφ' ὧν αἱ σπουδαῖαι ἐνέργειαι. οὐδ' εἰ ἄγευστοι οὗτοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου, ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσι. διὰ τοῦτο ταύτας οἰητέον αἱρετωτέρας εἶναι. καὶ γὰρ οἱ παῖδες τὰ παρ' αὐτοῖς τιμώμενα κράτιστα οἴονται εἶναι. εὔλογον δὴ ὥσπερ παισὶ καὶ ἀνδράσιν ἕτερα φαίνεται τίμια, οὕτω καὶ φαύλοις καὶ ἐπιεικέσι. καθάπερ οὖν πολλάκις εἴρηται,

C

καὶ τίμια καὶ ἡδέα ἐστὶ τὰ τῷ σπουδαίῳ τοιαῦτα ὄντα· ἑκάστῳ δὲ ἡ κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν, αἱρετωτάτη ἐνέργεια. καὶ τῷ σπουδαίῳ δὴ ἡ κατὰ τὴν ἀρετήν. οὐκ ἐν παιδιᾷ ἄρα ἡ εὐδαιμονία. καὶ γὰρ ἄτοπον τὸ τέλος εἶναι παιδιάν, καὶ πραγματεύεσθαι καὶ κακοπαθεῖν τὸν βίον ἅπαντα τοῦ παίζειν χάριν. ἅπαντα γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἑτέρου χάριν αἱρούμεθα, πλὴν τῆς εὐδαιμονίας. τέλος γὰρ αὕτη. σπουδάζειν δὲ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἠλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν. παίζειν δ' ὅπως σπουδάζῃ, κατ' Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ. ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδιά. ἀδυνατοῦντες δὲ συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύσεως δέονται. οὐ δὴ τέλος ἡ ἀνάπαυσις γίνεται γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας. δοκεῖ δ' ὁ εὐδαίμων βίος κατ' ἀρετὴν εἶναι οὗτος δὲ σπουδαῖος, ἀλλ' οὐκ ἐν παιδιᾷ. βελτίω τε λέγομεν τὰ σπουδαῖα, τῶν γελοίων καὶ μετὰ παιδιᾶς· καὶ τοῦ βελτίονος ἀεὶ καὶ μορίου, καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν· ἡ δὲ τοῦ βελτίονος, κρείττων καὶ εὐδαιμονικωτέρα ἤδη. ἀπολαύσειέ τ' ἂν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ὁ τυχὼν καὶ ἀνδράποδον, οὐχ ἧττον τοῦ ἀρίστου· εὐδαιμονίας δ' οὐδεὶς ἀνδραπόδῳ μεταδίδωσιν, εἰ μὴ καὶ βίου. οὐ γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς ἡ εὐδαιμονία,

ea sunt & pretiosa & iucunda, quæ probo viro huiusmodi sunt: cuique vero, quæ suo habitui congruit, maxime expetenda est actio: probo autem viro, quæ virtuti. Non est igitur in lusu beatitudo. Etenim absurdum est lusum esse finem, & negotiari, & mala perpeti tota vita ludendi caussa. Nam omnia, prope dixerim, alterius caussa expetimus, præter beatitudinem. finis enim ipsa est. serio autem agere & laborare lusionis caussa, stultum plane ac valde puerile videtur. Ludere autem vt serio agas, ex Anacharsidis sententia, videtur recte habere. nam lusus requieti similis est. & cum nequeant assidue laborare, requie indigent. non est igitur finis requies. Actionis enim caussa exercetur. Videtur vero beata vita ex virtute esse: hæc autem seria est, non in lusu. Melioraq; seria dicimus, quam ridicula, & cum lusu: ac melioris semper & partis, & hominis actionem esse magis seriam. quæ vero melioris est, præstantior est, ad beatitudinemque iam accommodatior. fruatur etiam corporis voluptatibus quilibet ac mancipium, nō minus quam optimus quisq;. Beatitudinē autem nemo mācipio impertitur, nisi vitam quoq;. nō enim in talibus oblectamētis beatitudo cōsistit,

fe

sed in actionibus ex virtute, quemadmodum etiam dictum est prius. | ἀλλ' ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται.

COMMENTATIONES

A εἰρημένων δὲ) In hoc cap. incipit altera pars huius libri in qua Aristoteles rursum agit de beatitudine, quæ est finis doctrinæ moralis: sed differt hęc tractatio ab ea, quæ fuit in primo libro, et in quo de beatitudine egit. Nam ea quæ in primo libro dicta fuerunt, pertinent ad beatitudinem practicam & politicam, quæ consistit in honestis actionibus secundum virtutes morales. Quæ autem in hoc loco de beatitudine tractantur, pertinent ad beatitudinem contemplatiuam, quæ consistit in cōtemplatione & cognitione rerum diuinarum & cœlestium. item in inquisitione caussarum. Sunt autē huius cap. tres partes, quarum prima habet μετάβασιν *transitionem a tractatione de voluptate ad tractationem de beatitudine.* In altera ostendit beatitudinem, in eiusmodi actione siue operatione ponendam esse, quæ per se est expetenda. In tertia ostendit, *beatitudinem non positam esse in ludo & ludicris actionibus, quemadmodum vulgus hominum arbitratur, sed in serijs actionibus.* Sunt ergo primę partis huius cap. duę propositiones. Prima habet κατάστασιν constitutionem. Dicendum est aliqd rursum de beatitudine. Huic propositioni subiunguntur duæ rationes. Prima habet enumerationē. Quoniam enim totius huius doctrinæ quatuor sunt præcipua capita: vnum de virtute, alterum de amicitia, tertium de voluptate de quibus hactenus dictum est: ideo restat adhuc quartum caput explicandum, quod est de beatitudine. Altera ratio sumitur a fine. *In qualibet doctrina etiam explicandum est de eius fine: sed doctrinæ moralis finis est beatitudo.* Igitur *in hac doctrina etiam de beatitudine est explicandum.* Altera propositio huius loci est negatiua: beatitudo non est habitus, probatur duabus rationibus. Prima, *si beatitudo esset habitus otiosus, igitur etiam homo dormiens posset dici beatus: nam etiam in dormiente potest esse habitus alicuius virtutis. In Socrate dormiente etiam fuit habitus iustitia, sed*

Secunda pars libri.

Tres sunt huius cap. partes.

habitus otiosus. Dormiens autem proprie non potest dici beatus: alioquin enim homines scelerati & improbi dormientes possent dici beati, quod est absurdum. Igitur *beatitudo non est otiosus habitus.* Altera ratio sumitur a repugnantibus: *Si beatitudo est solum habitus.* Igitur *potest aliquis esse beatus, licet in maximis calamitatibus sit constitutus.* Sed *consequens est absurdū.* Igitur *etiam antecedens.*

B εἰ δὴ ταῦτα μὴ.) Hæc est altera pars huius cap. in qua ostendit veram & politicam hominis beatitudinē, non in quauis actione siue operatione esse positam, sed tantum in eiusmodi actione, quæ per se est expetenda. Pro cuius declaratione notanda est distinctio τῶν ἐνεργειῶν, id est, *operationum*, quod nimirum ἐνέργειαι aliæ sint propter se expetendæ: aliæ vero expetendæ sint propter aliud. Operationes propter aliud expetendæ dicuntur, quæ ipsæ solę in se nihil habēt vtilitatis & boni: sed tantum suscipiuntur caussa alterius boni consequendi, ex quadā necessitate, quæ ideo etiam nominantur ἐνέργειαι ἀναγκαῖαι, *necessariæ operationes*, quatenus sine illis non possumus illud bonū, quod volumus, consequi. Exempli gratia: *Eruditio est bonum quoddam, ad illud bonum consequendū necesse est diligenter studere: sic ad comparandam eloquentiam necesse est exercere stylū, sine qua operatione eloquentia comparari non potest. Operationes autem propter se expetendæ dicuntur, ex quibus nihil aliud quæritur, quam ipsa operatio, quæ etiā est finis: cuiusmodi sunt actiones virtutū, quas nō propter commodū aliquod, aut lucrū, aut honorē, aut gloriam, sed tantū propter se suscipimus, id est, propter amorē virtutis & honestatis: atque hoc genere operatio est etiam beatitudo, quæ non propter aliud, sed propter seipsam expetitur.* Est enim, vt Arist. c. inquit: αὐτάρκης, id est, *seipsa contenta, & nullius alterius rei indigens.* Operationes autem, quę propter se expetuntur, rursum sunt duplices: aliæ dicūtur seriæ: aliæ iocosæ, & ludicræ. Seriæ actiones sunt, ex quibus vtilitas aliqua manifesta, vel priuatim, vel publice comparatur, cuiusmodi sunt actiones *ecclesiasticæ, politicæ, œconomicæ*: item, *omnes actiones morales, quæ, quoniam honestæ sunt, etiam per se dicuntur expetendæ.* Ludicræ actiones dicuntur, quæ non vtilitatis, sed voluptatis, aut recreationis gratia suscipiuntur, vt *ludere, saltare, ambu-*

Actiones seriæ.

Ambulare, *digladiari*, & quæ sunt his similes aliæ actiones, quæ solũ animi recreandi gratia instituũtur. Hæ autem ideo numerantur inter actiones per se expetendas, quia homines ex illis nullũ commodum quærunt, imo sæpe damnũ ex illis percipiunt, veluti, *qui ludendo amittunt pecunias, & perdunt suas facultates: aut qui ex eiusmodi exercitiis percipiunt magnas molestias, interdum etiam plagas & vulnera accipiunt, quemadmodum accidere solet digladiatoribus & pugilibus, & aliis, qui huiusmodi ludicris exercitiis delectantur*: deinde etiam ideo dicuntur per se expetendæ, *quoniam eiusmodi ludis & ludicris exercitiis maior pars regum, principum, magnatum, & diuitum delectatur, qui interdum etiam in eiusmodi ludos magnos faciunt sumtus, imo etiam mercede cõducunt tales homines, qui ad eiusmodi actiones sunt idonei, veluti sunt moriones, histriones, parasyti, scurræ, mimi, & his similes alii, qui tantum oblectationis gratia a diuitibus & magnatibus aluntur.* Sunt enim ad nullas alias res & actiones gerendas vtiles. Quod si vero quis obiiciat, *reges, principes, magnates, diuites vulgo haberi pro beatis, & propterea beatitudinem etiam in eiusmodi actionibus ludicris consistere: quia hi ipsi se propter tale vitæ genus, quod in ludendo & iocando positum est, existimant se esse beatos.* Huic obiectioni occurrit Aristoteles, & negat, beatitudinem æstimandam esse ex iudicio talium hominum, qui toti ludis & voluptatibus atq; aliis delitiis sunt dediti, etiamsi vulgus hominum putet, eos esse beatos, atq; hoc confirmat tribus argumentis: Primum argumentum est: *Quia tales homines plerunq; corruptum habent iudicium, vt de vera beatitudine recte iudicare aut pronuntiare nõ possint. Nam voluptates corrumpunt iudicium: ita, vt quid reuera honestum sit, non possint scire atq; intelligere, quemadmodum in 7. lib. dictum est, intemperantiam corrumpere iudicium hominũ.* Sunt enim duo, quæ requiruntur ad rectũ iudiciũ, nempe *prudentia siue intelligẽtia*: quemadmodũ *in lib. 1. cap. 3.* dictũ est, *vnumquenq; optime posse iudicare de iis, quæ intelligit.* Deinde, ad recte iudicandũ requiritur virtus moralis, vt *in iudicando non sequamur proprios affectus, quibus plerunq; homines a vero abducuntur.* Altera ratio: *Quamobrem reges, principes, & magnates non*

Obiectio.

Responsio.

possit recte de beatitudinis voluptate iudicare: ratio est, *q̃ nũquam gustarunt syncerã animi voluptatem, sed tantũ sectantur more bestiarum voluptates corporis.* Tertia ratio sumitur ab exemplo simili. *Quemadmodum non sunt magna & pretiosa habenda, quæ pueri magnifaciũt, ita etiam non existimandum est eam esse veram beatitudinem, quam magnates & diuites esse putant, vtriq; enim, vt antea dictũ est, carent vero iudicio.*

Beatum non esse positam in ludicris rebus.

C *καθάπερ οὖν πολλάκις.*) Hæc est tertia pars cap. in quã 6. argumentis probat, *beatitudinem non positam esse in ludo & ludicris actionibus.* Primum argumentũ sumitur a testimonio & iudicio viri boni. *In qua actione vir bonus iudicat beatitudinem esse positam, in ea etiam est hominis beatitudo: quia vir bonus recte potest de beatitudine iudicare, quatenus est virtute præditus, quæ est mensura & regula rerum & actionum honestarum, sed vir bonus iudicat beatitudinem non in ludo, sed in serijs actionibus esse positam.* Ergo *etiam sic nobis statuendum de hominis beatitudine.*

I.

II. II. argumentum ab absurdo. *Si beatitudo hominis posita esset in ludo & ludicris actionibus.* Igitur *ludus esset finis hominis, & dicendum esset hominem propter ludum natum esse: sed hoc est absurdum: igitur etiam absurdum est antecedens.* Confirmatur hoc argumentum primum ab auctoritate & dicto Anachacitis Philosophi, qui dixit, *ideo ludendum esse, vt postea res serias agere possimus*: quo dicto ostendere voluit, ludum non esse finem hominis. Deinde probatur a natura ludi: ludus enim nihil aliud est, *quam quadam requies seu recreatio vitæ, quæ non est finis ipse, sed tantum expetitur, vt postea possimus labores melius perferre, & ad labores alacrius accedere*, quemadmodum dicitur:

Quod caret alterna requie, durabile non est,
Hæc reparat vires, fessaq; membra nouat.

III. Tertium argumentum desumtum est a definitione beatitudinis. *Beatitudo est actio secundum virtutem perfectam, sed actiones ludicræ non sunt secundum virtutem perfectam.* Ergo *beatitudo hominis non est in ludicris actionibus.*

IV. IV. argumentum. *Quod est præstantissimum hominis bonum, id etiam est in præstantissima actione hominis ponendum: sed actiones ludicræ non sunt præstantiores actio-*

bus

nibus serijs, quia neq. necessaria sunt, neq. magnam habent utilitatem, sed maiore ex parte sunt noxia. Igitur beatitudo hominis non est ponenda in ludicris actionibus. V. argumentum. *Beatitudo hominis est ponenda in actione melioris & praestantioris partis hominis, id est, in actione animae rationalis: quemadmodum in eius definitione in libro primo dictum est: sed actiones ludicrae non proficiscuntur a meliore parte hominis ab anima nempe rationali. Igitur beatitudo hominis non est in ludicris actionibus.* VI. argumentum. *Si beatitudo consistit in ludis & iocis, igitur beatitudo politica tribuenda est seruis & abiectissimis hominibus, quia tales maxime ludis & iocis delectantur: imo in ipsis saepe laboribus interdum iocantur & nugantur, sed beatitudo politica proprie non potest tribui seruis & abiectis hominibus, quia tales non habentur pro ciuibus, ut est apud Arist. lib. 3. Pol. c. 3. igitur beatitudo non consistit in ludicris actionibus.*

CAP. 7.

Si vero beatitudo est ex virtute actio, consentaneum est eam ex illa esse quae praestantissima est. haec autem eius fuerit quod est optimum. Siue igitur id intelligentia est; siue aliud quippiam, quod sane natura videatur imperare & praeesse, notitiamque habere de honestis & diuinis rebus, siue diuinũ quiddam etiam ipsum sit, siue ex ijs, quae in nobis sunt, diuinissimum: huius actio ex propria virtute perfecta, beatitudo fuerit: quam dictum est in contemplando positam esse. Consentiens vero hoc esse videatur, tum cum superioribus, tum cum veritate. nam & praestantissima est haec actio. etenim intelligentia quoque ex ijs, quae in nobis sunt, & ex ijs quae in cognitionem cadunt, in quibus intelligẽtia versatur.

ΚΕΦ. ζ΄.

Εἰ δ᾽ ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κατ᾽ ἀρετὴν ἐνέργεια, εὔλογον κατὰ τὴν κρατίστην. αὕτη δ᾽ ἂν εἴη τοῦ ἀρίστου. εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο, εἴτε ἄλλο τι, ὃ δὴ κατὰ φύσιν δοκεῖ ἄρχειν καὶ ἡγεῖσθαι, καὶ ἔννοιαν ἔχειν περὶ καλῶν καὶ θείων. εἴτε θεῖον ὂν καὶ αὐτό, εἴτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον: ἡ τούτου ἐνέργεια κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν εἴη ἂν ἡ τελεία, εὐδαιμονία. ὅτι δ᾽ ἐστὶ θεωρητική, εἴρηται. ὁμολογούμενον δὲ τοῦτ᾽ ἂν δόξειεν εἶναι καὶ τοῖς πρότερον, καὶ τῷ ἀληθεῖ. κρατίστη τε γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια. ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἐν ἡμῖν καὶ τῶν γνωστῶν, περὶ ἃ ὁ νοῦς.

A

B ἔτι δὲ συνεχεστάτη. θεωρεῖν τε γὰρ δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον, ἢ πράττειν ὁτιοῦν. οἰόμεθά τε δεῖν ἡδονὴν παραμεμῖχθαι τῇ εὐδαιμονίᾳ. ἡδίστη δὲ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν ἡ κατὰ τὴν σοφίαν ὁμολογουμένως ἐστί. δοκεῖ γοῦν ἡ σοφία θαυμαστὰς ἡδονὰς ἔχειν καθαρειότητι καὶ τῷ βεβαίῳ. εὔλογον δὲ τοῖς εἰδόσι τῶν ζητούντων ἡδίω τὴν διαγωγὴν εἶναι. ἥ τε λεγομένη αὐτάρκεια περὶ τὴν θεωρητικὴν μάλιστ' ἂν εἴη. τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων καὶ σοφὸς, καὶ δίκαιος, καὶ οἱ λοιποὶ δέονται. τοῖς δὲ τοιούτοις ἱκανῶς κεχορηγημένων. ὁ μὲν δίκαιος δεῖται πρὸς οὓς δικαιοπραγήσει, καὶ μεθ' ὧν, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων, καὶ ὁ ἀνδρεῖος, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος. ὁ δὲ σοφὸς καὶ καθ' αὑτὸν ὢν δύναται θεωρεῖν, καὶ ὅσῳ ἂν σοφὸς ᾖ μᾶλλον. βέλτιον δ' ἴσως, συνεργοὺς ἔχων· ἀλλ' ὅμως
C αὐταρκέστατος. δόξειε δ' ἂν αὐτὴ μόνη δι' αὑτὴν ἀγαπᾶσθαι. οὐδὲν γὰρ ἀπ' αὐτῆς γίνεται, παρὰ τὸ θεωρῆσαι. ἀπὸ δὲ τῶν πρακτικῶν, ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον, περιποιούμεθα παρὰ τὴν πρᾶξιν. δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία ἐν τῇ σχολῇ εἶναι. ἀσχολούμεθα γὰρ, ἵνα σχολάζωμεν. καὶ πολεμοῦμεν, ἵνα εἰρήνην ἄγωμεν. τῶν μὲν οὖν πρακτικῶν ἀρετῶν,

& praterea assiduissima. nam & contemplari assidue magis, quam agere quiduis possumus: & existimamus oportere voluptatẽ cum beatitudine esse admistam. iucundissima autem ex virtutis actionib. ea proculdubio est, qua ex sapientia fit. sapientia ergo videtur mirabiles voluptates habere puritate & stabilitate. cõsentaneum autem ex scientibus quam quarẽtibus iucũdiorem vita traductionem esse. ac qua dicitur seipsa contenta abundantia, in contemplando maxime versetur. nã eorum quidem, qua ad viuendũ necessaria sunt, & sapiens, & iustus, & ceteri indigent. Huiusmodi tamen hominibus cum abunde res suppetunt, iustus ijs indiget, erga quos, & quibuscum iustè agat: tẽperans etiam simili modo, & fortis: & ceteri singuli: sapiens vero etiã si per seipsum sit contemplari potest, atq; quo sapientior fuerit. Melius quidem fortasse, si adiutores habeat: tamẽ se ipso maxime cõtentus est. sola praterea ipsa per seipsam amari videatur. nihil enim ex ea euenit, praterquam quod contemplatus fuerit. ex agendis aũt rebus aut plus, aut minus prater actionẽ nobis vendicamus. videtur item beatitudo in ocio esse. negotiamur enim, vt ociemur: & bellum gerimus, vt pacem agitemus. atque virtutum quidẽ, qua in agendo versantur,

in ciuilibus, vel bellicis rebus actiones cōsistunt: quæ vero in ijs versantur actiones, negotiosæ videntur. Bellicæ sane etiam omnino. Nemo enim bellum expetit bellandi caussa, neque apparatum bellicum. Videntur enim sanguinarius quidam esse, si amicos ea caussa sibi hostes fecerit, vt pugnæ & cædes oriantur. Ciuilis quoque actio negotiosa est, & præter ipsam etiam ciuitatis administrationem, potestates & honores sibi vendicans: aut certe beatitudinem sibi atque ciuibus, quæ diuersa est a ciuili, quam etiam quærimus: constat quod vt diuersā. si igitur ex actionibus, quæ virtutibus congruunt, bellica & ciuiles pulcritudine & magnitudine excellunt, atq; hæ negotiosæ sunt, finemque quendam appetunt, & non per se sunt expetendæ: intelligentiæ vero actio & studio præstare, cum in contemplando versetur, & appetere præter se ipsam finem nullum videtur, habereque voluptatem propriam, quæ actionem simul ipsam augeat: & seipsa contentam esse & otiari, & non defatigari, vt res humana, & quæcunque alia beato attribuuntur, ex hac actione videntur exsistere. perfecta sane beatitudo hæc hominis fuerit, quæ vitæ longitudinem perfectam est nacta. nihil enim imperfectū est eorum, quæ sunt beatitudinis.

ἐν τοῖς πολιτικοῖς, ἢ τοῖς πολεμικοῖς αἱ ἐνέργειαι. αἱ δὲ περὶ ταῦτα πράξεις, δοκοῦσιν ἄσχολοι αἱ μὲν οὖν πολεμικαὶ καὶ παντελῶς. οὐδεὶς γὰρ αἱρεῖται τὸ πολεμεῖν, τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα, οὐδὲ παρασκευάζειν πόλεμον. δόξαι γὰρ ἂν παντελῶς μιαιφόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίγνοιντο. ἔστι δὲ καὶ ἡ τοῦ πολιτικοῦ ἄσχολος, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ πολιτεύεσθαι περιποιουμένη δυναστείας καὶ τιμάς. ἢ τήν γε εὐδαιμονίαν αὐτῷ, καὶ τοῖς πολίταις, ἑτέραν οὖσαν τῆς πολιτικῆς. ἣν καὶ ζητοῦμεν δῆλον ὡς ἑτέραν οὖσαν. εἰ δὴ τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ καὶ πολεμικαὶ κάλλει καὶ μεγέθει προέχουσιν· αὗται δ' ἄσχολοι, καὶ τέλους τινὸς ἐφίενται. καὶ οὐ δι' αὑτὰς εἰσιν αἱρεταί. ἡ δὲ τοῦ νοῦ ἐνέργεια σπουδῇ τε διαφέρειν δοκεῖ, θεωρητικὴ οὖσα, καὶ παρ' αὐτὴν οὐδενὸς ἐφίεσθαι τέλους, ἔχειν τε ἡδονὴν οἰκείαν. αὕτη δὲ συναύξει τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὸ αὔταρκες δὲ καὶ σχολαστικὸν, καὶ ἄτρυτον, ὡς ἀνθρώπινον, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα. ἡ τελεία δὴ εὐδαιμονία αὕτη ἂν εἴη ἀνθρώπου λαβοῦσα μῆκος βίου τέλειον. οὐδὲν γὰρ ἀτελές ἐστι τῶν τῆς εὐδαιμονίας.

D ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη κρείττων βίος, ἢ κατ' ἄνθρωπον. οὐ γὰρ ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτω βιώσεται, ἀλλ' ᾗ θεῖόν τι ἐν αὐτῷ ὑπάρχει. ὅσῳ δὲ διαφέρει τοῦτο τοῦ συνθέτου, τοσοῦτον καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν. εἰ δὴ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος, θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον. χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν, ἄνθρωπον ὄντα, οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν. καὶ ἅπαντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ. εἰ γὰρ καὶ τῷ ὄγκῳ μικρόν ἐστι, δυνάμει καὶ τιμιότητι πολὺ μᾶλλον ὑπερέχει πάντων. δόξειε δ' ἂν καὶ εἶναι ἕκαστος τοῦτο, εἴπερ τὸ κύριον καὶ ἄμεινον. ἄτοπον οὖν γίνοιτ' ἄν, εἰ μὴ τὸν αὑτοῦ βίον αἱροῖτο, ἀλλά τινος ἄλλου. τὸ λεχθέν τε πρότερον ἁρμόσει καὶ νῦν. τὸ γὰρ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει, κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐσθ' ἑκάστῳ. καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὴ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος. εἴπερ μάλιστα τοῦτο ἄνθρωπος. οὗτος ἄρα καὶ εὐδαιμονέστατος.

talis vero vita præstātior fuerit, quā homini conueniat. nō enim quaten᷒ homo est, ita viuet, sed quatenus diuinum quid in ipso inest. quanto autem id præstat composito, tāto quoq; cum actio ab actione distat, quæ ex virtute alia exsistit. si igitur diuinum quid mens est, si hominem spectes, vita quoq;, quæ est ei conogrua, si humanæ vitæ comparetur, diuina est. oportet vero non vt monēt, humana cogitare qui sit homo, neque mortalia, qui mortalis: sed quatenus licet, quemq; immortalem se reddere, omniaq; efficere, vt ex præstantissimo omnium, quæ in ipso est, vitam traducat. nam licet id mole sit paruū, vi tamen & pretio omnia lōgo interuallo excellit. id autē esse etiam vnusquisq; videatur, siquidem præcipuum, & melius est. quocirca absurdū fiat, si nō suam quisq; vitam expetat, sed alicuius alterius. quodque dictum superius est, nunc etiam conueniet. quod enim naturæ cuiq; est accōmodatum, præstantissimum ac iucundissimum cuiq; est: ergo etiam homini vita, intelligentia congrua: siquidem maxime id homo est. hæc igitur etiam felicissima est.

COMMENTATIONES.

A εἰ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία) In hoc cap. progreditur Arist. vlterius, & ostendit, *quænā sit illa operatio siue actio, in qua præcipua hominis felicitas & beatitudo est posita*: deinde hortatur

hortatur omnes homines, *ut expetant illam actionem, nempe contemplationem rerum diuinarum ac cœlestium, propterea quod secundum illam homines proxime videantur accedere ad diuinam beatitudinẽ.* Quod ergo ad primam cap. partem attinet, probat Aristot. sex argumentis, *quod beatitudo hominis posita sit in contemplatione*, & sic argumentatur: *Quæ actio omnium est præstantissima, in ea etiam consistit vera hominis beatitudo.* Sed *contemplatio & speculatio rerum diuinarũ est actio omnium præstantissima.* Igitur *in contemplatione rerum diuinarũ præcipua consistit hominis beatitudo.* Minor probatur: *Quia contemplatio est propria operatio mentis: mens autem est nobilissima hominis pars.* Primum, *quia vel natura & essentia sua est diuinum quiddam, vel certe diuinissimum omnium eorũ, quæ sunt in homine:* deinde, *quia menti, id est, rationi secundum naturæ ordinẽ proprie debetur dominium & imperium in omnes reliquas inferiores animæ potentias: atq; adeo in totum corpus:* tertia, *quia mens versatur circa nobilissimum obiectum, nempe res diuinas, æternas, necessarias, & a materia abstractas.*

Beatitudinem in contemplatione positam esse.

Arg. I.

B ἔτι δὲ συνεχεστάτη.) Alterum argumentum sumitur a circumstantia temporis: *Quia operatio potest diutissime continuari absq; ulla defatigatione & molestia, in ea ponenda est hominis beatitudo: quoniam beatitudo debet carere omni molestia.* Sed *contemplatio mentis est talis continuatio, quæ nunquam fatigatur, etiamsi diutissime continuetur.* Igitur *in contemplatione beatitudo hominis est ponenda.* Tertium argumentũ ex loco adiunctorum: *Quæ operatio est omnium iucundissima, in ea etiam videtur hominis beatitudo consistere. Quia voluptas & iucunditas perpetuo comitatur beatitudinem, molestia & dolor beatitudini aduersantur.* Igitur *in contemplatione hominis beatitudo est ponenda.* Quod autem beatitudo sit iucunda operatio, probat Aristot. etiam ex adiunctis. Primum, *quia est syncera & pura, quæ nihil habet doloris admixtũ:* deinde, *quia coniuncta cum scientia & cognitione eius rei, quam contemplamur: in omni autem cognitione & scientia est quædam animi voluptas.* Quartum sumitur a proprio beatitudinis, quod appellatur *αὐτάρκεια*, id est, *rerum sufficientia.* Hinc sic argumentatur: *Quæ operatio est*

II.

III.

IV.

αὐτάρκης, id est, *seipsa contenta, & quodammodo sibiipsi sufficiens, ea maxime cõpetit beatitudini.* Sed *contemplatio est eiusmodi operatio.* Igitur *cõtemplatio maxime competit beatitudini* Minor probatur ex comparatione contemplationis & reliquarũ actionum moralium. Nam ad actiones virtutum moralium opus etiam habemus externis quibusdam adiumentis boni, nimirum corporis & fortunæ. Etenim, *qui liberalitatem vult exercere, opus habet pecuniis & aliis facultatibus, quibus si destituitur, non potest eam exercere: si qui vult exercere iustitiam, eum oportet habere res, quas vel distribuere & commutare cum aliis velit, qui vult exercere fortitudinem, eum oportet esse præditum robore, & viribus corporis, habere arma & alia necessaria, vel ad sui defensionem, vel ad hostis læsionem.* Ad contemplationem autem nullis opus habemus externis adiumentis, sed sola mens ad eam sufficit: imo bona externa interdum impedimento sunt iis, qui volunt vacare contemplationibus. Vnde legimus, *quosdam Philosophos sua bona aut aliis tradidisse, aut abiecisse, vt minori impedimento suis possent studiis & contemplationibus vacare.* Quemadmodum scribitur de Diogene, Democrito, & multis aliis, qui cum haberent ampla patrimonia, tamen ea aliis reliquerunt, vt minus impedirentur in suis studiis. Quintum argumentum: *Quæ*

V. *operatio finem suum in seipsa habet, atque etiam propter se expetitur, ea etiam maxime competit beatitudini.* Sed *contemplatio est eiusmodi operatio.* Igitur *ea maxime competit beatitudini.* Etenim etiam contemplando non quærimus aliquæ quædam externa bona, quemadmodum ex aliis actionibus: sed illa ipsa mentis contemplatio siue speculatio adeo est iucunda & suauis, vt præter illam nihil aliud expetamus, vnde etiam ipsa dicitur esse sibiipsi finis, & non propter aliud suscipi, quemadmodum reliquæ actiones etiam virtutum moralium propter aliam aliquam caussam interdum suscipiuntur, veluti *ex actionibus fortitudinis comparatur victoria, libertas, salus ciuium, acquiruntur etiam hostium opes.* Sic ex actionibus liberalitatis, iustitiæ, acquiritur laus & gloria: ex actionibus temperantiæ conseruatur sanitas, prohibentur morbi: ex diligenti studio comparatur doctrina &

na & eruditio, & sic de cæteris omnibus fere actionibus ita se res habet, vt per illas etiam alia bona acquirantur.

C λέξει 5.) Sextum argumentum, quo probatur, *præcipuam beatitudinem hominis consistere ἐν τῇ θεωρίᾳ, in contemplatione*, sumitur ex loco adiunctorum, cuius hęc est sententia: *Quæ operatio magis est tranquilla & quieta, ea etiam magis competit beatitudini, quã ea, quæ est negotiosa, & laboribus atq; molestiis plena. Sed contemplatio mentis est operatio tranquilla & quieta. Ergo contemplatio magis competit beatitudini, quam reliquæ actiones, quæ vtuntur membris corporis.* Maior propositio probatur ex natura beatitudinis: *quia enim beatitudo habet ratione finis, ideo est coniuncta cũ quiete & otio: nam quæ finẽ suum sunt assecuta, illa nõ amplius sunt in motu, sed in statu quietis.* Vnde etiam Democritus summum hominis bonum posuit ἐν εὐθυμίᾳ, *in animi tranquillitate, quando animus non agitatur, neq; perturbatur affectibus.* Quod autem ad minorẽ attinet, in qua dicitur, quod contemplatio sit tranquilla & quieta mentis operatio, ea declaratur ab Aristotele per distributionem, in qua opponit vitæ contemplatiuæ vitam politicam, eamq; ostendit, plenam esse laboribus atque molestiis. Quemadmodum enim duo sunt tempora: vnum pacis, alterum belli: ita etiam vita politica, *vt est apud Aristotelem lib. 1. Politicor. cap. 3.* diuiditur in bellicam & pacatam, quarum vtraque suas proprias habet occupationes, labores, & molestias, in quibus versatur, quæ tamen non propter se, sed propter aliud expetuntur. Exempli gratia: *Bellum non propter se, quatenus est bellum, expetitur: hoc enim esset absurdum, imo impium dicere, bellum propter se esse expetendum, sed expetitur bellum propter pacem:* quemadmodum Cicero *lib. 1. Officior.* ait: *Bellum,* inquit, *ita suscipiatur, vt nihil aliud, quam pax quæsita esse videatur.* Eodem modo in vita pacata & vrbana, quæ est extra bellum, multi sunt labores in administranda Repub. quæ tamen non propter se, sed propter aliud expetuntur & suscipiuntur, nempe propter salutem & incolumitatem ciuium totiusq; ciuitatis, vt, quantum fieri possit, ciues sint felices & beati, quæ beatitudo

VI.

dicitur practica & politica, ac diuersa est a beatitudine contemplatiua, quæ omnino libera est ab istis ciuilibus negotiis. Huic argumento subiungit conclusionẽ primæ partis huius cap. in qua per epilogum breuiter repetit omnia sex argumenta, quibus probauit, *præcipuam beatitudinem hominis consistere in contemplatione rerum diuinarum atque cœlestium.* Primum, *quia hæc beatitudo est secundum nobilissimam & præstantissimam hominis partem, nempe secundum mentem & animũ*: deinde, *quia contemplatio potest maxime esse diuturna & continua absq; vlla fatigatione*: tertio, *quia contemplatio est iucundissima mentis actio*: quarto, *quia non eget aliis augmentis, sed ipsa mens sibi sola sufficit*: quinto, *quia eiusmodi cõtemplatio & propter se expetitur*: sexto, *quia est tranquilla & quieta, & quodammodo perfecta: maxime vero, si nacta fuerit perfectam vitæ longitudinem: quo enim diuturnior, eo etiam perfectior est, & propterea beatitudini magis coniuncta.*

D ὁ ἢ τοιοῦτος βίος.) Hæc est altera pars huius cap. quæ habet primũ *αὔξησιν*, id est, *commendationem vitæ & beatitudinis contemplatiuæ*: deinde *παραίνεσιν*, *exhortationẽ*, qua monet, homines maxime debere vitam contemplatiuam expetere. Vtitur autem duobus argumentis: Primum sumitur ex loco comparatorum & similium: *Quæ vita similis est vitæ diuinæ, ea est præstantissima, & maxime ab homine expetenda. Sed vita contemplatiua est similis vitæ diuinæ.* Igitur *est præstantissima & maxime expetenda.* Minor probatur: quia vita contemplatiua ea dicitur, qua homo viuit & agit secundũ mentem, intellectum, & rationem, quæ omnia sunt diuinum quiddam in homine. Sed potest aliquis obiicere, *hominem, quia mortalis est, debere humana & mortalia spectare, non nimis altum sapere, quemadmodum Philosophus Epicharmus dixit: mortalia cum sis, non debes immortalia sapere.* Et vulgo dici solet, *quæ supra nos, nihil ad nos.* Ad hanc obiectionem respondet Aristoteles per distinctionem: *Si homo*, inquit, *in vniuersum esset mortalis, tunc etiam mortalia tantum deberet sapere: sed quia ex duabus constat partibus, ex corpore, quod est mortale, & ex anima, quæ est immortalis. Anima autem est præstantissima hominis pars: ideo etiam maxime debet expetere ea, quæ pertinent*

Vita contemplatiua præstantissima.

Obiectio.

tinent ad animum & secundum præstantissimam hanc sui partem etiam viuere: hac enim ratiōne potest seipsum quodammodo ἀποθανατίζειν a mortalitate vindicare, quod tum fit, si vitam suam instituerit secundum præstantissimam sui partem. Alterum argumentum. *Quæ vita hominis naturæ maxime propria est, in ea etiam præcipua eius consistit beatitudo, estque maxime expetenda: sed vita contemplatiua hominis naturæ maxime propria est.* Igitur *ab homine maxime est expetenda.* Minor probatur, *quia vita contemplatiua est secundum mentem, quæ est propria ac præstantissima hominis pars, a qua homo habet suam denominationem: imo mens est ipse homo. Quemadmodum Cicero ait in somnio Scipionis: nec enim inquit tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusq; is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari & oculis cerni potest.* Ideo etiam Plato inquit, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον; *i. e. idipsum, quod oculis videtur, non est ipse homo.*

CAP. 8.

Secundo vero loco, quæ alij virtuti congruit. nam actiones ei consentaneæ, humanæ sunt. Iusta enim & fortia, & cetera ex aliis virtutibus, erga nos mutuo agimus in commerciis, & vsibus, actionibus varijs, & in affectibus seruantes quod decorum vnicuique est: hæc autem humana esse omnia videntur. nonnulla vero etiam e corpore videntur euenire, multamque affinitatem cũ affectibus habere atq; morum virtus. Quin etiam prudentia cum morum virtute, hæc cum prudentia coniuncta est: siquidem prudentiæ principia ex virtutib. sunt moralibus:

ΚΕΦ. [illegible]

Δευτέρως δ', ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν. αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι, ἀνθρωπικαί. δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεῖα καὶ τὰ ἄλλα, τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς πρὸς ἀλλήλους πράττομεν ἐν συναλλάγμασι, καὶ χρείαις, καὶ πράξεσι παντοίαις, ἔν τε τοῖς πάθεσι τὸ πρέπον ἑκάστῳ διατηροῦντες. ταῦτα δ' εἶναι φαίνεται πάντα ἀνθρωπικά. ἔνια δὲ καὶ συμβαίνειν ἀπὸ τοῦ σώματος δοκεῖ, καὶ πολλὰ συνῳκειῶσθαι τοῖς πάθεσιν ἡ τοῦ ἤθους ἀρετή. συνέζευκται δὲ καὶ ἡ φρόνησις τῇ τοῦ ἤθους ἀρετῇ, καὶ αὕτη τῇ φρονήσει· εἴπερ αἱ μὲν τῆς φρονήσεως ἀρχαὶ κατὰ τὰς ἠθικάς εἰσιν ἀρετάς·

τὸ δ' ὀρθὸν τῶν ἠθικῶν κατὰ τὴν φρόνησιν. συνηρτημέναι δ' αὗται καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ περὶ τὸ σύνθετον ἂν εἶεν. αἱ δὲ τοῦ συνθέτου ἀρεταὶ ἀνθρωπικαί. καὶ ὁ βίος δὴ ὁ κατ' αὐτάς, καὶ ἡ εὐδαιμονία. ἡ δὲ τοῦ νοῦ κεχωρισμένη· τοσοῦτον γὰρ περὶ αὐτῆς εἰρήσθω. διακριβῶσαι γὰρ μεῖζον τοῦ προκειμένου ἐστί. δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρόν, ἢ ἐπ' ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς. τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία, καὶ ἐξ ἴσου ἔστω· εἰ καὶ μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικός, καὶ ὅσα τοιαῦτα. μικρὸν γὰρ ἄν τι διαφέροι. πρὸς δὲ τὰς ἐνεργείας, πολὺ διοίσει. τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων, πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια· καὶ τῷ δικαίῳ δὴ εἰς τὰς ἀνταποδόσεις· αἱ γὰρ βουλήσεις ἄδηλοι. προσποιοῦνται δὲ καὶ οἱ μὴ δίκαιοι βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν. τῷ ἀνδρείῳ δὲ δυνάμεως, εἴπερ ἐπιτελεῖ τι τῶν κατ' ἀρετήν· καὶ τῷ σώφρονι, ἐξουσίας. πῶς γὰρ δῆλος ἔσται ἢ οὗτος ἢ τῶν ἄλλων τις; ζητεῖται δέ, πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις, ὡς ἐν ἀμφοῖν οὔσης. τὸ δὴ τέλειον, δῆλον ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη. πρὸς δὲ τὰς πράξεις, πολλῶν δεῖται· καὶ ὅσῳ ἂν μείζους ὦσι καὶ καλλίους, πλειόνων.

B

rectitudo vero moralium virtutum ex prudentia at hæ connexæ etiam cum affectibus sunt, & in composito versantur virtutes vero compositi, humanæ sunt. & vita igitur quæ ex ipsis, & beatitudo huiusmodi erit. mentis autem separata est. de ipsa enim hoc tantummodo est dictum nam exquisite tractare maius est, quam quod propositum est. videatur vero vel parum, vel minus quam moralis, externa suppeditatione indigere. necessarijs enim rebus vtrisq; opus, idq; ex æquo esto: licet magis ciuilis in corpore occupatus sit, & in ijs, qui huiusmodi sunt. paruum enim quid intersit. At actionibus longe distabit. liberali enim pecunijs opus erit, ad liberalia agenda: & iusto ad retributiones. nam obscuræ voluntates sunt simul vero etiam illi qui iusti non sunt, iuste agere se velle. forti vero, potentia, si modo quippiam ex virtute exsequatur, & temperanti, libertate. quo pacto enim aut talis aut alius quispiam manifestus erit? sed quæritur, vtrum magis propria virtutis sit electio, an actiones, cum in vtrisque constat. sane quod perfectum est, constat in vtrisq; futurum. ad actiones autem multis est opus: & quanto plures & meliores sunt, eo pluribus. Contemplanti vero nulla huiusmodi rerum ad actionem quidem opus est:

τῷ δὲ θεωροῦντι, οὐδενὸς τῶν τοιούτων, πρός γε τὴν ἐνέργειαν χρεία,

quia

quin, prope dixerim, contemplationi impedimento sunt. quatenus tamen homo est, cumque pluribus vitam degit, ex virtute agere proponit. talibus igitur ad humane se gerendum indigebit. Perfectam autem beatitudinem contemplandi quandam actionem esse, constare vel inde possit, quod deos maxime felices & beatos esse existimemus. nam quales actiones attribuere eis debemus: iustasne? an ridiculi viderentur, si commercia facerent, & deposita redderent, atque alia huiusmodi? at fortes, formidolosa perpetientes, periclitantesque, quia honestum sit? an liberales? at cui dabunt? absurdum quoque, si etiam ipsis numus, aut tale quippiam adesset. si vero temperantes, quidnam essent? violēta ne laus fuerit, quod prauas cupiditates non habeant: omnia demum percurrentibus, quae ad actiones attinent, parua & indigna dijs videantur. at viuere omnes existimant eos: quare etiam agere. non enim profecto, vt Endymionem, eos dormire. viuenti igitur actione detracta, & effectione item magis, praeter contemplationem quid restat? quare Dei actio praestans felicitate, in contemplando fuerit: & ex humanis igitur, quae huic maxime est cognata, beatissima erit. Argumento est,

ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ ἐμπόδιά ἐστι, πρός γε τὴν θεωρίαν. ᾗ δ' ἄνθρωπός ἐστι καὶ πλείοσι συζῇ, αἱρεῖται τὰ κατ' ἀρετὴν πράττειν. δεήσεται οὖν τῶν τοιούτων πρὸς τὸ ἀνθρωπεύεσθαι. C ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία, ὅτι θεωρητική τις ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ ἐντεῦθεν ἂν φανείη· τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι. πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς; πότερα τὰς δικαίας; ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα; ἀλλὰ τὰς ἀνδρείους, ὑπομένοντας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν; ἢ τὰς ἐλευθερίους; τίνι δὲ δώσουσι; ἄτοπον δ' εἰ καὶ ἔσται αὐτοῖς νόμισμα, ἤ τι τοιοῦτον. αἱ δὲ σώφρονες, τί ἂν εἶεν; ἢ φορτικὸς ὁ ἔπαινος, ὅτι οὐκ ἔχουσι φαύλας ἐπιθυμίας. διεξιοῦσι δὲ πάντα φαίνοιτ' ἂν τὰ περὶ τὰς πράξεις, μικρὰ καὶ ἀνάξια θεῶν. ἀλλὰ μὴν ζῆν τε πάντες ὑπειλήφασιν αὐτούς, καὶ ἐνεργεῖν ἄρα. οὐ γὰρ δὴ καθεύδειν ὥσπερ τὸν Ἐνδυμίωνα. τῷ δὴ ζῶντι τοῦ πράττειν ἀφῃρημένῳ, ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖν, τί λείπεται πλὴν θεωρίας; ὥστε ἡ E τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη. σημεῖον δὲ D

καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῷα εὐδαιμονίας, τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἐστερημένα τελείως. τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς πᾶς ὁ βίος μακάριος· τοῖς δ' ἀνθρώποις, ἐφ' ὅσον ὁμοίωμά τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει. τῶν δ' ἄλλων ζώων οὐδὲν εὐδαιμονεῖ, ἐπειδὴ οὐδαμῇ κοινωνεῖ θεωρίας. ἐφ' ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ εὐδαιμονεῖν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ κατὰ τὴν θεωρίαν. αὕτη γὰρ καθ' αὑτὴν τιμία, ὥστ' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις. E δεήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας ἀνθρώπῳ ὄντι. οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν· ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ σῶμα ὑγιαίνειν, καὶ τροφὴν, καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν ὑπάρχειν. οὐ μὴν οἰητέον γε πολλῶν καὶ μεγάλων δεήσεσθαι τὸν εὐδαιμονήσοντα, εἰ μὴ ἐνδέχεται ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μακάριον εἶναι. οὐ γὰρ ἐν τῇ ὑπερβολῇ τὸ αὔταρκες, οὐδ' ἡ κρίσις, οὐδ' ἡ πρᾶξις. δυνατὸν δὲ καὶ μὴ ἄρχοντα γῆς καὶ θαλάττης, πράττειν τὰ καλά. καὶ γὰρ ἀπὸ μετρίων δύναιτ' ἄν τις πράττειν κατὰ τὴν ἀρετήν. τοῦτο δ' ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς. οἱ γὰρ ἰδιῶται τῶν δυναστῶν οὐχ ἧττον δοκοῦσι τὰ ἐπιεικῆ πράττειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον· ἱκανὸν δὲ τοσαῦθ' ὑπάρχειν. ἔσται γὰρ

quod cetera animalia beatitudinis expertia sint, eiusmodi actione absolute priuata. diis enim felix tota vita est: hominibus autem, quatenus similitudo quadam eiusmodi actionis inest. at ceterorum animalium nullum beatum est: propterea quod contemplationis particeps nusquam est. quousque igitur protenditur contemplatio, eousque etiam beatitudo, & quibus magis inest contemplari, & beate viuere, non ex accidenti, sed ex contemplatione. ipsa enim per se ipsam est pretiosa: quare fuerit beatitudo contemplatio quadam. opus erit autem & externa prosperitate ei, qui sit homo. non enim ad contemplandum natura ex sese satis est: sed oportet, vt & corpus valeat, & alimentum, & cetera obsequia suppetant. Non tamen putandum multis & magnis opus fore beato futuro, nisi contingat absque externis bonis felicem esse. non enim in exsuperatione id, quod satis sit, consistit, neque iudicium, neque actio. fieri que etiam potest, vt qui terra & mari non imperant, honesta agant. etenim ex mediocribus rebus agere ex virtute quispiam possit. Id vero cernere euidenter licet. nam priuati homines non minus quam potentes, honesta agere videntur, imo etiam magis. Satis igitur est, si tot facultates suppetãt. beata enim

vita

vita erit eius qui ex virtute agat. quin & Solon beatos fortasse definiebat, recte inquiens eos esse qui externis rebus mediocriter fuerint instructi, & honestissima egerint, vt existimabat, temperanterque vixerint. fieri enim potest, vt mediocria possidentes agant ea quæ oportet. Videtur etiam Anaxagoras non diuitem, neque potentem existimasse beatum, cum dixit, se non miraturum, si quis plerisque e vulgo absurdus videatur. ij enim iudicant ex rebus externis, quarum tantummodo sensum habent. Consentire vero his cum rationibus videntur sapientum opiniones. fidem igitur aliquam talia quoque habent: veruntamen in agendis rebus ex factis & vita iudicatur. in ijs enim præcipua vis consistit. spectanda vero antedicta, ad facta & vitam referentibus. & si cum factis cõsentiant, admittenda: sin ab eis discrepant, verba sunt existimanda. at qui menti congruenter agit, hancq́ excolit, & optime affectus, & Deo carissimus esse videtur. nam si aliquam humanarum rerum curam dij habent, sicut videtur, consentaneum fuerit ipsos gaudere re optima, atque maxime cognata: id vero mens fuerit: eosque qui id maxime amant & honorant, remunerari, vtpote qui sibi amicorũ curam

ὁ βίος εὐδαίμων τοῦ κατ' ἀρετὴν ἐνεργοῦντος. καὶ Σόλων δὲ τοὺς εὐδαίμονας ἴσως ἀπεφαίνετο, καλῶς εἰπὼν μετρίως τοῖς ἐκτὸς κεχορηγημένους, πεπραγότας δὲ τὰ κάλλισθ' ὡς ᾤετο, καὶ βεβιωκότας σωφρόνως. ἐνδέχεται γὰρ μέτρια κεκτημένους πράττειν ἃ δεῖ. ἔοικε δὲ καὶ Ἀναξαγόρας οὐ πλούσιον, οὐδὲ δυνάστην ὑπολαβεῖν τὸν εὐδαίμονα, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν θαυμάσειεν, εἴ τις ἄτοπος φανείη τοῖς πολλοῖς. οὗτοι γὰρ κρίνουσι τοῖς ἐκτός, τούτων αἰσθανόμενοι μόνον. συμφωνεῖν δὲ τοῖς λόγοις ἐοίκασιν αἱ τῶν σοφῶν δόξαι. πίστιν μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχει τινά. τὸ δ' ἀληθὲς ἐν τοῖς πρακτοῖς ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου κρίνεται. ἐν τούτοις γὰρ τὸ κύριον. σκοπεῖν δὲ τὰ προειρημένα χρὴ ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τὸν βίον ἐπιφέροντας. καὶ συνᾳδόντων μὲν τοῖς ἔργοις ἀποδεκτέον. διαφωνούντων δὲ, λόγους ὑποληπτέον. ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν, καὶ τοῦτον θεραπεύων, καὶ διακείμενος ἄριστα, καὶ θεοφιλέστατος ἔοικεν εἶναι. εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ· τοῦτο δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς. καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτο καὶ τιμῶντας ἀντευποιεῖν, ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς

ἐπιμελουμένους, καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. ὅτι δὲ ταῦτα πάντα τῷ σοφῷ μάλιστα ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον. θεοφιλέστατος ἄρα· τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς καὶ εὐδαιμονέστατον, ὥστε κἂν οὕτως εἴη ὁ σοφὸς μάλιστ' εὐδαίμων.

habeant, recteq; & honeste agant. Hæc autem omnia sapienti maxime inesse, obscurum non est. is igitur est Deo carissimus: eundemq; etiam verisimile est esse beatissimum: quamobrem hoc quoq; modo fuerit sapiens maxime beatus.

COMMENTATIONES.

Δευτέρως δ' ὁ.) In hoc cap. Aristoteles primum comparat vitam contemplatiuam, *quæ est mentis & animi cum vita practica, quæ non solum est animi sed etiam corporis.* Deinde ostendit, *vitam contemplatiuam per se quidem non opus habere alienis adiumentis, sed tãtum per accidens, quatenus is, qui contemplationi indulget, homo est, indigere externis quibusdam bonis propter corporis sustentationem.* Tertio concludit quæstionem de vita & beatitudine contemplatiua, & affirmat, *eum, qui contẽplationi deditus est Deo esse maxime acceptum & per consequens etiam beatissimum.* Propositio primæ partis huius cap. hæc est: *vita contemplatiua præstantior est vita ciuili seu practica.* Probatur quatuor argumentis. Primũ est tale, *quæ diuina sunt, ea præstantiora sunt humanis. Vita contemplatiua est diuina, practica autem est humana.* Ergo *vita contemplatiua.* Maior propositio per se nota est, minoris propositionis sunt duæ partes, quarum prima est, *quod vita contemplatiua sit diuina,* eam probat vnico argumento. Quia est τ̃ νũ *secundum mentem. Mens autem est diuinum quiddam in homine, vt in præcedente cap. est ostẽsum.* Præterea *vita secundum mentem est κεχωρισμένη separata a corporeis & caducis rebus.* Altera pars minoris est, *quod vita practica sit humana, id est, conueniens vitæ humanæ.* Probatur tribus rationibus Prima est, *quia versatur circa humanas actiones, vt sunt actiones iustitiæ in contractibus & commercijs, actiones fortitudinis in bellicis periculis, actiones temperantiæ in voluptatibus corporis, & sic reliquarum virtutum moralium actiones versantur circa res humanas.* Altera ratio est, *quia actiones moralium*

virtutum coniuncta sunt cum affectibus humanis & geruntur per membra corporis, quæ sunt veluti instrumenta actionum. Est enim magna affinitas affectuum cum virtutibus moralibus, adeo vt etiam quidam affectus numerentur inter virtutes, vt misericordia, clementia, humanitas, amor parentum erga liberos, timor Dei, dilectio proximi: magna etiam est affinitas affectuum cum corpore, quia dependent ex corporis temperamēto. Exempli gratia: *cholerici sunt iracundi: sanguinei sunt hilares, melancholici laborant tristitia: Ideoq; affectus quoq; numerantur inter obiecta interna virtutum moraliū* III. ratio. *Quia actiones vitæ practicæ secundum virtutes morales attribuuntur toti homini, quatenus ex animo & corpore est compositus: atque ideo, recte dicuntur esse humanæ.*

B Δόξειε δ' ἄν) Alterum argumentum, quo probatur, *quod vita contemplatiua præstantior sit, quam practica*, sumitur ex propria nota beatitudinis, quæ est *sufficientia & copia rerum, quæ ad beatitudinem requiruntur, & nominatur in primo libro αὐτάρκεια.* Est a. tale argumentum. *Ea vita, quæ magis est seipsa contenta, i.e. quæ minus indiget aliis rebus, præstantior est, quam ea, quæ minus seipsa contenta. Sed vita contemplatiua magis est seipsa contenta, quam vita practica.* Igitur *etiam est præstantior.* Maior ꝑpositio *in li.1.c.7.* fuit declarata, *vbi enim est minor indigētia aliarum rerum, ibi indiciū est maioris perfectionis, propterea Deus dicitur perfectissimus & summum bonum, quia nullius rei indiget: quod a. in minore propositione dicitur vitam contemplatiuam magis seipsa esse contentam, quā vita practica,* id intelligendum est primū ratione subiecti, quia *vita contēplatiua consideratur secundū mētem, & animū, quæ non indigent externis bonis.* Deinde intelligēda est minor, quod ad virtutes siue opationes mētis attinet. Mens n. ad suas opationes nō indiget externis bonis tāq; instrumentis & adiumentis, quia ipsa per se potest suas operationes exercere: imo externa bona magis impediunt & abstrahunt animum a suis operationibus. Vnde quidam Philosophi, vt liberius possent philosophari, & suis meditationibus incumbere, sua bona aut abiecerunt, aut aliis donarunt: sicut legitur de Crate Philosopho, *qui sua bona dicitur in mare proiecisse, &*

2. *Argumentum.*

Democritus *dicitur suum patrimonium fratribus reliquisse, & sibi tantum pauca, quæ ad victum necessaria retinuerit.* Itaque tantū per accidens bona externa necessaria sunt iis, qui contemplationibus volunt vacare, nemirum, quatenus sunt homines & corpore præditi, quod ad sui sustentationem opus habēt victu & amictu. Deinde, quia tales etiam inter reliquos homines viuunt: Ideo vt possint etiam virtutes morales exercere, opus quoque habent aliquibus facultatibus, veluti *ad exercendam liberalitatem, oportet habere pecuniam, ad declarandam temperantiam, oportet habere materiam pro voluptatibus. Ita ad exercendam fortitudinem opus est robore & sanitate corporis: requiruntur etiam arma, requiritur hostis & aduersies quem possit aliquis fortiter pugnare. Ita actiones iustitiæ non possunt exerceri absque commercijs in commutandis & distribuendis externis bonis.*

3. Argumentum.

C ἡ δὲ τελεία.) Hoc est tertium argumentum, quo probat, *vitam contemplatiuam præstantiorem esse vita practica ex comparatione cum vita deorum.* Summa argumenti hæc est. *Quæ vita deorum vitæ similior est, ea quoque est præstantissima: Est enim rationi consentaneum deorum vitam esse præstantissimam.* Sed *vita contemplatiua similior est vitæ deorum, quam vita practica.* Igitur *est etiam præstantior.*

Deos vitā agere contemplatiuam.

Quod autem dii dicantur vitam agere contemplatiuam, probatur hoc modo, *si dij viuunt, igitur aliquid agunt: Quoniam etiam vita secundum physicos est actio quædam: Est præterea absurdum dicere, deos aut perpetuo otiari, aut instar Endymionis semper dormire: sed dij viuunt, quod per se etiam est manifestum: igitur agunt aliquid.* Sunt autem triplices ἐνέργειαι operationes: aliæ consistunt in contemplando, aliæ in agendo, aliæ in efficiendo aliquo opere: sed dii non dicuntur πράττειν, id est, aliquid agere, neque etiam dicuntur ποιεῖν, id est, aliquod opus efficere secundum artem. Ergo, *propria deorum ἐνέργεια operatio est ἡ θεωρία contemplatio & speculatio, & per consequens, si beatitudo deorum consistit in operatione. Igitur erit θεωρητικὴ contemplatiua.*

Ἐνεργείας vocabulū generale.

In hoc loco notandum est primum vocabulum ἐνεργείας *operationis* esse generale & cōplecti sub se tres

se tres species, θεωρίαν, quæ proprie est mentis, πρᾶξιν, quæ proprie est voluntatis & electionis, & ποιεῖν effectionem operis, quæ proprie tribuitur membris corporis. Deinde notandum est, quod Aristoteles dicit, *deis non posse tribui πράξεις actiones virtutum moralium*. Id intelligendum esse de externis actionibus, ad quas requiruntur bona externa corporis & fortunæ. Deinde etiam obiecta, circa quæ virtutes morales versantur. Atque hoc declarat Aristoteles per exempla. Etenim diis non possunt attribui actiones iustitiæ: alioqui dicendum esset, deos versari circa commercia in emendo, vendendo, commutando, distribuendo bona vel mala, neque etiam actiones fortitudinis illis possunt attribui: alioqui dicendum esset, *deos bella gerere, pericula adire, fortiter pugnare, neque etiam actiones liberalitatis illis possunt tribui, quia nõ tractant pecunias.* Sic etiam actiones temperantiæ illis tribui non possunt, quia non habent prauas cupiditates, neq; indulgent cibo & potui, aut aliis corporis voluptatibus. Quod si diis non possunt tribui πράξεις actiones; multo minus possunt illis tribui effectiones operum artificiosorũ: neq; enim laborant manibus, & opera efficiunt sicuti artifices. Ergo relinquitur, *quod deorum operatio, consistat in sola contemplatione.* Ex quo sequitur, quod vita contemplatiua similis sit vitæ deorum.

D σημεῖον δὲ.) Quartum argumentum sumitur a cõtrario per negationem, *propter quam rem beatitudo cæteris animalibus excepto homine denegatur, in ea etiam beatitudo hominis maxime consistit.* Sed *propter contemplationis destitutionem beatitudo cæteris animalibus denegatur, quia in illis nulla vis est contemplandi, quatenus carent ratione, cuius propria ἐνέργεια est ipsa contemplatio: hominibus autem beatitudo maxime tribuitur propter hanc mentis operationem.* Ergo *in contẽplando præcipue consistit hominis beatitudo, & per consequens vita contemplatiua est præstantissima.* Hoc argum. declaratur distributione. Est n. triplex vita: *una deorum.* Altera, *hominum.* Tertia *brutorum.* Deorum vita eatenus semper est beata, quia in cõtemplatione versatur perpetua: hominum vita eatenus solũ est beata, quatenus quo ad contemplationẽ deorũ vitæ est similis: brutorũ animaliũ vita plane nõ est capax

IV *Argumentum.*

beatitudinis, quia illis neque contemplatio, neque actio proprie tribuitur. Etsi n. interdum bestiæ dicantur aliqd agere, tamen illud iis tribuitur per accidens Quia actiones proprie proficisci debent a voluntate & προαιρέσει, quib. coniuncta est aliqua ratio In bestiis autem ista non sunt. Cum vero obiicitur, *bestias etiam aliquid agere, quãdo trahunt currum, aut aratrum, aut alijs suis ministerijs hominibus inseruiunt*: dicimus, illas proprie nõ posse dici aliquid agere. Sed tantum vel naturali vel violento impetu ad eiusmodi actiones rapi & ferri, non autem voluntate & certo consilio.

Obiectio.

Sapiens quot modis consideretur.

E δόξειε δὲ.) Altera hæc est huius cap. pars, in qua Philosophus ostendit, *quatenus ẽt vita contẽplatiua opus habeat quibusdã bonis externis*: declarat a. hoc per distinctionẽ. Nam *sapiens qui contẽplationi & speculationi rerum diuinarum & cœlestium deditus est, duobus modis consideratur, vel quatenus est homo compositus ex anima & corpore, vel quatenus solũ cõtemplationi deditus est.* Priore modo cõsideratus, ratione corporis ẽt eget bonis externis aliquibus, maxime vero cibo & potu, & aliis subsidiis ad vitam sustentandã necessariis. Posteriore a. modo consideratus, quatenus nimirũ contemplationi vacat, externa bona ei non sunt necessaria: quia mens illis non indiget, neq; enim mẽs alitur externo cibo vel potu: imo quo magis mens auocatur & abstrahitur ab externis rebus, eo liberius & melius potest vacare contẽplationi. Vnde scribitur de quibusdam Philosophis, *quod opes & facultates suas alijs concesserint, quo ipsi liberius possent philosophari.* Etsi a. sapiens, quatenus non sola & pura mẽte, sed etiam corpore cõstat, ẽt indigeat externis quibusdã bonis, tamen non vsq; adeo multis & magnis opibus indiget, sed tantũ mediocribus, quæ nimirũ sufficiunt ad vitæ sustentationem, & ad honeste viuendũ. Est n. sapiens *αὐτάρκης, i. e. seipso contentus.* Huius rei rationẽ affert duplicẽ. Prima est, q a *αὐτάρκεια, i. e. sufficientia rerũ, non est æstimanda τῇ ὑπερβολῇ, i. e. nimia copia & abundantia rerum sed potius animo, qui sua sorte est cõtentus.* Altera ratio est, *quia ad recte sentiendum & agendum non necesse est aliquem habere immẽsas opes, & vt Arist. hoc in loco dicit, esse dominũ terræ & maris.* Sed põt aliquis ẽt in medi-

Obiectio.

ocri

ocri fortuna constitutus recte sentire & agere, quod cõfirmat Arist. testimonio & exemplo Solonis & Anaxagoræ: Nam Solon interrogatus, *quosnã iudicaret esse beatos, eos ne, qui omnib. bonis abundarent.* Respondit *se eos beatos iudicare, qui licet mediocres solũ haberẽt facultates, tamẽ res præclaras gessissent, & insuper honeste vixissent*, quo responso indicauit, *beatitudinem non positã esse in magnis opibus & diuitijs: sed potius in præclaris actionibus, & vita honestate.* Eodẽ modo ẽt Anaxagoras interrogatus, *quosnam beatos esse iudicaret.* Respondit, *se nõ beatos iudicare, quos vulgus hominũ beatos pronuntiat, qui nimirum magnas habent diuitias, & in magna potentia & auctoritate sunt constituti: sed potius eos, quos vulgus hominũ deridet & contemnit, q spretis diuitijs sapientiæ & virtuti operã dare constituerunt.* Quod a. hi duo Philosophi vere & recte ita senserint, ex eo probat, quod non solum verbis ista dixerũt, sed ẽt vita & factis comprobarunt. Quo in loco monet præcepta practicæ Philosophiæ, q̃ sunt de vita, moribus & actionibus recte instituẽdis non solum verbis esse proponenda & rationibus atq; argumentis confirmãda: sed ẽt vita ipsa exprimenda, vt ea, quæ quis docet recta & honesta, etiam ipse factis suis exprimat, & vita sua confirmat: ita vt præcepta & facta sibi mutuo consentiant. Nam vt Cic. *lib. 1. de rep.* ait, qui docẽt tantum, quid faciendum sit, ipsi autem ea non faciunt, hi ipsimet suis præceptis detrahunt fidem: & in eodẽ loco inquit, bonum est recta & honesta præcipere, sed nisi tu ipse quoque ea facias, mendacium est, & ineptum est non in pectore, sed in labiis habere bonitatem. Hinc etiam Cato inquit. *Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum*: & de Christo Saluatore nostro scribitur, *quod cœperit docere & facere*: & ipse apud Ioannem ait, *opera mea testimonium perhibent de me: & si mihi non creditis, credite operibus meis.*

Responsio.

F ὁ δὲ κ.) Hæc est tertia pars cap. in qua ex iis, quæ de vita contemplatiua dixit, veluti per conclusionem colligit virum sapientem, qui contemplationi deditus est, esse Deo maxime chãrum, & per consequens ẽt maxime beatum. Probat a. illud tali argumento. *Qui amat & excolit eam sui partem, quæ Deo est carissima, is quoque*

Argumentum.

vicissim Deo est carissimus, & per consequens etiam beatissimum. Sed *sapiens qui contemplationi rerum diuinarum & cælestium vacat, excolit mentem, quæ est Deo carissima.* Ergo *sapiens etiam est Deo carissimus.* Quod autem mens Deo sit carissima, probatur primum, *quia est præstantissima & optima pars hominis.* Deinde quia *diuinæ naturæ est cognatissima.* Quoniam a. Deo curæ sunt homines & res humanæ, verisimile est, *Deo maximè curæ esse mentem hominis, eamq; maximè amare, quia diuinæ naturæ maximè est cognata.*

ΚΕΦ. Θ'. | CAP. 9.

A Ἆρ' οὖν εἰ περὶ τούτων καὶ τῶν ἀρετῶν, ἔτι δὲ καὶ φιλίας καὶ ἡδονῆς ἱκανῶς εἴρηται τοῖς τύποις, τέλος ἔχειν οἰητέον τὴν προαίρεσιν; ἢ καθάπερ λέγεται, οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πρακτοῖς τέλος τὸ θεωρῆσαι ἕκαστα καὶ γνῶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πράττειν αὐτά; οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἱκανὸν τὸ εἰδέναι. ἀλλ' ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον, ἢ εἴ πως ἄλλως ἀγαθοὶ γινόμεθα. εἰ B μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς, πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους δικαίως ἔφερον κατὰ τὸν Θέογνιν, καὶ ἔδει ἂν τούτους πορίσασθαι. νῦν δὲ φαίνονται προτρέψασθαι μὲν καὶ παρορμῆσαι τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίους ἰσχύειν, ἦθός τ' εὐγενὲς, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόκαλον ποιῆσαι ἂν κατοκώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς. τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν πρὸς καλοκαγαθίαν προτρέψασθαι. οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖ

Vtrum igitur si hæc, & virtutes, præterea etiam amicitia, & voluptas satis adumbrata est, finem habere propositum hoc est existimandum? an quemadmodum dicitur, in agendis rebus finis non est contemplari singula & cognoscere, sed ea potius agere? neque sane de virtute satis est eam cognouisse: sed vt eam habeamus vtamurque, est enitendum: vel si quo alio modo boni efficimur. ac si verba quidem satis essent ad reddendos homines probos; multas sane & magnas mercedes merito afferrent, vt inquit Theognis: oporteretque ea parare. nunc vero videntur ad liberales quidem adolescentes cohortandos atque incitandos valere; ad moresque generosos ac re vera honestatis studiosos faciendos, qui virtute cohiberi possint: plerosque vero ad probitatem prouocari non posse. non enim solent pudori parere;

parere, sed timori: neque abstinere a malis ob dedecus, sed ob supplicia. nam cum ex affectu viuãt, proprias voluptates persequuntur, & ea ex quibus ea exsistent: doloresque contrarios fugiunt. eius autem quod honestum & vere iucundum est, ne notionem quidem ullam habẽt, cuius partem nullam gustarũt. Eos igitur qui tales sunt, ad moderationem traducere quæ oratio posset? fieri enim nequit, aut facile non est, quæ iam olim moribus sunt accepta, verbis depellere. sed contenti esse debemus, si quamuis omnia adsint, quibus probi effici videmur, participes virtutis simus. Fieri autem bonos putant, alij natura, alij consuetudine, alij doctrina. ac quod ad naturam quidem attinet, in nobis non esse, manifestum est, sed esse ex quadam diuina caussa, ijs qui re vera fortunati sunt. oratio vero & doctrina videndum est, nunquid non in omnibus vim habeat, sed opus sit, vt antea excultus sit moribus auditoris animus, ad recte gaudendum, & odio prosequendum, velut terra, quæ semen sit nutritura. non enim audiret orationem dehortantem, neque intelligeret qui ex perturbatione viuit. qui autem ita affectus est, dissuaderi qui põt? nec vero omnino orationi, sed vi cedere perturbatio videtur, oportet igitur mores prius virtuti esse accommodatos,

πειθαρχεῖν, ἀλλὰ φόβῳ· οὐδ' ἀπέχεσθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας. πάθει γὰρ ζῶντες, τὰς οἰκείας ἡδονὰς διώκουσι καὶ δι' ὧν αὗται ἔσονται· φεύγουσι δὲ τὰς ἀντικειμένας λύπας· τοῦ δὲ καλοῦ καὶ ὡς ἀληθῶς ἡδέος οὐδ' ἔννοιαν ἔχουσιν, ἄγευστοι ὄντες. τοὺς δὲ τοιούτους τίς ἂν λόγος μεταρρυθμίσαι; οὐ γὰρ οἷόν τε, ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἤθεσι κατειλημμένα, λόγῳ μεταστῆσαι. ἀγαπητὸν δ' ἴσως ἐστὶν, εἰ πάντων ὑπαρχόντων, δι' ὧν ἐπιεικεῖς δοκοῦμεν γίνεσθαι, μεταλάβοιμεν τῆς ἀρετῆς· γίνεσθαι δ' ἀγαθοὺς οἴονται, οἱ μὲν φύσει, οἱ δὲ ἔθει, οἱ δὲ διδαχῇ. τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως, δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, ἀλλὰ διά τινος θείας αἰτίας, τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν ὑπάρχει· ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδαχὴ μή ποτε οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύη, ἀλλὰ δεῖ προδιειργάσθαι τοῖς ἔθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν, πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν καὶ μισεῖν, ὥσπερ γῆν τὴν θρέψουσαν τὸ σπέρμα. οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειε λόγου ἀποτρέποντος, οὐδ' αὖ συνείη ὁ κατὰ πάθος ζῶν. τὸν δ' οὕτως ἔχοντα, πῶς οἷόν τε μεταπεῖσαι; ὅλως δ' οὐ δοκεῖ λόγῳ ὑπείκειν τὸ πάθος, ἀλλὰ βίᾳ. δεῖ δὴ τὸ ἦθος προϋπάρχειν πως οἰκεῖον τῆς ἀρε-

C

D

τῆς, στέργον τὸ καλὸν καὶ δυσ-
χεραῖνον τὸ αἰσχρόν. ἐκ νέου δὲ
ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς
ἀρετὴν, χαλεπὸν, μὴ ὑπὸ
τοιούτοις τραφέντα νόμοις. τὸ
γὰρ σωφρόνως ζῆν καὶ καρτερι-
κῶς, οὐχ ἡδὺ τοῖς πολλοῖς,
ἄλλως τε καὶ νέοις· διὸ νόμοις
δεῖ τετάχθαι τὴν τροφὴν καὶ
τὰ ἐπιτηδεύματα. οὐκ ἔσται γὰρ
λυπηρὰ συνήθη γινόμενα.
οὐχ ἱκανὸν δὲ ἴσως νέους ὄντας
τροφῆς καὶ ἐπιμελείας τυχεῖν
ὀρθῆς, ἀλλ' ἐπειδὰν καὶ ἀνδρω-
θέντας δεῖ ἐπιτηδεύειν αὐτὰ
καὶ ἐθίζεσθαι καὶ περὶ ταῦτα δε-
οίμεθ' ἂν νόμων, καὶ ὅλως δὴ
περὶ πάντα τὸν βίον. οἱ γὰρ πολ-
λοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ λόγῳ
πειθαρχοῦσι, καὶ ζημίαις ἢ τῷ
καλῷ. διόπερ οἴονταί τινες
τοὺς νομοθετοῦντας δεῖν μὲν πα-
ρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν,
καὶ προτρέπεσθαι τοῦ καλοῦ χά-
ριν, ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐ-
πιεικῶν τοῖς ἔθεσι προηγμέ-
νως· ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυεστέ-
ροις οὖσι, κολάσεις τε καὶ τι-
μωρίας ἐπιτιθέναι· τοὺς δ'
ἀνιάτους ὅλως ἐξορίζειν. τὸν
μὲν γὰρ ἐπιεικῆ, καὶ πρὸς τὸ κα-
λὸν ζῶντα, τῷ λόγῳ πειθαρ-
χήσειν· τὸν δὲ φαῦλον, ἡδονῆς
ὀρεγόμενον, λύπῃ κολάζε-
σθαι, ὥσπερ ὑποζύγιον. διὸ καί
φασι δεῖν τοιαύτας γίνε-
σθαι λύπας, αἳ μάλιστα ἐναν-
τιοῦνται ταῖς ἀγαπωμέναις
ἡδοναῖς. εἰ δ' οὖν καθάπερ

*vt & honestatem diligant, &
abhorreant turpitudinem. Vt
autem a pueritia quis institu-
tionem rectam ad virtutem as-
sequatur, difficile est, nisi sub ta-
libus legibus fuerit educatus.
nam temperanter toleranterq;
viuere plerisq; iucundum nō est,
& præsertim adolescētibus. quo-
circa est opus vt legibus præscri-
batur educatio & studia. nam
consuetudine tractata, molesta
esse desinent. nō satis tamen for-
tasse est, quando iuuenes sunt, e-
ducationem rectam & curam
cōsequi, sed in viros quoq; adul-
ti ipsa hæc exerceant oportet at-
que assuescant: ad hæc etiam le-
gibus nobis opus fuerit, & omni-
no ad omnem vitam. plerique e-
nim necessitati potius quam o-
rationi parent, & multis quam
honestati. Quapropter sunt, qui
censeant legislatoribus inuitan-
dos ad virtutem, ac prouocan-
dos honestatis caussa, quod pro-
bi ex consuetudine præcipue ob-
temperaturi sint: illis vero, qui
non parent, suntq; natura igna-
uiores, castigationes & pœnas
irrogandas: qui autem insana-
biles sunt, prorsus exterminan-
dos. probum enim & qui ad ho-
nestatem viuit, orationi esse
obediturum: prauum autem
voluptatem appetentem, non se-
cus ac iumentū dolore puniri.
vnde etiam tales dolores exhi-
bendos esse inquiunt, qui volu-*

E *ptatib. caris maxime aduersentur. quod si, quemadmodum*

dictum

dictum est, eum, qui bonus futurus est, honeste educatum esse, atque assuetum oportet: deinde ita in honestis studijs viuere, & neque inuitum neque lubentem praua agere: id vero fiat, si ex intelligentia quadam & recto ordine vim habente viuant. Ac paterna quidem iussio, neque vim neque necessitatem habet: neque omnino viri vnius, nisi rex, aut talis aliquis sit. at lex cogendi vim habet, cum ex prudentia quadam & mente profecta oratio sit. Atque homines quidem odio eos prosequuntur, qui appetitionibus aduersantur, etiam si recte id faciant: at lex quod probum sit iubens, odio non est. In sola vero Lacedamoniorum ciuitate cum paucis, habuisse curam legulator videtur educationis & studiorum: in plerisque ciuitatibus neglecta hac fuerunt: viuitque vnusquisque sicut vult, Cyclopum more, filijs dans iura suis & vxori. Ac prestantissimum quidem est, vt cura publica & recta habeatur: atque id facere pessimus: si tamen publice id negligatur, conuenire vnicuique videatur, vt suis liberis & amicis ad virtutem conferat, vel conferre saltem proponat. Maxime autem id facere videatur ex ijs, qua dicta sunt, si quis ad leges ferendas idoneus fuerit.

εἴρηται, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν τραφῆναι καλῶς δεῖ, καὶ ἐθισθῆναι· εἶθ' οὕτως ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἐπιεικέσι ζῆν, καὶ μήτε ἄκοντα, μήτε ἑκόντα πράττειν τὰ φαῦλα· ταῦτα δὲ γίγνοιτ' ἂν βιουμένοις κατά τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθὴν ἔχουσαν ἰσχύν. ἡ μὲν οὖν πατρικὴ πρόσταξις οὐκ ἔχει τὸ ἰσχυρὸν, οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον· οὐδὲ δὴ ὅλως ἡ ἑνὸς ἀνδρὸς, μὴ βασιλέως ὄντος, ἤ τινος τοιούτου· ὁ δὲ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν, λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ. καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐχθαίρουσι τοὺς ἐναντιουμένους ταῖς ὁρμαῖς, κἂν ὀρθῶς αὐτὸ δρῶσιν· ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθὴς, τάττων τὸ ἐπιεικές. F ἐν μόνῃ δὲ τῇ Λακεδαιμονίων πόλει μετ' ὀλίγων ὁ νομοθέτης ἐπιμέλειαν δοκεῖ πεποιῆσθαι τροφῆς τε καὶ ἐπιτηδευμάτων. ἐν δὲ ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἐξημέληται περὶ τῶν τοιούτων, καὶ ζῇ ἕκαστος ὡς βούλεται, κυκλωπικῶς θεμιστεύων παίδων, ἠδ' ἀλόχου. κράτιστον μὲν οὖν γίνεσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὀρθήν, καὶ δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι· κοινῇ δ' ἐξαμελουμένων, ἑκάστῳ δόξειεν ἂν προσήκειν, τοῖς σφετέροις τέκνοις καὶ φίλοις εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι, ἢ προαιρεῖσθαί γε. G μάλιστα δ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἐκ τῶν εἰρημένων, νομοθετικὸς γενόμενος·

αἱ μὲν γὰρ κοιναὶ ἐπιμέλειαι δῆλον ὅτι διὰ νόμων γίγνονται· ἐπιεικεῖς δ', αἱ διὰ τῶν σπουδαίων. γεγραμμένων δ', ἢ ἀγράφων, οὐδὲν ἂν δόξειε διαφέρειν, οὐδὲ δι' ὧν εἷς ἢ πολλοὶ παιδευθήσονται, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ μουσικῆς, καὶ γυμναστικῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων. ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἔθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ πατρικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἔθη. καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν συγγένειαν καὶ τὰς εὐεργεσίας. προϋπάρχουσι γὰρ στέργοντες καὶ εὐπειθεῖς τῇ φύσει. ἔτι δὲ καὶ διαφέρουσιν αἱ καθ' ἕκαστον παιδεῖαι τῶν κοινῶν, ὥσπερ ἐπὶ ἰατρικῆς. καθόλου μὲν γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία, τινὶ δ' ἴσως οὔ. ὅτε πυκτικὸς ἴσως οὐ πᾶσι τὴν αὐτὴν μάχην περιτίθησιν. ἐξακριβοῦσθαι δὲ δόξειεν ἂν μᾶλλον τὸ καθ' ἕκαστον, ἰδίας τῆς ἐπιμελείας γινομένης. μᾶλλον γὰρ τοῦ προσφόρου τυγχάνει ἕκαστος. ἀλλ' ἐπιμεληθείη μὲν ἄριστα τὸ καθ' ἕνα, καὶ ἰατρὸς, καὶ γυμναστὴς, καὶ πᾶς ἄλλος ὁ τὸ καθόλου εἰδὼς, ὅτι πᾶσιν, ἢ τοῖς τοιοισδί. τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι λέγονταί τε καὶ εἰσὶν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑνός τινος οὐδὲν ἴσως κωλύει καλῶς ἐπιμεληθῆναι, καὶ ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεαμένον δ' ἀκριβῶς τὰ συμβαίνοντα ἐφ' ἑκάστου δι' ἐμ-

H

Cura enim publica per leges habentur: atque proba sunt, qua per probas. Scriptane sint an non scripta, interesse nihil videatur: neque unusne an multi per eas instituantur, quemadmodum neque in musica, & gymnastica, ceterisque alijs disciplinis. Sicut enim in ciuitatibus legum instituta & mores valeant, sic etiam in familijs paterna orationes, & mores. Quin etiam magis ob cognationem & beneficia. Nam iam caritate complectuntur, atque natura obtemperant. Praterea vero priuata educationes a publicis differunt, ut in medicina. in uniuersum enim febricitanti confert inedia, & quies, alicui vero non item, & pugilum magister non omnibus pariter eandem pugnam constituit: videanturq; accuratius effici singula, priuata cura adhibita. magis enim quod congruum est, quisq; cōsequitur. Sed curam optimam adhibeat quidem singulis, & medicus & exercitator, & quiuis alius, qui in uniuersum cognoscat, omnibus aut talibus conferre. communis enim rei scientia & dicuntur, & sunt. verum enimuero unius alicuius nihil fortasse vetat curam habere, etiam eum, qui sit inscius, obseruarit tamen diligenter, qua in unaquaque re accidant per experientiam: quem-

quemadmodum etiam medici nonnulli optimi esse sibijpsis videntur, qui alteri ferre opem nullam queunt. nec minus forsitan ei, qui artis peritus & contemplandi effici vult, ad vniuersum videatur esse progrediendum, atque id quomodo contingit cognoscendum. dictum enim est in hoc scientias versari. Ac fortasse ei qui vult diligentia meliores reddere, siue multos, siue paucos, ut legum ferendarum peritus euadat, enitendum est si legibus boni effici possimus. Quemcunque enim & propositam recte disponere, cuiuslibet non est: sed si modo est cuiuspiam, est scientis, sicut in medicina & reliquis, quarum cura aliqua & prudentia est. Post hæc igitur considerandum ne unde, aut quo modo ad leges ferendas fieri idoneus quispiam possit? an sicut in ceteris fit, ex ciuilibus? pars enim ciuilis disciplinæ videbatur esse. An non simile quid apparet in ciuili & reliquis scientijs & facultatibus? nam in ceteris ijdem videntur facultates tradere & ex eis agere: ut medici, & pictores. Ciuiles autem res sophistæ docere profitentur: cum tamen nemo ex ipsis agat, sed qui Rempublicam gerunt, qui videantur facultate quadam potius id agere, & experientia, quam intelligẽtia.

πείραν· καθάπερ καὶ ἰατροὶ ἔνιοι δοκοῦσιν ἑαυτῶν ἄριστοι εἶναι, ἑτέρῳ οὐδὲν ἂν δυνάμενοι ἐπαρκέσαι. οὐδὲν δὲ ἧττον ἴσως τῷ γε βουλομένῳ τεχνικῷ γενέσθαι καὶ θεωρητικῷ, ἐπὶ τὸ καθόλου βαδιστέον εἶναι δόξειεν ἄν. κἀκεῖνο γνωριστέον ὡς ἐνδέχεται. εἴρηται γὰρ ὅτι περὶ τοῦθ' αἱ ἐπιστῆμαι. τάχα δὲ καὶ τῷ βουλομένῳ δι' ἐπιμελείας βελτίους ποιεῖν, εἴτε πολλοὺς, εἴτε ὀλίγους, νομοθετικῷ πειρατέον γενέσθαι, εἰ διὰ νόμων ἀγαθοὶ γενοίμεθ' ἄν. ὅντινα γὰρ οὖν καὶ τὸν προτεθέντα διαθεῖναι καλῶς, οὐκ ἔστι τοῦ τυχόντος· ἀλλ' εἴπερ τινὸς, τοῦ εἰδότος, ὥσπερ ἐπ' ἰατρικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ἐστὶν ἐπιμέλειά τις καὶ φρόνησις. ἆρ' οὖν μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον, πόθεν ἢ πῶς νομοθετικὸς γένοιτ' ἄν τις· ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, παρὰ τῶν πολιτικῶν; μόριον γὰρ ἐδόκει τῆς πολιτικῆς εἶναι. ἢ οὐχ ὅμοιον φαίνεται ἐπὶ τῆς πολιτικῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν τε καὶ δυνάμεων; ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις οἱ αὐτοὶ φαίνονται τάς τε δυνάμεις παραδιδόντες καὶ ἐνεργοῦντες ἀπ' αὐτῶν, οἷον ἰατροὶ, καὶ γραφεῖς· τὰ δὲ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταὶ, πράττει δ' αὐτῶν οὐδεὶς, ἀλλ' οἱ πολιτευόμενοι, οἳ δόξαιεν ἂν δυνάμει τινὶ τοῦτο πράττειν καὶ ἐμπειρίᾳ μᾶλλον ἢ διανοίᾳ·

οὔτε γὰρ γράφοντες, οὔτε λέγοντες περὶ τῶν τοιούτων φαίνονται· καίτοι κάλλιον ἦν ἴσως. ἢ λόγους δικανικούς τε καὶ δημηγορικούς. οὐδ' αὖ πολιτικοὺς πεποιηκότες τοὺς σφετέρους υἱεῖς, ἤ τινας ἄλλους τῶν φίλων. εὔλογον δ' ἦν εἴπερ ἐδύναντο. οὔτε γὰρ ταῖς πόλεσιν ἄμεινον οὐδὲν κατέλιπον ἄν. οὔθ' αὑτοῖς ὑπάρξαι προέλοιντ' ἂν μᾶλλον τῆς τοιαύτης δυνάμεως. οὐδὲ δὴ τοῖς φιλτάτοις. οὐ μὴν μικρόν γε ἔοικεν ἡ ἐμπειρία συμβάλλεσθαι. οὐ γὰρ ἐγίνοντ' ἂν διὰ τῆς πολιτικῆς συνηθείας μᾶλλον πολιτικοί· διὸ τοῖς ἐφιεμένοις περὶ πολιτικῆς εἰδέναι, προσδεῖν ἔοικεν ἐμπειρίας.

I τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι, λίαν φαίνονται πόρρω εἶναι τοῦ διδάξαι. ὅλως γὰρ ποῖόν τι ἐστιν, οὐδὲ περὶ ποῖα, ἴσασιν. οὐ γὰρ ἂν τὴν αὐτὴν τῇ ῥητορικῇ, οὐδὲ χείρω ἐτίθεσαν· οὐδ' ἂν ᾤοντο ῥᾴδιον εἶναι τὸ νομοθετῆσαι συναγαγόντι τοὺς εὐδοκιμοῦντας τῶν νόμων. ἐκλέξασθαι γὰρ εἶναι τοὺς ἀρίστους, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐκλογὴν οὖσαν συνέσεως· καὶ τὸ κρῖναι ὀρθῶς μέγιστον, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ μουσικήν. οἱ γὰρ ἔμπειροι περὶ ἕκαστα κρίνουσιν ὀρθῶς τὰ ἔργα, καὶ δι' ὧν, ἢ πῶς ἐπιτελεῖται, συνιᾶσι, καὶ ποῖα ποίοις συνᾴδει. τοῖς δ' ἀπείροις ἀγαπητὸν τὸ μὴ διαλανθάνειν,

Nam neque scribere, neque dicere de huiusmodi rebus cernuntur (cum tamen fortasse id praeclarius esset, quam iudiciales & deliberatiuas orationes) neque ciuiles reddidisse, vel filios suos, vel aliquos alios ex amicis. quod sane consentaneum fuisset, si modo potuissent. neque enim ciuitatibus melius quicquam reliquissent: neque sibi adesse quicquam quam huiusmodi facultatem maluissent, neque certe charissimis. Non parum tamen conferre experientia videtur. non enim ex ciuili consuetudine magis ciuiles redderentur: quare qui de ciuili facultate cognoscere appetūt, iis opus esse insuper experientia videtur. At e sophistis ii qui haec profitentur, valde procul abesse ab ea docenda videntur. neque enim omnino qualis nam ea sit, neque in quibus versetur, sciunt. non enim eandem cum rhetorica, neque peiorem statuerent: neque leges tulisse facile existimarent ei, qui collegisset e legibus quas probarit. Nam optimas eligi posse, quasi non (putarent) delectum esse prudentiae: & iudicare recte, maximum, vt in musicis. periti namque in singulis opera recte iudicāt, & quibus, aut quo modo perficiantur, norunt, & quae quibus consonent: imperitis vero satis est, si eos non lateat,

bene-

bene ne an male factum opus sit, sicut in pictura. leges vero ciuilibus operibus similes sunt. quomodo igitur ex his ad legum lationẽ idoneus euadat quispiam, aut optimas iudicet. Nam neq; ex commentarijs ad medendum idonei fieri videntur. & tamen conantur dicere non solum curationes, sed quo modo etiam & sanari queant homines, & curatio adhibenda sit, singulorum habitibus distinctis. ea vero expertis conducere videntur, inscientibus vero inutilia sunt. fortasse igitur legum quoque & Rerumpublicarum collectiones, ijs qui contemplari possunt, & iudicare quidnam recte, aut contra sit, aut quæ quibus conueniant, vtiles fuerint: ijs vero qui sine habitu talia pertractant, iudicare quidem recte non liceat, nisi fortuito. perspicaciores tamen ad ea forsitan efficiantur. Cum itaque superiores prætermiserint negotium de legumlatione inexploratum, vt ipsi magis consideremus, melius fortasse est: atque omnino de Republica, vt pro viribus philosophia, quæ in rebus humanis versatur, perfecta sit & absoluta. quocirca primum, si quid sigillatim a maioribus recte dictum est, conemur edisserere: deinde ex collectis Rebuspublicis, quænam sint ea considerare, quæ seruent

εἰ εὖ, ἢ κακῶς πεποίηται τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐπὶ γραφικῆς. οἱ δὲ νόμοι τοῖς πολιτικοῖς ἔργοις ἐοίκασι. πῶς οὖν ἐκ τούτων νομοθετικὸς γένοιτ' ἄν τις, ἢ τοὺς ἀρίστους κρῖναι. οὐ γὰρ φαίνονται οὐδ' ἰατρικοὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίνεσθαι. καί τοι πειρῶνταί γε λέγειν, οὐ μόνον τὰ θεραπεύματα, ἀλλὰ καὶ ὡς ἰαθεῖεν ἄν, καὶ ὡς δεῖ θεραπεύειν, ἑκάστους διελόμενοι τὰς ἕξεις. ταῦτα δὲ τοῖς μὲν ἐμπείροις ὠφέλιμα εἶναι δοκεῖ· τοῖς δ' ἀνεπιστήμοσιν, ἀχρεῖα. ἴσως οὖν καὶ τῶν νόμων, καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ συναγωγαί. τοῖς μὲν δυναμένοις θεωρῆσαι, καὶ κρῖναι τί καλῶς, ἢ τοὐναντίον, ἢ ποῖα ποίοις ἁρμόττει, εὔχρηστα ἂν εἴη· τοῖς δ' ἄνευ ἕξεως τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι. τὸ μὲν κρίνειν καλῶς οὐκ ἂν ὑπάρχοι, εἰ μὴ ἄρα αὐτόματον· εὐσυνετώτεροι δὲ εἰς ταῦτα τάχ' ἂν γένοιντο. παραλιπόντων L οὖν τῶν προτέρων ἀνερεύνητον τὸ περὶ τῆς νομοθεσίας, αὐτοὺς ἐπισκέψασθαι μᾶλλον, βέλτιον ἴσως. καὶ ὅλως δὴ περὶ πολιτείας, ὅπως εἰς δύναμιν ἡ περὶ τὰ ἀνθρώπινα φιλοσοφία τελειωθῇ. πρῶτον μὲν οὖν, εἴ τι κατὰ μέρος εἴρηταί καλῶς ὑπὸ τῶν προγενεστέρων, πειραθῶμεν ἐπελθεῖν· εἶτα ἐκ τῶν συνηγμένων πολιτειῶν θεωρῆσαι, τὰ ποῖα σώζει καὶ φθείρει τὰς πόλεις,

& corrumpãt ciuitates, & quæ singulas Respublicas, quasque ob caussas aliæ bene, aliæ contrario administrentur. His enim consideratis, forsitan magis perspiciamus quæ Respublica, & quo modo vnaquæque instituta, quibusque legibus & moribus vtens, optima sit. sumto igitur hinc initio, dicamus.

καὶ τὰ ποῖα ἑκάστας τῶν πολιτειῶν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας αἱ μὲν καλῶς, αἱ δὲ τοὐναντίον πολιτεύονται. θεωρηθέντων γὰρ τούτων, τάχ' ἂν μᾶλλον συνίδοιμεν καὶ ποία πολιτεία ἀρίστη, καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη. λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι.

COMMENTATIONES.

A Ἀρξαμένοι περὶ.) In hoc cap. Aristoteles quasi doctrinam de moribus concludit, & primum quærit, *vtrum præcepta hactenus a se tradita sufficiant ad consequendam virtutem & efficiendum virum bonum.* Deinde ostendit, *præcepta hæc non sufficere, sed requiri etiam rectam educationem & assuefactionem ad virtutis actiones: atq; ad eam necessarias esse leges, quibus homines quasi cogantur se ad virtutem assuefacere.* Tertio ostendit, *ad illas leges præscribendas & sanciendas requiri scientiam legum ferendarum, quam Græci nominant νομοθετικὴν ἐπιστήμην.* Quarto *aditum sibi facit ad libros politicos, qui sunt quasi altera pars practicæ Philosophiæ, atq; eos connectit cum his libris, eorumq; præcipua cap. commemorat.* Quod igitur ad primam partem huius cap. attinet, eius propositio hæc est, *præcepta sola de virtutibus & virtutum actionibus non sufficiunt ad virum bonum constituendum*: Probatur tribus argumentis. Primum sumitur a fine huius doctrinæ, *de quo etiam in libro primo cap. 3. & in lib. 2. capit. 2. dictum est,* & est tale, *Si sola cognitio virtutis esset finis huius doctrinæ, tum præcepta, quæ hactenus fuerunt tradita de virtutibus etiam sufficerent ad virum bonum efficiendum. Quoniam singularum virtutum natura & propriæ affectiones sufficienter hactenus sunt explicatæ, sed non solum cognitio virtutis, sed multo magis actio secundum virtutem est finis huius doctrinæ, quemadmodum in definitione beatitudinis dictum fuit. Ergo præcepta ista non sufficiunt ad efficiẽdum virum bonum.*

Propositio huius loci.

B οἱ μὲν οὖν εἰ ἦσαν οἱ λόγοι.) Hoc est alterum argum. quo ostenditur, *sola præcepta nō sufficere ad efficiendum virum bonum*, desumtum ab effectu: *Si*, inquit, *sola præcepta morum & virtutum possint efficere virum bonum, tum omnes efficerentur boni: qui ea præcepta audiuerunt & cognouerunt*: & per consequens, *etiam magna mercede digni essent illi, qui talia præcepta tradunt*. Sed *non omnes, qui hæc præcepta audiuerunt & cognouerunt, efficiuntur viri boni*. Ergo *præcepta hæc sola non sufficiunt ad constituendum virum bonum*. Maiorem propositionem confirmat auctoritate & testimonio Theognidis, qui, inquit, *si Philosophi eodem modo suis præceptis possint animi morbos sanare, quemadmodum medici possunt sanare morbos corporis, merito magnis præmiis essent afficiendi: atqui nemo repertus est, qui solis præceptis poterit ex malo & improbo efficere bonum, & ex stulto efficere sapientem*. Quod vero ad minorem propositionem attinet, in qua dicitur, non omnes effici bonos, qui ista præcepta solum audiunt & cognoscunt, declarat per distributionem, qua ostendit, duo esse genera hominum & auditorum doctrinæ moralis de virtutibus & virtutum actionibus: Quidam enim sunt liberali ingenio, & bona indole præditi a natura, qui scilicet pudore & amore honestatis mouentur ad facienda ea, quæ sunt honesta, atq; apud hos præcepta hæc magnam habent vim ad eorum animos ad virtutem excitandos, de quibus etiam dicitur: *Oderunt peccare boni virtutis amore*: atq; hi maxime idonei sunt auditores huius doctrinæ. Alii vero sunt seruili quodam ingenio præditi, qui non pudore aut amore honestatis mouentur, sed metu pœnarum & suppliciorum quasi cogendi sunt ad faciendum officium, de quibus dicitur: *Oderunt peccare mali formidine pœnæ*: apud tales ista præcepta non habent magnum pondus, quia sola hæc præcepta non habent vim cogendi, sed tantum ostendendi & monendi, quid sit honestum vel turpe in actionibus, quid in illis vel faciendum, vel fugiendum: quoniam tales tantum viuunt secundum affectus, & ea tantum amplectuntur, quæ cum voluptate aliqua sunt coniuncta: fugiunt autem omnes molestias & labores, & per consequens etiam abhorrent a virtutum actioni-

Auditores doctrinæ moralis duo genera.

bus, quæ sunt coniunctæ cum aliqua molestia: tales, quia habent deprauatum iudicium, vt non possint intelligere, quid sit reuera honestum aut turpe, etiam non idonei sunt auditores huius doctrinæ: non enim patiuntur, se a semel concepto proposito auocare. Sunt enim longo tempore vitiis assueti: quæ autem diu nobis & animis nostris inhæserunt, & quodammodo radices egerunt, ea non facile possunt solis præceptis & admonitionibus immutari. Quo loco notandum est, duos modos esse, quibus homines abstrahuntur a vitiis *pudor & metus:* prior modus locum habet apud ingenuos, & liberali ingenio præditos: alter modus tantú est in malis & improbis naturis, quæ non nisi vi quadam possunt immutari.

Virtutis consequenda requisita.

C ἀγαπητὸν δὲ.) Hoc est tertium argumentum, quo ostendit, *sola præcepta non sufficere ad efficiendum virũ bonum, & ad consequendam virtutem:* quoniam tria requiruntur ad eam rem. Primum est φύσις *siue* εὐφυΐα *natura bonitas, qua capax sit istorum præceptorum, & per se prompta ad virtutis studium & amorem: ea enim non est in nostra potestate, sed est diuinũ donum, & a Deo expetenda: itaq; de ea præcepta dari non possunt.* Alterum est ἡ διδαχὴ, *doctrina & institutio, quam & hoc loco nominat* λόγον, *quia doctrina fit τῷ λόγῳ, oratione & sermone, tanquam instrumento.* Tertium est ἡ παιδία καὶ τὸ ἔθος, *bona educatio & diligens assuefactio, & eius actiones.* Sunt enim virtutes habitus: habitus autem comparantur vsu, studio, & assuefactione. Ex his vero præcipuum locum habet τὸ ἔθος, *assuefactio, institutio, & educatio.* Nam per eam animi hominum quasi præparantur & idonei redduntur, ad excipienda semina virtutum, quemadmodum etiam *in lib. 1. cap. 4. & lib. 2. cap. 3.* dictum fuit. Atq; hoc ipsum declarat hoc loco exemplo simili, desumto ab agricultura: *Quemadmodum ager, si debet semen recipere, & inde fructum producere, prius diligenti cultura purgandus a lapidibus, spinis, & aliis pernoxiis herbis, & hoc modo ad sementem præparandus: ita etiam animi hominum ad percipienda & amplectenda virtutum præcepta prius purgandi sunt a prauis affectibus & cupiditatibus, & assuefaciendi ad amorem honestatis, vt possint recte gaudere, vel dolere iis,* quibus

quibus oportet. Declarat hoc etiam a contrario. *Nam quorum animi non sunt ita purgati & præparati, hi etiam non possunt cum fructu hæc præcepta audire: quia in nõ animo ea audiunt, ut velint illis obsequi, & secundum ea vitam instituere, imo non possunt hæc præcepta recte intelligere, quia iudicium habent corruptum per voluptates, quas bestiarum more solum amplectuntur.*

D ἐν νέου ƺ ἀγωγῆς.) Hæc est altera pars huius capit. in qua, posteaquam ostendisset, *non sola præcepta sufficere ad efficiendum virum bonum, sed oportere etiam accedere educationem & assuefactionem siue disciplinam*: iam vlterius progreditur, & ostendit, *ad bonam educationem & disciplinam etiam necessarias esse leges quasdam publicas, quibus homines non solum admoneantur de recte viuendi ratione, sed etiam aliquo modo cogantur ad honestas actiones præstandas, & a vitiis auocentur & absterreantur.* Quod autem ad talem disciplinam & educationem etiam necessariæ sunt leges, probat quatuor argumentis. Primum est tale: *Quod molestum est & iniucundũ, sed tamen in vita humana necessarium, ad illud homines legibus sunt cogendi.* Sed *disciplina & educatio, per quam homines ad temperantiam & tolerantiam, & alias virtutes sunt assuefaciendi, est plerisq; molesta & iniucunda, præsertim ipsis iuuenibus, qui nihil vltro amplectuntur, quod non habeat in se aliquam voluptatem.* Igitur *ad hanc disciplinam & educationem necessaria sunt leges.* Minor probatur a legumlatura, vi & facultate: Primum enim, *leges hominibus quasi necessitatem quandam imponunt aliquid faciendi, quod alioqui non facerent*: deinde, *quia ea, quæ homines legibus adducti & coacti faciunt, paulatim abeunt illis in consuetudinem, ita vt etiam successu temporis ipsis reddantur faciliora, quæ initio difficilia ipsis videbantur.* Alterum argumentum: *Quicquid omni ætati, omnibus hominibus, & per omnem vitam est necessarium, id etiam necessarium est ad disciplinam & rectam educationem atque institutionem.* Sed *leges omni ætati, omnibus hominibus sunt necessariæ.* Ergo *etiam necessariæ sunt ad instituendam bonam disciplinam.* Minor probatur: Primum, auctoritate Platonis, qui *in 12. lib. de legib.* ait: *Legumlatorum officium esse, in ferendis legibus o-*

Leges ad disciplinã necessarias esse.

omnium hominum, cuiuscunque sint ætatis vel conditionis, rationem habere. Ex quo efficitur, *quod leges ad omnes homines pertinent:* deinde probatur ab officio legum: *Nam leges partim proposita honestate & præmiis incitant homines ad amorem & studium virtutis: partim etiam minis & pœnis eos a vitiis absterrent.* Sunt enim duo genera hominum: quidam sunt bona indole præditi, qui amore honestatis, laudis & gloriæ vltro legibus obtemperant: quidā vero sunt mala indole præditi, atq; hi rursum sunt duplices: Alii sunt sanabiles, qui possunt metu pœnarum abhorrere: alii sunt insanabiles, apud quos, neque leges, neque præmia, neque supplicia quicquam valent: atque hos, inquit, esse plane relinquendos, & à corpore Reipubicæ tanquam putrida membra abscindendos.

Hominū duo genera.

E *ei* δ' ἄν.) Tertium hoc est argumentum, quo probatur, *leges ad rectam educationem & disciplinam in ciuitate instituendam & conseruandam esse necessarias*, desumtum a legum vi & efficacia. Argumentum autem est tale: *Cui ea insunt, quæ ad rectam educationem sunt necessaria, illud quoque necessarium est in ciuitate ad bonam disciplinam.* Sed *legibus insunt ea, quæ ad rectam educationem sunt necessaria.* Ergo *leges*, &c. Minor probatur: *quia duo sunt, quæ præcipue ad rectam educationem & disciplinam requiruntur, nempe prudentia & auctoritas eius, cui disciplina & educatio est commissa: prudentia, quæ præscribit certum ordinem & modum viuendi: auctoritas, quæ possit inobedientes & malos cogere ad faciendum officium.* Hæc duo insunt in legibus, quoniam leges nihil aliud sunt, quam inuentum virorum prudentium. Sic etiam in legibus est auctoritas, quatenus illis adiunctæ sunt minæ & pœnæ aduersus transgressores. Et notandæ sunt hoc loco duæ elegantes descriptiones legis: Primum enim dicit, *quod lex sit mens & rectus ordo, habens robur, id est, auctoritatem:* deinde, *lex est præceptum, profectum a prudentia & mente alicuius, habens vim cogendi.* Etsi vero etiam paternum imperium in quauis domo videatur esse instar legis, & sufficere ad rectam educationem: tamen non est eius tanta vis & auctoritas, quanta est ipsarum legum: imo nullius priuati hominis

impe-

imperium eam vim habet apud ceteros homines, quam habent leges: dicimus autem priuati hominis, quia, si quis sit rex, aut in magistratu constitutus quasi vice rex, illius mandatum & imperium etiam debet apud subditos valere.

F ἐν μόνῃ δ.) Quartum argumentum sumtum est ab exemplo Lacedæmoniorum, quos eo nomine præ ceteris Græciæ totius commendat, quod educationem & disciplinam iuuentutis etiam publicis quibusdam legibus sanxerunt. Quare tantum profecerunt, vt imperium totius Græciæ fuerint consecuti, quemadmodum Xenophon in libello de Repub. Lacedæmoniorum, & Aristoteles *lib. 2. Polit. cap. 1.* testantur. Hoc exemplum illustrat a contrario facto reliquarum Græciæ ciuitatum, apud quas puerorum seu iuuentutis disciplina publice fuit neglecta, & propterea magna dissolutio morũ atq; studiorum introducta, quæ res ciuitatibus illis perniciem attulit. Hinc concludit Aristoteles, *optimum & vtilissimum esse in ciuitatibus, si disciplina iuuentutis etiam publicis quibusdam legibus sit præcepta & confirmata.* Hinc enim fore, vt qui sub eiusmodi disciplina a primis annis vixerunt, euadant virtutis studiosi, & vtiles in Repub. ciues.

G μάλιστα δ' ἄν.) Hæc est tertia pars huius cap. in qua obiter quædam etiam attingit, pertinentia ad τὴν νομοθετικὴν, ad scientiam ferendarum legum: ac primum ostendit, *eam non solum necessariam esse ad Rempub. recte constituendam & administrandam, sed etiam ad priuatam & domesticam disciplinam:* deinde ostendit, *quisnam sit optimus νομοθετικὸς legumlator:* tertio etiam ostendit, *a quibus scientia hac legum ferendarum sit discenda & petenda.* Quod ad primum attinet, nimirum, quod priuata institutio siue disciplina etiam requirat scientiam legum ferendarum, probat tali argumento: *Qua disciplina & institutio debet fieri secundum bonas leges, ad eam etiam necessaria est scientia ferendarum legum.* Sed *omnis institutio & disciplina tam priuata, quam publica debet fieri secundum bonas leges, quod etiam per se manifestũ est.* Igitur *non solum ad publicam, sed etiam ad priuatam disciplinam recte instituendam requiritur scientia legum ferendarum.* Sunt autem duplices leges: aliæ scriptæ, quæ in

Disciplina priuata requirit νομοθετικήν.

Leges duplices.

Η ἀλλ' ἐπιμελεῖν μὲν.) Postquam ostendisset in præcedenti loco τὴν νομοθετικὴν, id est, *scientiam ferendarum legum necessariam esse*, non solum ad publicam, sed etiam ad priuatam & domesticam disciplinam & institutionẽ recte instituendam, iam vlterius progreditur, & ostendit, *quisnam possit esse optimus legumlator*: cum videlicet, qui cognitionem habet τοῦ καθ' ὅλου, id est, *eius, quod in vniuerso genere rerum agendarum necessarium est scitu*, id est, qui scit, quid in vniuersum sit honestum aut turpe in actionibus, atq; illud vniuersale recte potest accommodare singularibus actionibus, earumq; circumstantiis. Hoc probat duabus rationibus. Prima sumitur a proprio scientiarũ: *Scientia enim versantur circa τὸ καθ' ὅλου, circa vniuersalia.* Sed *legumlator debet esse ἐπιστήμων*, id est, *sciens.* Ergo *legislator debet habere scientiam τοῦ καθ' ὅλου.* Altera sumitur ab exemplo aliarum artium & scientiarum per inductionem: *Quemadmodum*, inquit, *artem medicam, aut artem gymnasticam, aut quamuis aliam artem is optime docere alios, aut ipsemet exercere potest, qui vniuersalia eius artis precepta, regulas, & ἀφορισμοὺς tenet, eaq; potest rebus singularibus accommodare: ita etiam optimus erit legislator, qui habet cognitionem τοῦ καθ' ὅλου τοῦ πρακτῶν, id est, eius, quod in vniuerso genere rerum agendarum est honestum vel turpe.* Sed obiiciat aliquis: *Legumlatori ad ferendas bonas leges non necessariam esse cognitionẽ τοῦ καθ' ὅλου, sed sufficere, vt habeat experientiam quarundam rerum & actionum singularum: quemadmodum etiam reperiuntur quidam medici, qui vulgo vocantur Empyrici, qui non habent vniuersa artis cognitionẽ, sed tantum experientiam aliquam ex obseruatione singularũ sibi compararunt, qua possunt morbos quosdam faciliter curare: ita etiam posse reperiri aliquos politicos, qui scientiam quidem ipsam non tenent in genere vniuerso, sed tamen quadam experientia rerum ciuilium Respub. non male administrant.* Ad hanc obiectionem respondet Aristot. *Etiamsi interdum possint tales aliqui reperiri, qui ex vsu & obseruatione rerum singularium cognouerunt, quid honestum vel turpe sit, & quo pacto Respub. sit administranda: tamen tales nondum habere scientiam τοῦ καθ' ὅλου, & propterea etiam neq; ipsam νομοθετικὴν, id est, scientiam legum ferendarum per-*

Legũlator debet habere scientiam vniuersalem.

Obiectio.

Respons.

fecte tenere: quia ex obseruatione ista singularium tantum cognouerunt τὸ ὅτι, *id est, quod hoc vel illud sit honestum vel turpe, sit faciendum vel omittendum:* τὸ διότι *autem, id est, caussam: quare aliquid honestum vel turpe faciendum aut non faciendum sit, nondum tenent: atq; ideo neq; ipsam νομοθετικὴν, id est, legum scientiam consecuti sunt.*

I τῶν δὲ σοφιστῶν.) Quoniam dixerat: *Quisnam possit esse optimus legislator?* nempe, *qui non solum haberet experientiam rerum singularum in rebus agendis: sed etiam haberet scientiam* τῶν καθ' ὅλου: ideo iam quærit, *vnde hæc legum scientia ferendarum sit petenda & discenda? vtrum a plebeis & idiotis politicis, qui vsu quodam & experientia Respub. administrant: an vero a Philosophis politicis, id est, ab hominibus literatis, qui artem hanc non vsu solum, sed ratione & certis præceptis didicerunt atq; cognouerunt? an denique a Sophistis illius temporis, qui profitebantur, se posse scientiam illã aliis tradere, licet ipsi nullam Rempub. administrassent.* Ad hanc quæstionẽ respondet Aristot. scientiam legum ferendarum non a solis Politicis, multo minus a Sophistis, sed potius a Philosophis politicis & petendam & discendam, quæ responsio videtur conuenire cum hoc Platonis dicto, quod est in Epistola eius ad familiares Dyonis, vbi scribit, *tum demum beatas fore Respub. si aut docti, aut sapientes homines administrarent.* Hanc responsionem probat argumento simili, ab aliis artibus desumto. *Quemadmodum musica discenda est ab iis, qui periti sunt musici: Arithmetica ab iis, qui periti sunt artis Arithmeticæ, id est, qui scientiam illam tenent: ars pingendi a pictoribus peritis, & sic de ceteris artibus singula ab iis petenda & discenda sunt, qui earum habent cognitionem: ita etiam scientia ferendarum legum petenda & discenda est ab illis, qui eam tenent.* Sed *plebei & idiotæ politici non tenent scientiam ferendarum legum & administrandæ Reipub.* igitur *ab illis non est petenda neq; discenda.* Assumtionem probat duobus argumentis. Primum est, *quia tales nihil quicquam de ea facultate scripserunt.* Alterum est, *quia neq; suis filiis & amicis hanc artem tradiderunt.* Itaq; *non videntur eam artem siue scientiam tenuisse, sed tantum vsu quodam publica negotia administrasse. Nulla autem certa & vniuersalia præcepta de ea habuisse.*

Scientia ferendarum legũ a quibus petenda.

K τῶν δὲ

K τῷ δ' ἐσοφιστῶν.) Hæc est altera pars responsionis, qua ostendit, scientiam legum & administrandæ Reipub. etiam non a Sophistis esse discendam. Ratio est, quia Sophistę ignorant eam scientiam. Quod autem eam ignorent, probat etiam duobus argumentis siue signis. Primum est, *quia τὴν νομοθετικὴν putant, eandē esse cum Rhetorica, aut etiam deteriorem & inferiorem, quod est falsum. Nam Rhetorica versatur circa verba, & verborū ornatum atq; elegantiam: Politica autem & νομοθετικὴ versatur circa actiones hominum in vita ciuili, & ostendit, quo pacto aliquis possit non solum in Repub. esse bonus ciuis, sed etiam quo pacto publica negotia ad communem vtilitatem omnium ciuium sit administranda.* Præterea, *Rhetoricæ finis est apte dicere ad persuadendum: legum autem & politicæ scientiæ finis est salus & felicitas tam singulorū ciuium, quam vniuersæ Reipub.* Postremo, *est etiam Politica præstantior quam Rhetorica, quia sub se complectitur non solum Rhetoricā, sed etiam omnes alias artes, quæ debent ei inseruire, atq; propterea in lib. 1. Ethic. cap. 1. nominatur scientia architectonica, id est, principalis facultas, quæ omnibus aliis imperat.* Alterum argumentum, quod Sophistæ hanc scientiam ignorant, est, quia non recte de ea iudicant. Existimant enim, eam esse facile, & solum posse comparari ex multarum & variarū legum collectione & comportatione, si nimirū ex illis deligantur leges meliores. Inquit autem Aristot. *hunc delectum esse difficilimū: quia requirit acutum & maturum iudicium, vt recte de singulis legibus possimus iudicare, quænam vnicuiq; Reipub. formæ optime conueniant*: deinde *negat, ex sola legum collectione comparari posse scientiam legum.* Idq; probat exemplo simili: *Quemadmodum nemo potest ex sola lectione librorum & commentariorum, qui de arte medica sunt editi, fieri bonus medicus, nisi accedat vsus & experientia: ita ex sola collectione legum non potest fieri bonus legislator, sed oportet, vt etiam habeat ipsam scientiam & cognitionem τῶν διὰ causarum vniuersalium, quamobrem leges aliquæ sunt bonæ & vtiles, aliquæ autem vitiosæ & inutiles: neque tamen plane inutilis est ista legum collectio & comportatio, quia ipse quoq; Aristoteles hac collectione vsus est, vt testatur Diogenes Laertius, qui scribit, Aristotelem 158. ciuita-*

πρᾶξις.

cum leges atq; instituta collegisse, quod etiam videtur Cicero affirmare lib. 5. de finib. vbi ait, *omnium fere ciuitatum non Graciæ solum, sed etiam Barbariæ, ab Aristotele mores, instituta, disciplinas fuisse collectas.* Cum igitur scientia Politica seu nomothetica neque ab idiotis Politicis, neque a Sophistis sit discenda, relinquitur, quod est discenda, sit a Philosophis politicis.

L παραλιπόντων οὖν) Postrema hæc est huius cap. pars, in qua aditum sibi facit ad libros Politicos, qui sunt altera pars doctrinæ practicæ. Primum autem duas caussas commemorat, quare etiam de scientia Politica aliquid velit scribere. Prima caussa est, *quia veteres Philosophi eam partem aut omnino præterierunt, aut non certa methodo tradiderunt.* Etiamsi enim Plato ante Aristotelem quoq; plures libros de legibus & Repub. scripserit: tamen illi magis ad θεωρίαν, *contemplationem*, quam ad πρᾶξιν sunt accommodati. Altera caussa est, *vt etiam philosophia practica, cuius tres sunt partes, plene explicetur.* Prima pars nominatur οἰκονομικὴ, de qua scripsit quidem aliquot libros, sed tantum eorum quædam fragmenta ad nos peruenerunt. Altera pars dicitur Ethica, quæ continetur his decem libris. Tertia pars est Politica, de qua promittit se deinceps dicturum. Tria autem promittit se velle in Politica explicare: Primum, *quot & quæ sint formæ Rerumpub. secundum quas Respub. & ciuitates sunt gubernandæ & administrandæ.* Alterum caput est, *de caussis conseruantibus & corrumpentibus ipsas Respub.* Tertium caput est, *quænam sit Reipub. forma & institutio:* atque hoc modo connectit hos libros Ethicos cum libris Politicis: quia omnia, quæ in his libris traduntur, sunt quasi elementa & fundamenta constituendi bonas Respub. & ciuitates.

Politica.

F I N I S.